43

Sollerius nalutus cū
9um ii Sexta amczsi ·

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUWr

HC* 14739

XV. F. 289

S,

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

BIBL. UNIW. WROCŁAW

PETRI MARSI INTERPRETATIO IN SYLLIVM ITALICVM AD ILL. PRINCIPEM VIR
GINIVM VRSINVM.

QCVM id omne quod in terris gignitur ad uſum hominum ſit ut priſcis philoſophantibus
totius naturæ peritis præclare uiſum eſt: homo aūt ut hoī proſit: ſi e natura uiuere uult: &
uero humanitatis nomīe cenſeri āpliſſimo præconio celebrandi ſunt illi q cōis parētis natu
ræ præſcripta integerrime ſeruantes cōi utilitati proſpiciunt: & de omni humano generē na
tura coniuncto illiſque potiſſimū q diuinā in homine particulā ſummo ſtudio colunt: benemereri
ſtudent: & pro uirili pte nituntur. His officiis priſci heroes immortalē ſibi gloriā peperere: quos bene
ficiorum memores poſteri cælo ſacrarunt. In quorum numero ſunt rerū geſtaꝝ ſcriptores: qui incor/
ruptis lr̄arum monumētis humanā uitā excoluerunt: & ueri poetæ: qui utilitatē uitæ cōmunis adiun/
cta delectatione imprimis curant. Nulla. n. eſt uirtus q̄ non celebrent: & ad illā bene a natura inſtitu/
tos non hortentur. Nullū aūt uitium: a quo propoſita ipſius feditate non deterreāt. Habent præterea
locos graues: & ſublimes ex mediis naturalis: ſupernaturaliſque philoſophiæ arcanis repetitos. In pſo
nis quas introducunt decorū. Locoꝝ deſcriptiones. Hiſtorias: & antiquitatē. Conciones ex arte com/
poſitas. furorem inſuper poeticum quem plato poetis concedit. Quo interdū futura ſuſpicantur: præ
ſagiunt: prædicunt. Illā denique heroici carminis maieſtatem. Qua teneras mentes erigunt: & ad ue/
ram: perfectāque homīs diuini animalis imaginem effingunt. Cum igiť ita ſit uberes & ſalubres poe/
tarum fontes adire debemus. Qui ora muſarū ſacra colentium facundo hauſtu irrigarunt: ut quodā
quaſi diuino ſpiritu inflati maius homīe reſonarent. Nec nomē interpretis tanq̄ indecoꝝ refugiēdū
eſt. Auſim quippe dicere fidos: uerośque interpretes nō minorē laudē ipſis ſcriptoribus mereri: Quæ
enim eēt in poetis utilitas? niſi a ſtudioſis intelligerenť nulla profecto: & ſic adoleſcentes magna uti/
litate fraudarenť & illi finē non attingerent: cuius gr̄a laborarunt. Vnde cū in me nō tantū roboris in
genii ſit ut aliquod poema cudere poſſim: qđ ad nepotū eruditionē: & cōmodū depromerē: ut aliqđ
feciſſe uiderer quod rudibus uſui ſit Syllii italici diuinū poema ut potui interpretatus ſū. Quod ita
undique tēporum īcuria deprauatum erat ut nullā fere utilitatē legentibus afferret. Primus patrum
noſtrorum memoria huius poetæ ſacros fontes reſerare arcanaque ingredi ac publice in hac floren/
tiſſima urbis Romæ academia pſiteri auſus ē Petrus mōtopolita. Vir certe id ætatis eruditiſſimus. cu
ius cæleſte ingeniū nō parum utilitatis poſt Laurentium Vallā romanæ linguæ allaturum auara fata
ſtudioſis inuiderunt: & in flore adhuc atque uiride rapuere. Sequuti ſūt uiri ſæculoꝝ memoria digni
ac Romani eloquii ſydera: & clarū decus: Pōponius: & Domitius pceptores mei. Qui multū ſupra ho/
mines ingenio pditi: diuino quodā mentis acumine: ac ſplendore auia pieridū loca peragrarūt. & per
Romanæ linguæ cuius ab ineunte ætate ſtudioſiſſimi fuerunt calles getarum: uādalorūque ſentibus
obſitos: & curricula quondā nitida: ſed barbarorū culpa uepribus obducta equos ita inflexere ſuos: ut
hoꝝ induſtria: & laboribus priſcū illud latinarum litteraꝝ decus iā fere nō deſideremus: & ī hoc ope
potiſſimū laborarunt: ut facilior eſſet interpretibus labor: quod ipſe ſum expertus: & fateor ingenue.
Non ita ſum arrogās Illu. princeps uirgini nouum florentiſſimæ urſinoꝝ familiæ decus cuius hono
ri ſacratur hoc opus ut arbitrer me omnia conſequutum: quæ fidum interpretem habeř oportet: ſed
me p uirili pte laboraſſe pfiteor: ut eatenus: quatenus imbecillitas ingenioli mei patereť rudibus cō
ſulerem. Et alios ad opam latinæ linguæ quæ adhuc aliqua ex pte gothicum ſapit enixiſſime uauan/
dam exortarer. Igitur taq̄ ex alta ſpecula q̄ maxima poſſum uoce contendo. & romani nois: ac latini
ſplendoris ſtudioſos ad id romanis litteris præſtandū puoco. ut Romanam eloquētiam quaſi uirgi/
nem iam adultam impudentiſſimis pcis quoꝝ magna copia eſt eripiamus: & domi ut uerbis Cicero
nis latinæ linguæ parentis utar ſeptam teneamus liberali cuſtodia ſed hæc hactenus. Miſeram. Illu.
princeps uirgini ſuperioribus annis. Illu. principi Roberto patruo tuo quedā in ſyllium cōmentario
la. Quæ quoniam iuuenili quodam ardore: ac primo ingenii calore effluxerant caſtigationem deſy/
derabant: & limam. illa igitur caſtigata: & una cum poemate impreſſa ad te mitto. Qui quoniam ma
iorum tuorum præconia ut par eſt & te romanum principem: & inclytæ urſinorum familiæ caput de
cet libenter audis: ut domeſticis ueſtigiis inſiſtas: hoc opus: in quo principes tui Romani celebrantur
grato animo ſuſcipias: & manibus tuis ac lectione dignare cum p publica negocia quibus diſtringeris
ut ſubditorū ſaluti conſulas licuerit. Vale.

## SYLLII VITA.

SYllius italicus ab italica urbe hiſpaniæ cognominatus a qua originem habuit per ſuos maiores ro
manus fuit. Quippe ſi in italica natus fuiſſet Martialis hiſpanus:& in patriæ ſuæ ſuorumque lau
dem propenſus tanti uiri natale ſolum eo epigrammate primi libri:quo non modo poetarum ; uerũ
& iſtoricorum patriam celebrat auidiſſime ornaſſet:cum ſepius ad eum ſcribat:eumque tanti faciat:
quanti Catullus ueronenſis Virgilium poetarum principem feciſſet:prima ætate ciceronem ſibi pro/
poſuit imitandum:ueterum præcepta ſequutus:qui optimum quenque cenſuerunt eligẽdum quem
imitemur facundo declamauit ore:clientum clauſas ſecundo euentu in foro egit:centumuir fuit pro/
conſulatum aſiæ prudentiſſime integerrimeque adminiſtrauit. Sub Nerone infamia notatus : nam
quoſdam principi:ſeu uerius ſæuiſſimo tyranno ſponte inſimulaſſe uulgo creditum eſt. Sub uitellio
comiter:& ſapienter ſe geſſit a Nerone conſul creatus eſt:cuius feliciſſimi conſulatus auſpiciis Nero e
uita ſublatus eſt:& orbis libertatem adeptus. poſt conſulatum Maronem latinorum poetarum ſydus
imitatus eſt:quãuis carmina maiore cura q̃ ingenio ſcriberet:quæ ſæpius recitauit & auditorum iudi/
cia recitationibus expertus eſt. Bellum punicum ſecundum hoc opere proſequutus eſt:quod in mani/
bus habetur:uariumque eſt elegans multiplex:ut quid diuinum eſſe uideatur. Suadentibus annis ur/
be:foroque cedens in campania ſe continuit ocio non abſus. Multum uillarum poſſedit &. M. Tullii
formianum imprimis multum ſtatuarum:multum imaginum:quas ſtudioſe uenerabatur : Maronis
potiſſimum cuius natalem religioſe celebrabat:ſepulchrumque uia puteolana ad. ii. lapidem ut cel
lam iouis capitolini frequentabat. Duos habuit filios Minorem ſæuerum nomine incredibili dolor
ſepeliuit maiorem ætate florentem & conſularem reliquit. Aduerſa ualitudine inſanabilis claui labo
rauit:cuius tedio & dolore:ut Plinius in epiſtolis ſcribit quinque &. lxx. annos natus in neapolitano
ſuo inedia uitam finiuit magis delicato corpore q̃ infirmo uſque ad extremum diem beatus & felix.

## Belli punici. ii. compendium.

Poſt primum bellum punicum quo carthaginenſes uicti fuerunt ad egates inſulas:quæ ſunt inter ſici
liam & aphricam & ſicilia ſardiniaque celeri deſperatione ſtipendio etiam ſuperimpoſito amiſſis A/
milcar pater Annibalis qui eo bello imperator fuerat uir ingentis ſpiritus angebatur:& d̃ imperio pro
ferendo cogitans per quinque annos in aphrica bellum geſſit. Inde cum exercitum in hiſpaniam eẽt
traiecturus Annibalem nouem ferme annos natum in templo Iunonis:quæ apud illos ſanguine hũa/
no placabatur tactis ſacris iurare coegit ſe cum primum ætas competeret hoſtem romani nominis for
acerrimum in hiſpaniam profectus nouem annos eo ſtudio bellum geſſit : ut maius animo moliri q̃
tunc gereret uideretur. Nam ſi diutius uixiſſet eo duce milites arma italiæ intuliſſet : qui Annibalis
auſpicio intulerunt:ſed oportuna mors diſtulit bellum. In acie quippe occiſus eſt:cui Aſdrubal gener
ſucceſſit. hic magis conciliandis populis q̃ auſpicio bellico per octo annos rem punicam auxit cũ hoc
fœdus renouauerunt Romani:ut terminus imperii eſſet amnis iberus & Saguntinis mediis inter i/
peria duorum populorum libertas ſeruaretur. Hic cum regulum quendam Tagum nomine necari:&
caput haſtæ affixum circũferri iuſſiſſet ab illius ſeruo crucem:& ignominiam domini egre ferente in
tentorio confoſſus eſt. Qui captus cum ſupplicio afficeretur eo habitu oris fuit ut ſpectator ſupplicii
uideretur:feſſoſque miniſtros conuiciis inceſſens domini ſui crucem magna uoce repoſcebat: poſt ne
cem Aſdrubalis Annibal in prætorium delatus fauore militum:& aura populari ĩperator appellatus ẽ
Qui cum natura perturbationis auidus eẽt:& magna in eo indoles uitiorũ ac uirtutũ appareret & præ
cepta patris & ſacra per quæ iurauerat eum ſponte in romanos currentem impellerent ac ſi decreta ſi
bi fuiſſet italia:& romanum bellum:nihil differendum ratus ne ſe quoque cunctantem aliquis caſus
opprimeret:ut Amilcarem:& Aſdrubalem:olchadum fines qui ſunt ultra iberum inuaſit & medium
indignatus iberum Saguntinis amicis populi romani bellum ĩtulit caſtra urbi admouit & eã octauo
menſe expugnatam diruit & incendit. Nec non fabium pamphilum:& Valerium publicolam legatos
romanorum portantes iuſſa magnanimi ſenatus:eum quippe ad pœnam rupti fœderis repoſcebant:
audire noluit ſed ſtrepitu armorum clangoreque tubarum litore prohibuit. Qui ad carthaginentem
nauigarunt:quibus cum ſenatus datus eſſet & carthaginenſes Annibali ſuo fauere dicendis ſentẽtiis
perſpexiſſent bellum quod ſe fabius geſtare ſinu dicebat indixerunt. Annibal ſolo æquata Sagunto
furori & amentiæ ſuæ modum non impoſuit:uerum ſuperatis pyreneis montibus cum Rhodanum:
& Druentiam galliæ fluuios traieciſſet ad Tricaſtinos profectus alpes ipſas ad eum diem militibus in
acceſſas niſi fabulas herculis in medium afferre uelimus:ac liberi patris arcem & munimenta populi
Romani totiuſque italiæ tranſcendit:quod ſimile portento uiſum fuiſſe ſcribit Plinius nono die ma
ximis laboribus in iugum alpium uentum eſt:ubi rupem inacceſſam & ſuum iter remorantem aceto
ignique diduxit. xv. die alpibus ſuperatis in italiam deſcendit:& ad Ticinum urbem & fluuium eiuſ/
dem nominis nunc Papia appellatur cum. p. Scipione conſule manus conſeruit in quo prælio romãi
ſuccubuerunt:cum propter inopiam equitatus impetum elephantorum in æquo campo ferre nõ poſ/
ſent & ipſe conſul uulneratus humeris filii:qui ob uictoriam de Annibale ac pœnis aphricanis poſtea
cognominari meruit liberatus eſt conſul cum padum ratibus magno ſilentio traieciſſet ne hoſtes in/
ſequerentur placentiam uenit. Inde ad Trebiam fluuium ſe recepit. impar equitatui in edito loco : q



BIBLIOTHECA MILICHIANA GORLICENSIS

nunc collis ſancti germani appellatur caſtra muniuit Annibal ſubſequutus non procul ab eo conſedit
interim Sempronius Gracchus alter conſul qui in Sicilia erat:ut eam ab impetu barbarorum tueref
a ſenatu per litteras edoctus cum apud eurypum ſiculum Hieronem regem alloquutus eſſet. compo
ſitiſque pro temporis conditione rebus ſiculis claſſe per oram ſuperi maris Ariminum.inde in caſtra
ad collegam uenit:auiduſque pugnæ manus temere conſeruit.iterum uictor Annibal inde mouit: &
ſuperato appennino & palludibus magna difficultate.nam ibi altero oculo captus ē cum propter ma-
ximum frigus fomenta adhibere nequiret ad Traſimenum lacum peruſinum contendit.ibique loca-
tis militibus ad inſidias romanum exercitum profligauit.temeritate.C.flaminii conſulis:qui uetan-
tibus auſpiciis:& religione pugnam iniuit ſigna quippe rerum futurarum magna cum clade populi
romani neglexit.nam cum paucis ante diebus luſtrato exercitu arretium uerſus caſtra mouiſſet equus
ante ſignum iouis ſtatoris repente concidit:& cum gallus gallinaceus edere recuſaret pugnam prohi
bente pullario.cumque uexilla terræ affixa reuelli non poſſent ne collegam ſuum ſeruiliū qui adhuc
romæ erat participem uictoriæ ac gloriæ ſiqua contra Annibalem fuiſſet expectaret tribus horis adeo
pertinaciter dimicans ut terremotus quāuis maximus minime deprehenderetur ipſe cum magna par
te ſui exercitus corruit.Nam.xv.milia romanoꝝ in eo prælio deſiderata ſunt decē milia per hetruriā
fugiendo romam euaſere.Quam ſtragem cum romani intellexiſſent magno terrore concuſſi ſunt.
populus quod nunquam ante eum diem factum fuerat Fabium maximum dictatorem creauit.qui ſi
bi Minutium magiſtrum equitum aſciuit.Dictator obuiam Annibali progrediens otriculos. deinde
militibus die conſtituta tibur contendit.Annibal poſt cladem ad Tranſimenum ſpoletum oppugna
re adortus cum expugnare non poſſet:qua ſpolia inuitabant ſigna populantia tranſtulit: & umbros
picenos omnemque oram ſuperi maris depopulatus Marſos pelignos Marrucinos:Veſtinoſque inua
ſit:donec peſtem illam tabificam mitis campania ſuo ſinu excepit:ubi itineris duce nominis errorē de
cepto.Nam pro caſino ſaltu caſilinum accepit:cum in campum ſtellatem deſcendiſſet in quodā tra-
ctu a dictatore clauſus eſt.Sed uir ad omnia impiger ſarmentis ignitis cornibus bouum: qui ad duo
milia fuerunt alligatis noctu euaſit:cum tauri per ſaltus fugientes a ſtatuis & cuſtodiis milites detur-
baſſent.inde cladem illam memorabilem ad cannas uicum apuliæ in ripis aufidi populo romano in
tulit temeritate.M.Terentii Varronis:qui non ſolum infimo:uerum etiam ſordido loco natus erat.
conſtat enim inter annales patrem eius lanium fuiſſe:ipſumque mercis paternæ inſtitorem.in cuius
ore canore līgua procax uibrabat pro ſordidis hominibus in foro cum diu elaboraſſet:& cauſis oran
dis ingentes opes conſequutus eſſet aura populari:quam uenali lingua aucupatus fuerat ad conſula-
tum deuenit:ut ſua amentia:& furore omnis fere italia ſepulchrum ad cannas haberet.cum ita bellū
geri arbitraretur ut in roſtris declamauerat quinquaginta milia romanorum in eo prælio deſiderata
ſunt.quam ſtragem paulus Varronis collega pro patria prodigus animæ ſua morte nobilitauit fune-
ſtioremque romanis reddidit cui Annibal iuſta perſoluit inquiens quantus paule iaces: qui tot mihi
milibus unus maior letitiæ cauſa es. Varro cum.l.equitibus uenuſiam ſe recepit.Annibal quāuis non
nulli ſuaderent & Maharbal prefectus equitum imprimis qui die quinto epulum in capitolio polli-
cebatur ſi uictricia caſtra pauidæ urbi:conſternatæ ac tot præſtantiſſimis ciuibus exhauſtæ admoue-
ret.fortuna romanorum quæ ſemper in aduerſis enituit ita uolente ſuper tanta re cogit abundus ad-
uentum ſuum ad urbem diſtulit:præſenti lætitia ſic correptus ut ſibi conſtare minime uideretur.tūc
Maharbal proclamaſſe fertur uincere ſcis Annibal uictoria uti neſcis:poſtero die: ubi illuxit milites
ſpolia legerunt:ſtragemque romanam contemplati ſunt.Tria milia & ſexcenti milites romani euaſe
runt & canuſium ſe receperunt:quos paula frugi mulier magna ſedulitate exceptos fouit. Varro co-
pias omnis canuſium traduxit.Litteras ad ſenatum dedit.tantum terroris & tumultus intra mœnia
romana fuit ut nil aliud q̄ luctus exaudiretur.Verum decreto Fabii:& ſenatus omnia ut tanta ſtrages
patiebatur ſedata ſunt quippe ſpatio.xxx.dierum luctus eſt finitus omnes fere ſamnites lucani locrē-
ſes:hirpini:Metapontini:Brutii:Apuli & alii populi complures:& ciſalpini galli ad Annibalem defe-
cerunt:Varroni romam redeunti q̄uis tātæ calamitatis uir ſtolidiſſimus cauſa fuiſſet ab omnibus or-
dinibus obuiam itum eſt:& gr̄æ actæ ꝙ de re publica in tam aduerſa fortuna non deſperaſſet. Interī
Mago ad urbes deficientes ab Annibale miſſus eſt & ut inuitas etiam cogeret ipſe per agrū campanū
mare inferum petiit neapolim oppugnaturus.Vrbem quippe maritimam exoptabat tamen mœnia il
lius urbis conſpecta ſuperatu difficillima eum ab oppugnatione deterruerunt.inde capuam longa tē
poris felicitate ac indulgentia fortunæ luxuriantem per deditionem accepit. Illa nanque ciuitas
in luxuriam ſemper prona fuit:non ingeniorum modo uitio ſed affluenti copia uoluptatum:& illece
bris omnis amœnitatis maritimæ:terreſtriſque:ut nec libidini nec ſumptibus modus ullus eſſet. ubi
cum Annibal hyemaſſet & campanis conditionibus pacis ut optauerant conceſſis habita oratione in
ſenatu ipſe cum exercitu effœminatus eſt:& cum uoluptatibus immodicis dies noctesque indulgeret
& epulis uinoque:ac ſcortis operam daret:Laudatiſſimus iuuenis perolla ni pater ſuus pacuuius obſti
tiſſet:eum inter epulas confodere deſtinauerat.poſtea Nolam ſe contulit:& cum per proditionem ut
ſperauerat ciuitate potiri non poſſet eam effœminatorum militum corona circundedit.Marcellus
ut eum muris ſuccedere uidit acie intra portam inſtructa cum magno impetu erupit ubi atrox pugna
aliquādiu fuit:ſed dēſiſſmus imber prælium diremit.xxx.pœnorum ceciderunt.romanoꝝ nullus.

Tertio die uterque in aciem copias eduxit:& utrinque militibus adhortatis pugnatum ẽ.pœni ter/
ga uerterũt:& in caſtra compulſi ſunt.tunc primum Annibal uici ſe poſſe a romanis didicit poſtero
die indutiis datis quiſque ſuos ſepeliuit.Annibal hyberna repetens apuliæ circa arpos cõſedit.C.Fa
bius poſt Annibalis profectionẽ agrum campanum ferro ignique depopulatus eſt.Annibal tarento
potitus eſt præter arcẽ:in quam Salinator præſidii cauſa ſe receperat & aſtu punico naues tarentino
rũ plauſtris impoſitas miraculoſe Annibal per montem egit:Marcellus in Sicilia expugnauit Syra/
cuſas:ubi archimedes geometra inſignis occubuit : cũ e ſuperiore loco Marcellus incendium tantæ
urbis proſpexiſſet lachrymas emiſit Capua demum obſeſſa Annibal magna parte impedimenroꝝ
relicta: & grauibus armis cũ delectis equitibus:peditibuſque ad feſtinandũ aptiſſimis capuam com
tẽdit & Tifata occupauit.Ibique cum pugnaretur:atque urbem obſidione liberare nõ poſſet romã
iter cõuertit & infeſto agmine agrum fregelanum depopulatus:nam illi pontes inciderant quo iter
ad urbẽ impediretur per fruſinatem:ferentinatem:anagninumque agrum in labicanum uenit.ĩde
Tuſculũ contendit:& intra mœnia non receptus gabios deſcendit.octo milibus paſſuum ab urbe ca
ſtra poſuit.At Appius proconſul eum uia Appia ſequutus porta capena romã ingreſſus ut conſterna
ti ciues:& matronæ animũ reſumerent media urbe per carinas:& ſuburam in exquilias contendit.ĩ
de digreſſus inter exquilinam & collinam portã caſtra poſuit.ædiles plebis comeatum eo compor
tarunt conſules:ſenatuſque in caſtra uenerunt.ibi de ſumma rei publicæ cõſultatum : placuit ut cõ/
ſules circa collinã:exquillinamque portam caſtra ponerent:&.C.calphurnius prætor urbanus arci
& capitolio præeſſet:& ut ſenatus frequens in foro contineretur ſiquid in tam ſubitis caſibus conſul
to opus eſſet.Interea Annibal caſtra metatus ẽ ad anienẽ . ibique ſtatiuis poſitis ipſe cum duobus mi
libus equitum a porta collina uſque ad templum herculis progreſſus ẽ:atque unde maxime poterat
mœnia ſitumque urbis obequitãs contemplatur tali licentia uagari Annibalem impũe romanus mi
les indigne ferens immiſis equitibus eum repreſſit.poſtero die anienem trãſgreſſus in aciem copias
eduxit pugnaturus nec romãi pugnã detrectauere ni denſiſſimus imber præliũ diremiſſet . Quod
cum ſequẽti die itidem accidiſſet Annibal proclamauit potiundæ urbis interdum ſibi mentem:in
terdum fortunã nõ dari & omni ſpe depoſita in brutios ſe recepit.Dum hæc in italia agerentur duo
fulmina belli ſcipiones publius:& Gneus fratres in hiſpania occubuerunt.ex quorum morte illic &
romæ luctus fuit.Sed.L.Martius Septimi filius eques romanus iuuenis ſollers & impiger diſciplina
Gnei ſcipionis edoctus cum.T.fõteio.p.ſcipionis legato militibus ex fuga collectis:& quibuſdam de
præſidiis deductis rem romanam tutatus eſt:& cũ imperator romæ quereretur:nec aliquis illuc ubi
duo clariſſimi imperatores ceciderant proficiſci auderet ſcipio:qui poſtea appellatus eſt aphricãus
filius.p.ſcipionis qui in hiſpania occubuerat quattuor ferme:ac uigĩti annos natus ut eo mitteretur
comitiorum die efflagitauit:& cum ſenatores ætatis rationem haberẽt : grauiſſima oratione de ſua
ætate ac imperio quod petebat differẽs ut in hiſpaniam mitteretur ſine cunctatione patres cõmouit
Igitur cum.xxx.quinqueremibus profectus per omĩa thuſci maris alpes atque gallicum ſinum.dein
de pyrenei circũuectus promõtorium emporiis copias expoſuit inde Tarraconem pedibus cõtẽdit:
ubi cõuentum ſociorum habuit.eodem legiones ex hybernis conuenire cum iuſſiſſet ipſe cum quin/
que milibus ſociorum a tarracone ad exercitum profectus eſt:& ueteribus militibus pro cõcione lau
datis eos nouam carthaginem oppugnatum duxit:quam ingẽti labore:ac induſtria expugnauit.nã
qua mari alluitur urbem ingreſſus eſt & ingrediẽs per aquam Neptunum ſibi ducem eſſe arbitratus
eſt.Inde pacata hiſpãia.fœdere icto cum Syphace:ac ludis funebribus apud carthaginẽ celebratis in
honorem patris patruique tarraconem uenit.Inter hæc Aſdrubal ex hiſpania ſcipiõem fugiẽs ut An
nibali ſe cõiũgeret alpes tranſcendit & placentiam expugnare conatus eſt:cui Liuius ſalinator con/
ſul obuiam proceſſit.& cum litteræ aſdrubalis ad fratrẽ ĩterceptæ eſſent romam ad ſenatum miſſæ
ſunt cum per ĩterpretem eas legiſſet claudius Nero.Qui poſtquã patribus ſentẽtiam aperuit ſuam.
ſex milibus peditum & mile equitibus electis noctu profectus maximis itineribus ãnibale ignorãte
ad collegam uenit:qui ad ſenogalliam caſtra habebat.& cum mãus cõſeruiſſent aſdrubal uia eluſus
pugnãdo cecidit.Nero ea nocte quæ ſequuta eſt pugnã citatiore q̃ inde uenerat agmine ſexta die in
ſua caſtra reuerſus eſt:& caput aſdrubalis ante hoſtiũ ſtationes proiici iuſſit: Annibal dolore & pu/
blico & priuato ictus carthaginis fortunã ſe cognoſcere profeſſus eſt.Scipio romam rediit.cui extra
urbẽ in æde bellone ſenatus datus eſt:& cum de rebus a ſe geſtis diſeruiſſet nec triumphare poſſet:
quoniã ſine magiſtratu rem geſſerat urbem ingreſſus eſt:& præda ærario illata.omnes centuriæ in
genti conſenſu fauoreque conſulẽ ſcipionem cum.p.licinio craſſo pontifice maximo creauerunt :
& cũ aphricam prouinciam decerni ſibi optaret fabio in ſenatu aduerſante quod optabat minime
aſſequutus eſt prouinciæ cõſulibus daretæ ſcipioni ſicilia craſſo brutii contra annibalem. Itaque ſci
pio adiutus ab hetruſcis & nõ nullis aliis populis ita opus urſit ut die.xl.q̃ ex ſyluis materies cæſa eſt
naues inſtructæ armatæque in aquam deductæ ſint.& nõ nulli uoluntarii ex marſis pelignis & mar
rucinis nomina in claſſem ſcipionis dederunt. Qui.xxx. nauibus longis uoluntariorum .vii.fer
me milibus in naues impoſitis in ſiciliam traiecit:ubi uoluntarios milites in centurias ordinẽque
diſtribuit.ex hiſque.ccc.iuuenes florẽtes ætate ac uirium robore inermes circa ſe habebat ignaros:
ad quem uſum neque armati neque centuriati ſeruarẽtur.Inde cum locrenſes de defectione cogita
rẽt:& annibal iam arce potitus ad eos proficiſceretur e meſſana ſcipio locros tranſmiſit & fugato an
nibale cum proditores ſupplicio affeciſſet meſſanam reuerſus eſt.cum iam finis ãni eſſet.C.cecilius
Metellus dictator a craſſo qui erat in brutiis comitioꝝ cauſa dictus ẽ.&.L.ueturius philo magiſter

equitum comitia per dictatorem habita. M. cor. cethegus & T. Sempro. Tuditãus cōſules creati & dictator magiſtratu ſe abdicauit. Scipioni procōſuli cum eo exercitu & claſſe quam habebat prorogatum in annū imperium eſt. prouinciæ conſulibus decretæ cornelio hetruria cum ueteri exercitu. Sēpronio brutii cōtra annibalem: nouas legiones conſcriberet. Hoc anno ſtatua matris ideæ ex peſſimonte urbe phrygiæ romam aduecta eſt: & Megaleſia inſtituta. Scipioque naſica uir optimus iudicatus. Scipio procōſul ꝙ diſciplinā militarem fregiſſet: & ꝙ ſolutæ non ut decebat imperatorem romanū in ſenatu accuſatus eſt: quē Metellus oratione defendit. Legati cum prætore in ſiciliam miſſi ſunt ut ea quæ uulgata erant rumoribus de cultu: ac deſidia imperatoris: deque ſoluta militiæ diſciplina oculis comperta romā referrent. Quibus uenientibus ſyracuſas ſcipio nō uerba ſed res ad purgandum ſe preparauit: & rem aliter eſſe ac dictū fuerat oſtendit. quippe omnē exercitum eo cōuenire claſſemque expediri iuſſit tanquā terreſtri naualique prælio eo die dimicādū fuiſſet. poſtero die terreſtres: naualeſque exercitus nō inſtructos modo: ſed hos decurrentes: claſſem uero in portu ſimulachrum & ipſam edentē naualis pugnæ oſtēdit: & cum armamentaria horrea: cæteroſque belli apparatus uidiſſent: quod fœlix fauſtumque populo romano ſibique eſſet ex decreto ſenatus ut in aphricā traiiceret ſcipioni permiſerunt. qui ſuos milites adhortatus nauigauit ſuoque aduētu maximo terrori hoſtibus fuit. Inde ſyphacē Aſdrubalēque uicit. nā noctu hybernacula pœnoꝝ lignea temereque ex materie agrorum extructa incendio abſumpſit. ſic binis caſtris deletis ingēti præda potitus eſt. & Syphax captus ad Scipionē perducitur. quem ille romā miſit. Carthaginenſes ſcipionem timentes muros ac propugnacula reficiebant. Legatoſque ad annibalē miſerunt: qui illum in patriā iā laborantem reuocarent: quos ānibal flendo audiuit accuſans pœnos qui ſupplementū ac pecuniā denegauerant: & cū excedens italiā reſpexiſſet deos ac ſe deteſtatus eſt ꝙ cruentos milites romanoꝝ ſanguine ad cannas non ſtatim ad urbē duxiſſet ſe centū milibus armatorū ad tranſimenū & cannas cæſis circa caſilinum cumas: nolamque conſenuiſſe & ſcipionem ire ad carthaginem auſum qui conſul in italia pœnū hoſtem nō uidiſſet hæc incuſans in aphricam tranſmittēs ad leptim claſſem appulit. copiiſque expoſitis zamam contendit: ubi utrinque magna ſolertia inſtructo exercitu cum annibal pacē a ſcipione peteret & ille recuſaret inquiens: poſtq̄ pacē ferre nō potuiſti bellū quod diu optaſti accipe. igitur pugnatum eſt. Annibal uictus adrumentum ſe recepit. Inde carthaginē accitus in ſenatu faſſus eſt: nec ſpem ſalutis alibiq̄ in pace ponendā eē: unde legati carthaginenſiū ad ſcipionem uenere pacē efflagitantes. Scipio pacis cōditionibus datis carthaginē tributariā fecit. inde exercitu in naues impoſito in ſiciliam traiecit & per italiā nō minus lætam pacis q̄ uictoriæ. effuſis etiā hominibus cauſa officii ad honores præbendos. turba etiam agreſtiū: uias obſidente romam uenit: clariſſimoque omnium triumpho urbem: & capitolium inuectus eſt.

. N. marbach

ORdior arma: Propoſitio eſt qua Syllius captās attētionem ac docilitatem oſtendit: aperitque
ſe deſcripturum bellum punicum ſecundum. Attentum facit auditorem rerum magnitudi
ne propoſita. Docilem ſumma paucis comprehenſa: Cauſa principii Fabius inquit: Nulla alia eſt
q̄ ut auditorem quo ſit nobis in cæteris partibus accommodatior comparemus id fieri tribus: uel
maxime poteſt: ſi beniuolum: attentum: docilem fecerimus auditorem. Sunt & illa excitandis ad
audiendum non inutilia: ſi nos neque diu moraturos: neque extra cauſam dicturos exiſtiment.

ORDIOR ARMA QVIBVS COE
LO SE GLORIA TOLLIT
Aeneadum: patiturque ferox œnotria iura
Carthago. da muſa decus memorare laborum
Antiquæ heſperiæ: quantoſque ad bella crearit:
Et quot roma uiros ſacri cum perfida pacti.
Gens cadmea ſuper regno certamina mouit.
Quæſitumque diu qua tandem poneret arce
Terrarum fortuna caput. ter marte ſiniſtro
Iuratumque ioui fœdus conuentaque patrum
Sidonii fregere duces: atque impius enſis
Ter placidam ſuaſit temerando rumpere pacem.

Docilē: ſine dubio & hæc ipſa præſtat
attētio. ſed & illud ſi breuiter: & dilu
cide ſumma rei: de qua cognoſcere de
beant indicauerimus: quod Homerus
atque Virgilius operum ſuorum prin
cipiis faciunt. nam iſtius rei modus eſt:
ut propoſitioni ſimilior ſit: q̄ expoſitō
ni: nec quomodo quidque ſit actum:
ſed de quibus dicturus ſit orator oſtē-
dat. Sum inq̄t Syllius deſcripturus ar-
ma & præſtantiam bellicam populi ro
mani: qua illius gloria non modo per
totum orbē propagata eſt. Verū uſque
ad aſtra penetrauit: & q̄ carthago bel-
li ſtudioſiſſima: & romani æmula im-
perii leges & iugum romanorum ſubi-
re: patique coacta eſt: & hoc primo ſe-
cundoque bello punico. nam tertio ab
æmiliano Scipione funditus eſt euer-
ſa: & cineres in capitolium relati: reſti
tuta fuit poſtea ab Auguſto eodem an-
no: quo Corynthus. Aeneadū: roma-
norum: qui ab Aenea ducunt origi-
nem: quorum ars militia erat: qua &
gloriam ſimul & imperium compa-
rarunt: Agere quippe ac pati fortia romanorum erat. Ferox: bellicoſa. Ferotia enim in bello di-
citur & ferox eſt perpetuum epitheton Martis. Oenotria iura: romanas leges: & italas. nam italia
dicta ē œnotria ab œnotro fratre peucetii filio Lycaonis regis Arcadiæ: q auſones ī ſinu campano
œnotros appellauit. Strabo ait: Illa pars Italiæ: quæ ē a freto ſiculo uſque ad ſinū tarētinū & poſſi
domatem protenditur apud ātiquos œnotria dicebat̄. Et regia regum œnotriorū pandoſia erat.
ubi Alexāder moloſſorū rex oraculo deceptus cæſus eſt. Poſtmodū tota Italia œnotria dicta eſt.

Da muſa decus: beniuolum reddit auditorem inuocatione muſarum: quas præcidere uatibus
antiquitas credidit. Poetæ ſtatim poſt maximam propoſitionem emerēdi fauoris gratia muſas in
uocant: ut arrogantiā deuitēt: & cum ad aliquem locū peruenerint grauiorē uota repetūt: quod
Horatius in arte poetica præcepit. Nec deus interſit: niſi nodus iudice dignus inciderit. Præcatur
ergo dari ſibi a numine poſſe memorare labores nobilis ac generoſæ italiæ: & quot & quam præ-
ſtantiſſimos uiros illa habuerit: cum populus carthaginenſis iacta. fœdera uiolando: ut impera
ret bellum contra ius: faſque populo romano intulit: Et cum diu dubitatum eſt: & quæſitum in
utra iſtarum urbium: poſt uarios utrinque labores uellet fortuna ponere caput orbis: & imperii ſe
dem. Antiquæ: nobilis italiæ: quæ & heſperia dicitur. Quot: ad numerum refertur. Quan
tos: ad præſtantiam bellicam. Gens cadmea: carthaginenſis oriunda a phœnicibus: quibus im
perauit Cadmus. Perfida: uiolatrix nulla fide ſeruata. Pacti ſacri: fœderis ſacroſancti: quo
niam in percutiendis fœderibus Iuppiter inuocabatur. Sex fuerunt fœdera inter romanos & car
thaginenſes ante ſecundum bellum punicum: quæ in æneis tabulis ſcripta: in templo Iouis capi
tolini ſeruata fuerunt: autore Polybio. Primum fuit eiectis regibus. M. Bruto: & Valerio conſuli-
bus. Item alia duo ante primum bellum punicum. Quartum peracto primo bello cum Luctatio
conſule. Quintum poſt illud Luctatii. Sextum cum Haſdrubale. Super regno: de regno: ut ſcili
cet imperaret: quoniam de imperio dimicabatur. uter ſcilicet imperaret. Sed Hannibal ea tranſ
greſſus eſt quæ ſeruanda ſunt: cum non de uita: ſed imperio certatur. Quæſitum: dubitatum:
qui enī dubitat inquirit: & addubitatio generat dolorem: unde dolere aliquando idem eſt: quod
inquirere. Ariſtoteles in metaphyſicis: Multi non indoluerunt inquit. & Virgilius in ethna: Si ta
men Virgilii eſt: quæ ſub illius nomine circunfertur. Non eſt hic cauſa dolendi. Tandem: poſt
multa prælia: & diutinos labores. Qua arce: romana ſcilicet: an punica: ideſt capitolio an byr
ſa. Ter marte ſiniſtro: Tria inquit bella punica fuerunt: ſed medium: quod narraturus ſum ma
ioris negocii fuit atque diſcriminis: & ſic tangit capita rerum: quas narraturus ē. Marte ſiniſtro:
infelici euentu pugnæ: quoniam ſemper uicti fuerunt. Ioui: qui inuocabatur in ſanciendis fœ
deribus. lege formulam apud Liuium. Conuenta: pacta ſenatorum. Impius enſis: arma
magno ſtudio: ac temporis interuallo comparata. Temerando: uiolando iacta fœdera.

S ed medio finem bello:excidiumque uiciſſim
M olitæ gentes:propiuſque fuere periclo
Q uis ſuperare datum:reſerauit dardanus arces
D uctor agenoreas:obſeſſa palatia uallo
P œnorum:ac muris defendit roma ſalutem
T antarum cauſas irarum:odiumque peremni
S eruatum ſtudio:et mandata nepotibus arma
F as aperire mihi:ſuperaſque recludere mentes
I amque adeo magni repetam primordia motus.
P ygmalioneis quondam per cerula terris
P ollutum fugiens fraterno crimine regnum

Finem:ut ſcilicet altera pars deleretur. Excidiumque uiciſſim:in parte operis mei huius inq̃t licet præfari mihi: quod in principio ſummæ totius profeſſi ſunt: plerique rerum ſcriptores.bellum maxime memorabile omnium: quæ unq̃ geſta ſunt me ſcripturum: quod Hannibale duce carthaginenſes cum populo romano geſſerunt. Nam neque ualidiores opibus ullæ inter ſe ciuitates:genteſque cõtulerunt arma: neque his tantum unq̃ uiriũ aut roboris fuit: & haud ignotas belli artes inter ſe:ſed expertas primo punico conſerebant bello:& adeo uaria belli fortuna: ancepſque mars fuit:ut propius fuerint periculo:qui uicerunt.odiis etiam maioribus certarunt q̃ uiribus romanis indignantibus: quod uictoribus uicti ultro inferrent arma: pœnis quod ſuperbe auareque crederent imperatum uictis eſſe. Viciſſim:mutuo. Gentes: ipſi romani ſcilicet: & carthaginenſes:quorum uterque alteri excidium moliebatur:& neuter alterũ imperare uolebat. Molitæ:parauerũt ſũma ope. Quis: quibus belli fortuna conceſſit: ut uincerent:adeo cruẽta uictoria fuit: ut loco patebit ſuo. Reſerauit dardanus arces:Scipio Aphricanus carthaginem ad tributum redegit: & urbem illã totiens rebellem & contumacẽ: primaſque ſibi partes uendicãtem populo romano peruiam fecit. Agenoreas:carthaginenſes pœnos appellat ſidonios.tyrios phœnicas:agenoreos:cadmeos: ſarranos: q̃a originẽ habuerũt a phœnicia:ubi ẽ ſidon:tyrus:ſarra: & ubi regnauit Agenor pr̃ Cadmi. Ductor dardanus:Scipio romanus dux belli.Romanos appellat dardanios:rheteos:pergameos:æneadas:laurentes:auſonios:œnotros:ideos:hectoreos:teucros.Aeneas enim ex Troia uenit:ĩ agrũ laurentẽ ducẽtibus fatis ad maiora rerũ initia:cuius filius Aſcanius albam cõdidit: a quo reges albani:uſque ad Amuliũ & Numitorẽ:cuius filia Rhea ſyluia cõpreſſa a Marte ĩ luco martis:q erat ſub albano mõte Remũ peperit:ac Romulũ:a quo Roma. Obſeſſa palatia uallo pœnoꝝ:qm̃ Annibal ad anienẽ caſtra poſuit:& ad portã collinã adequitãs haſtam intra urbis mœnia primus cõtorſit: unde Plyloquẽs de ſtatuis ait:Et adeo diſcrimẽ omne ſublatũ ẽ: ut Annibalis etiam ſtatuæ tribus locis ea urbe uiſant:intra cuius muros ſolus hoſtiũ emiſit haſtã. Palatiũ ẽ mons e regione ad auẽtinum. & palatia ponit ꝓ tota urbe. Tantarũ cauſas irarũ: precat nunc ut liceat ſibi aperire cauſas perpetui odii:quod inter utrũque populũ uſque fuit. Studio:uolũtate perſeuerãti. Mandata nepotibus arma:bellũ punicum ĩ genere intelligit:quod Dido eluſa ab Aenea:ut Vir.finxit:a quo romani ducunt originẽ ſucceſſoribus ſuis gerendũ contra æneadas mãdauit:& imitatur Virgiliũ:apud quẽ Dido moritura dicit:Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor: Qui face dardanios:ferroque ſequare colonos.Nunc olim quocunque dabunt ſe tẽpore uires.Litora litoribus cõtraria fluctibus undas imprecor:arma armis pugnẽt:ipſique nepotes.& in ſecũdo uolumine Syllius canit. Ipſa pyram ſuper ingentẽ ſtans ſaucia Dido.Mandabat tyriis ultricia bella futuris. Superaſque recludere mẽtes:nam paulopoſt narrabat uaticiniũ Iunonis & præſagia cladũ populi romani: & in tranſitu alpium uenus apud Iouẽ queſta eſt:timens romanis ſuis.Ille om̃ia fata recluſit:& Iuno monuit Annibalem:cum caſtra ad anienem metatus eſſet: ne urbe potiri ſperaret: inuito Ioue:quem ſuper capitolium fulmina molientem oſtendit: & Martem in campo martio: & ægida palladis: & ipſam pallada gorgoneos accinctam furores: aliaque numina in urbem declinaſſe: ut eam a barbaris tuerentur. Recludere:aperire:promere. Adeo:certe. Pygmaloneis: Narratio eſt: qua cauſa odii:& per conſequens tanti belli aperitur:& repetit paucis aduentum Didonis in aphricam quæ tantæ fœlicitatis fuit: ut inter barbaras & efferas nationes nouam coloniam deducere potuerit:Carthaginem ſcilicet: quam puto Didonem denominaſſe a nomine Carthaginis: tanquam anguſtiore:quæ illius Herculis filia fuit: qui Tyri colebatur: ut Cicero ſcribit in libris de natura deorum:Arx quæ in ædito loco urbis ſita erat Byrſa appellabatur. Appianus dicit phœnices condidiſſe carthaginem in Lybia annis quinquaginta ante Ilii captiuitatem: conditoremque fuiſſe Xorum & Carchedonem: hanc urbem Iuno caput terrarum fore deſtinauerat: quippe illa magis quam argis & mycenis delectabat.Pœni quippe Iunonem hæreditaria ſuperſtitione humano ſanguine placabãt.Verum cum uidiſſet romanos uagari iam claſſe per mare tyrrhenum:timens carthagini belli furorem pœnis immiſit:qui nauali prælio uicti fuerunt ad egates: quæ ſunt in mari ſiculo:ut dictum eſt. Pygmalioneis: phœniſſis: ubi regnauit Pygmalion. Fraterno crimine: quoniam Pygmalion frater Sycheum maritum ſuum fraude necauerat: ut illius theſauro potiretur Dido monita ſomnio:ut ſcribit Appianus: collectis his quibus pygmalionis ſæuitia inuiſa fuerant:pecuniiſque in unum congeſtis in libyam nauigauit:& illic ubi nunc carthago eſt cõſedit.

Oræ fatali: regioni libyes ad quam fata eam ducebant ut carthago conderetur. Secto tauro: dido ſoluens ex phenicia in cyprum uela dedit: ubi bytias ueneris ſacerdos cum magna puellarum manu quæ ad ſacra uenerant didoni ſe iunxit. inde ad aphricam uentum eſt: ubi emit tantum ter ræ quantum circundaret corium bubulum; quod diſſectum in multas ligulas comprehendit fere ſpatium uiginti ſtadiorum. expellentibus deinde eos incolis: inquit Apianus tantum ſoli depre cati ſunt in quod ſe conferrēt quantum taurino corio circundare poſſent: illi ſe iureiurando con ceſſuros firmauerāt. hi corium per mi nuta ſecantes circumpoſuere loco ubi nunc eſt arx carthaginis quæ ob id byr ſa appellata eſt: & ideo canit Virgilius Mercatique ſolum facti de nomie byr ſam: taurino quantum poſſent circun dare tergo. Litora: quoniam locus ubi carthago erat eſt peninſula habēs ambitum ſtadiorum. cc. lx. muro cin ctum ſupercilium etiā erectum & cir cum circa habitatum: illic fuit byrſa. arx. Ante argos: argi urbs peloponne ſi caput argiuæ regionis ubi dicitur na ta iuno. Mycene urbs etiā peloponneſi ubi regnauit agamemnon hæ urbes iu noni ſacræ habebanẽ: & erant. Alta: priſca. Profugis: didoni ac comitibus profugis ex phenicia. Optauit: elegit propter loci oportunitatem cum eſſet ad mare. Sic Virgilius: Optauitque lo cum regno. Aeternam gentem: nun quam ceſſaturum imperium: & gentē nunquam habituram finem. Exere re: attolleẽ caput ſuper alias urbes quæ alti nominis erant ciuium ardentiſſi ma uirtute ſubnixa; & innumeris cla ra triumphis: & quæ iam ad totius or bis imperium: & tantam illam magni tudinem aſpirabat. Totum orbem: ſeruit affectui ipſius iunonis poeta. nā res inimicorum quamuis exiguæ ſint: tamen inuidis magnæ uidētur. Vnde dicit Ouidius: Vicinumque pecus grandius uber habet. non enim tunc romani nauigabant per omnia maria: ſed uix in Siciliam traiecerant duce appio clau dio caudice, ſic ob id cognominato: quoniam primus ſuaſit romanis nauim conſcendere. Roma ni quippe ut ſcribit Seneca ad paulinū de breuitate uitæ plurium tabulaꝝ contextum caudicem appellabant. Vnde tabulæ codices dicuntur. Tranquillus in tyberio: Claudius caudex primus fre to claſſe traiecto pœnos ſicilia expulit. Propius: uicinius. timens inquit carthagini: & ne romani propius accederent primi belli punici ſuſcitauit incendia. Phœnicū: carthaginenſium. Contu ſo: fracto atque uicto. nam ſuccubuerunt pœni in primo bello punico: conſule Luctatio. Primæ pugnæ: primi belli punici. Fractis ceptis: contuſis conatibus & pricipiis punicis in mari ſiculo ad egates. Sicanio: ſiculo mari. Sicani antiqſſima gēs hiſpana a ſicori amne denoīata hītauerūt pri us latiū: inde ī ſiciliā tranſgreſſi ſicaniā denoīarunt. durauit aūt primū bellum punicū ad. xxiiii. annos. Arma remolitur: retractat & inſtaurat: & ſic conflatū eſt ſecundū bellum punicū duce an nibale. Dux: annibal ipſe ſolertiſſimus ad oīa. Sufficit: ſubmīſtrat affectui iunonis. Agmina: exercitū contra romanos. ipſe dux inquit ſtrenuus & crudelis in romanos erat iunoni pro magno exercitu. unde talē nacta ducem bellū mouit. Turbanti: iunoni paranti turbare & prouocare in perniciē romanoꝝ mare ac terras. Induit iras deæ: ideſt ipſe Annibal concepit aīo ſuo ī romanos tales iras quales iuno hēbat acerbiſſima romani noīs inimica. Audet: propter illius amplitudinē & ſollertiā bellandi. Solū: hunc unū annibalem. Componere fatis: ideſt opponere romanis: ut ipſa fato quodā deſtinauerat. unde cū uiro tā ſanguīeo ſuperbiret: & talē ducem qualē diu optaue rat. tandē nacta eēt prouidens opera & auſpitio annibalis calamitates romanoꝝ quadā ſtomacha tione romanis īſultat. dicēs eſto æneas me īuita ī italiam nauigauit: & regno atque uxore potitus ē quod mihi dolori fuit: ſed maior ꝓfecto erit uoluptas ī calāitatibus ueſtris o romani q illū & mar tē genti ur̄æ īſcribitis: q̄ fuerit dolor ī aduētu æneæ. rependā īqt dolorē uoluptate ꝓpediē uētura.
Haud īſcia: nō ignara cū eēt numē cladū qbus annibal romāos ī italia affecit. In regna latini: ī italiā & latiū cuius caput ē roma ī latio regnauit latius rex aboriginū & ſocer æneæ. Mox: paulo poſt. Sæuo turbīe: crudeliſſīo martis īpetu. Intu. la. uerba iunonis īſultātis ro. noī & cladibus fu turis: & uti ẽ cōceſſiōe ꝑ q̄dā ſtōachationē. Exul darda. æneas troiāus oriūdus a dardāo iouis filio.

Fatali dido lybies appellitur oræ:
Tum precio mercata locos noua mœnia ponit
Cingere: qua ſecto permiſſum littora tauro
Hic iuno ante argos: ſic credidit alta uetuſtas
Ante agamēnoniam gratiſſima tecta mycenen
Optauit profugis æternā condere gentem.
Verū ubi magnanimus romā caput urbibus alte
Exerere: ac miſſas etiā trans æquora claſſes
Totum ſigna uidet uictricia ferre per orbem
Iā propius metuens bellādi corda furore
Phenicum exſtimulat: ſed enim conamine primæ
Contuſo pugnæ: fractiſque in gurgite ceptis
Sicanio lybicis: iterum inſtaurata capeſſens
Arma remolitur: dux agmina ſufficit unus
Turbāti terras: pontumque mouere parāti.
Iāque deæ cunctas ſibi belliger induit iras
Annibal: hunc audet ſolum componere fatis.
Sanguineo cum læta uiro: atque in regna latini
Turbine mox ſæuo uenientum haud inſcia cladū

I ntulerit latio ſpreta me troius inquit
E xul dardaniam:et bis numina capta penates
S ceptraque fundarit uictor lauinia teucris:
D um romana tuæ ticine cadauera ripæ
N on capiant:ſimiliſque mihi per celtica rura
S anguine pergameo trebia:et ſtipantibus armis
C orporibuſque uirum retro fluat.ac ſua largo
S tagna reformidet traſimenus turbida tabo
D um cannas tumulũ heſperiæ:campũque cruore
A uſonio merſum ſublimis iapyga cernã:
T eque uadi dubium coeuntibus aufide ripis
P er clypeos:galeaſque uirũ:cæſoſque per artus
V ix iter adriaci rumpentẽ ad littora ponti
H æc ait:ac iuuenem facta ad mauortia flammat.
I ngenio motus auidus fideique ſiniſter
I s fuit:exuberans aſtu.ſed deuius æqui

Intulerit:eſto inquit ꝙ æneas potuit inferre in latium troianos & numina:& ad dedecus æneam profugũ exulem appellat. Dardaniam:ipſos troianos. ſic Virgi. Ilium in italiam portans uictoſque penates quos appellat numĩa bis capta ad contemptũ: quia bis troia capta fuit:prius ab hercule tempore Laomedontis:poſtea regnante priamo. Varro ait in ſecundo rerum humanaꝝ dardanum ex Samothracia in phrygiam:& æneam e phrygia in italiã penates attuliſſe. Caſius hemina ſamothracum deos tradit apud nos penates dici. Samothraces aũt dii ſunt ut autor é Varro duæ uiriles ſpecies æneæ:quæ illic ante portas locabãtur. Nigidius ait penates dii apollo & neptunus. Dionyſius ait. Romæ ſacellũ eſt haud procul a foro uia qua itur ad carinas: in quo ſunt dii penates iuuenes duo pila tenẽtes. in aliis tẽplis iuuenes duo militari habitu penates dicti: quia per eos penitus ſpiramus:per quos corpus & animam habemus. Sceptra lauinia: regnũ apud lauinum quod æneas in latio condidit:& a nomine uxoris lauinũ appellauit. eſto inquit ꝙ poſuerit ſibi & ſuis in latio ſedem: & regnum parauerit quod per ſceptrũ ſignificatur:& regnauerit in urbe lauino. Dum:modo ĩquit cernam has calamitates non curo ad uotũ me ĩuita omnia ſucceſſiſſe æneæ. Ticine:ad Ticinum urbẽ & fluuium eiuſdem nominis annibal exercitũ romanum prĩo ꝓfligauit.P.Scipione conſ. Ticinus nunc dicit papia. Similis mihi:eo animi affectu ĩ romanos quo ego ſum: quoniam pugnante ſcipione in ipſo fluuio aqua trebiæ contra romanos aſſurrexit: minatuſque é ſcipio ſe cum primũ poſſet alueum illi adempturum. & Trebiam pœnũ non italum appellauit:& annibal appellat illum ſuũ trebiam. Per celtica rura:galliam ciſalpinam. nam galli eã oram italiæ incoluerunt:quos græci uno uocabulo celtas appellant. Pergameo:romano. Stipantibus: replẽtibus & condenſantibus alueum & uadum.nam ſtipare eſt condenſare Virgi. dulcia mella ſtipant.

Traſimenus:lacus peruſinus denomĩatus ut fingit poeta a Traſimeno iuuene formoſiſſimo amato ab Agylla nympha. apud hunc lacum flaminius cecidit:& exercitus romanus profligatus eſt. Tabo:ſanguine putrefacto in maxima copia. Dum cannas tumulum heſperiæ: cannæ uicus apuliæ prope aufidum ubi romani memorabilem illam & luctuoſam cladem acceperunt:ut ibi totius fere italiæ uideretur eſſe ſepulchrum.nam quĩquaginta milia romanorũ in eo prœlio deſiderata ſunt:& conſul Paulus. Ideo dicit Plinius. Non cannæ buſto inſignes romani nominis. Campum iapyga: apulum. apulia dicta eſt iapygia ab Iapyge filio dedali & puellæ cretenſis: quĩ illic regnauit:& peucetius in iapygiis montibus habitauit:& accolas a nomine ſuo peucetios denominauit.

Sublimis:alacri animo geſtiens in aere. Vadi dubium: habentem alueum repletum cadaueribus uſque ad ſuperficiem:ut ſuperatis iam ripis dubium eſſet ubi fuerit uadum:ideſt alueus & concauitas fluuii. Coeuntibus: coniunctis propter cadauera quibus erat repletus alueus. Rumpentem:cum difficultate emittentem ĩ mare adriacum propter cadauera quæ curſum impediebant.

Hæc ait: iuno ſcilicet & annibalem ferociſſimum ad bella gerenda accendit. Facta ad mauortia:ad laudem bellicã & gloriam. Ingenio motus auidus:deſcribit mores annibalis: & callidum ingenium. de quo Liuius: nullo labore aut corpus fatigari aut aĩus uinci poterat: caloris ac frigoris patiẽtia par:cibi potioniſque deſiderio naturali non uoluntate modus finitus:uigiliaꝝ ſomnique nec dĩe nec nocte diſcrimĩata tempora.Id quod gerendis rebus ſuperfuiſſet quieti datum: ea neque molli ſtrato neque ſilentio accerſita. multi ſæpe militari ſagulo opertum humĩ iacentem inter cuſtodias ſtationeſque militum conſpexerunt: ueſtitus nihil inter æquales excellens: arma atque equi conſpiciebantur: equitum peditumque idem longe primus erat: princeps prœlium inibat:ultimus prœlio excedebat. has tantas uiri uirtutes ingentia uitia equabant:inhumana crudelitas:perfidia pluſquam punica:nihil ueri:nihil ſancti:nulliuſque dei metus:nullum iuſiurandum: nulla relligio. Auidus motus: ideſt perturbationis & tumultus:cum eſſet eius animus inquies. Ingenio:ſuapte natura erat enim natura talis. Ingenium proprie eſt quædam interior animi uis:qua intelligimus ea quæ ab aliis non didicimus. ponitur etiam & pro natura a poetis ut in hoc loco:& apud Virgi. in georgicis. Fideique ſiniſter:nullam hẽns fidem:quoniã in ipſo fuit perſidia pluſq̃ punica. Exuberãs:redundãs undique aſtutia. Deuius æqui:alienus ab oĩ iuſtitia.

Armato.i.ipſi annibali in armis nulla erat reuerentia numinis. nullus pudor:nulla pietas oia.n.ſacra profana hēbat:ac ſi nullū fuiſſet numen. Improba uirtus:inſatiabilis & quæ nullo fine cōtinebat̃.& deſpiciebat pacem animus ad bella natus. His ſup:pter hæc quæ dicta ſūt ætas uiridis eū ad pugnā īcitabat natus quippe erat.xxvi.ānos cū aſdrubal occiſus ē.ī hiſpania cui ipſe ſuceſſit. Auet egates abolere.i.cupit delere infamiā q̄ ſui maiores pugna nauali ad egates inſulas uicti a luctatio cōſule acceperūt:cū quo federa iacta ſūt quæ ānibal ī ipſo mari ſiculo mergere & irrita facere decre

Armato nullus diuum pudor:improba uirtus
Et pacis deſpectus honos:penituſque medullis
Sanguinis humani flagrat ſitis his ſuper æui
Flore uirens auet egates abolere parentum
Dedecus:ac ſiculo demergere federa ponto
Dat mentem iuno:ac laudum ſpe corda fatigat.
Iamque aut nocturno penetrat capitolia uiſu.
Aut rapidis fertur per ſummas paſſibus alpes
Sæpe etiam famuli turbato ad lumina ſummo
Expauere trucem per uaſta ſilentia uocem
Ac largo ſudore uirum inuenere futuras
Miſcentem pugnas:et inania bella gerentem
Hanc rabiem in fines italum:ſaturniaque arua
Addiderat tandem puero patrius furor ortus
Sarrana priſci barcæ de gente uetuſtos
Abelo numerabat auos:namque orba marito
Cum fugeret dido famulam tyron:impia diri
Belides iuuenis uitauerat arma tyranni.
Et ſe participem caſus ſociarat in omnis
Nobilis hoc ortu:et dextra ſpectatus amilcar
Vt fari:primamque datum diſtinguere lingua
Annibali uocem:ſolers nutrire furores
Romanum ſeuit puerili in pectore bellum.

uerat ut dedecus ſuo℞ parētum in perniciem romanorum uerteret. Dat mē tē iuno:imitatio ē Virgiliana.Ille.n.introducit iunonē impellētem turnū ad pugnā cōtra troianos. Ac laudum ſpe corda fatigat.i. immittit ī aīum ipſius ānibalis ingentem ardorē luadis quam ex rebus geſtis cōtra romanos conſequuturus eēt.trahimur inqt Cicero oēs laudis ſtudio & optimus qſque maxīe gloria ducit̃ ad gloriā qppe nati ſumus: & honorem q ē pmium uirtutis:quo animus generoſus cēteri gaudet. Fatigat: ſtimulat:& accendit ut id cōſequeretur ad quod aīus a natura bene inſtitutus pperare debet ut finē aſſequat̃ ſuū .Iāque aut nocturno:tātus erat ardor belli & rabies ānibalis q̄ ferebatur in romanos ut p quietem ſe ī capitoliū irrūpe & alpes ſupare uideret:& pugnæ ſimulachra obiret.Cice.li.ii de diuinatione loquēs de aīorum ui natura atque motu dicit.itaque in eo & formæ uerſātur & actiones:& multa audiri. multa dici uidet̃.hæc.ſ.imbecillo remiſſoque aīo multa oībus mōis cōfuſa & uariata uerſantur in animis:& agitant̃. de qbus uigilātes aut cogitauimus aut egimus.hoc & lucrecius ait:In ſomnis eadē plerumque uidemur obire cauſidici cāsager̃ & cōponere leges:Induperatores pugnare ac prælia obire. Capitolia: capitoliū dictū eſt qm̄ cum fundamenta effoderent̃ inuētum illic fuit caput humanū quod portēdebat caput orbis eo loci futurū. Turbato ad lumīa ſomno:adeo uocem horrendam noctu in ſomnis ānibal emittebat ut famuli expergefacti & territi luminibus eū adire cogerent̃ ignari quod ſibi uellet cum per quietem tam horrēde clamaret. Trucem:horrendam. Vaſta ſilentia:noctem intempeſtam. Inania bella:ſimulachra pugnæ. Hanc rabiem:hūc furorem inquit & rabiem in romanos addiderat ānibali furor patris amilcaris.In fines:cōtra italiā.

Saturnia arua:italiā & latiū ī quo latuit ſaturnus apd' ianū.Oui.ī faſtis.Dicta quoque ē latiū latente deo ſiue dicta ē italia ſaturnia ab ubertate re℞ ut ait Dionyſius Alicarnaſſeus.ipe uero inqt nullā terrā ubertate re℞ oīum italiæ compabo.ī q̄ uidi triū fructuū culturas:æſtiuā:hybernā:& atūnalem & hoc in cāpano agro.nō mirū ergo ſi tā uberrimā terrā ſaturniā appellarunt. nam ſaturnū putauerunt deum omnium felicitatum:& copioſa atque fertilia ſaturno dicabant. Puero.ānibali nato nouem ferme annos. Prius furor:nam amilcar coegit eum iurare ſe cum ætas competeret capitalē fore hoſtē populi ro. Addiderat:innatæ . ſ. ferociæ:& cupiditati bellicæ. Tandē:cū eſſet ille exercitum ī hiſpaniā traiecturus & filiū relicturus. Ortus ſarrana priſci barcæ degente:repetit poeta originem amilcaris altius:quam referebat ad barcā qui cum didone ex tyro ī libyam nauigauit.& a bello qui fuit rex aſyriorum originem hēbat.ideo ait belides iuuenis.ab hoc barca cognomīata ē factio barchina apud carthaginem cuius caput erat amilcar belus primus rex aſyriorum ſyderalis ſciētiæ repertor ſepultus ē.in media babilone a quo reges aſyri beli cognomīati ſunt. Famulam tyron:ſeruientem pygmalioni tyrāno tyrus adiūcta fuit cōtinēti quoddā aggere ab Alexādro magno cū eā obſideret.iſula eni erat & Tyrii ppter purpuræ tīcturā nō ſolū a regibus uerū ēt a romāis libertate donati ſūt. Belides iuuenis:barcas q originē ducebat a bello. Tyrāni:pygmaliōis. Hoc ortu:tali origine ac rebus geſtis nobile ut inqt Ariſtoteles dr̃ id qd' ex bono pdiit ſemine:generoſum āt qd' a ſua natura nō degenerat. Spectatus dextra:clarus bello & uiribus. Solers nutrire furores:ſciēs mouere animos ad idignationē & īpellere ad quoſcunque affectus. Seuit:inſeruit pectori ipſius ānibals.

Vrbe fuit media ſacrum genetricis eliſæ
Manibus:et patria tyriis formidine cultum
Quod taxi circum:et piceæ ſqualentibus umbris
Abdiderant:cælique arcebant lumine templum
Hoc ſeſe ut perhibent curis mortalibus olim
Exuerat regina loco:ſtant marmore mœſtæ
Effigies:beluſque parens:omniſque nepotum
A bello ſeries:ſtat gloria gentis agenor
Et qui longa dedit terris cognomina phenix
Ipſa ſedet tandem æternum coniuncta ſycheo
Ante pedes enſis phrygius iacet:ordine centum
Stant aræ cælique deis:hereboque potenti:
Hic crine effuſo:atque enneæ numina diuæ
Atque acheronta uocat ſtygia cum ueſte ſacerdos
Immugit tellus:rumpitque horrenda per umbras
Sibila:inacenſi flagrant altaribus ignes.
Tum magico uolitant cantu per inania manes
Exciti:uultuſque in marmore ſudat eliſæ
Annibal hæc patrio iuſſu ad penetralia fertur
Ingreſſique habitus:atque ora explorat amilcar
Non ille euantis maſſylæ palluit iras

Vrbe fuit media:deſcribit tēplum in quo ānibal iurauit bellum contra romanos:& dicit illū iuraſſe ꝑ manes Didonis q̄uis aliqui ſcripſerint iuraſſe ad pedes herculis ūde Martialis loquēs de ſtatua herculis q̄ uidex ī priuatis edibus habebat ſic ſcribit.Hac puer ad libycas iurauerat ānibal aras. Pr̄ia formidine.horrore hac ueneratiōe maioꝝ qm̄ iuno ſanguīe hūano illic placabatur. Taxus ē arbor triſtis & dira.in arcadia tā præſentis ē ueneni ut ſi quis ſub ea ſumpto cibo dormiat ſtatim moriatur infixo clauo æneo arbor fit īnoxia:a taxo toxica dicta ſūt quaſi taxica.picea mōtes amat atque frigora feralis arbor. Squalentibus:incultis & feralibus:picea:teda ilex cupreſſus erāt dicatæ buſto ac ferales.ſqualidū dicitur incultū & ſordidū inquit.Sex.Pōpeius ſic appellatū ꝙ proxime ſimilitudinē habet ſq̄mæ piſciū. Stāt: erectæ ſſ ſtatuæ marmoreæ maioꝝ. Mœſtæ: hoc eſt ad laudē artificis q ī marmore affectus expreſſit. Belus parēs:primus rex aſſiriorū & auctor generis.noīe parētis uenit nō modo pater ſed auus: ab auus & attauus.ſeries eſt rerum quædā cōtinuata cōgreſſio. Nepotū: ſucceſſorum & qui fuerūt poſt bellū. Gloria gentis:qm̄ agenor ſignificat uirū uehementer fortē. Phenix:qui dedit nom̄ Pheniciæ.Ipſa ſedet eternū coniuncta ſycheo:hiſtoriā ſequitur poeta:quod dē ænea:Didoneque canit Vir. fabuloſū ē:& id ennius primū finxit ad ignominiam carthaginenſiū quos aphricanus domuit cuius res geſtas celebrauit ānalibus.Dido cum in aphricam nouam coloniā deduxiſſet fugiēs pygmaleonem q ſycheū auūculum & uirū ſuū ſiue aceruā ut ait trogus herculis ſacerdotē qui honos apud phenicas a rege ſecundus erat ad aras herculeas mactauerat & hyarbas getulus eā uxorē cupēt ne fides marito prius data uiolaret ſibi mortē cōſciuit.de qua trogus:cum hyarbas mauritanoꝝ rex decē pœnoꝝ principibus ad ſe accerſitis eliſæ nuptias ſub belli denūtiatiōe petit.reſpōdit Dido ſe iturā quo ſua & urbis fata uocarent:ī hoc triū mēſiū ſumpto ſpatio pyra ī ultīa ꝑte urbis īſtructa uelut placatura uiri manes inferiaſque āte nuptias miſſura multas hoſtias cedit:& ſūpto gladio pyrā aſcēdit atque ita ad populū rſpitiēs iturā ſe ad uirū ſicut ꝑcipe rēt dixit uitāque gladio finiuit.Enſis phrygius: relictus ab ænea quo ſe īteremit.Oui.ꝑbuit æneas & cām mortis & enſē:Ipſa ſua dido cōcidit uſa māu. Erebo.plutōi. Enneæ diuæ:ꝓſerpinæ.ēna oppidū ē ſiciliæ īter ſyracuſas & erycē mōtē habēs cāpū fertilē & floridū adeo ut canes ſagire nō poſſint. ubi quōdam auctore ſtrabone erat ædes cereri ac ꝓſerpinæ ſacra:ꝓpe ennā rapta fuit ꝓſerpina.unde ēnea diua dicit̄.nūc dicit̄ caſtrū ennæ:a qua ēnenſes populi apud Liuiū:& coſmographos.Acheron flu.inferoꝝ ſtyx ē palus& ſignificat triſtitiā ex q̄ ideo dicit̄ naſci cocytus qm̄ ex triſtitia orit̄ luctus. Veſte ſtygia:nigra.niger enī color plutōi dicatus ē. Rūpit:ſeſe rūpēdo emittit. Exciti:euocati ab īferis manū inqt Nōius dicit̄ clarū.ūde & mane īde uolūt deos appellari manes ideſt bonos: ac ꝓſperos qa melior mors ſapiētioribus q̄ uita ꝓbet̄.Manes ut ait Aurelius autore ſex.Pōpeio dicūtur boni ūde dii ianes manū antiq bonū dicebāt.Manes dii ab Auguribus uocabātur eos per omnia manare credebant eoſque deos ſuperos atque inferos dicebant.manes etiam ponūtur pro anima: ut ſupra manibus eliſæ ſacrū.i.dicatū umbræ ipſius didonis. Per inania:ærem qui eſt corpus rarum.

Ad hæc penetralia:loca ſacra & dicata manibus eliſæ: penetrale ſacrificiū dicitur quod ī interiore parte ſacrarii cōficitur:unde & penetralia cuiuſque dicuntur.& penes nos quod in poteſtate noſtra eſt. Habitus:qualitatem uultus ut indolem contemplaretur in puero. Ora:faciem & uultū an ſcilicet palleret audito ſtridore & uiſo tabo. unde cum interrito uultu ingrederetur optimam ſpem futuræ uirtutis cuius iam tunc indoles cernebatur daret. Maſſylæ heuantis:id eſt furentis & correptæ ſpiritu phanatico ſacerdotis.nam heuare furere dicimus:& bacchari.Imitatur Virgiliū fingentem in quarto æneidos Didonem euocaſſe ſacerdotem gentis maſſylæ quæ magicis carminibus multum ualebat:ſed Pli.libro.xxx.ꝙ æthyopes heſperii magice ualuerint non meminit: ſed eius artis inuentorem fniſſe zoroaſtem imperſide,poſtea apud Telmeſſum uiguiſſe.Vnde tranſiuiſſe ad Theſſalas urbes. Vnde Menander fabulam complexam ambages.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

mulierum detrahentiū lunā e cælo theſſalā cognominauit:& ideo Papinius in thebaide. Qualis per nubila phœbes. Atracia rubet arte labor:& rhombum theſſalum apud poetas legimus. Diros ritus: crudeles ac deteſtabiles:quoniam numina apud illos humano ſanguine placabanť. Vnde ſcri. Dionyſius alicarnaſeus ueteres ſaturno ſacrificabant cæde hoīum ut apud carthaginē quouſque ſtetit. Tabo:ſanguine putrefacto cæſo℞.ſ.in ſacris illis nefariis. Audito cardine: Vir. foribus cardo ſtridebat ahenis & ānibal cū hoc templum ingredereť audiretque ſtridorem cardinū:ac flammas uideret nō ti

N on diros templi ritus aſperſaque tabo
L imina:et audito ſurgentes cardine flammas.
O lli permulcens genitor caput oſcula libat
A ttollitque animos hortando:et talibus implet.
G ens rediuiua phrygum cadmeæ ſtirpis alumno
F ederibus non æqua præmit:ſi fata negarint
D edecus id patriæ noſtra depellere dextra.
H æc tua ſit laus nate uelis age concipe bella
L atura exitium laurentibus horreat ortus
I am pubes tyrrhena tuos:partuſque recuſent
T e ſurgente puer latiæ producere matres.
H is acuit ſtimulis:ſubiicitque haud mollia dicta
R omanos terra:atque undis ubi competet ætas
F erro ignique ſequar:rheteaque fata reuoluam
N on ſuperi mihi:non martem cohibentia pacta
N on celſæ obſtiterint alpes:tarpeiaque ſaxa.
H anc mentem iuro noſtri per numina martis
P er manes regina tuos:tum nigra triformi
H oſtia mactatur diuæ:raptimque recludit

muit quod magnā indolem oſtēdit pri q exoſculatus ē filium: & talibus uerbis hortatus eſt ad bellū romanis inferendū. Gens rediuiua phrygū:uerba amilcaris hortantis filiū contra nomē romanum:qbus romanos ī contēptū atque ī uidiam trahit augetque rei īdignitatē ut magis aīum puerilem accendat oſtēdens carthaginēſes alti noīs & ſtematis premi federibus iniquis ab īiuſtis romanis q a phrygibus ſemiuiris originē habuerunt. Inde monet illū a perſona ſua dicens conatū ſe eē & conaturū totis uiribus ut tali dedecore patriam liberet ſuā:ſed ſi fata nō permittēt hortať monetque filiū ut hoc onus aſſumat ne pater incaſum uideať laboraſſe & deiceps quo aduixerit laboratu℞. Rediuiua: renouata a phrygibus ſemiuiris. rediuiuum eſt ex uetuſto renouatum. Cicero prima actione ī uerrem. Vtrum exiſtiatis minus opis eſſe unā colūnam efficeŕ ab integra nouā nullo lapide rediuiuo. Alūnos. i. carthaginenſes oriundos a cadmo multi nominis rege pheniciæ. Fœderibus:que fuerunt pcuſſa cū luctatio poſt primū bellū punicū ab ipſo amilcare pr̄e annibalis cui autore polybio poteſtas data eſt a carthaginenſibus faciendi qcquid e re pu. eſſet. cedēs igiť tēpori ad luctatiū miſit legatos q de federe agerent. Conditiones pacis hæ fuerunt: ut carthaginēſes omni ſicilia cederent neque deinceps hyeroni bellum inferrent:& ut omnes captiuos ſine pretio redderent:atque talenta argēti euboica duo milia & ducēta romanis penderent annos uigīti. patres id p̄terea conditionibus addiderunt ut nō ſolum ſicilia ſed ēt omnibus inſulis quæ inter ſiciliam : atque italiam mediæ ſunt carthaginenſes cederent:amilcar igitur qui hæc federa percuſſerat uir ingentis ſpiritus & prudentia ac fortitudine nemini ſecundus angebatur: & ideo filium ad patriæ libertatem tuendam pellendumque dedecus accendebat. Premit:urget & reprimit ab inceptis. Concipe bella:animo iam incipias cogitare de bello futuro cum romanis. Laurentibus:romanis a laurento oppido latii. Pubes tyrrhena:iuuentus romana & itala. Tyrrhenos inquit Strabo romani hetruſcos appellant a tyrrheno atys filio qui ex lydia colonos in hanc regionem traduxit:& īgreſſus tādem hāc oram a ſuo nomine tyrrheniam uocauit. Subiicit : ſubiungit ipſe ānibal uerbis patris. Haud mollia dictu:uerba præſe ferētia claram indolem quoniam nihil puerile:nihil molle aut fœmineum ſapiebāt ſed uirile. Romanos terra atque undis:uerba annibalis iurantis bellum cōtra romanos. Rhetea fata:id eſt romana predixerant oracula populum romanum futurum dominum totius orbis quod & Virgilius repetiit. Rheteum eſt promōtorium troadis & quia romani originem hēbāt a troianis ideo fata romana appellat rhetea. Nō ſuperi:ſeruat decorum perfidi & impii pueri ānibalis cui nullus erat dei metus. nullus pudor ideſt nō obſtabūt mihi dii īuocati cum federa iacta fuerunt. Martem cohibentia pacta:federa quæ uetabāt bellum. Tarpeiaque ſaxa: ideſt capitolium : cui nomē dedit tarpeia uirgo filia tarpei qui arci capitolinæ præerat cum pugnatum eſt inter romanos & ſabinos id eſt rupes capitolina non erit mihi imperuia quemadmodum fuit gallis ſenonibus. Noſtri martis: qui nobis fauet non illius quem romani parentem ſuum dicunt: & illum genti ſuæ inſcribūt. Tuos manes:tuam animam o dido quæ bellum gerēdum cum Romanis mādaſti. Triformi diuæ:proſerpiæ Varro ait. Iuno dicta ꝙ una cū ioue iuuat. Iuna ꝙ ſola luceat noctu īde dicta noctiluca hāc ut ſolē apollinem qdam dianā uocāt quæ & deuiana dicitur. epicarmus & ennius appellant proſerpinā quia ſub terra modo in dextram mō in ſiniſtrā moueať. Recludit:aperit hoſtias uiuas & ſic extiſpicinā ſignificat in qua & aruſpicina hetruſci claruerunt : ut autor eſt Cicero ī libris de diuinatione.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

S pirantes artus poſcens reſponſa ſacerdos.
A c fugientem animam properatis conſulit extis
A ſt ubi queſitas artis de more uetuſto
I ntrauit mentes ſuperum ſic deinde profatur.
A etolos late conſterni milite campos
I deoque lacus flagrantes ſanguine cerno:
Q uanta procul moles ſcopulis ad ſydera tendit
C uius in aerio pendent tua uertice caſtra.
I amque iugis agmen rapitur: trepidantia fumant
M œnia: et heſperio tellus porrecta ſub axe
S idoniis lucet flammis: fluit ecce cruentus
E ridanus iacet ore truci ſuper arma uiroſque
T ertia qui tulerit ſublimis opima tonanti:
H eu quæ nam ſubitis horreſcit turbida nimbis
T empeſtas: ruptoque polo micat igneus æther.
M agna parant ſuperi: tonat alti regia cæli
B ellantéque iouem cerno: uenientia fata
S cire ultra uetuit iuno fibræque repente
C onticuere latent caſus: longique labores.
S ic clauſum linquens arcano pectore bellum
A tque hominum finem gades: calpenque ſequutus

Spirantes: adhuc uiuos ut ex inſpectiõe extoꝝ poſſet uaticinari futura. Animã: hoſtiæ ſectæ: Properatis: celeriter aptis. Conſulit: petit inde ſortes arte q̃ callebat & ꝑfitebatˀ. Vbi intrauit mẽtes ſuperũ: poſtq̃ correpta fuit ſpũ: ac repleta numine: & potuit intelligere numinũ mẽtes ĩſpectis extis cœpit uaticinari. Etolos late: uaticiniũ ſacerdotis cuius furentis decorũ ſeruat poeta: qm̃ nõ ſeruato rerũ ordine: ſed acta furore ſeriẽ hiſtoriæ cõfundit: & ab eo ĩcipit quod poſtremũ fuit & q̃buſdã utitur ĩuolucris ut uaticinãtem decet ꝑ campos ætolos ĩtelligit apuliã ĩ qua regnauit Diomedes ætolus cum dauni regis filiã uxorẽ duxiſſet ĩ apulia fuit pugna cãnenſis de q̃ ĩtelligit. Conſterni: operiri & tegi cadaueribus cæſorũ militũ. Lacus: pugnã ad trãſimenũ intelligit lacũ peruſinũ ubi .xv. mil. ro. ceciderũt & flaminius conſul. Ideo: romano ab ida ſylua troiana. Flagrãtis: repletos ſanguine purpureo ut uideanˀ flagrare. Quãta ꝓcul moles: alpes ĩtelligit ĩ q̃rum ſumitate ac preruptis ſaxis nono die annibal caſtra poſuit iõ ait pẽdent tua caſtra. Rapiˀ: raptim ducitur uerſus italiã quo alpibus ſuperatis .xv. die peruenit. Trepidãtia fumant mœnia: ſagunthũ intelligit incẽſam ab ãnibale octauo mẽſe poſtq̃ oppugnari cepta eſt. Axe heſperio: hiſpano cælo heſperia hiſpania ab heſpero ſtella qm̃ eſt ad occaſũ ſolis: & ultra iberũ eſt ſaguntus prope mare. Sydoniis: punicis.

Eridanus: ĩ quẽ emittũt Ticinus & trebia: & ſic intelligit pugnã ad ticinum & trebiam. Iacet ore truci: Marcellum innuit q quinquies conſul fuit & inſidiis circũuentus ab annibale in apulia nõ ꝓcul a uenuſia cæſus ẽ Marcellus cæſo uiridomaro duce inſubrum apud claſtidiũ uicum tertia opima ſpolia ioui feretria rettulit. prima rettulerat Romulus cæſo Acrone duce cecinnẽſium ſecũda Cornelius caſſus cæſo larte Tolumnio hetruſcorum duce. ſpolia opima dicebantur quæ dux duci d̃trahebat ab opibus dicta ut ſẽtit Plutarchus quoniã erãt ꝓcioſiora cæteris ſpoliis. Horreſcit tempeſtas nimbis: Liuius ait: cum annibal copias in aciem eduxiſſet pugnaturus prope urbem imber ingens grandine mixtus ita utranque aciem turbauit ut uix armis retentis in caſtra ſe ſe receperint. Nimbus eſt uis uenti cum pluuia. Rupto polo: ſciſſis nubibus & diductis coruſcat emittendo flammam. Bellantem iouem: quoniam uiſus fuit iuppiter ſuper capitoliũ tractãs fulmina contra annibalẽ. Venientia fata: ea quæ futura erant de annibale noluit iuno annibalem ſciret finem ſuũ: & calamitatem. nam poſtq̃ ſuperatus a Scipione fuit in aſiam ad Antiochum ſe contulit inde ad pruſiam regem bythinniæ Vbi cum a Romanis repoſceretur hauſto ueneno uitam finiuit execratus regnum pruſiæ & hoſpitales deos uiolatæ ab eo fidei teſtes inuocans poculum exhauſit. ideo dicit poeta latent caſus longique labores. poſitus fuit in arca apud libyſſam cum titulo hic ſitus eſt annibal. Fibræ conticuere: ideſt ſtatim ſacerdos obticuit nec potuit in extis cognoſcere futuros caſus uetante iunone. Atque hominum finem gades: Liuius ait: ita deĩde nouem annis in hiſpania augendo punico imperio rem geſſit ut appareret maius eum quam quod gereret agitare in animo bellum. gades ſunt duæ ĩſulæ ad fretum gaditanum ſiue herculeum ubi hercules poſuit columnas quaſi terminos expeditionis ſuæ cum illic acceſſiſſet ad interficiendum gerionem. Quidam dixerunt autore Strabone columnas herculis illas dici quæ uiſebantur in templo herculis apud gades: & erãt ex ære cubitorum octo in quibus ſumptus templi conſtructi erat inſcriptus. de quibus ſic ſcribit Plinius. proxima autem faucibus utrinque impoſiti montes coherceut clauſtra. abyla aphricæ & europe calpe laborum herculis metæ quam ob cauſam indigenæ columnas eius dei uocant creduntque perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria & rerum naturam mutaſſe faciem. Hominum fines: quoniam ultra gades non ſunt habitatores: calpe mons eſt ad fretum uerſus europam ut dictum eſt:

Garamantica ſigna:libyca garamantes ſunt populi aphricæ ultra getulos amilcar nono āno ex quo exercitum in hiſpaniam traiecerat in acie cecidit cui ſucceſſit aſdrubal gener:& per octo annos imperium tenuit. Ductor tyrius: amilcar pœnus. Opes ſolis occidui:opes hiſpanorum qui ſunt ad ſolis occaſum Iberus & betis ſunt flumina hiſpaniæ íde beticolæ & iberi.betica eſt pars ulterioris hiſpaniæ: eadem ab incolis appellatur turdetania & quondam reliquam hiſpaniam opibus ſuperabat interſecatur beti fluuio. Spatiis iniquis:id eſt āguſtis quoniam eos uexabat:nec permittebat uagari ſed coercebat bello. Triſtia corda ducis:deſcribit nunc aſdrubalis naturam. Triſtia: ſæuera & ſine aliqua hilaritate. Immedicabilis:quæ non poterat ſedari:ē autē ira ebullitio ſanguinis circa præcordia.

Dum fert herculeis garamantica ſigna columnis
Occumbit ſæuo tyrius certamine ductor.
Interea rerum aſdrubali traduntur habenæ
Occidui qui ſolis opes:et uulgus iberum
Beticolaſque uiros ſpatiis agitabat iniquis
Triſtia corda ducis:ſimul immedicabilis ira
Et fructus regni feritas erat aſper amore
Sanguinis:et metui demens credebat honorem
Nec nota docilis pœna ſatiare furores.
Ore excellentem:et ſpectatum fortibus auſis
Antiqua de ſtirpe tagum:ſuperumque: hōiumque
Immemor:erecto ſuffixum robore mœſtis
Oſtentabat ouans populis ſine funere regem
Auriferi tagus aſcito cognomine fontis
Perque antra:et ripas nymphis ululatus iberis
Meonium non ille uadum:non lydia mallet
Stagna ſibi:nec qui riguo perfunditur auro
Campum:atque illatis hermi flaueſcit harenis
Primus inire manu:poſtremus ponere martem
Cum rapidum effuſis ageret ſublimis habenis
Quadrupedem:non enſe uirum:non eminus haſta
Siſtere erat.uolitabat ouans:acieſque per ambas
Iam tagus auratis agnoſcebatur in armis.
Quem poſtq̄ diro ſuſpenſum robore uidit
Deformem:lateri famulus clam corripit enſem
Dilectum domino:pernixque irrumpit in aulam
Atque immite ferit geminato uulnere pectus.
At pœni:ſuccenſa ira:turbataque luctu.

Feritas eſt pluſquam uitium & cadit ī hominem ea ratiōe qua omnem humanitatem depoſuit & moribus iam eſt fera nomine tantum homo.feritati opponitur heroica uirtus quæ naturam tranſcendit humanam & aliquid ī ſe diuinitatis habere uidetur. Ariſtoteles in.vii. moralium loquēs de feritate ſic ſcribit: ut dicitur de quibuſdam efferatis gentibus circa pontum alios crudis delectari alios humanis carnibus: alios inuicem tradere natos:ut in conuiuiis comedāt. præterea inquit coitus maſculorum feritas eſt & mala conſuetudo. illos ergo qui malignitate cæteros ſuperaſſēt hac infami appellatione notabant antiqui: & contra cum aliquem admirabantur heroem diuumque appellabant ut lacones dicere conſueuerunt. Docilis: dicitur qui poteſt diſcere & aptus eſt ad aliquam rem. Nota pœna:ſupplicio uulgato:ſed propter inſitā feritatem ſemp nouum aliquod ſuppliciū excogitabat cum aliquis nocens pœna erat afficiendus. Furores:iram animi ſui. Tagus fluuius ex celtiberia originem habet piſciū feraciſſimus oſtreorumque:per uetones carpentanos ac luſitanos in æquinoctialem labitur occaſum habens ramēta auri a quo flumine hic Tagus regulus cognominabatur. Ore excellentem:forma & uiribus præſtantem. Immemor hominum: & diuum:id eſt nullam habēs rationem humanitatis & oblitus hominem ab homine quicūque ſit ille nō eſſe alienum & nefas eſſe uiolari regem a rege potiſſimum:& numen uelle ſanctam eſſe inter homines ſocietatem crudelitas minime humanum malum eſt inquit Seneca .Indignumque tam miti animo. ferina iſta rabies eſt ſanguine gaudere ac uulneribus & abiecto homine in ſilueſtre animal tranſire. Sine funere: ſine honore exequiarum. Aſcito:aſſumpto nomine a tago qui habet harenas aureas. Meonium nō ille uadum:ſenſus eſt gratior fuit aſdrubali cædes tagi & ſupplicium omni auro quod ferūt pactolus & hermus.Meonia prouincia aſiæ alio nomine lydia dicta a lydo fratre Tyrrheni.duos habet fluuios uoluentes aurum:pactolum qui oritur ex Tinolo monte:& hermum qui labitur ex monte Iro.

Meonium uadum :pactolum. Ille aſdrubal. Riguo:fluenti. Flaueſcit:auri flauo colore tingitur propter harenas auratas:& per campum ſparſas excreſcente fluuio campoſque undante. Inire: inibat pugnam primus :& poſtremus diſcedebat. Ponere : ponebat. Ageret : admotis calcaribus: impelleret. Sublimis: dicitur in altum elatus. Non erat ſiſtere :nam dabatur alicui eum reprimere aut uulnerare. Auratis armis : alludit ad aurum tagi : a quo hic denominabatur. Diro: robore : crudeli ligno & cruce. Deformem : lacerum. Pernix : uelox. Aulam:tentorium aſdrubalis : quem confodit in ultionem domini ſui quem ille tanta ignominia affecerat. Luctu : qui eſt ægritudo ex eius qui carus fuerit interitu acerbo.

Sæuis crudelitate: ſunt.n.efferati. Tormenta: qbus illũ torquerent: Candens chalybs: ignitũ ferrũ chalibes ſunt populi in ponto apud quos generoſius ferrũ repertũ ẽ: & chalybs appellatũ. Verbera: ſũt inſtrumẽta oblonga qbus aliquẽ uerberamus: ut uimina flagella lora. Inde uerberare ẽ uerberibus cedere. Paſſim: ubique ſiue undique. Innumeris ictibus: crebris uerberibus. Carnifice: illorum q ſeruũ laniabant: & torquebant. Peſtis: magnũ malũ ſignificat. Omni ſãguine rupto: effuſo ex oĩbus mẽbris liquefactis.i.conſũptis. Mens intacta manet: deſcribit poeta fortitudinẽ huius ſerui. fortitudo enĩ eſt uirtus aĩ ĩ mediocritate conſiſtẽs: quæ uerſaẽ circa terribile genus mortis ut eſt in bello qa morte nihil ẽ terribilius. nã aufert oẽ bonũ qđ ẽ ĩ uita. de hoc ſeruo Li. ait cõphẽſuſque a circũſtantibus haud alio q̃ ſi euaſiſſet uultu tormẽtis quoque cũ laceraret̃ eo fuit hĩtu oris ut ſupante lætitia ridẽtis ẽt ſpetiẽ p̃buerit. huius fortitudinis ſeruilis meĩt ẽt Valerius. Repoſcit crucẽ dñi: cupiebat affigi palo. ut fuerat dñs. cuius ſupliciũ erecto aĩo & forti r̃poſcebat. Piacula: piare ĩ hac ſignificatione ẽ expurgare ĩde piacula & dicunẽ ea quibus utebanẽ antiq ad aliquod ſcelus expiandũ unde dicit Sinon Virgilianus culpã hanc miſerorum morte piabunt. hoc ſuppliciũ ſerui erat tãquã piaculũ cædis quã ille cõmiſerat credidit qppe rudis antiquitas cæſorũ manes talibus ĩ feriis delectari & iõ Achilles homericus patrocli funus talibus ornauit uictimis & eneas turnũ occidit p̱ pallante. Piacula: expurgatõnes. Pœnæ ſpretæ: ſupplicii quod ille forti aĩo ſpernebat ac deridebat. Erepto ductore: cæſo aſdrubale. Alacri certamĩe: læto ſtudio & contentione poſcit ãnibalẽ ductorẽ ipſe exercitus. Liui. ait ĩ aſdrubalis locũ haud dubia res fuit qn p̄rogatiuã militarẽ q̃ ex tẽplo annibal ĩtra p̱toriũ delatus imp̱atorque ĩgenti oĩum clamore atque aſſenſu appellatus erat fauor ẽt plebis ſequebat̃. Imago priæ uirtutis: qm̃ amilcar ut ſcri. polybius & prudẽtia & robore aĩ nulli fuit ſecundus. Studia: conatus & aĩ cupiditatẽ q̃ in romanos ducebatur & ad imitationem paternæ uirtutis: a qua degenerare turpiſſimum eſt. inſiſtendum quippe eſt maiorum ueſtigiis ſi clari illi fuerunt & domeſtica exempla ſperni nõ debẽt:

E t ſæuis gens læta: ruunt tormentaque portant.
N on ignes: candenſque chalybs: nõ uerbera paſſim
I ctibus innumeris lacerum ſcindentia corpus
C arnificæ ue manus: penitus ue infuſa medullis
P eſtis: et in medio lucentes uulnere flammæ
C eſſauere: ferum uiſu dictuque: per artem
S æuitiæ extenti quantum tormenta uidebant
C reuerunt artus: atque omni ſanguine rupto
O ſſa liquefactis fumarunt feruida membris
M ens intacta manet: ſuperat: ridetque dolores
S pectanti ſimilis feſſoſque labore miniſtros
I ncrepitat: dominique crucẽ clamore repoſcit.
H æc inter ſpretæ miſeranda piacula pœnæ
E repto trepidus ductore exercitus una
A nnibalem uoce: atque alacri certamine poſcit:
H uic ſtudia accendit patriæ uirtutis imago
H uic fama in populos iurati dedita belli.
H uic uirides auſis animi: feruorque decorus
A tque armata dolis mens: et uis inſita fandi.
P rimi ductorem libyci clamore ſalutant
M ox et pyrenes populi: et bellator iberus.
C ontinuoque ferox oritur fiducia menti
C eſſiſſe imperio tantum terræque mariſque
E oliis candens auſtris: et lampade phœbi

Fama iurati belli: quoniam iurauerat ad aras ſe fore hoſtẽ populi romani & hæc fama uulgata erat ĩ populos. ut non poſſet annibal citra dedecus ceſſare igitur hæc omnia mentem illius honoris & gloriæ cupidam accendebant ne degenerare uideretur. Animi uirides: apti in illa ætate ad audendum. natus enim erat ut dictum eſt. xxvi. annos. Feruor decorus: ardor pugnandi qui decus afferebat ãnibali. Primi ductorem: deſcribit populos qui cæſo aſdrubale appellauerunt annibalem ductorem exercitus ſalutaruntque imperatorem. Pyrenes populi: qui habitant ad pyreneos montes qui gallias ab hiſpaniis diuidunt. Bellator iberus: bellicoſus populus hiſpaniæ. Ceſſiſſe imperio: fiduciam animo concepit annibal rei conficiendæ quam moliebatur cum ueniſſent ſub ditione tot populi & mare: quoniam erat iam imperator & terra marique rem gerere poterat. habebat iam hiſpanias & libyam. Ferox: magna & bello apta. Eoliis candens auſtris: deſcribit libyam quæ eſt expoſita ad auſtrum. & ſubdita cancro ſigno cæleſti diuiditur ab aſia uerſus orientem nilo fluuio qui ſeptem oſtiis in mare euoluitur. Verſus ſeptemtrionem diuiditur ab europa freto gaditano. Strabo ſic ait. Qui itaque terrarum orbem diuiſerunt inæqualiter id fecere. ꝙ autem in tria diuiſerunt tripartita diuiſio indicat: ſed tantum abeſt libyam tertiam eſſe orbis partem ut etiam poſita cum europa aſiæ non æquetur. & fortaſſe minor eſt quam europa. Viribus profecto multo impar. nam maxima mediterraneæ pars & regio circa oceanum deſerta eſt: & ad ſolitudinem accedit ꝙ multa loca quæ habitari poſſent non habitantur propter feras. multum quoque torrida zona occupat ideo ait iyllius & lampade phœbi torquetur maxime: ſcilicet ſole aſcendente ad cancrum. tũc enim

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

radii quaſi perpendiculariter ſuper illos deſcendunt. Syene profecto ciuitas ꝓuinciæ thebaidos ſub æſtiuo tropico conſtituta ē: & eo die ut inquit Macrobius quo ſol certā partem ingredit̄ cancri hora diei ſexta quoniā ſol tunc ſuper ipſum uertitur uerticem ciuitatis nulla illic poteſt ī terris de quolibet corpore umbra iaci. Vnde lucanus: atque umbras nuſq̄ flectente ſyene. & ſic erit ſyene prīcipiū torridæ Zonæ ī qua qui habitant ut æthyopes & qui ſunt ī una parte taprobanæ inſulæ ſolæ exiſtente in cācro umbrā iaciunt in auſtrū fit. n. tunc ſol ſeptētrionalis. ſpaciū Zonæ torridæ ē a cancro ad

Aeſtifero lybiæ torquetur ſubdita cancro.
Aut ingens aſiæ latus: aut pars tertia terris.
Terminus huic roſeos amnis lageus ad ortus:
Septeno impellens tumefactum gurgite pontum
At qua diuerſas clementior aſpicit arctos.
Herculeo dirimente freto: diducta propinquis.

capricornū: a qua ſol nunq̄ r̄cedit diuidens eā per parallelos. a capricorno ad cancrū qui ſunt illius termini. ſol enim nec poteſt aſcendere ſupra cācrum. nec deſcendere īfra capricornū & ideo hūc īfimū ſolis terminū noīe capricorni appellauerūt. quoniā inde ſol īcipit aſcēdere ut facit capra cū paſcit̄ appetens frondes. terminum āt æſtiuū noīe cācri quoniā īde ſol incipit regredi ad capricornū ut facit cancer. cælum & ſic terra quæ ſubeſt tanquam punctum in quinque partes diuiditur, greci appellant. Zonas nos cingula quæ terrā ābiunt appellamus: & ut cæli regiones ſeſe hēnt ī calor̄ ac rigore ita & terra qcquid ē circa duas extremitates. i. ſeptētrionē: & auſtrū quoniā a ſole nimiū diſtat ꝑpetuo gelu riget: & ſic hītari non poteſt: quoniam glacialis ille aer nec aīalibꝫ nec frugibus uitā miſtrat afflatu. qppe aeris tēpari oīa uiuūt. In medio celo ē Zona ꝑ q̄ ſol fertur obliquus & nunq̄ ab ipſa recedit: q̄ ſua preſentia ſemꝑ adurit. Inter hanc: & utrāque extremā duæ relinquunt̄ tēperate calore mediæ Zonæ: & rigore duaꝝ extremarū: quarum tēperatarum alterā nos habitamus quæ ē ad ſeptētrionem cuius uertex a nobis ſemꝑ uidet̄ propter obliquitatem orizontis qui nobis adeo deprimit̄ ut ſtellæ ambientes polū arcticum nunq̄ poſſint occidere coſmice. altera ē ad auſtrum imperuia nobis, ꝓpter torridā Zonā quæ eſt ī medio an aliqui habitent eā non ē meū iudicare: ſed doctioribus relinquere. ſi āt ſunt habitatores ſupra ſe alium uerticem habēt qui dicitur auſtrinus. & ſeptētriones noſtri occultant̄ ꝓpter rotunditatē terræ & obliquitatem orizontis qui illis deprimit̄ in auſtrum & eleuatur ſupra polum noſtrū ut ratio Mathematica cogit. Zodiacus qui a noſtris ſignifer dicit̄ eſt obliquus. & hoc primū intellexit Anaximāder Mileſius: & ſigna quæ ī ipſo ſunt cleoſtratus. habet duas portas ut dixi quas tranſgredi non poteſt. In capricorno fit brumale ſolſtitiū a quo incipit aſcendere ꝑ lineā eclipticā: & interſecat equinoctialē ī ariete & facit equinoctiū uernum. quoniā circulus equinoctialis eſt in medio torridæ zonæ. Inde aſcendit ad cancrū & ibi facit ſolſticiū æſtiuū. tractuſque ſol motu primi mobilis facit circulū æſtiualem. flectit̄ poſtea obliquus ad capricornū & interſecās iteꝝ æquinoctialē in libra facit æqnoctiū autumnale & ſic ſol circuit torridā zonā ac diuidit ī æquales diſtantias tractus motu primi mobilis. i. cæli ultimi ī quo ſunt ſtellæ fixæ. qđ ab oriente ī occidentē mouet̄. ſol āt r̄liqque planetæ contrario motu ab occidēte ī orientem. ūde dicit apđ Ouidiū contrarius euehor orbi. & manlius Aſtronomus ait contraque nitētia ſigna, Sed ut ſydera inqt ſeneca contrariū mundo iter ītēdunt Nā niſi eēt motus primi mobilis cū ſex ſigna ſint ſuꝑ orizontē quoꝝ ſingula ſingulis mēſibus luſtrat ſol ꝑ ſex menſes continuos eēt ſol ſuꝑ orizontē & cōtra a ſigno libræ uſque ad arietē eēt ſub terra. & ſic eēt nox ꝑ ſex mēſes. Diuina igit̄ ꝓuidētia ſol ſingulis diebus motu ſibi contrario circunuoluit̄ & facit dies: ac noctes. diuidēs reuolutionibus ſuis zonā aduſtā ꝑ æq̄les lineas: & ſic tota adurit̄ plus minus ue ut ē illius acceſſus. & receſſus: Lybia igit̄ qa ē ꝓpe torridā zonā aliq̄ ex ꝑte: aliq̄ uero ſub torrida: & ſub tropico cācri ideo torquet̄. & adurit̄ illa: inq̄ ꝑs maxime quæ aut ē ꝓpe lineā æſtiuā & cācrum: aut ſub ipſis. & hæc ē inhabitabilis ꝓpter nimios ardores. & ideo corꝑa illoꝝ q & circa tropicū. & ſub tropico habitant ſūt nigra ut æthyopum. Indoꝝ & ſimilium. Candens: ignita & aduſta. Auſtris eoliis: uentis calidis ut eſt auſter qui flat a meridie cui expoſita eſt libya eolios appellat auſtros ab eolo qui rex uentorum fingitur a poetis & hoc non ſine ratione. Nam Plynio autore eolus hellenis filius rationem uentorum inuenit. Lampade phebi: ardore ſolis aſcendentis ad cancrum quia tunc fit aphricæ propior. & ſua uicinitate illam adurit magna ex parte libyæ inquit aut eſt unum latus aſiæ & ſic orbis diuidetur ī duas partes. aut eſt tertia pars ipſis terris ut Mathematici diuiſerunt. Huic: libyæ terminus eſt. Ad ortus roſeos: ideſt uerſus orientem. Amnis lageus: ideſt Nilus fluuius ægypti a lago qui fuit pater ptolemei. unde Iuuenalis Ad pharon. & nilū famoſaque mœnia lagi. Septeno gurgite: ramis ſeptem in quos ſcinditur nilus. Pontum: mare mæditerraneum in quod ſe exonerat. Tumefactum: aſſurgentem propter aquarum copiam quam nilus ex Mauro uertice deuoluit. At qua diuerſas: ponit alium terminum uerſus ſeptentrionem. Clementior: temperatior quoniam non ita aduritur ſolis ardoribus: ſed habet clementiorem aeris temperiem. Diuerſas arctos: urſam maiorem & minorem: ideſt ipſum ſeptentrionem arctos græce latine dicitur urſa quæ fuit affixa polo boreali ut poetæ fabulantur. Herculeo freto: anguſto mari gaditano: quo aphrica ab europa dirimitur. Diducta: diuiſa paruis montibus ab europa.

E uropes uidet arua iugis ultra obſidet æquor
N ec patitur nomen proferri longius athlas
A thlas ſubducto tracturus uertice cælum
S ydera nubiferum fulcit caput ætheriaſque
E rigit æternum compages ardua ceruix
C anet barba gelu: frontemque immanibus umbris
P inea ſylua premit: uaſtant caua tempora uenti
N imboſoque ruūt ſpumātia flumina rictu.
T um geminæ laterum fauces maria alta fatigant:
A tque ubi feſſus equos titan immerſit anhelos
F lammiferum condunt fumanti gurgite currum.
S ed qua ſe campis ſqualentibus aphrica tendit.
S erpentum largo coquitur fecunda ueneno
F œlix qua pingues mitis plaga temperat agros
N ec cerere ennea: phario nec uicta colono.
H ic paſſim exultant numidæ: gens inſcia freni
Q uis iter gemmas: per ludum mobilis aures.
Q uadrupedem flectit nō cædens uirga lupatis
A ltrix bellorum: bellatorumque uirorum.
T ellus: nec fidens nudo ſine fraudibus enſi.
A ltera complebant hiſpanæ caſtra cohortes
A uxilia europæ genitoris parta trophcis.
M artius huic ſonipes campos hinnitibus implet
H uic iuga cornipedes erecti bellica raptant:
N on eleus eat campo feruentior axis.

Equor: oceanus athlanticus. athlas eſt in finibus mauritaniæ mons exilis. & undique teres adeo ex
celſus ut eius cacumen cerni nequeat quoniā a nubibus nunq̄ relinquit̄ aut hyeme aut æſtate. colum
nā cæli dicūt illū eſſe indigene: q mons eſt ultra fretum gaditanū ad ſiniſtrā. qui ſi uerticē ſubtrahe
ret quo cælū fulcit æthereæ compages ruerent ideo dicit athlas ſubducto tracturus uertice cœlum.
Caput: ipſius athlantis. Nubiferū: obductum nubibus. Fulcit: ſuſtinet īde fulcra dicunt̄ ea quæ
ſuſtinent. Erigit: attollit machinā celeſtē ne ruat: quoniā ut dixi putat̄ colūna cœli. & cacumen pp
nubes nō cernit̄. Ply. de athlāte ſic ſcri.
per autololes iter eſt ad montē uel fabu
loſiſſimū athlantē e mediis hunc hare
nis ī cœlū attolli ꝓdiderunt aſperum
ſqualentē q̄ uergit ad litora oceani cui
cognomen impoſuit eūdē opacū nemo
roſūque: & ſcatebris fontium riguum q̄
ſpectat aphricā. Canet: albeſcit. Va
ſtant: pulſant inceſſūt imitatio eſt Vir-
giliana. Ruunt: fluūt cū impetu Vir.
tū flumina mento precipitant ſenis &
glacie riget horrida barba. Rictu: ore
euomēti nībos & aquā. Tum geminæ
fauces: duo brachia ipſius athlātis ma-
re repellunt & faciunt tāq̄ clauſtrū. In-
quo ſol occidens equos ut poeticæ loq̄r
equos ſuos abſcondit fauces dicunt̄ iter
anguſtum. Equos anhelos: defatiga-
tos diurno curſu p coelum. Titan: ſol.
Fumāti: ꝓpter ignem ſolarē q īmer-
git̄: & currū. Sed qua: deſcribit eā ptē
aphricæ quæ eſt uerſus torridā zonā: &
meridiē deſcripſit prius terminos. nūc
aūt mala & dotes ipſius aphricæ canit.
Squalentibus: incultis: & īhabitantis.
Tendit: dilatat & extēdit̄. Coquit̄:
adurit̄ quia eſt ſub torrida zona: & hēt
maximā copiā ſerpentū. Fecunda ha
bundans uenenis. Fœlix qua pingues:
ideſt illa ps quæ uergit ad ſeptētrionē:
& athlantem montē fertilis ē & ſic ītel-
ligit numidiā & mauritaniā Strabo ſic
ait. Mauritaniā feracē eſſe pte tamē ex
cepta que deſerta ē: & fluminibus: & la
cubus habundare ab oībus conceſſū ē.
Mitis plaga: regio temperata: & q̄litas
aeris. Nec cerere ennea: ſicula ubi eſt
enna fertilis. Phario colono: ægyptio
pharus ē inſula & turris ante Alexādri
am ægypti. Inde phario: ideſt ægyptio
ſicilia & ægyptus erant horrea roma-
norum. Paſſim: ubique nullis certis domiciliis Numidæ dicuntur quaſi inſtabiles & permutantes
ſua mapalia: de quibus ſic loquitur in .iii. Nulla domus plauſtris habitant migrare p arua mos at
que errātes circunuectat̄ penates dicitur Numidia a nemo uerbo græco quod ſignificat paſco errāt
enim Numidæ inſtar paſtorum. Gens inſcia freni: quoniam non utuntur frenis: ſed equos autore
ſtrabone adeo obtemperantes inſeſſoribus habent ut ſola uirgula gubernentur equi inquit collaria
ex ligno habent aut pilo confecta ex quibus habena dependet: ſunt qui etiam non tracti dominum
ſequuntur. Virg. & Numidæ infreni cingunt. Lupatis: frenis lupatum eſt genus freni. Sine fraudi
bus: quoniam enſibus per ſe duris addebant uenenum: nec pugnabant ſine fraude. Altera comple
bant: deſcribit hiſpanos qui ſub annibale militarunt quos amilcar pater uictoriis comparauerat ſu
is. Tropheis: uictoriis. Trophea dicuntur ſigna erecta in loco in quo hoſtes uertebantur in fugam
græci Tropeon media correpta noſtri autem tropheum addita aſpiratione. & accipitur tam pro
ſigno quam ꝓ ipſa uictoria. Huic: hiſpano militi. Martius: bellicoſus equus. Erecti: ala
cres ad trahendum currum bellicum ex quo pugnabant antiqui. Eleus axis: ideſt equi curren-
tes in certaminibus olympicis prope elidem non ſunt ita ueloces ut equi hiſpani. elis eſt urbs pe
loponneſſi prope quam & piſam fiebant ludi olympici inſtituti ab argonautis autore Hercu-
le in honorem pelopis. Virgilius hic uel ad elei metas: & maxima campi ſudabit ſpatia.

Prodiga gens animæ:de his populis ſic ſcri. Strabo:multa reuera perſpecta ſermonē diuulgant de omnibus hiſpaniæ gētibus potiſſimū de acentibus ad boream nec ſolum de illarum fortitudīe: ſed etiā crudelitate ac amentia ritu beluaꝝ. Properare:admouere atque aſciſcere ante tēpus. Fati modus eſt in dextra:ideſt terminus uitæ mortiſque eſt in dextra eoꝝ: quoniā per oti uitā ſe īterficiūt. Hic omne metallū:Strabo ait. nā aurum argentū æs ferrū nullibi terraꝝ neque tantū neque tam ꝓbatū generari hactenus compertum eſt. aurū enim non ſolum ex metallis effodit̄ ueꝝ etiam fluit.

Prodiga gēs animæ:et properare facillima mortē
Nanque ubi tranſcendit florentes uiribus annos
Impatiens æui ſpernit nouiſſe ſenectam.
Et fati modus in dextra eſt. hic omne metallum:
Electri gemino pallent de ſemine uenæ.
Atque atros chalybis fetus humus horrida nutrit
Sed ſcelerum cauſas operit deus. aſtur auarus
Viſceribus laceræ telluris mergitur imis:
Et redit infœlix effoſſo concolor auro.
Hinc certant pactole tibi duriuſque:tagus.
Quique ſuper grauios lucētes uoluit harenas:
Infernæ populis referēs obliuia læthes.
Nec cereri terra indocilis:nec inhoſpita baccho
Nullaque palladia ſe ſe magis arbore tollit.
Hæ poſtquam tyrio gentes ceſſere tyranno:
Vtque dati rerum freni:nūc arte paterna
Conciliare uiros:armis conſulta ſenatus.
Vertere:nunc donis primus ſumpſiſſe laborem.
Primus iter carpſiſſe pedes. partemque ſubire.
Si ualli feſtinet opus:nec cætera ſegnis
Quæcūque ad laudē ſtimulant. ſōnūque negabat
Naturæ:noctemque uigil ducebat in armis
Interdum proiectus humi turbæque libyſſæ.
Inſignis ſagulo duris certare maniplis:
Celſus ac in magno præcedens agmine ductor.
Imperium perferre ſuum. tum uertice nudo
Excipere inſanos imbres:cælique ruinas.

Venæ electri:Ply. loquēs ꝺ electro ſic ait. ubicunque quinta argenti portio ē electrū uocat̄. fit & cura electrū argēto addito quod ſi quītā portionē exceſſit incudibus non reſiſtit. ideo dicit de gemino ſenū quoniā eſt electrū ex auro & argento. Atros fetus chalybis: ideſt īpſum ferrū quo multæ crudelitates fiunt. Humus horrida:bellicoſa hiſpania. Sed ſcelerū cauſas:deus inquit abſcondit metalla quæ ſūt cā ſcelerum in uiſceribus terræ ſed humana cupiditas eruit. Vir. auri ſacra fames. Aſtur auarus:aſtures ſunt populi hiſpaniæ. aſturia inqt Ply. plurimū auri gignit neque ī alia pre terraꝝ tot ſæculis hæc fertilitas. Laceræ: effoſſæ. Cōcolor auro: quoniā foſſores auri cū ſunt ī aurifodinis aureum colorem contrahunt. & ſic de cæteris metallis. Hinc:ex hac copia auri quæ non ſolū apud hiſpanos effoditur uerum etiam fluit pactolus eſt fluuius lydiæ de quo ſupra. Durius:ē flu. hiſpaniæ habens ramenta auri labit̄ ꝑ pe numantiam ultra quem ē luſitania. Super grauios: hiſpanos oriundos a græcis. ætoli diomedē ſequuti tydei filium poſt euerſum ilium in hiſpania urbem condiderunt quā tyden appellarūt a nomīe tydei patris diomedis. illius ciuitatis coloni grauii dicti ſunt nomine paululum uiolato cum grai appellari debuiſſent. In tertio ſic ait. & quos nūc grauios uiolato nomīe graium. æneæ miſer domus. ætolaque tyde:& alibi uago diomedi condita tyde. Lucētes: habentes ramenta auri. Referens:repreſentans ipſis accolis. Obliuia inferne lethes:ideſt lætheum fluuium qui fingitur apud inferos:& ſignificat obliuionem. Strabo ſit ait Læthe a pleriſque lemea uocatur ex celtiberis & uacceis labitur. circū habitant galli qui colētes anā fluuium cum una cum turdulis ſociis eo conueniſſent ſeditionem egerunt poſtquam lemeam fluuium traiecere:ſed poſt ſeditionem amiſſo duce palantes. ac diſſipati ea in regione deſederunt conſiliorum obliti hanc ob cauſam flumen læthes ideſt obliuionis appellatum; & papauera dicuntur læthea quoniā īducūt ſomnū & per conſequēs obliuionem. Arbore palladia:oliua quam inuenit pallas. Vnde Vir. oleæque minerua īuētrix. Tyrāno:ānibali. Fœni reꝝ. i. īperiū. Conciliare: cōciliabat ſibi hoīes aſtu paterno. Armis:ui uertebat decreta ſenatoꝝ. Inſignis ſagulo:liuius ait multi ſæpe militari ſagulo optū humi iacētē īter cuſtodias ſtationeſque hoſtiū coſpexert. Sagū ueſtimētū erat militare. Ci. ī epiſtolis:pridie nonas februarias cū ad te lr̄as mane dediſſē deſcendi ad forum togatus cū reliq conſulares ſagati uellēt deſcēdere. Turbæ libyſſæ:gregaliū militū ex libya. Duris maniplis:gregalibus militibus induratis ad laborē. Celſus: erecto capite & eminens ſupra alios ut conſpiceretur:& prouocaret ſuos ad labores ac decus. honor inquit xenophon in pedia cyri efficit labores leuiores Imperatori preſertim ꝙ intelligit in omniū eſſe oculis quicquid faciat laus eſt ānibalis ab induſtria & fortitudine quæ circa labores tolerandos uerſatur. Imperium ſuum: imperabat inquit ſibi ipſi labores: quos conſtanti animo perferebat ut claram indolem futuræ impatoriæ maieſtatis oſtenderet. Excipe:excipiebat uehemētes pluuias:& cæteras ī cōmoditates cœli.

Aſtur:hiſpanus. Excuſſos ex flatibus uentorum:quoniam ex colliſione uentorum & nubium in aere cauſatur ignis.& gignitur coruſcatio & fulmen calore ſupero:inferoque pellēte a ſe frigus.& ſuum contrarium quod unitum ſit ualidius.hinc ē ꝙ in æſtate habemus grandines hyeme autē raro: quia radii ſolares non refranguntur in terrā:ſed ꝑgunt ad ſeptētrionē ſole depreſſo ad auſtrū.æſtate aūt cum quaſi perpendiculariter ad terrā deſcendāt refractione concalefaciunt infimam aeris regionem. Turbato:conſternato & timido. Nec puluere:nec pluuias inquit nec calores curabat magna laus ducis. ſyrius eſt ſtella ī lingua canis cæleſtis:canicula ſydus parte menſis Iulii.& auguſti terram caloribus torquet:& ſiccat:& illi dies caniculares dicunť.caniculæ exortu accendi ſolis uapores qs ignorat inqt Ply. cuius ſyderis effectus ampliſſimi in terra ſētiunť. Labefecit:ideſt nō đbilitauit eū uapor ſolis. Dehiſcit:aperit ſeſe.ac facit hiatus. Feruor medius:calor diffuſus in medio aeris. Candenti globo:accēſis radiis ſolaribus & globo caloris aduren te aerem & terrā quæ deſiccata ſolis ardoribꝰ hiat. Exercet ſiti:đfatigat tolerādo ipſā.laus a continētia. Sternacē: terribilem & oīa in prelio conculcantē frangebat cogebatque parere inſeſſori q̄uis contumacem & precipitem ad prelia audito tubarum clangore. Lethalis lacerti:id ē optabat dici eius lacertū afferre læthū ideſt mortem ut non minus uiribus corpꝰ q̄ prudentia quæ maxime decet principem ualere uidereť.

Ignoti:cuius uadum ignorabat. Tranare. tranabat. Limes: uia & ſulcus: atque riuulus ſanguinis fuſi ex corporibus uulneratis ab annibale. Inſtat fatis:urget fata & properat ad bellū fatale latio. Federa:quæ fuerāt renouata cum aſdrubale ut terminus imperii eēt amnis iberus. & ut ſagunthinis libertas ſeruareť. Extremis terris: hiſpania ultima terrarum ad occaſum ſolis. Pria ſagunthinas:primus impetus annibalis fuit in ſagunthum.claſſicum eſt ſignū quod tuba datur militibus uolentibus cum hoſte manus confereř. prima igiť claſſica ideſt primi īpetus bellici. Maioris belli: romani.ſ.ad quod ſumēdū cauſas querebat & ideo cepit oppugnař ſagunthinos.ut illorum amicos romanos irritaret ut fecit. Haud procul:deſcribit ſitum ſagūthi quæ quondam ultra iberum opulentiſſima urbs fuit diſtans:a mari ferme mille paſſus.quam canit ſyllius herculē condidiſſe denominaſſeque a nomine Zacynthi comitis ſui illic ſepulti:alludens ad hiſtoriā quoniam zacynthii ſagunthum condiderunt:ut inquit Strabo quam annibal contra populi ro. federa diruens belli punici ſecundi ſuſcitauit incendium.

Clementer: paulatim ſurgente colle in quo ſita eſt urbs. Quis: quibus. Gerione extincto: gerion ut uult heſiodus in theogonia chryſaoris filius fuit monſtrum horrendum habens tria capita quo occiſo hercules armēta abegit ī italiā. Ea fata:cædē gerionis triplicē:quoniā tres aīas hēbat.

Duræque ſorores:pcæ īexorabiles quoniā nemini ꝑcūt lacheſis cloto:& Atropos. Bis rupto filo:q hēet tris aīas & duabus extīctis tertia adhuc uiueret pcæ dicunť filo diſpēſare uitā humanā: & cum incidunt filū uita deficit:ergo in gerione bis rupto filo tertia ſtamina uoluebantur adhuc a parcis.

Spectarunt pœni:tremuitque exercitus aſtur.
Torquentem cum tela iouem ꝑmixtaque nimbis
Fulmina:et excuſſos uentorum ex flatibus ignes
Turbato tranſiret equo:nec puluere feſſum:
Agminis ardenti labefecit ſyrius aſtro.
Flammiferis tellus radiis cum exuſta dehiſcit:
Candentique globo medius coquit æthera feruor
Fæmineūque putat inuenta iacuiſſe ſub umbra:
Exercetque ſitim:et ſpectato fonte recedit:
Idem correptis ſternacem ad prælia frenis.
Frangere equum:et famam læthalis amare lacerti
Ignotique amnis tranare ſonantia ſaxa:
Atque e diuerſa populos accerſere ripa.
Idem expugnati primus ſtetit agere muri:
Et quotiens campo rapidus fera prælia miſcet
Qua ſparſit ferrum latus rubet æquore limes.
Ergo inſtat fatis erumpere:fœdera certus
Quo datur interea romam comprendere bello
Gaudet:et extremis pulſat capitolia terris.
Prima ſagunthinas turbarunt claſſica portas
Bellaque ſumpta uiro belli maioris amore.
Haud procul herculei tollunt ſe litore muri:
Clementer creſcente iugo:quis nobile nomen
Conditus excelſo ſacrauit colle zacyntus.
Hic comes alcide remeabat in agmine thebas.
Gerione extīcto:cœloque ea fata ferebat:
Tris animas nāque id monſtrū: tris cōrpe dextras
Armarat:ternaque caput ceruice gerebat:
Haud alium uidi tellus cui ponere finem.
Non poſſet mors una uiro:duræque ſorores
Tertia bis rupto torquerent ſtamina filo
Hic ſpolia oſtentabat orians:captiuaque uictor.

Armenta ad fontes medio feruore uocabat.
Cum tumidas fauces accenſis ſole uenenis
Calcatus rupit læthali uulnere ſerpens:
Inachiumque uirum terris proſtrauit iberis
Mox profugi ducente notho aduertere coloni
Inſula quos genuit graio circunflua ponto
Atque auxit quondam laertia regna zacynthus
Firmauit tenues ortus mox daunia pubes
Sedis inops miſit largo quam diues alumno
Magnanimis regnata uiris nunc ardea nomen.
Libertas populis pacto ſeruata:decuſque
Maiorum:et pœnis poſtquam imperitare negatū
Admouet abrupto flagrantia fœdere ductor
Sidonius caſtra et lætas quatit agmine cauſas.
Ipſe caput quaſſans circumluſtrauit anhelo
Muros ſæuus equo:menſuſque pauentia tecta
Pandere iamdudum portas:et cedere uallo
Imperat:et longe clauſis ſua fœdera longe
Auſoniam fore:nec ueniæ ſpem marte ſubactis
Scita patrum et leges:et iura:fidemque:deoſque
In dextra nunc eſſe ſua:uerba ocius acer
In torto ſancit iaculo:figitque per arma
Stantem pro muro:et mutantem mēbra uaicum
Concidit exacti medius per uiſcera teli
Effuſiſque ſimul prærupto ex aggere membris
Victori moriens tepefactam rettulit haſtam.
At multo ducis exemplum clamore ſequuti
Inuoluunt atra telorum mœnia nube
Clara nec in numero uirtus latet:obuia quiſque
Ora duci portans ceu ſolus bella capeſſit.
Hic crebram fundit baleari uerbere glandem:
Terque leui ducta circum caput altus habena
Permiſſum uentis abſcondit in aere telum:
Hic ualido librat ſtridentia ſaxa lacerto.
Huic impulſa leui torquetur lancea nodo
Ante omnis ductor patriis inſignis in armis
Nunc picea iactat fumantem lampada flamma
Nunc ſude:nunc iaculo:nūc ſaxis impiger inſtat.
Aut hydro imbutas bis noxia tela ſagittas
Contendit neruo:atque inſultat fraude pharetræ
Dacus ut armiferis geticæ telluris in oris

Rupit:aperuit os. Inachiū:græcum zacynthū ab Inacho rege argorū. Inſula zacynthus: quæ una cū Cephalema dulichio: & Ithaca ſūt inſulæ ante achaiam in mari ionio ꝗ a Tarēto incipit:& uſque ad pelopōneſum extēdit. Graio:alluēti græciā. Laertia regna: qm̄ illic regnauit Laertes pater Vlyxis & ideo dicit zacynthū fuiſſe regna laertia. Daunia pubes: coloni ex ardea: ubi regnauit Daunus pater turni:& ardea miſit colonos ſagunthum. Diues largo alūno:abundās colonis. Magnanimis:hoc dicit ꝓpter Turnū. Populis:ſagūthinis. Pacto:fœdere renouato cū Haſdrubale. Lætas cauſas:ideſt inferēdo bellū ſagunthinis: quærebat cauſas belli cū romanis: quæ facerent ipſum lætū & compotē uoti: quoniam nil aliud optabat q̄ alpes aliquādo trāſcendere. Quatit:mouet exercitu admoto mœnibus ſagunthinis. Sidonius:pœnus Annibal. Tecta:ſagunthina. Sancit intorto iaculo: qa ipſe primus iaculatus eſt haſtam: & tali iactu ſua dicta confirmauit:trāſfixitque uaicum ſtantem in muro. Pro muro:in muro. Exacti:immiſſi:ut ipſe Vaicus eſſet medius. In numero: multitudine:quoniam quiſque operam nauabat præſente ductore: cuius præſentia urgebat. Præfecti inquit cyrus apud Xenophontem: debent in ſequentibus audētiam iniicere & uerbis & re. Grandē: plumbum inſtar glādis: quod e funda emittitur in hoſtes. Virgilius: Pars maxima glandes liuentis plumbi. Baleari uerbere: funda qua uel maxime utebantur balearici; baleares duæ ſunt inſulæ i mari hiſpano e regione ad tarraconem: quarum incolæ autore Strabone optimi erant funditores. Phœnices qui fundas inuenerūt autore Plynio illis inſulis potiti fundas ex equo exercuerunt. unde uſus & imitatio remanſit apud balearicos. Verbera ſunt ut dixi inſtrumenta oblonga ut lorum. Zona flagellum. Telum:glandem. Telum autem: ut Gaius in interpretatione legis duodecim tabularū ſcriptū reliquit:autore Iuſtiniano:Id uulgo quidem appellatur: quod ab arcu mittitur: ſed & omne ſignificatur: quod manu cuiuſdam mittitur; ut eſt lapis: lignum:ferrum & cætera.id genus.

Huic:ab aliquo. Leui nodo:amento iaculum cum amento inuenit ætolus Martis filius. Lampada:facem.

Picea:obſcura & fumoſa ſudes ſunt pali obuſti aphri contra ægyptios primi bellum fecere fuſtibus:quos uocant autore Plynio palangas. Hydro:ueneno tinctas. Bis noxia tela:ferro ſcilicet & ueneno. Contendit:emittit arcu intento. Dacus ut armiferis: Annibalem inſultantem Sagunthinos fraude ſagittarum:quas infecerat ueneno cōparat

dacis getiſque qui ſagittis acri ueneno imbutis hoſti inſidiantur. Daci ſunt populi ultra hyſtrum: cuius utramque ripam getæ habitarunt: unde apud Virgilium intelliguntur getæ: qui erant cis hiſtrum mixti thracibus. Primo ueneno: Scythæ inquit Plynius libro duodecimo: Sagittarum aciẽ tingũt uiperina ſanie: & humano ſanguine irremediabile id ſcelus: mortẽ illico affert leni tactu.

Inopina: improuiſa & clam per inſidias. ſ. Hyſtri binominis: Danubius oritur in iugis montis arnobæ ex aduerſo rauraci galliæ oppidi multis ultra alpes milibus; ac per innumeras lapſus gentes Danubii nomine immenſo aquarũ auctu: & cum primum attingit illyricũ hyſter appellatur. lx. fluminibus a lueo ſuo receptis: medio ferme eorũ numero nauigabili: permenſus totam Europam uaſtis ſex fluminibus: in mare põticum euoluitur. Armiferis: qm̃ thraces & getæ ſunt bellicoſiſſimi. & ideo fingitur Mars apud illos regnare. Cura ſubit: cogitauit Annibal turribus & machinis uallare urbem. Heu priſcis numen populis: exclamat poeta dolẽs uicem ſagũthinorum: qui ut fidem ſeruarent numen eorum talia patiebant.

Nomine ſolo: quia iã nõ erat fides ĩ orbe: ſed ſolũ nomẽ fidei. Dura: cõſtãs: & non cedens malis: ut fortes decet: unde dicit Seneca: Fortitudo contẽptrix timendorum eſt terribilia: & ſub iugũ libertatem noſtram mittentia deſpicit prouocat: frangit. Aggere: uallo & turribus. Sed dignam auſonia: ſenſus eſt putat ipſa iuuẽtus ſagũthina iam clauſa uallo pœnorũ dignum eſſe ſagũthũ cadere pro fide ſeruanda romanis. nã hoc oppidum clarum fuit fide erga romanum nomẽ: & ut illam ſeruaret incendium expectauit. Auſonia: italia. & ipſa Roma tanti romanos faciebant ſagũthini. Phocais baliſta: baliſtã & fundã inuenere phœnices: autore Ply. quæ neruis funibuſque intenta haſtas magno impetu emittit: & etiã ſaxa Syllius appellat baliſtã phocaida a maſſilienſibus: q ea plurimũ utebant: oriũdi a phocenſibus: q ſunt in græcia: cõtermini boetiis. Maſſylia: quippe urbs galliæ ĩ petroſo loco ſita: phocẽſium ædificiũ fuit. Liuius ait: Ipſe Annibal: qua turris mobilis oĩa munimenta urbis ſuperãs altitudine agebat: hortator aderat: quæ cũ admota catapultis baliſtiſque per omnia tabulata diſpoſitis muros cuſtodibus nudauerat: tum Annibal. & cætera. Vaſtos molares: ſaxa magna. Ferratam ornum: haſtam ex orno. Alternus clangor: ſonitus tubarum & apud pœnos: & apud ſagũthinos pœni ſeſe ad expugnationẽ expediebãt. Sagũthini ãt ad defenſionẽ: & eruptionẽ ĩ hoſtes: ꝙ fecere. nã Liuio autore in caſtra hoſtes cõpulerunt. Tot milia. c. l. hominũ milia habebat in armis Annibal cũ oppugnaret Sagunthũ. Gẽtes inter tela ſatæ: uerba Annibalis increpãtis ſuos: q ſegnes ad expugnandã urbẽ ꝓpe iam captã uidebant. Stamus: hæremus: & ſic hortat ipſos ad decorũ ſeruandũ: ne degenerare uiderent. En bona uirtus: ironice loquitur. Hauſtuſque medullis Annibal: ideſt cũ ipſi milites hauſiſſent uerba Annibalis cõmoti ſunt ad acriorẽ urbis oppugnationẽ. Arduus: altus & eminẽs: & aggerẽ ponit ꝓ machina bellica: ſup q̃ milites ipoſiti iminebãt urbi: nũc appellãt baſtiones. Subit: adhæret mœnibus: ideo apd' Virgi. Inſpectura domos uenturaque deſuper urbi. Armauit clauſos: deſcribit arma ſagunthinorum quibus hoſtiles machinas labefactabant. Phalarica in primis quæ eſt telum miſſile; quo utuntur inquit Pompeius ex phalis: ideſt locis altis dimicantes. nam phalæ dicuntur turres ligneæ: inde phalungas dicimus perticas. Phalarica inqt Liui. erat ſagunthinis miſſile telũ haſtili ligno oblongo & tereti: præterq̃ ad extremũ; unde ferrũ extabat: id ſicut ĩ pilo quadratũ ſtuppa circũligabãt: linebãtque pice. Ferrum aũt tris in longũ habebat pedes: ut cũ armis trãſfigere corpus poſſet.

S picula quæ patrio gaudens acuiſſe ueneno
F undit apud ripas inopina binominis iſtri:
C ura ſubit collem turrita cingere fronte
C aſtelloque urbem circumuallare frequenti.
H eu priſcis numen populis: ac nomine ſolo
I n terris iam nota fides. ſtat dura iuuentus
E reptãque fugam: et claudi uidet aggere muros.
S ed dignã auſonia mortem putat eſſe ſagunthũ
S eruata cecidiſſe fide: iamque acrius omnes
I ntendunt uires. adductis ſtridula neruis
P hocais effundit uaſtos baliſta molares
A tque eadem ingentis mutato pondere teli
F erratam excutiens ornum: media agmina rũpit.
A lternus reſonat clangor: certamine tanto
C onſeruere acies. ueluti circundata uallo
R oma foret. clamatque ſuper tot milia. gentes
I nter tela ſatæ iam capto ſtamus in hoſte
N onne pudet cœpti? pudet omnis. en bona uirtus
P rimitiæque ducis. tali ne implere paramus
I taliam fama: tales præmittere pugnas
A ccenſæ exultant mentes: hauſtuſque medullis
A nnibal exagitat: ſtimulatque ſequentia bella
I nuadunt manibus uallum: cæſaſque relinquũt
D eiecti muris dextras ſubit arduus agger
I mponitque globos pugnantum deſuper urbi.
A rmauit clauſos: ac portis acuit hoſtem

Librari:emitti in hoſtes multis manibus. Pyrenes:montis medii inter gallos & hiſpanos. Pluri ma:longa ad tres pedes. Atro:pallido. Circum lita:uncta ut illic ipſo motu ignem prius conce-ptum maiorem ferret ad terrorem:ut uideretur fulmen. Tremula:uibranti:ut moris ē flammæ. Qualis ſanguineo:phalaricam comparat fulmini ictum:& ignem inferenti. Crine ſanguineo: radiis ignis.inde cometem appellamus ſtellam crinitam. Crines enim ſtellarum ſunt radii: quos iaciunt. Præſtringit lumina:ideſt obtenebrat oculos hominum: qui tanto fulgori ſunt impares.

Librari multa conſueta falarica dextra
Horrendum uiſu robur:celſiſque niuoſæ
Pyrrenes trabs lecta iugis:cui plurima cuſpis
Vix muris tolleranda lues:ſed cætera pingui
Vncta pice: atque atro circunlita ſulphure fumāt
Fluminis hæc ritu ſummis e mœnibus arcis
Incita ſulcatum tremula ſecat aera flamma.
Qualis ſanguineo præſtringit lumina crine
Ad terram cœlo decurrens ignea lampas
Hæc ictu rapido pugnantum ſæpe per auras
Actonito ductore tulit fumantia membra
Hæc uaſte lateri turris cum turbine fixa:
Dum penitus pluteis uulcanum exercet adeſis
Arma uiroſque ſimul præſſit flagrante ruina
Tandem condenſis actæ teſtudinis armis
Subducto pœni uallo:cæcaque latebra
Pandunt prolapſam ſuffoſſis mœnibus urbem
Terribilem in ſonitum procumbēs aggere uicto
Herculeus labor:atque immania ſaxa reuoluens
Mugitum ingentem cœlo dedit.alpibus altis
Aerie rupes ſcopulorum mole reuulſa
Haud aliter ſcindunt reſonanti fragmine montē
Surgebat cumulo certantum prorutus agger
Obſtabatque iacens uallum ne protinus inſtent.
Hinc atque hinc acies media pugnare ruina.
Emicat ante omnis primeuo flore iuuentæ
Inſignis rutulo murrus de ſanguine:ac idem
Matre ſagunthina graius geminoque parente
Dulichios italis miſcebat prole nepotes:
Hic magnos ſocios naidum clamore uocantem
Qua corpus loricam inter galeamque pateſcit

Præſtringere eſt tenebras offundere nimio fulgore:unde Plautinus miles ait: Curate ut ſplēdor meo ſit clypeo clarior q̄ ſolis radii eē olim cū ſuduſt ſolēt ut ubi uſus ueniet contra conſerta manu præſtringat oculorum aciem ī acie hoſtibus.Inde dicimus præſtigiatores.

Vulcanum:ignem.nam tertius Vulcanus ex tertio Ioue & Iunone natus lēni fabricæ præfuit: habituſque ē deus ignis: & pro ipſo igni ponitur a poetis.

Pluteis adhæſis: combuſtis tabulis intus.Plutei dicunt̄ crates corio nudo intectæ: quæ ſolebant opponi militibus opus facientibus:& appellabant̄ militares:nunc ēt tabulæ:quibus aliq̄d præſepitur:eodem nomine ſignificāt̄: autor eſt ſextus Pompeius. Flagrante:ardēte machina & ruēte. Actæ teſtudinis: Teſtudo erat inſtrumētū bellicū: quo ad expugnandas urbes effodiendaque mœnia utebātur. Fiebat ex ligno & corio tegebat̄:dicta ē teſtudo a ſimilitudine teſtudinis animalis: quā excogitauit Arthemon clazomenius: & equum q̄ nunc aries appellat̄: ī muralibus machinis epeus ad Troiā: autore Plynio.

Actæ:admotæ muro.Liuius ait:Itaq; acrius de integro obortum eſt bellum: pluribuſque partibus uix accipiētibus quibuſdam opera locis. Vineæ cœptæ agi:admouerique aries. Subducto uallo:ſuffoſſo ab illis: q̄ erant ſub teſtudine.Liuius dicit Annibalē miſiſſe quingētos aphros:cū dolabris ad ſubruēdū murū ab imo. Cæca latebra:cuniculis quos nunc appellant cauas: de quibus Martia.in diſtichis: Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris:Mōſtrauit tacitas hoſtibus ille uias. Aries inq̄t Ioſepus libro tertio iudaici belli eſt immēſa materies:malo nauis adſimilis: cuius ſummum graui ferro ſolidatum ē in arietis effigiem:unde nomē accepit. Depēdet aūt funibus medius ex trabe alia uelut ex trutina palis utrinque fulctus bene fundatis. Retrorſus autē magna uirorū multitudine repulſus:hiſdēque ſimul rurſus impellētibus miſſus ī fronte ꝓminente ferro mœnia percutit:nec ē ulla tam ualida turris:aut murorū ambitus adeo latus: ut & ſi priores ictus fortiter ſuſtinuerit aſſiduos uincat. Aggere uicto:ſuperato muro:ac deiecto. Tres turres inq̄t Liuius quantūque inter eas muri erat: cū fragore ingenti ꝓciderāt:captūque oppidū ea ruina crediderāt pœni. Herculeus labor:murus ædificatus ab Hercule. Reuulſa mole:diducta ꝑte montis & ingēti rupe. Fragmīe:fractura & diductione molis ac rupis. Agger ſurgebat.i. murus ꝓſtratus ſurgebat iterū cumulatis ſuꝑ eū militibus certātibus. Ne ꝓtinus inſtēt:Li.ait: Sed iūctæ acies uelut patēti cāpo īter ruinas muri:tectaq; urbis modico diſtīcta īteruallo cōſtiterāt. Ne inſtēt:ne ꝓperēt:q̄m ī medio erat ruina ipſius muri:q̄ obſtabat. Rutulo ſanguīe:italo a rutilis:q̄ tenuerūt ſagūthū: ut dictū ē murrus erat ſagūthīus:cuius mr̄ erat græca:& pr̄ rutulus.i.ex ardea. Dulichios:græcos a dulichio īſula:q̄ ē ꝓpe zac;nthū:cuius coloni condiderūt ſagūthū. Naidū:nomē ē mi

ſitis punici interempti a Murro. Speculatus:cum contemplatus eſſet: ac obſeruaſſet motus illius Naidi: qui nitebatur contra Murrum. Siſtit: uulneratum ſternit galeam gladium & haſtam Lacedæmonii inuenerunt. Fallax pœne iaces:uerba Murri inſultatis Naido pœno iam a ſe ſtrato.

Stygio ioui:Plutoni poſtquam inquit non es compos uoti: ut Ioui capitolino bellum inferas: ut optabas feras Plutoni. Aduerſi:contrarii ſibi. Singultantia:emittentia ſingultus ĩ morte. Circũſilit:ſaltu emicans eripuit clypeum ibero: q pugnam contra Murrũ inſtaurabat. Haurit:uulnerat clypeos inuenerũt pretus & acritus inter ſe pugnãtes: ſiue chalcus athamantis filius. Lorycã mydas meſſenius ocreas & criſtas chares. Vitæ opacæ: umbracilis: ac remotæ a ſtrepitu bellico. Spicula:tela ſaltus ꝓprie dicitur ſylua macreſſa. Per patrios ſaltus: ſi uenationibus tantũ in patriis ſyluis operã dediſſet. Funera uulgi: gregalium militum. Effingẽs:faciens galeros ſuis crinibus demiſſis. Mulcere:cicures reddere:ideſt mãſuetas. Fœtas: quæ pepererũt:& tunc ſunt ſæuiores timentes raptũ fœtus. Bragada:fluuius libyæ ꝓpe uticam & carthaginẽ: hic iuuenis ſculptũ habebat in clypeo bragadam fluuiũ: a quo ipſe nomen acceperat. Vrna fluminea:alueo & uado fluminis:imitatio uirgiliana. Naſamones ſunt in libya ꝓpe ſyrtes: apud quas fiebãt naufragia: quæ hic depopulabat͂: de ſyrtibus alibi dicetur. Laceras:fractas tẽpeſtate ac illiſas uadis ſyrtium.

Exarmare ueneno doctus: Plyni. ait: quorundam hominum tota corpora ꝑ ſunt:ut ex his familiis: quæ ſũt terrori ſerpẽtibus tactu ipſo leuant percuſſos. ſuctu ue modico:quoqꝫ ex genere ſunt Pſyli marſique: & qui oblongenes uocantur in inſula cypro: ex qua familia legatus hexagon nomine a conſulibus Romæ in dolium ſerpentũ coniectus experimenti cauſa: circũmulcentibus linguis miraculum præbuit ſignũ eius familia ẽ:ſi modo adhuc durat uernis temporibus odoris uirus. Exarmare: priuare carminibus. Grauis: uenenoſos. Sobolem explorare:experiri an ſit adulterina pſyli obiiciebant: ut an legitimi eſſent cognoſceretur:quoniam ſi non erant adulterini minime lædebantur a ſerpẽtibus. Ceraſte:ſerpente:ſed proprie ceraſtes ẽ ſerpens habẽs cornicula:de quo Plynius:Ceraſtes corpore eminet: cornicula habet ſæpe quadrigemina: quorum motu reliquo corpore occultato ſollicitãt ad ſe aues.

Fatidicis lucis: propter oraculũ iouis Hãnonis: cuius filius fuit Hyarbas ex Garamantide nympha: a quo hic Hyarbas originem ſe habere iactauerat.

Inſignis galeam cornu: ideſt habens inſignitam galeam cornu:& originem repræſentaret ſuã illãque ad iouẽ cornigerũ referret:q apud garamãtes ac naſamones ſub effigie arietis colebatur.

C onantis motus ſpeculatus cuſpide ſiſtit
P roſtratumque premens tælo:uoce inſuper urget
F allax pene iaces:certe capitolia primus
S candebas uictor:quæ tanta licentia uoti
N unc ſtygio fer bella ioui:tum feruidus haſtam
A duerſi torquens defigit in inguine iberi:
O raque dum calcat iam ſingultantia lætho
H ac iter eſt inquit uobis ad mœnia romæ
O metuenda manus:ſic quo properatis eundum
M ox inſtaurantis pugnam circumſilit arma
E t rapto nudum clypeo latus haurit iberi.
D iues agri:diues pecoris:famæque negatus
B ella feris arcu iaculoque agitabat iberus
F œlix heu nemorum:et uitæ laudandus opacæ
S i ſua per patrios tenuiſſet ſpicula ſaltus
H unc miſeratus adeſt infeſto uulnere ladmus
C ui ſæuum arridens narrabis amilcaris umbris
H anc inquit dextrã: quæ iam poſt uulnera uulgi
A nnibalem uobis comitem dabit:et ferit alte
I nſurgens gladio criſtatæ caſſidis æra:
P erque ipſum tegmen crepitantia diſſipat oſſa.
T um frõtem chremes intonſam uibrante capillo
S eptus:et horrentes effingens crine galeros
T um maſulis:crudaque uirens ad bella ſenecta
H arcalo non pauidus:fetas mulcere læenas:
F lumineaque urna celatus bragada parmam
E t uaſtæ naſamon ſyrtis populator hyempſal
A udax in fluctu laceras raptare carinas
V na omnes dextraque cadunt: iraque perempti.
N ecnon ſerpentes diro exarmare ueneno
D octus atyr:tactuque graues ſopire chelidros
A c dubiam admoto ſobolem explorare ceraſte.
T u quoque fatidicis garamanticus accola lucis
I nſignis flexo galeam per tempora cornu
H eu fruſtra reditum ſortes tibi ſæpe loquutas
M entitumque iouem increpitãs occũbis hyarba.
E t iam corporibus cumulatus creuerat agger
P erfuſæque atra fumabat cæde ruinæ
T um ductorem auido clamore in prælia poſcit.

Fulmineus ceu ſpartanis latratibus actus
Cum ſyluam occurſu uenantum perdidit: hirto
Horreſcit ſæuus dorſo: et poſtrema capeſſit
Proelia: candentem mandens aper ore cruorem
Iāque gemens geminū contra uenabula torquet.
At parte ex alia: qua ſe inſperata iuuentus
Extulerat portis: ceu ſpicula nulla manuſque
Vim ferre exitium ue queat: permixtus utriſque
Annibal agminibus paſſim furit: et quatit enſem
Cantato ſuper ſenior quem fecerat igni
Littore ab heſperidū remiſſus: qui carmine pollēs
Fidebat magica ferrum crudeſcere lingua:
Quantus biſtoniis latæ gradiuus in oris
Belligero rapitur curru: telumque coruſcans
Titanum quo pulſa cohors flagrantia bella
Cornipedum aflatu domat: et ſtridoribus axis
Iāque hoſcū: rutilūque pholū: igētēque metiſcū
Iam lygdum: dyriūque ſimul: flauūque galeſum
Et gēinos chronū atque gyan demiſerat umbris
Daunum etiā grata: quo non ſpectatior alter
Voce mouere fora: atque orādo fingere mētes
Nec legum cuſtos ſolertior: aſpera telis:
Dicta admiſcentem: quo nā te pœne paternæ
Huc adigunt furiæ: non hæc ſidonia tecta
Fœminea fabricata manu: pretio ue parata
Exulibus ue datum dimenſis littus harenis
Fundamenta deum: romanaque fœdera cernis
Aſt illum toto iactantem talia campo
Ingenti raptum niſu: medioque uirorum
Auulſum inter tela globo: et poſt terga reuinctum
Annibal ad pœnam lentæ mandauerat iræ
Increpitanſque ſuos inferri ſigna iubebat
Perque ipſos cædis cumulos: ſtragēque iacētum
Monſtrabat· furibundus iter: cunctoſque ciebat
Nomine: et in prædas ſtantem dabat īprobus urbē.

Vnde Martialis: Diſſimuletque deum cornibus ara frequens. ita enim apparuit baccho ducenti exercitum per harenas aphricæ pedeque effoſſa tellure aquam oſtendit: qua ſitiens exercitus recreatus eſt. Sortes: ſunt reſponſa numinum: ſiue oracula. Fulmineus ceu: Murrum appetentem ſingulare certamen annibalis comparat appio: qui a canibus exagitatus facit ultimum contra uenatores conatum: quos dentibus exertis inuadit. Spartanis latratibus: canibus laconicis. canes ſpartani & moloſſi celebrantur a poetis: atque Melitei ad mulierum delitias: illi autem ad cuſtodiam & uenatum. Candentem: ideſt non modo rubicundum ſanguinem: uerum etiam prope ignitum & perſtat in tranſlatione. appellauit enim aprū fulmineum: & fulmen eſt cādens ideſt ignitum. Geminum: dentem. duo quippe ſunt dentes apro ſimiles: qui exerti appellantur: quos habet etiam hippopotamus & elephantus. Torquet: uoluit dentem exertum contra uenatores. Gemens: iratus & gemitum emittens cum fremitu: gemunt proprie animalia preſſa pondere. Litore ab heſperidum: qui uenerat ab oceano athlantico & finibus mauritaniæ: ubi fuerunt horti heſperidum. Carmine: incantationibus magicis. Quātus biſtoniis: annibalem in agmine furētē comparat marti: qui domat effera bella equorum afflatu. gradiuus dicitur mars a gradiendo in bello ultro citroque: uel quia ex gramine ſit ortus: ut inquit Sextus pompeius. biſtonium eſt ſtagnum in thracia ubi mars dicitur regnare: quoniam thraces ſunt bellicoſi propter regionis ſitum & rigorem. Ideo ſcribit Stra. libro tertio. Id quod ē in felici regione: pacificum eſſe: quod uero in triſti: pugnax & uirile. Vnde non ualet illic ingenium: ſed furor. Biſtoniis: threiciis. Cohors titanum: bellum giganteum intelligit. titanes enim uoluerunt detrudere iouem e cœlo: quos Iuppiter fauentibus aliis diis deiecit: ut eſt in fabulis. Verū ut īquit Cicero nil aliud eſt more gigātum pugnare cum diis: niſi repugnare naturæ. Grata uoce: eloquentia & lepore dicendi. Mouere fora: orare cauſas forēſes: & regnare in iudiciis. Fingere mētes: mouere auditores ad quoſcunque affectus: quod eſt uehementis oratoris. Quo nā: hæc erāt uerba dauni conuiciis annibalem inceſſentis. Pœne: o annibal ideſt aliqd furiæ huc te īpellunt patris tui amilcaris. Sidonia: carthaginēſia ædificata a didone. Exulibus: didoni: & comitibus. Dimēſis harenis: ī illa peniſula: ut dictū eſt. Fundamēta deū: ſaguntū conditū ab hercule relato in numerū deoꝝ. Romanaque fœdera: ſagūtīos q romanis fœdere iūcti ſūt. Lētæ iræ: remiſſæ: qm̄ uolebat eū punire lēto ſupplicio: ut diutius cruciaret: & ipſe ānibal remiſſiore aīo maiorē caperet uoluptatē: quod ꝑfecto inhumanū eſt. unde dicit Sene. Aliēis bonis īuidere æterna miſeria ē. Aliēis malis delectari uoluptas īhūana. & alibi nō ē ꝙ credas quēq̄ fieri aliena īfelicitate felicē. Ciebat: uocabat īperator dicebat cyprus: ut ē apud xenophon. fatuus ē ſi neſcit noīa ſubditoꝝ ducū qbus ei opus ſit ꝑ īſtrumēto uti.

Sed poſtquam: inquit audiuit Annibal in alia parte urbis Murrum omnia uaſtare omiſſis ceptis illuc præcipiti curſu contendit. Lymphato curſu: præcipiti & furenti. Varro ſic ſcribit: græci aliquos commota mẽte lympholentos dixerunt quaſi plenos furore: ab eo lymphatos noſtri dixere. Sextus pompeius ait. Lymphæ dictæ ſunt a nymphis: uulgo autem memoriæ proditum eſt quicunque ſpeciem quandam e fonte ideſt effigiem nymphæ uiderint furendi non feciſſe finem: quos græci lympholentos uocant: noſtri lymphatos appellant. Crine ut flammifero: fulgorem criſtarum Annibalis portendentẽ fatum murro cõparat cometæ ſuis radiis portendenti euerſionem regnis: cometes portendit euerſionem regnoꝝ. Vnde Iuuenalis: Inſtantem regi armenio parthoque cometem: pria uidet. Plinius dicit eſſe ſydus magna ex parte terrificum. Ariſtoteles uero imbres graues ab his aliquando uentoſque ſignificari.

Fera regna: crudeles reges. Iuſto quippe regi timendum non eſt: cum oĩbus conſulat: ut bonum decet paſtorem. Atra: ſubnigra. Rubentes radios: ignitos. Sæua luce: quia minatur regibus infelicitatem alibi canit. Regnoꝝ euerſor rubuit læthale cometes. ideo ſubiungit Terriſque extrema minatur. Vomit: emittit. Scintillat: uibrat & corruſcat. Extrema: magnas calamitates. Præcipiti: feſtino: furentique annibali. Igneus apex: cuſpis & ipſũ ferrum quod erat ĩ haſta. Dirum lumẽ: portẽdens infelicitatem murro. Vmbo: clypeus. Talis ubi ægeo: annibalẽ præcipitem & omnia magno impetu tranſgredientem comparat fluctibus ægei maris qui tranſgrediuntur cyclades: nec aliqua mole oppoſita fracti reſiliunt. ægeum mare inquit Varro dictum eſt ab inſulis: ꝙ in eo mari ſcopuli uocantur æges ad ſimilitudinem caprarum. Vnde Pacuuius æges ferme aderant æquore in alto ratibus repentibus. chorus ſpirat ab occidente uerſus ſeptentrionem ad ſolſtitium æſtiuum: hunc ponit pro quocunque uento. Mare ſuſpenſum: fluctus erectos & eleuatos flatu uentorum. Frigida: ab effectu: quoniam qui timent frigẽt: cum calor naturalis ad ima retrahit. Vnde timentibus plærunque ſoluitur uenter: & mouetur urina cyclades a circulari forma dictæ ſunt inſulæ in mari ægeo ambientes delon inſulam: quarum nomina recenſet Strabo. Curuatis: ſuſpenſis. tranſgreditur inſulas obiectas. Inceſſentia: impetentia ſolum annibalem. tamen ſiſti non poterat quemadmodum cyclades uim tempeſtatis & fluctuum cum ſe opponunt reprimere non poſſunt: ſed fluctus illas magno impetu tranſgreditur. ſic Annibal iter ſuos atque hoſtes ad Murrum ruebat ſimilis fluctui. Tormẽtis: baliſta & onagris. Inter ſolem: repercuſſione radioꝝ ſolarium. En qui res libycas: uerba Annibalis contẽnentis Murrum. Faxo: faciam. Fœdera: quæ erant renouata cum aſdrubale: ut ſagunthinis libertas ſeruaretur. Et ueſter Iberus: qui ex illo fœdere renouato erat terminus imperii: quæ omnia annibal irrita fecit. Deos deceptos: quoniam in percutiendis fœderibus dii inuocabantur. Impii ducis decorum ſeruat poeta. Exoptatus ades: uerba Murri ad annibalem. Olim: iampridem cupiebam congredi tecum.

Sed poſtq̃ a trepidis allatum feruere partem
Diuerſam marte infauſto: murroque ſecundos
Hunc ſuperos tribuiſſe diẽ. ruit ocius amens
Lymphato curſu: atque ingẽtes deſerit actus.
Læthiferumque micant fulgentes uertice criſtæ.
Crine ut flãmifero terret fera regna cometes
Sanguineum ſpargens ignẽ. uomit atra rubentes
Fax cælo radios: et ſæua luce corruſcum
Scintillat ſydus: terriſque extrema minatur
Præcipiti dant tela uiã: dant ſigna: uirique
Atque ambæ trepidant acies: iacit igneus haſtæ
Dirum lumen apex: ac late fulgurat umbo
Talis ubi ægeo ſurgente ad ſydera ponto
Per longũ uaſto chori cũ murmure fluctus
Suſpenſum in terras portat mare: frigida nautis
Corda tremũt: ſonat ille procul: flatuque tumeſcẽs
Curuatis pauidas trãſmittit cycladas undis
Non cuncta e muris unũ inceſſentia tela
Fumãteſque ante ora faces: nõ ſaxa per artem
Tormentis excuſſa tenent: ut tegmina primum
Fulgentis galeæ conſpexit: et arma cruento
Inter ſolem auro rutilãtia turbidus infit.
En qui res libycas: inceptaque tanta retardet
Romani murrus belli mora: fœdera faxo
Iam noſcas quid uana queant: et ueſter iberus
Fert æquũ: caſtãque fidem: ſeruataque iura
Deceptos mihi linque deos: cui talia murrus
Exoptatus ades mens olim prælia poſcit
Speque tui flagrat capitis: fer debita fraudum
Præmia: et italiã tellure inquire ſub ima
Longum in dardanios fines iter atque niualem

Pyrenen.alpeſque tibi mea dextera donat
Hæc inter cernens ſubeuntem cominus hoſtem
Præruptumque loci:fidum ſibi corripit ingens
Aggere conuulſo ſaxum:et nitentis in ora
Deuoluit: pronoque ſilex ruit incitus ictu
Subſedit duro concuſſus fragmine muri
Tum pudor accendit mentem:nec conſcia fallit
Virtus preſſa loco:frendens luctatur:et ægro
Scandit in aduerſum per ſaxa nutantia nixu
Sed poſtquam propius uicino lumine fulſit
Et tota ſe mole tulit:uelut incita clauſum
Agmina pœnorum cingant:et cuncta pauentem
Caſtra premant:lato murrus caligat in hoſte.
Mille ſimul dextræ:denſus micare uidetur
Enſis: et innumeræ nutare in caſſide criſtæ
Conclamãt utrunque acies:ceu tota ſagunthos
Igne micet:trahit inſtãti languentia lætho
Membra pauẽs murrus:ſupremaque uota capeſſit
Conditor alcide cuius ueſtigia ſacra
Incolimus terra minitantem auerte procellam
Si tua non ſegni defenſo mœnia dextra
Dumque orat:cæloque attollit lumina ſupplex.
Cerne ait an noſtris longe tyrinthius auſis
Iuſtius affuerit ni diſplicet æmula uirtus.
Haud me diſſimilem alcide primoribus annis
Agnoſces inuicte tuis.fer numen amicum
Et troiæ quondam primis memoratæ ruinis
Dexter ades phrygiæ delenti ſtirpis alumnos
Sic pœnus.preſſumque ira ſimul exigit enſem
Qua capuli ſtatuere moræ:cæloque relato
Horrida labenti perfunditur arma cruore.
Scilicet ingenti caſu turbata iuuentus
Procurrit:nota arma uiri:corpuſque ſuperbo
Victori ſpoliare negant:coit aucta uiciſſim
Hortando manus:et glomerata mole feruntur
Hinc caſſis galea:hinc clypeus ſonat æreus haſtis
Inceſſunt ſudibus:librataque pondera plumbi
Certatim iaciunt: deciſæ in uertice criſtæ
Direptumque decus nutantum in cæde iubarum
Iamque agitur largus per membra fluentia ſudor
Et ſtant loricæ ſquamis horrentia tela
Nec requies tegmen ue datur nutare ſub ictu
Genua labant:feſſique humeri geſtamina laxant

Hoſtem:annibalem aſcendentẽ propius. Præruptum loci: ideſt iam ſubeuntem altiorem partem aggeris proſtrati. Prono ictu:ruenti in aſcendentem annibalem. Subſedit:flexit ſe annibal pondere ſaxi preſſus. Fragmine muri:ſaxo euulſo ab aggere ſtrato.

Nutantia; mouentia ſeſe; laus annibalis a fortitudine quæ in aduerſis ſe oſtentat. Caligat: caligine obducebatur murrus propter timorem uidens tantum hoſtem. Conclamant: hortantur ad pugnam in tãto certamine.

Conditor alcide: oratio Murri ad herculẽ ſagũthi conditorẽ. Sacra:numini tuo dicata. Procellã:annibalẽ ꝓcellæ iſtar. Cerne ait:uerba annibalis ĩuocãtis ẽt herculem inimicũ quondã troianorum. tempore quippe Laomedontis troiam expugnauit: ob negatã ſibi mercedem a Laomedonte propter liberatam heſionen: quæ mario monſtro expoſita erat quod hercules occidit cum illac trãſiret nauigãs ad oram phaſidis pro aureo uellere aſportãdo: ut canit Flaccus. An tyrinthius: hercules a Tyrinthe: quæ erat munimentum argiuorum ubi fuit educatus hercules. Delenti; mihi paranti delere romanos oriundos a phrygibus inimicis quondam tuis. Dexter:propitius.

Exigit: immittit in uiſcera murri uſque ad capulum. More: impedimenta ne ſcilicet enſis altius deſcenderet.

Statuere:permiſere. Relato:educto e corpore murri. Iuuentus: ſagunthina ſcilicet. Coit: congregatur. Viciſſim: mutua exhortatiõe uocati. Inceſſunt:ĩfeſtant ĩpetũ. Librata:emiſſa ex fũdis. Tegmen: clypeũ & arma.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Eliſus:excluſus. Mente aduerſa domat:ideſt fortiter patiebatur omnia aduerſa:ut ſuum decorum ſeruaret. turpe quippe fuiſſet ſi tantus uir ceſſiſſet aduerſis: ſed magnitudine honeſtatis & laudis uitæ pericula repẽdebat. Virtus enim circa pericula uerſatur:& qui illa ſubit & gaudet:aut ſaltem non dolet fortis eſt: & nonnulli ob dolorem & pericula inuicti animi laudem amittunt. Ideo annibal mente ideſt magnitudĩe animi & robore ſubnixus domabat aduerſa:ut uirtutis præſcriptum ſeruaret:animique inuicti laudẽ aſſequeretur. In aduerſis eſto firmus inquit Seneca. In proſperis cautus: & humilis. Suadet: hortatur uirtutem ſuam: & ſe ipſum niteſcere in aduerſis: ut decet uirum fortem:qui circa terribilia uerſatur interitus. Duris: difficultatibus circa quæ uerſatur uirtus. Vnde dicit Seneca: Altum quiddam eſt uirtus:excelſum & regale:inuictum: infatigabile.

Penſat rependit pericula quæ ſubibat: cum laude quam aſſequebatur tolerando fortiter aduerſa:quæ ſunt uirtutis occaſio. nitet enim in his uirtus.

Fragor: rumor cœli. Librata:quodam libramento miſſa. Vibrauit:uibrãdo uenit. Belli iniuſti: quod erat contra fœdus. Fœmore aduerſo: Liuius ait annibalem fuiſſe uulneratum non cum interemit murrum:ſed cum incaute murrum ſubiret. Vt uero inquit annibal ipſe dum murrum incautus ſubit:aduerſũ fœmur tragula grauiter ictus cecidit. tanta circa fuga: & trepidatio fuit: ut non multũ abeſſet: quin opera & uineæ desererentur obſidio deinde per paucos dies magiſque oppugnatio fuit:dum uulnus ducis curaretur. Tarpeiæ rupes:exclamat poeta ad capitolium ac numina romana.

Saxum: capitolium:ubi erat numinum ſedes. Flammeæ laomedonteæ: uirgines ueſtales ĩſtitutæ fuerũt a Numa pompilio:& primũ duæ fuerũt:inde duæ additæ ab ipſo Numa: poſtea Seruius tullius duas addidit:& ſic fuerunt ſex. Inde auctus eſt numerus quæ templum ueſtæ cuſtodiebãt: & ignem inextinctum: quem ritum ſacrorum æneas ex phrygia in italiam aduexit. Iuuenalis: Vbi quanquam diruta ſeruat ignem troianum & ueſtam colit alba minorem. Fallacis teli:quoniam ſi altius inſediſſet annibal nunquam tranſcendiſſet alpes. Clauſæ alpes: quia ante annibalem ut hic canit alpes fuerant imperuiæ. ideo exclamat ſerranus apud eundem. Amiſimus alpes: arcem ſcilicet italiæ. tamẽ prius galli alpes trãſcenderant:ſed alia uia quam alienis ueſtigiis tutã annibal ſequi noluit:ſed auias alpes penetrauit. Allia:fluuius prope romam apud quem Tribuni militum cum gallis ſenonibus qui duce brenno romam infeſto agmine petebant infelici marte pugnauerũt. Vnde ille dies ater habitus eſt a romanis. Ouidius in ibim:Hæc eſt in faſtis cui dat grauis allia nomen. Allia non cederet tuis undis: ideſt non fuiſſet maior ſtrages romanorum apud traſimenum q̃ fuerit prius apud alliam. Vana rudimenta:irrita principia propter uulnus ducis. At duræ inuigilant mẽtes:ſagunthini inquit non dormiebant in tanta opportunitate reꝝ q̃uis ueniſſet nox:ſed murrũ collapſum reſtituebãt. Duræ: perſeuerantes in laboribus pro decoro ſeruando. Molem:diſiectam.ſ.a teſtudine:& aliis tormentis reſtituũt noctu.

Fractis rebus:urgẽte neceſſitate:& iã debilitatis rebus ſagunthinoꝝ. Vltima uirtus: ultius conatus:q fit deſperatis prope iã rebus. Vnde dicit Sene. Acerria uirtus eſt quã ultia neceſſitas extũdit.

Tum creber:pœnituſque trahens ſuſpiria ſicco
Fumat ab ore uapor:niſuque eliſus anhelo
Auditur gemitus: fractũque in caſſide murmur
Mente aduerſa domat.ſuadetque niteſcere duris
Virtutem:et decoris pretio diſcrimina penſat.
Hic ſubitus ſciſſo denſa inter nubila cælo
Erupit quatiens terram fragor:et ſuper ipſas
Bis pater intonuit geminato fulmine pugnas
Inde inter nubes uentorum turbine cæco
Vltrix iniuſti uibrauit lancea belli
Ac femore aduerſo librata cuſpide ſedit.
Tarpeiæ rupes:ſuperiſque habitabile ſaxum
Et uos uirginea lucentes ſemper in ara
Laomedonteæ troiana altaria flammæ
Heu quantum uobis fallacis imagine tæli
Promiſere dei:propius ſi preſſa furenti
Haſta foret:clauſæ ſtarent mortalibus alpes
Nec traſimene tuis nunc allia cederet undis.
Sed iuno aſpectans pyrenes uertice celſæ
Vana rudimenta:et primos in marte calores
Eualidam duris euellit ab oſſibus haſtam
Ille tegit clypeo fuſum per membra cruorem
Tardaque paulatim:et dubio ueſtigia niſu
Alternata trahens auerſus ab aggere cedit
Nox tandem optatis terras:pontũque tenebris
Condidit.et pugnas erepta luce diremit:
At duræ inuigilant mentes.molemque reponunt
Noctis opus:clauſos acuunt extrema pericli
Et fractis rebus uiolentior ultima uirtus:
Hinc pueri:inualidique ſenes:hinc fœmina ferre

Vana:inutilis tali labori: qui uirorum eſt:non mulierum:quas penſa decent: & calati: uulgus inquit hoc agebat,at ſenatores de ſumma rerum conſultabant. Munia: officia.i.erat illis curæ conſulere labanti patriæ. Subeãt:ſuccurrant rebus iam attritis. Flammas ſidonias: incendium punicum. Clauſa eſt fera:ipſe Annibal immitis ut fera. Tempore rupto:ideſt oportũitate tẽporis oblata:& occaſione:dum ſcilicet ceſſat oppugnatio uulnere annibalis. Graſſandum ad clara:eundum cum impetu more latronum ad decus & gloriam per omnis aduerſitates:& pericula: ut patria liberetur:pro qua uir bonus: ſi opus eſt occumbere debet non ſolum pati labores & diſcrimina.

Certat opem in dubiis miſerando uana labori:
Saxaque mananti ſubuectat uulnere miles
Iam patribus:clariſque renũ ſua munia curæ
Concurrunt:lectoſque uiros hortantur:et orãt:
Defeſſis ſubeant rebus:reuocentque ſaguntho
Sidonias flammas:nunc ite:impellite puppim:
Saucia dum caſtris clauſa eſt fera tempore martis:
Vtendum eſt rupto:et graſſãdũ ad clara periclis.
Ite citi:deflete fidem:muroſque ruentes:
Antiquaque domo meliora accerſite fata.
Mandati ſumma eſt:dum ſtat remeate ſagũthos.
Aſt illi celerant qua proxima litora greſſum:
Effugiunt tumido per ſpumea cerula uelo.
Pellebat ſomnos tithoni roſcida coniunx:
Ac rutilus primis ſemper hinnitibus altos
Afflarat montis:roſeaſque mouebat harenas.
Iam celſa e muris extructa mole iuuentus
Clauſam nocturnis oſtentat turribus urbem.
Rerum omnes pendent actus:et milite mœſto:
Laxata obſidio:ac pugnandi ſubſtitit ardor.
Inque ducem uerſæ tanto diſcrimine curæ.
Interea rutulis longinqua per æquora uectis
Herculei ponto cœpere exiſtere colles.
Et nebuloſa iugis attollere ſaxa meneci
Thracius hos boreas ſcopulos immitia regna
Solus habet:ſemperque rigens nũc litora pulſat:
Nunc ipſas alis tangit ſtridentibus alpes:
Atque ubi ſe terris glaciali fundit ab arcto.
Haud ulli contra fiducia ſurgere uento.
Vorticibus torquet rapidis mare:fractaque ãhelãt
Aequora:et iniecto conduntur gurgite mõtes.
Ianque uolãs rhenũ:rhodanũque in nubila tollit.
Hunc poſtquã boreæ dirum euaſere furorem.
Alternos mœſti caſus bellique:mariſque:
Et dubium rerum euentum ſermone uolutant.
O patria fidei domus inclyta:quo tua nunc ſunt
Fata loco:ſacræ nc manẽt in collibus arces.

Antiqua domo:Roma: quoniam ex latio miſſi fuerãt illuc coloni. Dum ſtat remeate.i.cũ adhuc non eſt expugnara urbs:ite ac redite. Tumido:inflato uẽtis. Pellebat ſomnos: deſcribit auroram: cuius maritus fuit Tithonus frater Priami.Diodo.dicit Titonum uerſus oriẽtem militaſſe uſque in æthiopiam: & ex Ida filiũ genuiſſe Memnonẽ: quem ad Troiam Achilles interemit. Roſcida.humida: quoniam in aurora cadunt rores. Rutilus ſonipes: equus ſolaris rubicũdus.

Affiarat: perſtat in tranſlatione equorum. Nocturnis:noctu erectis. Pendent actus:ceſſant. Interea rutulis:redit ad legatos:qui nauigantes per mare hiſpanum: & maſſilienſe peruenerunt ad portum meneci:& mare liguſticum portus Herculis:qui & meneci dicitur: eſt inter Maſſiliã & Genuam cũ tẽplo herculis ita ductus: quoniam Hercules ibi habiter ſolus. Rutulis:ſagunthinis oriundis ab Ardea capite rutilorum. Boreas:uẽtus ſeptẽtrionalis flat a Thracia dictus a boatu: quia cũ impetu flat: & ſtridet. Alis:quoniam uenti finguntur alati. Solus habet:hoc dicit ꝓpter uicinitatem ſeptẽtrionis: & frigidus ẽ: quia ex locis frigidiſſimis ſpirat.nec intereũdũ temperatur alicuius plagæ calore. Arcto: ſeptentrione. Vorticibus:uortex:ut ſcribit Fabius dicit̃ contorta in ſe aqua: uel quicquid aliud ſimiliter uertitur: inde propter flexũ capillorum pars ſumma capitis dicit̃ uertex:& etiam ſummitas mõtium. ꝓprie tamen unde initium eſt. Aequora fracta:undæ ſciſſæ flatu uẽtorum. Anhelant:æſtuant. Rhenus eſt fluuius diuidens germanos a gallis. Rhodanus galliæ comatæ fluuius: dictus a Rhoda oppido:colonia rhodiorum. O patria: uerba legatorum ad patriam ſagũthũ quorum laus eſt a pietate:quam patriæ debemus:quæ omniũ caritates complectitur. Quo loco:in quo ſtatu & conditione res tuæ ſunt. Sacræ arces:propter Herculẽ: qui eas poſuit: ſupra dixit:cuius ueſtigia ſacra icolimus terra.

De tanto nomine: quoniam ſagunthus erat opulentiſſima & clara ciuitas fide: quam uſque ad interitum ſeruauit. Ad oras laurentes: ad oſtia tyberina: Laurentum fuit oppidum latii non procul a tyberi. Anio labitur ex montibus trebulanis: inde per deſcenſus tyburtinos deuoluitur in planum: & tyberi miſcetur: quem auget: & ſua unda ditiorem facit. Flauo gurgite: aqua turbida: unde albula quondam dicebatur hic fluuius a colore aquæ. Pontum: mare tyrrhenum. Conſanguineæ: propter ardeam cuius fuerant colonia. Concilium: dicitur congregatio hominum a concalando: idē uocando: unde calēdæ dictæ: quia in principio menſis populus calabat.

An cinis heu ſuperi tanto de nomine reſtat?
Ferte leues auras: flatuſque ciete ſecundos:
Si nondum inſultat templorum protinus ignis
Culminibus: latiæque ualent ſuccurrere claſſes:
Talibus illachrymāt noctemque: diēque querelis:
Donec laurentes puppis defertur ad oras:
Qua pater acceptis anienis ditior undis
In pontum flauo deſcendit gurgite tybris.
Hinc conſanguineæ ſubeūt iam mœnia romæ.
Concilium uocat auguſtum: caſtaque beatos
Paupertate patres: ac nomina parta triumphis
Conſul? et æquantem ſuperos uirtute ſenatum:
Facta animoſa uiros: et recti ſacra cupido
Attollunt: hirtæque comæ: neglectaque menſa:
Dextraque a curuis capulo non ſegnis aratris
Exiguo faciles: et opum non indiga corda
Ad paruos curru remeabant ſæpe penates.
In foribus ſacris: primoque in limine templi
Captiui: currus belli decus: armaque rapta
Pugnantum ducibus: ſæuæque in marte ſecures:
Perfoſſi clypei: et ſeruantia tela cruorem:
Clauſtraque portarum: pendent hic punica bella:
Egatis cernas: fuſaque per æquora claſſe.

Auguſtum: uenerationis: maieſtatiſq; plenum. Auguſtus dicit̄ locus ſanctus: & uenerabilis. Vnde dicit Liuius romulum feciſſe ſe auguſtiorē purpureo habitu. Caſta paupertate: quoniā a pauperibus: & ſtudioſis caſte uiuitur. diuites autem luxu diffluunt. Beatos: fœlices. beatus ꝓprie dicit̄ is cui nihil deeſt: & qui e natura uiuit: inſtantibus deſideriis ſatiſfacere contentus eſt. Vnde dicit Seneca. Is maxime diuitiis fruit̄: qui minime diuitiis indiget. Et Epicurus dicebat lætā paupertatem eſſe rem honeſtam. animus enim debet eſſe diues: non arca. breuiſſima quippe ad diuitias uia eſt præter contemptum diuitiarum. Nomina parta: comparata uictoriis. accipiebant enim cognoīa a deuictis hoſtibus: ut Torquatus: Coruinus: Capitolinus fecer̄ pari modo de ꝓuinciis. Sed poeta reſpexit ad ſua tēpora. Aphricanus enim primus a deuicta aphrica cognomen accepit. Conſul: conſules erant Semp. longus: &. P. Scipio. Aequantem ſuperos: ideſt diuios omnique uirtute præſtantiſſimos ſenatores romanos. Recti: iuſtitiæ. Hirtæque comæ: impexæ. L. Ticinius Menas: auctore Plynio primus ex Sicilia ī italiam tonſores duxit. Aphricanus autem radi quotidie inſtituit. ante erāt intonſi: unde Ouidius: hoc apud intonſos nomen habebat auos. Neglecta menſa: ideſt ipſa temperantia: quæ luxum aſpernatur: & modum cupiditatibus ponit. & ſic laudat romanos a parſimonia in uictu. Dextra non ſegnis capulo: ideſt prompta ad bellum: & pugnam: quanuis araſſet. Nam apud antiquos ille ſummis laudibus celebrabatur: qui bonus agricola: bonuſque miles dici poterat. Vnde dicit Plynius: Fortiſſimi: & ſtrenuiſſimi milites ex agricolis gignuntur. Senatores colebant agros. erant inquit poeta ita prompti ad bellum: quemadmodum ad agriculturam cincinnatus ab aratro ad dictaturam uocatus fuit eadem diligentia inquit Plynius: Arua diſponebant qua caſtra: Nullum laborem recuſāt manus: inquit Seneca: quæ ad arma ab aratro transferuntur. Opum non indiga corda: quoniam erant prædita uirtutibus: quæ ſunt animi dotes: has qui habet bona fortunæ ſpernit: ea uero appetit quæ natura pro ſui conſeruatione deſiderat: quod qui facit: e natura uiuit: & ditiſſimus ē: panem & aquam: inquit Seneca natura deſyderat: nemo ad hæc pauper eſt: intra quæ quiſquis deſyderium ſuum claudit: cum ioue de fœlicitate contendat. Faciles exiguo: contenti re parua.

Curru: triumpho. In foribus ſacris: Tangit Syllius geſta romanorum uſque ad ſecundum bellum punicum in templo: ut plurimum ſenatus habebatur: Huius templi Liuius non meminit: cum de Sagunthinis introductis in ſenatum loquitur. Ait enim: Conſules tunc erant Romæ: Scipio: & Sempronius: qui cum legatis in ſenatum introductis de republica rettuliſſent: & cætera. Captiui: adempti hoſtibus. Secures: ſecurim in bello Pentheſilea Amazonum regina inuenit. Clauſtra: uectes: & ſeram. clauſtra dicuntur a claudendo. Punica bella egates: id eſt ſigna uictoriæ: quam Romani habuerunt de pœnis ad Egates inſulas.

Exactam ponto libyen teſtantia roſtra
Hic galeæ ſenonum:penſatique improbus auri
Arbiter enſis ineſt:galliſque ex arce fugatis
Arma reuertentis pompa geſtata camilli.
Hic ſpolia eacidæ:hic epyrotica ſigna:
Et ligurum horrēteſque comæ:parmæque relatæ
Hiſpana de gente rudes alpinaque geſa.
Sed poſtquam clades patefecit:et horrida bella
Orantum ſqualor præſenſque aſtare ſagunthi
Ante oculos uiſa eſt extrema precantis imago.
Tum ſenior mœſto ſycoris ſic incipit ore.
Sacrata gens clara fide:quam rite fatentur
Marte ſatam:populi ferro parere ſubacti
Ne crede emenſos leuia ob diſcrimina pontum.
Vidimus obſeſſam patriam:muroſque trementes:
Et quem inſana freta:aut cœtus genuere ferarum.
Vidimus annibalem:procul his a mœnibus oro:
Arcete o ſuperi:noſtroque in marte tenete.

Roſtra teſtātia:quæ oſtendebant pœnos ſuperatos bello nauali a romanis ceſſiſſe mare:amiſſis Scilia:& Sardinia:in cuius uictoriæ monumentum roſtra nauium carthaginenſium in foribus tēpli affixa erant:ut quondam roſtra antiatum. Romāi enim deuictis antiatibus nauali prælio in monumentum uictoriæ roſtra nauium affixerunt: ſuggeſto erecto in foro:quod roſtra appellarūt. Vnde Plynius ait. Roſtra nauium tribunali præfixa foro decus erant ueluti populo romano corona impoſita. Exactam:pulſam e mari. Hic galeæ ſenonum. Galli ſenones omiſſis cluſinis: quos uexabant infeſto agmine Romam contēderunt:qua capta Capitolium quo ſe robur receperat romanum: obſederūt romani auro ſalutem redimere decreuerunt:& mille pondo auri pepigere: ſed cum deberet aurum appendi: allata fuerunt a gallis iniqua pondera: &.P. Sulpitio trib. militum reclamāte additus eſt iniquo ponderi enſis ab inſolēti gallo:quem romani poſtea ſeruauerūt in monumentum illius indignitatis. Arbiter enſis:iudex ponderis: quoniā fuit additus ponderibus. & uidebatur eē quaſi arbiter. arbitrum autem appellamus iudicem:qui poteſt pro uoluntate iudicare. Reuertentis camilli: Camillus abſens. erat enim Ardeæ: & quidē exul dictator creatus auro nondum appenſo interuenit: & primo congreſſu ī urbe gallos nullo negocio fudit : fugauitque inde ad octauum lapidem uia gabina:quo ſe ex fuga contulerant penitus deleuit:& triūphās in urbem reuerſus eſt: & alter Romolus:ac parens patriæ conditorque alter urbis appellatus. Virgilius:& referētem ſigna camillum. Pompa:triumpho. Spolia eacidæ:Pyrrhi regis epyrotarū: qui apud aſculū Curio:& Fabritio conſſ. bis fuit exutus caſtris:& bis uulneratus: & tādē italia pulſus ex ea uictoria plurima bona Romam allata fuerunt:ut aurum: purpura : tabulæ. Et ligurum comæ: Ligures emporium caput habent gennam : quondam finitimos latrociniis infeſtabant: hos.L. Poſthumius ita bello attriuit:ut uix ferrum reliquerit ad terram colendam ligures: & hiſpani domiti fuerunt primo bello punico a Lucio Poſthumio:& Lucio æmilio conſulibus. Parmæ rudes: impolitæ :quoniam ut ſcribit Strabo: Hiſpani peltas geſtabant:& agiles armaturas propter latrocinia :& gladio:funda : atque iaculo utebantur. Geſa :ſunt tela gallorum:auctore Nonio. Virgilius :Alpina coruſcat geſa manu: geſum:ut inquit Sextus Pompeius eſt graue iactu iaculum. Clades: illatas ab annibale. Squalor.i.ipſi oratores ſqualidi:& præſe ferentes triſtitiā:ut magis mouerent affectus. Precantis extrema : petentis ultima auxilia. Sacrata gens: oratio Sycoris oratoris ſagunthinorum in genere deliberatiuo: cuius finis eſt utilitas. huius orationis exordio captat beniuolentiam a romanis laudans eos a fide :quam in Capitolio ſacrauerant. Inde narrat cum amplificatione pericula:& crudelitatem annibalis:& arguens ab utili:pio: iuſto: & honeſto:nititur perſuadere mittendum eſſe ſubſidium:ſagunthinis extrema calamitate laborantibus. inde corporis habitu mouet affectus. Lacerata enim ueſte in ſignum mœroris ſtrauit ſe humi: quod conuenit miſeris: & extrema difficultate laborantibus. Sacrata fide:Nam romani fidem & mentem in capitolio ſacrauerant. Cicero in libris de natura deorum ſic ſcribit:Tum autem res ipſa in qua uis eſt maior aliqua ſic appellatur: ut ea ipſa uis nominetur deus :ut fides: ut mens: quas in Capitolio dedicatas uidemus proxime a Marco Aemilio Scauro. ante autem ab Attilio Calatino erat fides conſecrata: de qua conſecratione nunc Syllius intelligit :quoniam calatinus fuit in primo bello punico. Populi:quos bello uiciſtis. Marte ſatam : natam a Marte propter rei militaris peritiam romani ſuam conditoriſque ſui originem ad martem referunt. Ne crede emenſos:Narratio eſt:quæ debet eſſe dilucida: breuis:& ueriſimilis:qua mouet ſenatores ad affectum a calamitate patriæ:ideſt ad iram contra annibalem: & miſericordiam pro ſaguntho obſeſſa:& ab utili ſuadet reprimendum eſſe hoſtē: ne talia & ipſi romani tandem patiantur. ideo ſuperos obteſtatur:ut annibalem peſtē tabificā in ſagunthinum potius bellum teneant:q̄ permittant romanos inuadere. Inſana:æſtuoſa & concitata.

Fatiferæ iuuenem dextræ:qua mole ſonantes
Exigit ille trabes:et quantus creſcit in armis
Trans iuga pyrenes mediũ indignatus iberum
Exciuit calpen:et merſos ſyrtes harenis.
Molitur populos:maioraque mœnia quærit
Spumeus hic medio qui ſurgit ab æquore fluctus:
Si prohibere piget ueſtras effringet in urbes:
An tanti pretium motus:ruptique per enſes
Fœderis hoc iuueni iurata in bella ruenti?
Creditis:ut ſtatuat ſuperata iura ſaguntho
Otius ite uiri:et naſcentem extinguite flammam:
Ne ſeræ redeãt poſt aucta pericula curæ.
Quanquã o ſi nullus terror:non obruta iã nunc
Semina fumarent belli:ueſtræue ſaguntho
Spernendum conſanguineam protendere dextrã:
Omnis iber rapidis:omnis fera gallia turmis
Omnis ab æſtifero ſitiens libys imminet axe:
Per uos culta diu rutulæ primordia gentis
Laurentemque larem:et genitricis pignora troiæ
Conſeruate pios:qui permutare coacti
Acryſioneis tirynthia culmina muris.
Vos etiam tandem ſiculi contra arma tyranni

Fatiferæ dextræ:afferentis fatum & mortem:& eſt pars confutationis.potuiſſet.n.dici ſi Annibal ueniet non erit timendus:cum ſit nullius momẽti.ideo ſubiungit: Qua mole ſonantes exigit:id eſt emittit in hoſtem haſtas trabales:ideſt maximas:& hoc dicens ſuadet ab utili. Quantus creſcit:aſſurgit in clypeũ.Imitatio uirgiliana. Trans iuga pyrenes::exauget rem:ut maiorem incutiat metũ romanis.Dicitque Annibalem uocaſſe ad bellum ferociſſimas gentes:& tranſmiſiſſe iberũ:qui erat terminus imperii:& melius inter utriuſque populi ditionem:ut oſtendat illum tot:tantiſque militibus ſubnixum: omnia auſurum: & ut romanos moueret rebus ſuis timentes: niſi ſtatim reprimeret illius conatus. Calpe mons eſt in finibus hiſpaniæ ad fretum:quem ponit pro hiſpanis habitantibus ad occaſum: quos Annibal ad arma exciuerat. & ut maiorem timorẽ faciat:dicit Annibalem tranſcẽdiſſe pyreneos montes:qui diuidunt gallias ab hiſpaniis. Merſos harenis:aphros: & naſamones. Molitur:uocat ad bellũ.

Maiora mœnia:urbem romã. Spumeus:tranſlatio eſt:& locus ab utili habens in ſe etiam confutationem:potuiſſet enim dici: Mouet quidem bellum: ſed non nobis. ideo ait: ueſtras effriget in urbes. Spumeus fluctus: Annibal ſimilis fluctui. An tanti pretiũ motus: confirmatio ẽ confutationis: & ineſt ipſa confutatio ſenſus.putatis ne Annibalem rupiſſe fœdus:& ruiſſe ad arma: & tantos excitaſſe motus:ut ſaguntho dũtaxat potiatur:quaſi dicat:non ita credendum eſt. Per enſes:arma:quoniã hoc bellum erat contra fœdus. Iuuẽi: Annibali fœdifrago:ordo eſt: an creditis eſſe pretium tãti motus iuueni. Vt ſtatuat iura:ideſt imponat finem potẽtiæ: quam nunc habet in armis: & cupiditati. Iurata bella:quæ iurauit ſe illaturum romanis:ut dictum eſt. Otius ite uiri: locus ab utili: occurrite inquit Annibali: & illum ſurẽtem reprimite: ne poſtea damno affecti uos non feciſſe pœniteat. Fumant inquit ſemina belli:ſi tamen inualuerit incendium: non facile extinguetis: & hæc pars habet confutationem. Potuiſſet enim dici: cum mouebit bellum ibimus obuiam armis. ideo ait: Vtinam non eſſet iã opus ueſtro auxilio:& ſemina belli n n fumarent. Omnis iber:ponit gentes:quæ illius exercitu erant:& per epitheta auget metum:ut oſtendat illos eſſe timendos. Omnis iber:omnes hiſpani ab ibero fluuio. Rapidis:in arma furentibus.

Fera: crudelis:bellicoſa. Aeſtifero axe: cœlo libyco:quod eſt ſubditum cancro. Omnis libys: omnes libyci nobis imminent. Sitiens:quoniam Aphrica laborat penuria aquarum.& ideo coloni malis aſſueti melius militiæ labores tolerare poſſunt. Per uos culta:locus eſt a pio. Oramus ĩquit uos per numina ueſtra: quæ ſemper pio animo colimus: ut nobis ſuprema calamitate laborantibus ſuccurratis. Rutulæ gentis:ardeatium:quorum rex Rutulus fuit:a quo rutuli dicti: cuius filius fuit Daunus pater Turni.Coluimus inquit diu ſacra latina aducta ex Phrygia ab Aenea: & principio rutilæ gentis:cuius ſagunthus fuerat colonia. Lau entemque larem: templum Apollinis:ſiue ſolis: quod erat apud Laurentes qui colebant ſolem indigetem. & apud Lauinum erat templum Veneris genitricis commune latino nomini:cuius curam habebant acleates: ut auctor eſt Strabo.

Pignora troiæ: numina troiana:quæ colebantur in Latio aducta ab Aenea. Genitricis:a qua eſt origo romanorum. Pios:ſagunthinos claros pietate.Iuſtitia inquit Lactantius quid eſt niſi pietas.pietas autẽ nil aliud q̃ dei parentis agnitio.tunc ſumus profecto pii erga deum:cum illi tribuimus:quod ei debemus:ideſt cum ipſum colimus:& adoramus:& pietatem debemus deo & parentibus aliis autem officium. Coacti:ab illis:qui noſtros in nouam coloniam miſerunt. Tirynthia culmina: Saguntum conditum ab Hercule tirynthio. Muris acryſioneis: ardeatibus: quoniam Danae filia Acryſii regis argorum cum filio Perſeo condidit Ardeam. Vos etiam tandem: locus ẽ a iuſto:& exẽplo oſtendit romanos debere fauere ſuis:cũ alias affuerint alienis.Hyero rex ſyracuſius intulit bellum meſſeniis:qui ſunt ad fretum ſiculum.Implorauerunt que opem romanorum: unde

miſſus é exercitus:& pulſus rex atque coactus reſtituere captiuos:& centũ taléta argéti ſoluere:tũc primũ claſſis romana in Siciliã tranſmiſit. L. piſo:ut autor é Ply. ſuis annalibus pdidit contra hyeroné regé. cc. xx. naues effectas fuiſſe diebus. xlv. Tandé:poſt longã contentioné ĩ ſenatu: an eét mittédus exercitus contra carthaginéſes & Hyeroné inqt Liuius auxiliũ mamertinis ferendũ ſenatus céſuit:cũ d'ea re inter ſuadétes:ut id fieret:diſſuadéteſque cõtétio fuiſſet:Diu tñ inqt Polibius hæc res in ſenatu agitata. Tandé populus præbendũ mamertinis ſubſidiũ iudicauit:atque ea

Iuuiſſe egregium:uos et campana tueri
Mœnia depulſo ſamnitum robore dignum
Sigeis duxiſtis auis:uetus incola dauni
Teſtor uos fontes:et ſtagna arcana numici.
Cum fœlix nimium dimitteret ardea pubem
Sacra domumque ferens:et aui penetralia turni
Vltra pyrenem laurentia numina duxit
Cur ut deciſa:atque auulſa e corpore membra
Deſpiciat:ueſterque luat cur fœdera ſanguis.
Tandem ut finitæ uoces:miſerabile uiſu
Affigunt proni ſqualentia corpora terræ:
Inde agitant conſulta patres:curaſque fatigant.
Lentulus ut cernens accenſæ tacta ſagunthi
Poſcendum pœnæ iuuenem:celerique negantis
Exuri bello carthaginis arua iubebat:
Aſt fabius cauta ſpeculator mente futuri
Nec lætus dubiis:paruiſque laceſſere martem
Et melior clauſo bellum producere ferro
Prima ſuper tantis rebus penſanda ducis ne
Ceperit arma furor:an patres ſigna moueri

ſentétia p plebé confirmata confeſtim Appiũ claudiũ conſulé traiicere ĩ Siciliã:& mamertinis ferre opem iubét: uidebatur certe iniuſtũ ferre opé mamertinis:q meſſaná occupauerãt: cum ipſi paulo ante animaduertiſſent ĩ pprios ciues:q rhegiũ contra ius tenuerãt:imitati mamertinos. Vos & campana tueri mœnia: Sánites arma iniuſta ſidicinis intulerũt. Sidicini cãpanis ſe iũxerũt: q in ſe oém belli molem uertere. nam eos adorti ſunt ſamnites: omiſſis ſidicinis cãpani intra mœnia compulſi Romã miſerũt legatos: q tádé capuã dederũt romanis: ne ea ſamnites potirent. Romani legatos miſerũt: ut ſuis abſtinerét: qbus cũ ſuperbe eét reſponſum:miſſis fecialibus ad res repetédas Valerius conſul cognomine coruinus eos uicit cum magna difficultate: faſſi quippe ſunt romani ſe nũq̃ cũ pertinaciore hoſte manus conſeruiſſe:ideo ait Syllius depulſo robore ſamnitũ. Dignũ duxiſtis:putaſtis eé dignũ. Auis ſigeis:romãis maioribus ueſtris: q opẽ implorãtibus ferebát. Sigeũ é pmontoriũ troadis:unde romani originem habét. Incola dauni:ego ſycoris oriundus ab ardea:ubi regnauit Daunus:Nõ ſum inqt alienus:q opé ueſtrá imploro: ſed uetus colonus ardeæ. Igitur ne
ab officio diſcedatis fauere nobis debetis. Stagna numici:Numicus eſt fluuius latii : in quo æneas ſubmerſus nunquam apparuit. Vnde troiani aborigineſque in numerum deorum relatum arbitrantes Iouem indigetem appellarunt. Aſcanius templum ſacrauit patri ad Numicum : ut autor eſt Dionyſius:cum tali titulo. Diui patris terreſtris:qui Numici fluuii undas gubernat. Indigetes dii erant:quorum nomina nefas erat manifeſtare. Appellati autem:quia in deos egiſſent:ideo dicit Liuius:Situs eſt quemcunque eum dici ius: faſque eſt. Stagna arcana:ſub quibus latuit Aeneas
Ardea nimium fœlix:nimium abundans colonis. Pubem:iuuentutem in nouam coloniam.
Penetralia: penates ſacra & ritus ſacrorum : qui erat apud rutulos. Laurentia numina:quæ colebantur a latinis & laurentibus. Vltra pyrenem:quoniam ſagunthus erat in Hiſpania ultra pyreneos montes. Cur ut deciſa:locus eſt ab honeſto:& ait honeſtum eſt : & decet uos o romani ſi nos tanquam filios ac membra ueſtra iuueritis. Membra : nos qui ſumus tanquam membra deciſa a ueſtro corpore. Veſter ſanguis: nos qui ſumus ueſter ſanguis : & ſoboles : cur debemus pati damna:quæ infert Annibal nobis colonis ueſtris rupto fœdere:quo cautum erat per uos : ut nobis libertas ſeruaretur. Luat fœdera:patiatur damna & bellum : quod Annibal contra fœdus mouet. Tandem:ideſt cum peroraſſent illi legati. Agitant conſulta:conſulũt ĩ medium de hac re moti iam ad affectũ:& lentulus cenſuit poſcendum eſſe Annibalem ad ſupplicium rupti fœderis:& comburendas eſſe arces carthaginis:ſi pœni hoc negarent. Tandem uicit Fabii ſententia : q tanquam uates omnia prouidebat:ut legati ad Annibalem & carthaginenſem ſenatum mitterétur. Fatigant:exercent. Pœnæ:ad ſupplicium & pœnam rupti fœderis. Iuuenem: Annibalé.
Negãtis:ſcilicet dare Annibalem ad pœnam ob uiolatum fœdus. Speculator:ideſt tanquam e ſpecula proſpiciens prudentia ſua:id quod futurum erat: laus Fabii a prudentia. Cauta mente:Cautus dicitur is qui timet ea quæ timenda ſunt:& ita ſemper agit ut locum pœnitentiæ non relinquat. Nec lætus:non gaudens temere prælium inire:ut prudentem decet. Paruis:re parua & dubia. Clauſo:recondito in uagina:quoniam erat cunctator. Super:de tãtis. Penſanda: diligenter conſideranda:& ponderãda. Ne ducis furor:an ipſe Annibal citra patrum auctoritatem mouerit bellum:an iuſſu patrum. Exacta : ideſt diligenter perquiſitam ueritatem.



SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Alto:prudenti. Vt ſæpe e celſa:Fabium prouidentem futura bella ritu uatis comparat magiſtro nauis.qui futurum uentum ſignis cognoſcit:& ſtatim alligat uela arbori ipſius nauis. Grandæuus:longa experientia edoctus. Chorum:uentum. Iandudum:ſtatim:linthea:uela. Lachrymæ:ſagunthinorum. Præcipitare fatum:quodam impetu feſtinare ad ſecundum bellum punicum:quod adhuc latebat:ſed fato futurum erat. Lectique ſenatu:electi fuerunt Fabius & Publicola:ut Annibalem adirent. Si ſurdus:ideſt non obtemperans uerbis noſtris. In armis pactorú:quæ erant contra fœdera:ideſt ſi perſeuerabit indicant bellum carthaginenſibus oblitis deorum: qui fuerant inuocati in fœdere.

Finis primi libri.

Cenſuerint mittique uiros qui exacta reportent
Prouidus hæc ritu uatis fundebat ab alto
Pectore præmeditans fabius ſurgentia bella.
Vt ſæpe e celſa grandæuus puppe magiſter.
Proſpiciens ſignis uenturum in carbaſa chorum
Summo iandudum ſubſtringit lintea malo.
Sed lachrymæ atque ira mixtus dolor īpulit oīs
Præcipitare latens fatum:lectique ſenatu:
Qui ductorem adeant:ſi perſtet ſurdus in armis
Pactorum:uertant inde ad carthaginis arces.
Nec diuum oblitis indicem bella morentur.

Finis primi libri.

## Petri Marſi Interpretatio in Secundum uolumen Syllii italici.

CEruleis prouecta uadis: deſcribit nauigationem legatorum ad Annibalem: Legati autē erant Fabius: Pāphilus: & Valerius publicola: quos Annibal audire noluit: ſed ſtrepitu armorū. & tubarū clangore nauim ne appellerent ad litus ꝓhibuit: qui ut mandatū erat ad carthaginē iter uertentes: bellū de more indixerunt: inde canit haſbiten in arma ueniſſe: cecidiſſeque manu the-

CEruleis prouecta uadis iā dardana puppis
Triſtia magnāīmi portabat iuſſa ſenatus.
Prioreſque patrū fabius tirynthia proles
Ter centū memorabat auos: quos turbine martis
Abſtulit una dies: cum fors non æqua labori
Patritio cremeræ maculauit ſanguine ripas.
Huic comes æquato ſociauit munere curas
Publicola: ingentis uoleſi ſpartana propago.
Iscultam referens inſigni nomine plebem
Auſonios atauo ducebat conſule faſces.
Hos ut depoſitis portum contingere uelis
Allatum annibali: conſultaque ferre ſenatus.
Iam medio ſeram bello poſcentia pacem.
Ductoriſque ſimul conceptas fœdere pœnas.
Ocius armatas paſſim per littora turmas
Oſtentare iubet minitantia ſigna recenſque
Perfuſos clypeos. et tela rubentia cæde.
Haud dictis nunc eſſe locum. ſtrepere oīa clamat
Tyrrhenæ clangore tubæ: gemituque cadentum.
Dum detur relegant pontū neu ſe addere clauſis
Feſtinent: notum quid cæde calentibus armis
Quantum ire liceat: motus ue quid audeat enſis.
Sic ducis affatu per inhoſpita littora pulſi
Conuerſo tyrios petierunt remige patres.

ronis: inde uarias pœnorum ſentētias: auditis romanoꝝ legatis: clypeū deinđ muneri datū Annibali a callaicis populis celebrat: deploratque tādē ſagūthinā cladem: & incendiū: celebrās ſagunthinos: q ꝑ fide cum omnibus fortunis mori dignū duxerūt: & Annibali ob ꝑfidiā; animique feritatē: fortunæ mutationē: exitumque uitæ uaticinaƭ. Prouecta: ꝓcul uecta. Vadis ceruleis: aqs marinis. Dardana: romana nauis: q̄ oratores uehebanƭ. Triſtia iuſſa: afferentia dolorē & triſtitiā Annibali: qm̄ illū ad pœnam rupti fœderis repoſcebāt. Primoreſque patrū fabius: tangit natales Fabii: & maiorū ſtēma: familia quippe fabioꝝ ad Herculē originē referebat ſuā. Fabius filius Herculis fuit ex Vindima filia Euādri: a quo fabii: ideo hic tirynthia ꝓles appellaƭ ab hercule tirynthio: de hoc alibi latius ī bello; quod romani contra uehientes gerebāt fabioꝝ familia: id bellū in ſe ſuſcepit. Itaque tercentū & ſex ex hac familia cōtra hoſtes ꝓfecti ad unū cæſi ſūt: inſidiis circūuenti ad cremerā fluuiolū: q parū diſtat ab urbe. Primores patrū: inter ſenatores illius æui facile prīcipes. Primores dicunƭ tantū numero multitudinis: & cōparatiuū ē ſine poſitiuo. Turbine: impetu bellico. Vna dies: Ouidi. Vna dies fabios ad bellum miſerat omnis. Ad bellū miſſos perdidit una dies. Fors: fortuna belli maior eēt uiribus fabioꝝ: qm̄. ccc. & ſex erant contra tot hoſtes. Non æqua: non par labori fabiorū. Patricio: generoſo & multi nominis patritii ꝓprie dicunƭ illi: q nati ſunt ex patribus conſcriptis. Aequato munere: pari legationis officio. Munus ut inqt iuriſconſultus tribus modis diciƭ: uno donū: unde munera dicūƭ dari: mittiue altero onus: quod cū remittiƭ uacationem militiæ muneriſque præſtat: inde immunitas appellaƭ. tertio officium: unde munera militaria & municipes dicunƭ: quia munera ciuilia capiant. Ingentis uoleſi: Voleſus a quo ualeſii mutatis litteris: inde Valerii habuerunt originem ex regillis oppido ſabinorum cum magna clientū manu Romā comigrauit: & pater fuit: ut qdā uolunt Valerii collegæ bruti in conſulatu: qui qm̄ plebis ſtudioſus fuerat publicola cognomīatus eſt: a quo hic Valerius originem habebat. Appius claudius. R. litteram inuenit: ut ꝑ ualeſiis ualerii dicerenƭ. Spartana propago: ſabina: qm̄ ſpartani: ideſt lacedæmonii fugiētes aſperitatem legum lycurgi nauigauerunt in Italiam; habitaruntque cum ſabinis. Is: publicola. Inſigni: claro in familia; poſteriſque cognomine. Auſonios faſces: conſulatum: quem adeptus fuit ille Valerius: qui primus publicola cognominatus eſt. Atauo conſule: publicola illo ad quem hic originem referebat ſuam. Hos: fabiū & publicolam. Conſulta: decreta patrū. Fœdere: qm̄ mouebat bellum contra fœdus: & ſic debebat dare pœnas. Recēs: ꝑ recēter. Perfuſos: madefactos cæſoꝝ ſanguine. Tubæ tyrrhenæ: ab inuētore: qm̄ tyrrhenus piſeus: autore Plynio tubā æneā inuenit. Papinius in thebaide: Dum marte ꝓpinquo horrēt tyrrhenos heliconia plectra tumultus. Relegant: retro nauigent Romam. Clauſis: obſeſſis ſagunthinis. Quid audeat enſis: quaſi dicat armatis nihil eſt ſanctum: & uiolanƭ etiam legati: qui iure gentium tuti eſſe debent Liuius ait: Interim a Roma ueniſſe legatos nunciatum eſt; quibus obuiam ad mare miſſi ab Annibale; qui dicerent: Nec tuto eos adituros inter tot tam effrenatarum gētium arma. Inhoſpita; ubi non inuenerunt hoſpitiū. Affatu: uerbis Annibalis. Conuerſo remige: mutata nauigatione carthaginē cōtēderƭ.

Hic alto penus fundentem uela carinam
Noſtrum ferre caput parat illa per æquora puppis
Heu cæcæ mentes tumefactaque corda ſecundis.
Armatum annibalem pœnæ petit impia tellus.
Ne depoſce adero:dabitur tibi copia noſtri.
Ante expectatum:portiſque focisque timebis.
Quæ nunc externos defendis roma penates.
Tarpeios iterum ſcopulos præruptaque ſaxa
Scandatis licet:et celſam migretis in arcem:
Nullo iam capti uitam penſabitis auro.
Incenſi dictis animi:et furor additus armis.
Conditur ex templo telorum nubibus æther.
Et denſa reſonant ſaxorum grandine turres.
Ardor agit:prouecta queat dum cernere muros:
Inque oculis profugæ martem exercere carinæ:
Ipſe autem incenſas promiſſa piacula turmas
Flagitat inſignis nudato uulnere ductor.
Ac repetens queſtus furibundo perſonat ore:
Poſcimur o ſocii fabiuſque e puppe catenas
Oſtentat:dominique uocat nos ira ſenatus.
Si tedet cœpti culpanda ue mouimus arma
Auſoniam ponto propere reuocate carinam.
Nil moror:en uincta lacerandum tradite dextra.
Nam cur eoi deductus origine belli
Tot libyæ populis tot circunfuſus iberis

Hic:tūc. Pœnus:Annibal ita nauim abeuntē uerbis ꝑſequutus ē:mouens ad indignationē ſuos. Fundentē:pandentē uela uentis ī medio mari. Carinā.ſ.oſtēdit ſiue alloquutus ē: deeſt enim uerbū:quod ille non expreſſit ꝑpter iram:ut ſæpe apud poetas legiẜ. Noſtrū ferre caput: uerba Annibalis ad ſuos:qbus romanos in odium inuidiāque trahit. Cæce:improuide rerū futurarū. Secūdis:fœlicitate.& flatu fortunæ:quæ temeraria ē:& ad tēpus:& ſic tanq̄ imprudētes taxat ro- manos.Prudētis inqt Seneca ꝓprium ē examinare conſilia. Si prudēs eſſe cupis in futura ꝓſpectū intende:& quæ poſſunt contingere animo tuo: ꝓpone nil tibi ſubitū ſit: ſed totum ante conſpicies:Si prudēs ē animus tuus tribus tēporibus diſpenſetur præſentia ordina:futura prouide: præterita recordare,nā q nihil de præterito cogitat perdet uitam: q nihil de futuro præmeditaẜ in oīa incautus incidit.Annibal igiẜ dum romanos imprudētes uocat cæcitatem oſtēdit ſuam: q uires illorū minime metiebaẜ: & ſic tādem uictus pœnitentiæ locū reliquit: quod imprudētiæ aſcribiẜ;cū tibi alludit uitæ proſperitas inqt Seneca: Tunc te uelut ī lubrico retinebis ac ſiſtes:nec tibi dabis impetus liberos: ſed circūſpicies:quo eundū ſit:uel quouſque:Non altiori te rei imponas:in quā tibi ſtanti tremēdū aſcēdēti cadendū ſit. Impia tellus:Roma. Pœnæ : ad pœnā rupti fœderis. Ante expectatum:eſt una dictio:& ſignificat antequā me expectes. Virgi. in geor. Et hoſti ante expectatū poſitis ſtat in agmine caſtris.ſic ēt ante domandū idem ponit.i.anteq̄ domeẜ adero inqt citius q̄ putabas o roma penatis tuis. Penates externos.i.ſagunthū. Timebis tibi inqt paulopoſt o Roma:q nūc uis defendere ſagūthios:q ſunt extra italiam. Tarpeios ſcopulos:capitoliū & arcē:ut feciſtis tēpore ſenonum.

Prærupta:alta & acceſſu difficilia:id eſt rupē ueſtrā capitolinā:qua ſalutem defendiſtis:non pugna & uiribus: non poteritis inqt redimere uos a me auro: & tutari capitolina arce: ut feciſtis tempore gallo℞. Nubibus:dēſitate ac multitudine telorū. Iaciebant inquit ſaxa in turres hoſtiles : ut legati romanorum nauigantes acerrimam urbis oppugnationem cernerent. Prouecta:nauis procul uecta a portu. Profuge:quam Annibal profugauerat armorum ſtrepitu & tubis. Martem:pugnam. & urbis oppugnationem. Turmas:exercitum.Turma habebat triginta duos equites.Manipulus autem uiginti pedites. Piacula : ultionem uulneris illati a ſagunthinis Annibal efflagitabat a militibus ut uulnus ulciſcerentur ſuum:quod promiſerant:& uulnus oſtentabat: ut maiores excitaret affectus. Poſcimur o ſocii:oratio Annibalis ad ſuos:qua rei indignitatem affert.Romanos trahit in inuidiam:ſuoſque ad pugnam accendit.& beniuolentiam captat a ſuis militibus:quos ut uideatur humanus ſocios appellat:ſic Aeneas Virgilianus:& Cæſar apud Lucanum. Domini:tyrannice imperantis.nam dominari proprie tyrannorum eſt. Culpanda: digna repræhenſione: ideſt Si tedet uos bellum mouiſſe reuocetis legatos:meque illis uinctum dedite ad pœnam:hoc dicebat:ut magis ſuos moueret. Nam cur eoi:ironice loquitur:non enim ita ſentiebat: ſed hoc eo ſpectat:ut oſtendat indignum eſſe ducem tanti nominis:& maiorum ſtemmate clarum tradi lacerandum iniuſte imperantibus:& oriundis a gente molli. Belli eoi:quoniam Amilcar ad barcam beliden ſuā referebat originē.& Amilcar barcas cognoīabaẜ autore Poly.unde factio barcina d' bello rege aſſyrio℞ dictū ē:q ſunt ad orientē.eos.ē mons orientis:unde eous. Deductus:natus ex genere Beli:per barcā progenitorē noſtrū.& principem gentis barcinæ. Seruitium:ſeruitutē. Seruitium inuenerūt Lacedæmonii. Circūfuſus:ſtipatus tāto exercitu:& tam forti abūdabat inqt Li. multitudine hominum pœnis:ad centum enim.l.hominum milia in armis fuiſſe creditur.

Rheteius:romanus oriundus a phrygibus:ubi eſt rheteũ promontoriũ. Propaget ſigna:dilatet imperiũ & aquilas ꝓmoueat:ideſt uexilla. Ferox:bellicoſus:& crudelis. Tremamus: timeamus etiã nutus romanoꝝ:ac ſi eẽnt dii. Numen inqͭ Varro dicũt eẽ imperiũ a nutu. Itaque nutũ Ioui ſemp tribuit Homerus:ut eius imperiũ maximũ eẽ uideaᵗ. Omina triſtia:uerba Annibalis omi nantia infelicitatẽ:ut fuit. nã oĩa hæc & grauiora paſſi ſunt carthaginẽſes a romanis. Diſcinctos ĩ ter libycos:deſcribit haſpiten reginã cyrenaicræ regionis:quæ uenit in Auxiliũ Annibalis amazo-

Seruitium præferre negem rheteius immo
Imperet æternum:et populis ſediſque propaget
Signa ferox:nos iuſſa uirum nutuſque tremamus
Effundunt gemitus:atque omina triſtia uertunt
In ſtirpem æneadũ:ac ſtimulant clamoribus iras.
Diſcinctos inter libycos:populoſque bilingues.
Marmaricis audax in bella œnotria ſignis.
Venerat haſbite proles garamantis hyarbæ.
Ammonæ hic genitus phorcinidos antra meduſæ
Cinyphiumque macen et iniquo e ſole calentis
Battiadas late imperio ſceptriſque regebat
Cui patrius naſamon æternumque arida barce
Cui nemora autololum atque infidæ littora ſyrtis
Parebant:nullaque leuis getulus habena.
Atque is fundarat thalamos tritonide nympha
Vnde genus proauumque iouem regina ferebat.
Et ſua fatidico repetebat nomina luco.
Hæc ignara uiri uacuoque aſſueta cubili.
Venatu et ſyluis primos defenderat annos
Non calathis molita manus:operata ue fuſo
Dyctimam:et ſaltus:et anhelum impellere planta
Cornipedem:ac ſtrauiſſe feras:immitis amabat.
Quales threiciæ rhodopen pangeaque luſtrant

nũ ritu:ſed malis auibus:qm̃ occubuit libyci:ut autor ẽ Strabo habebãt peltas paruas ex corio confectas. Iacula parua & lata:ueſtes etiã latas & diſcictas:ideo Virg. cecinit in octauo: Diſcintos mulciber aphros. Bilingues:fallaces. Cice. in oꝛone contra. P. Rullũ tribunũ plebis dicit Carthaginẽſes fraudulenti & mẽdaces ſunt: non genere:ſed natura loci: quod ꝓpter portus ſuos multis & uariis mercatoꝝ ſermonibus ad ſtudiũ fallẽdi ſtudio queſtus ferebanᵗ. Marmaricis:libycis. marmaridæ enim ſunt populi libyes. In bella œnotria:ſaguntina:& romana:qm̃ ſagunthini erant iũcti fœdere cũ romanis. Garamãtis hyarbæ:qui regnauit apud garamantes haſbytæ ſunt populi apdͫ naſamonios: a qbus nomẽ huius reginæ deduciᵗ:quibus imperabat:hyarbas filius fuit Iouis Ammonis:cuius oraculũ erat apud garamanthes: ad quẽ ſuam originẽ referebat haſbyte. Phorcinidos antra meduſæ:Phorcinus fuit pater Meduſæ & rex mauritaniæ:& ſic mauritaniã ĩtelligit:unde in decimo deſcribẽs mortẽ Phorci ait:Iacet ingens phorcus ab antris herculeæ calpes. celatus gorgone parmã:unde genus triſtiſque deæ manabat origo. i. Meduſæ filiæ phorci: ſiue phorcini. Cyniphiumque macen: Macæ populi cyrenaicæ regionis: ubi ẽ cynips fluuius:unde cyniphii mace dicũᵗ:erãt illic hirci uilloſiſſimi:& ideo hircos cyniphios appellat Vir. Battiadas:cyrenaicos:qm̃ battus: de quo alibi dicetur condidit cyrenen denominatã a nomine matris. Iniquo ſole:ardoribus cœli:regio quippe cyrenaica ẽ arida:clari uiri cyrenaici fuerunt:Ariſtippus q cyrenaicã philoſophiã inſtituit: cui æeta eius filia in ſcola ſucceſſit. Annyceris q cyrenaicũ dogma emendauit. Erathoſtenes mathematicus. Carneades optimus academicus. Cronus apollonius: q magiſter fuit Diodori dyalectici.

Patrius naſamon:Naſamones populi aphricæ ꝓpe ſyrtes:qui & meſammones dicti ſunt:quaſi in mediis harenis ſiti:apud quos ut dixi erat oraculũ Iouis Ammonis patris hyarbæ: ideo dicit patrius naſamon. Barcæ:oppidũ cyrenaicæ regionis laborãs aquarum inopia:alio nomine ptolæmais dicebatur. Nemora autololum:Autololes ſunt populi aphricæ uicini getulis habẽtes optima paſcua & nemora:ipſique erãt ueloces in curſu. Infidæ ſyrtis: ꝓpter uada breuia:in quibus nautæ faciũt naufragiũ:de ſyrtibus alibi dicetur. Getulus leuis:agilis ad pugnã. getuli populi ſunt aphricæ:qui ĩ bello habenis equorum non utebanᵗ:ſed eos ſola uirgula regebant. Tritonide nympha: alludit ad hiſtoriã:quoniã ut autor eſt Diodorus: Amazones non ſolum fuere in ponto ad Thermodontem fluuiũ:ſed etiam in libya:in quadã inſula paludis tritonidis: quam heſperã appellãt: quarũ reginam Myrhinã nonnulla memoratu digna feciſſe ſcribit. Ideo fingit poeta haſbyten natã fuiſſe ex nympha tritonidis paludis:ut imitaret Homerũ:q ſcripſit pẽtheſileã reginã amazonũ ueniſſe ad Troiã:& Virgiliũ:q camillã in troianos armauit. Thalamos:nuptias. Sua noĩa:natales:& clarũ ſtẽma maioꝝ. Luco fatidico:ĩ quo iuppiter pauus colebaᵗ:& dabat reſponſa. Ignara uiri:uirgo imitata ĩ primis annis amazones. Dictynnã:dictynna mulier quædã fuit ĩ creta inſula:ut autor ẽ Stra. Brytomartis appellata:q̇ retia uenationibus apta inuenit:quo inuẽto nomẽ cõſequuta ẽ:unde cũ Dyana dea ſit uenationis:cuius illa ſtudioſa fuit dictynna dr̃: Dictynnæ: ut inqͭ Stra. erectũ fuit tẽplũ ĩ creta Anhelũ:defatigatũ. Plãta:calcaribus. Immitis:ferox & bellicoſa.

Quales threiciæ:haſbytẽ uenationis ſtudioſam cõparat puellis threiciis:q̇ innuptæ uenationibus

ſtudebāt congreſſus uiroꝝ fugiētes. Rhodope mons thraciæ. Pāgeus mōs. Hebrus fluuius eiuſdē regionis. Cicones & getæ thraces ſunt. Rheſus rex threicius. Biſthones ēt q utunt limatis ſcutis. Heſperidū dono: Heſperides puellæ: cuius lucus erat ī cyrenaica regione: ut autor eſt Stra. Prima haſbytes aurea poma habebāt: ad quoꝝ colorē alludēs poeta fingit heſperides aureū cingulum donaſſe haſbyte: quo illa crines paſſos religauerat. Dono: cingulo aureo muneri dato ab heſperidibus puellis. Nuda latus: qm̄ dextrū brachiū erat nudū: ut eēt ad pugnā expeditius: ſic amazones ad bellū ꝓdibāt adurentes dextrā mamillā: ne extuberās eēt impedimento ī præliis. Vnde Virg. dixit: Exerte cingula mām̄æ. Termodon ē fluuius ī ponto cuius ripas accoluerūt amazones. unde Papi. in ſyluis deſcribēs pugnas mulierū in theatro dicit: Stat ſexus rudis. Inſciuſq; ferri: & pugnas capit improbus uiriles. Credas ad tanaim ferūque phaſim. Thermodontiacas calere turmas.

Feroci marti: pugnæ. Thermodontiaca pelta: ſcuto amazonico. Biiugo curru: tracto a duobus eqs. Paſſæ fœdera ueneris: quæ iam nupſerāt. Denſior ala: maior erat multitudo uirginū q̄ nuptarū. Longa mapalia: tuguria paſtoꝝ & domos. Gyris: reuolutionibus. Cortynia: cretenſia. Cortina eſt urbs cretæ. & Mopſus erat cretenſis.

Neruo: arcu q neruo tēdit. Læthalia: ſagittas inferētes uulnus læthale.

Aligero: pēnatis ſagittis. Creſcerat: dſcribit pꝛiam Mopſi: & ipius cōmigrationē ad Sagūthū malis auibus. Cres: cretēſis curetes ī creta occultauerūt Iouē infantē: circa quē uagientē cymbalis: & armorū agitatione: ſtrepituque ꝑſonabant: ne uagitus exaudiret. Vnde ærisona antra curetū dicit: adde ēt qđ curetes choribātes. Idei dactyli: & thelchines ſacerdotes fuerūt: q cōmotione armorū cymbalis. Vociferatione tybiis tympaniſque rem ſacrā in antris peragebāt ſuis. Verboſa eſt de curetibus diſputatio apud Straboné. Dycteos: cretēſes: qm̄ dyctæ ē ciuitas cretæ. Inopina: nō ꝓuidēs ictum. Inopinus dicit is: qui nō opinatur: & is de quo nihil opinamur: quemadmodum ignarus dicitur tam is q ignorat: q̄ is qui ignorat: & neſcius tam is q neſcit: q̄ is qui neſcit.

Rueret: pro ruebat. Cortyna. i. creta ipſa. ſenſus ē: Quāuis peritia ſagittādi creta certet cū populis: q ſunt ad orientem optimis ſagittariis: tamen Mopſus omnis cretēſes ſuperabat: & ſic laudat eum a peritia ſuæ artis: cū cortyna nunquam habuerit talem: qualis erat Mopſus. Leuior opum: habens domi rem anguſtam. Res arctæ: paupertas & difficultas in re familiari coegerunt ipſū nauigare ad nouas ſedes parādas. Hoſpes: ipſe Mopſus peregrinus. Inglorius: ſine nomine & gloria: Humilis enim erat fortunæ. Miſeram: paulopoſt caſurā. Natis: Icaro & Dorylа. Coriti leues: Coritus eſt pharetra ex corio. Ouidius. In quibus eſt nemo: qui non coriton & arcum. Telaque uipereo lurida felle gerat. Et Papinius in Thebaide: Terga cydonea: coritus harundine pulſat: Coritus etiam poteſt dici techa ipſius arcus ex corio. Fratrum: Icari & Dorile. Chalybs: ferrum ſagittarum. Minoia: cretenſia: quoniam illic regnauit Minos.

Saxoſis nemora alta iugis: curſuque fatigant
Ebrū innupta manus ſpreti ciconeſque getæque
Et rheſi domus: et lunatis biſtones armis.
Ergo habitu inſignis patrio religata fluentem
Heſperidum crinem dono dextrumque feroci
Nuda latus marti: ac fulgenti tegmine leuum
Thermodoontiaca munita in prelia pelta
Fumantem rapidis quatiebat curſibus axem.
Pars comitum biiugo curru: pars cætera dorſo
Fertur equi: necnon ueneris iam fœdera paſſe
Reginam cingunt: ſed uirgine denſior ala eſt.
Ipſa autem gregibus per longa mapalia lectos
Ante aciē oſtētabat equos: tumuloque propinquo
Dum ſequitur gyris campum uibrata per auras.
Spicula contorquens ſumma ponebat in arce.
Hanc haſtam totiens intrantem mœnia mopſus.
Non tulit: et celſis ſenior cortynia muris
Tela ſonante fugat neruo liquidaſque per auras
Dirigit aligero letalia uulnera ferro.
Cres erat æriſonis curetum aduectus ab antris
Dycteos agitare puer leuioribus annis
Pennata ſaltus aſſuetus arundine mopſus.
Ille uagam cœlo demiſit ſæpe uolucrem.
Ille procul campo linquentem retia ceruum
Vulnere ſiſtebat: rueretque inopina ſub ictu
Ante fera incauto: quam ſybila poneret arcus.
Nec ſe tum pharetra iactauit iuſtius ulla:
Nois quanquam certet cortyna ſagittis.
Verum ut opum leuior uenatu extendere uitam.
Abnuit: atque arcte res exegere per æquor
Coniuge cum meroe natiſque inglorius hoſpes
Intrarat miſeram fato ducente ſagunthum.
Coriti fratrum ex humeris calamique paterni
Pendebant: uolucerque chalybs minoia tela.

Hic medius iuuenum maſſylæ gentis in agmen
Crebra cydoneo fundebat ſpicula cornu.
Iam garaniũ audacẽque tyrũ pariterque ruẽtis
Giſgonem leuemque bagam indignũque ſagittæ
Impubem malatam: certeque occurrere lixum
Fuderat. et plena tractabat bella pharetra.
Tum uultum intendens telumque in uirginis ora
Deſertum non grata iouem per uota uocabat.
Namque ut fatiferos conuerti proſpicit arcus.
Oppoſito procul inſidiis naſamonia ſarpe
Corpore præripuit læthum calamumque uolantẽ
Dum clamat patulo excipiens tranſmiſit hiatu.
Et primæ ferrum a tergo uidere ſorores.
At comitis caſum frendens labentia uirgo
Membra leuat: paruaque oculos iam luce natantes
Irrorat lachrymis: totiſque adnixa doloris
Viribus intorquet læthalem in mœnia cornum.
Illa uolans humerum rapido tranſuerberat ictu
Conantis dorilæ: iunctis iam cornibus arcus
Et ducti ſpatium nerui complente ſagitta
Excutere in uentos reſoluto pollice ferrum.
Tum ſubitum in uulnus præceps deuoluitur altis
Aggeribus muri: iuxtaque cadentia membra
Effuſi uerſa calami ſulſere pharetra.
Exclamat paribus frater uicinus in armis
Icarus: ulciſcique parat lachrymabile fatum:
Atque illum raptim præmentem in prælia telum
Annibal excuſſi præuertit turbine ſaxi.
Labuntur gelido torpentia frigore membra.
Deficienſque manus pharetræ ſua tela remiſit.
At pater gemino natorum funere mopſus:
Correptos arcus ter mœſta mouit ab ira.
Ter cecidit dextra: notas dolor abſtulit artes.
Pœnitet heu ſero dulcis liquiſſe penates.
Arreptoque auide: quo concidis icare ſaxo
Poſtq̄ æuum ſenior percuſſaque pectora fruſtra
Sentit: et ut tantos compeſcat morte dolores
Nil opis in dextra: uaſtæ ſe culmine turris
Præcipitem iacit: delapſus pondere prono
Membra ſuper nati moribundos explicat artus:
Dum cadit externo cortynius aduena bello
Iam noua molitus ſtimulato milite teron.
Alcide templi cuſtos aræque ſacerdos:

Gentis maſſylæ: libycæ: qm̃ maſſyli ſunt populi aphricæ ultra getulos. In agmẽ hoſtile igitur Mopſus emittebat ſagittas. Cydoneo cornu: arcu creten ſi. Læuem: politum & imberbem. Læuis cum prima longa ſignificat politũ: inde læuigare expolire. Martialis: Læ/uior o conchis gallæ cytheriacis. Cer/tæ ſagittæ: certũ uulnus inferenti: quoniam hi adoleſcentes erant digni uita.
Tum uultum intendens: exprimit habitum ſagittantis & morem: qui oculo dirigit ſagittas. Virgis: haſbytes. quã conficere optabat. Deſertum: quem reliquerat ĩ creta: ubi natus ille erat: & colebatur. Non grata: quoniã nõ fuit exauditus: nolebat enim Iuppiter haſ/byten interfici a Mopſo: quoniam erat ſua progenies. Inſidiis: Mopſo inſidi/anti: & ſagittis: quas dirigebat Mopſus Haſbyte non aduertente. Calamum: ſagittam. Patulo hiatu: ore diducto.
Læthalem cornum: haſtam ex corno arbore afferentem mortẽ. Ducti nerui: quia trahebat ad ſe neruum: quo arcus tenditur: & ſagittam uſque ad fer/rum: & tunc cornua arcus uidentur coire. Excutere: excutiebat emittebat. Ferrum ſagittas. Reſoluto pollice: relaxatis digitis: & remiſſis: quibus trahitur neruus & ſagitta. Verſa: caſu ipſi/us Dorilæ. nam uulneratus ab Haſby/te præceps ad terram delapſus eſt. Pa/ribus armis: quoniam & ipſe utebatur arcu. Præuertit: præoccupat ſaxo adacto. Frigore: morte. Remiſit: quoniã nõ potuit ut cœperat e pharetra depromere. Artes: ſagitandi ſcilicet. Poſtquam ſentit æuum: ideſt poſtquam cognouit ſe ꝑpter uires ſenio affectas nõ poſſe perimere ſaxo: quo filius cecidẽ/rat. Nil opis: nil roboris: & uirium ad mortem ſibi inferendam. Externo: extra ſuam patriam: ideſt in bello ſa/gũthino. Cortynius: cretẽſis Mopſus.

Non expectatum tyrus effuderat agmen
Et fera miſcebat reſerata prælia porta.
Atque illi non haſta manu non uertice claſſis
Sed fiſus latis humeris et molæ iuuentæ
Agmina uaſtabat claua: nihil indigus enſis.
Exuuiæ capiti impoſitæ tegmenque leonis
Terribilem attollunt excelſo uertice rictum
In clypeo et ſectis geminam ſerpentibus hydrã.
Ille iubam tapſumque patrẽ clarũque micipſam.
Nomen aui: maurumque ſacen a mœnibus actos.
Palanteſque fuga præceps ad littora curſu
Egerat: atque una ſpumabant equora dextra.
Nec contentus idi læto lætoque cothonis
Marmaridæ nec cæde rothi: nec cæde iugurthæ
Hasbytes currum et radiantis tegmina leuæ
Poſcebat uotis: gemmataque lumina peltæ:
Atque imbelligera uerſabat uirgine menton.
Quem ruere ut telo uidit regina cruento:
Obliquos detorquet equos: leuumque per orbem
Fallaci gyro campum ſecat: ac uelut ales.
Auerſo rapitur ſinuata per equora curru.
Dumque ea ſe ex oculis aufert: atque ocius euro
Incita puluercam campo trahit ungula nubem
Aduerſum late ſtridens rota proderit agmen.
Ingerit et crebras uirgo trepidantibus haſtas.
Hic cecidere lycus: thamiriſque et nobile nomen.
Eurydamas: clari deductum ſtirpe parentis.
Qui thalamos auſus quondam ſperare ſuperbos
Heu demẽs ithacique torum: ſed enĩ arte pudica
Fallacis totiens reuoluto ſtamine telæ
Deceptus merſum pelago iactarat ulyxem
Aſt ithacus uero ficta pro morte loquacem.

Atque illi: deſcribit arma Teronis: quæ erant ad imitationẽ Herculis: cuius ſacris operabatur. Mole iuuentæ: robore uirilis ætatis. Leonis: Hercules in nemea ſilua peloponneſi inter cleonas & phliuntẽ leonem horrendæ magnitudinis interemit: & ſpoliũ pro monumento geſtauit. prius aliũ in agro thebano prope theumeſum ſtrauerat: de quo Papi. in thebaide: Tergo uidet huius inſanem. Impexis utrinque iubis horrere leonem: Illius ĩ ſpeciem; quem per theumeſia thempe amphitrioniades fractum iuuenilibus annis. Ante cleonei ueſtitur prælia monſtri. Rictum: os leonis. Lernea monſtra; hydram quam interemit ad lernam paludẽ agri mycenei & argiui. Hydra dicitur habuiſſe centum capita: quorum ſingulis cæſis duo renaſcebantur: hoc ideo fictum ẽ: qm̃ Hercules in gratiã incolarũ paludẽ illam deſiccauit: quæ putrefacto cœno ac peſtifera exhalatione totam regionẽ inficiebat. renaſci capita dicebant; qm̃ præcluſo uno meatu plures erũpebant unde opus fuit incẽdio; & ideo dicunt Iolaum iuſſu Herculis abſciſſam ceruicem inuxiſſe lignea face: ne ſanguis effueret: & cum in lerna eſſent purgamẽta: & feces: quæ in eam deuoluebantur undique natum eſt prouerbium: ut inquit Strabo: Lerna malorum: & quia Hercules in opprimenda hydra uſus ẽ aliena ope natum eſt aliud prouerbiũ: ne Hercules quidem aduerſus duos ualet. Geminã: quæ multiplicabatur ab ſciſſo uno capite. Ille iubam: deſcribit occiſos a terone. Iuba ut Plinius ait: Ptolæmei pater: q primus utriq; mauritaniæ imperauit ſtudiorum claritate memorabilior etiã: q̃ regno: a quo nomen huius iubæ Syllius deduxit. Tapſum: a Tapſo urbe Aphricæ. Micipſa filius maſiniſſæ fuit regis numidarum in amicitiam ab Aphricano recepti; q Manaſtibile & guluſa fratribus morbo abſumptis regnũ Numidiæ ſolus optinuit: is ad Herbalem & Hyempſalem ex ſeſe genuit. Iugurthamque filiũ Manaſtabilis fratris eodem cultu: quo liberos ſuos domi habuit. Sylli. ab his hæc nomina deducit. Palantes: effuſos.

Egerat: impulerat. Tegmina leuæ: peltam: quam in læua geſtabat ſupra ac fulgenti tegmine læuum Thermodontiaca munita in prælia pelta. Lumina: ipſam peltam gemmis ornatã.

Aequora ſinuata: planiciem: quã gyris luſtrabat. Bigas inuenere phryges: quadrigas erictonius. Pugnare ex equo inuenere theſſali habitantes ad pelion montem: & ob id centauri ſunt appellati. Nobile nomen: quoniam euridamas dorice ſignificat amplum populũ & Euridamas ſignificat illum qui ampla domat: Euridamas itacenſis fuit unus ex procis. Penelopes coniugis Vlyxis caſtiſſimæ: qui una cũ aliis emẽtiebat Vlyxem naufragio periiſſe: Penelope urgentibus procis: ac patre ad nuptias. Dixit ſe prius telam: quam in manibus habebat perficere uelle: & cum ad finem uentum erat illam retexebat: & tali commento fruſtrata eſt procos. Vlyxes tandem reuerſus auxilio Talemachi & Heumei ſubulci procos perdidit alios ſagittis: alios enſe. Euridamantem enſe confecit: Ad quem hic Euridamas genus ſuum referebat. Thalamos ſuperbos; nobile coniugium Penelopes. Thorum ithaci; uxorem Vlyxis. Arte pudica; quoniam texebat retexebatque telam.

Tædæ uerſæ ad funera: ideſt ipſi qui ſperabant tale coniugium fuerunt interfecti. Gens extrema uiri: ipſe eurydamas ultimus ab illo eurydamante q fuit procus penelopes. Nomados: dextra: manu haſbytes numidicæ. haſbyte enim numidas ſecum habebat. Ater axis: currus haſbytes crudelis: & iam reſperſus atro ſanguine ſeruabat ſuum curſum & rotis oſſa cæſo℞ frangebat. Iamque aderat: iam redierat haſbyte ad locum unde diſceſſerat fugiens teronem. Diſtringi: premi & urgeri pugna, unde dicius diſtringor negociis & cauſis. Perlibrans: dirigens in mediā frontē telonis bipennem uouit dianæ ſpolia. Spolium: pellem leonis. Dictynna: o diana: quoniam omnes uenatrices ſpolia dianæ uouebant. Herculeas exuuias: clauam & alia inſignia: quæ Teron habebat ad imitationem herculis. Ingerit: iniicit equis aſbytes rictum leonis: qui territi illam e curru deturbarunt.

Colliſa: fracta clauam quippe capiti incuſſit. Reſolutæ: delapſæ ex curru.

Pœnum: pœno℞. Cæcus fati: ignorans fatum ſuum & finem. Abeunte: diſcedente omni fauore ſuperum: quibus fidebat. Tropheū: ideſt caput eē affixum haſtæ in ſignum uictoriæ. Vmbo: clypeus: ſenſus eſt. cum ſaguntini uidiſſent annibalem armatum timore correpti ſunt: & ad mœnia confugere. Concuſſa: commota a membris ipſius annibalis qui curſu ad Teronem contendens arma quibus erat indutus: concutiebat. Perculſa: timida. a percello quod ſignificat terrorem incutio. Læthiferum: quoniam mortē minabantur ut fulmen. Sicut agit leuibus: ſagunthinos metu annibalis perculſos domumque fugiētes comparat auibus heſpero apparente ad ſua cubilia uolantibus: & apibus quæ timentes aquam repetunt aluearia. Crepuſcula: crepuſculū inquit Varro ſignificat dubium. ab eo res dubiæ dictæ creperæ: ꝙ in crepuſculo dies iam ſit an nox multis dubium eſt. duplex ē crepuſculum matutinum: & ueſpertinum: ideo dixit per ſera crepuſcula ad differentiam. Veſper: ideſt ſolis occaſus cum apparet ueſper ſtella: quæ & heſperus dicitur ac ueſperago. hymetus: mons atticæ regionis ubi apes optime mellificant. unde mella hymetia: & marmora celebrantur a poetis. cecrops fuit rex athenarum. unde cecropius hymetus: ideſt atticus. Antra: aluearia. Odori corticis: quoniā fiunt ut plurimum aluearia ex cortice ſuberis. Odori propter thymum & alios flores ex quibus cera colligitur. odorum dicitur quod ex ſe odorem emittit. odoratum quod aliunde ſuſcipit. Grauidæ: plenæ: mel gutture portant: ceras pedibus.

Præcipitat: impellit & urget ad curſum. Cæci: nihil prouidentes. Heu blandum cæli lumen ignauiæ: accuſat ſagunthinos fugientes præter decorum: ſenſus eſt o uita nimis blanda

Affecit læto tedæque ad funera uerſæ
Gens extrema uiri campis deletur iberis
Eurydamas nomados dextra: ſuper inſtrepit ater
Et ſeruat curſum perfractis oſſibus axis.
Iāque aderat remeās uirgo iter prœlia poſtquam
Diſtringi terona uidet ſeuamque bipennem
Perlibrans mediæ frōti ſpolium inde ſuperbum
Herculeaſque tibi exuuias dictinna uouebat.
Nec ſegnis teron tantæ ſpe laudis in ipſos
Aduerſus conſurgit equos uilloſaque fului
Ingerit obiectans trepidantibus ora leonis.
Attoniti terrore nouo rituque minaci
Quadrupedes iactant reſupino pondere currum.
Tum ſaltu haſbyten conantem linquere pugnas
Occupat incuſſa gemina inter tempora claua.
Feruentiſque rotas turbataque frena pauore
Diſiecto ſparſit colliſſa per oſſa cerebro.
At rapta properans cedem oſtentare bipenni
Amputat e curru reuolutæ uirginis ora.
Nec dum ire poſitæ: celſa nam figitur haſta
Spectandū caput: id geſtent ante agmina pœnū
Imperat: et propere currus ad mœnia uertant.
Hæc cæcus fati diuumque abeunte fauore
Vicino teron edebat prœlia læto.
Namque aderat toto ore ferens iraſque minaſque
Annibal et cæſam haſbiten fixique tropheum
Infandum capitis furiata mente dolebat.
At ſimul erati radiauit luminis umbo.
Et concuſſa procul membris uelocibus arma
Læthiferum intonuere: fugam percuſſa repente
Ad muros trepido conuertunt agmina curſu.
Sicut agit leuibus per ſera crepuſcula pennis
E paſtu uolucres ad nota cubilia ueſper
Aut ubi cecropius formidine nubis aquoſæ
Sparſa ſuper flores examina tollit hymetos
Ad dulcis ceras et odori uerticis antra
Mellis apes grauidæ properant denſoque uolatu:
Glaucum connexæ glomerant ad limīa murmur.
Præcipitat metus attonitos: cæcique feruntur.
Heu blandum cæli lumen: tanto ne cauetur

& cara potius eſſet uobis moriendum cum decoro: q̄ turpiter uiuere. Vir enim fortis & magni animi cum uerſatur in periculis ne laudem ueræ uirtutis amittat: uitæ ſuæ parcere non debet: quaſi non ſit dignum uiuere niſi cum decoro. Vnde dicit Sene. Eris magnanĩus ſi picula non appetas: ut temerarius nec formides ut timidus. ſagũthini aũt pluris faciebãt uitã q̄ honeſtatẽ: quæ ẽ finis cuiuſcũque uirtutis. Naſcẽtique addita fata: Sic Virgi. Stat ſua cuique dies: & Syllius alibi: Extremũque diẽ prĩus tulit: & Tragicus: Prĩuſque diẽ dedit extremũ. de futuris cogita ĩquit Sene. Cõditionem re⁊ mutare non poſſumus: id poſſumus magnum ſumere aĩum quo fortiter fortuita patiamur. optimum eſt pati quod emendare non poſſis. epicurei caſibus omnia aſcribunt. ſtoici autem fato ex quorum opinione loquitur poeta. Conſiliũ: ꝙ ſcilicet e portis erupiſſent hortãte Terone q eos præcipites uix retĩebat. State uiri: uerba Teronis hortãtis ſuos ad deco⁊ præſtandũ. Eſte tm̃ ſpectacula. i. ſolũ ſpectetis me cũ illo pugnantem. Acer: uehemẽs. Heu deforme: exclamat Teron in ignauiã ſuo⁊: qm̃ turpis ẽ fuga uiro ꝓpter metũ: & hĩc aĩum muliebrem amittiť. n. laus fortitudĩs q̃ maxĩe dcet hoĩem. Trepidi re⁊: nullã ponẽtes in rebus ſpẽ & ſalutẽ. Feſſi: laborãtes inopia ſalutis. Stat: placet ãnibali irruere ĩ urbẽ per patentẽ portã: & differre mortẽ Teronis: quod ille uidẽs emicuĩt contra hoſtẽ cui ĩmittere nitebať formidinẽ: ſed pa⁊ profecit. Preuenit: præoccupat ãnibalẽ ut ĩcutiat timorẽ.

Cuſtos aræ: Teron ſacerdos herculis.

Gliſcit: creſcit ira annibali pœno ab eliſa didone. Tu ſolue interea: uerba annibalis ad Teronẽ. Interea dũ non inuado urbẽ: da pœnas ꝓ morte haſbytes. Impete: pro ĩpetu. Daunius: Teron ſagũthinus: qm̃ ut dictũ eſt ſagunthini fuerũt colonia ardeatiũ quibus ĩperauit daunus. Huic: annibali. Viduus: priuatus claua. Fruſtrato: q fuit fruſtra & incaſſũ iecit ĩ hoſtẽ nodoſã clauã. Pernici: perſeuerãti & celeri. ꝑnicitas ꝓprie pedum ẽ: uelocitas ala⁊. & ut exprĩeret curſũ celerẽ Teronis: dixit illũ fuiſſe celerẽ ꝑnici curſu: fugiẽs quippe annibalem circũibat urbem.

Atrox uictor: crudelis annibal. Appellant: uocant: hortanturque ad fugam. Quatit: uexat timor: ne annibal irruat in urbem una cum Terone.

Ingẽtem: magnum annibalem: & ferociſſimum. Incutit: iniicit & ruenti inſultauit. Obteſtans: in teſtimonium uocans ſagunthinos ſpectantes e muris: ut ſcilicet eſſent teſtes ſe trucidare Teronem in ulctionem haſbytes: & ad contẽptum illorum hoc ẽ: quaſi dicat uobis ſpectantibus o ſagunthini: nec audentibus ferre opem Teron luet pœnas I miſeram: uerba annibalis ad Teronẽ. Regia ſpolia: qm̃ illi eq fuerãt regiæ haſbytes: quos Teron ĩ ſignũ uictoriæ iuſſerat duci ad mœnia: qbus clauſa fuerat porta a trepidantibus.

Mors reditura mœtu? naſcentique addita fata?
Auxilium clamant portaque atque aggere tuto
Erupiſſe gemunt: retinet uix agmina teron.
Interdumque manu: interdũ clamore miniſque
State uiri: meus ille hoſtis: mihi gloria magnæ
Sta te uenit pugnæ. muro tectiſque ſagunthi
Hac abigam pœnos dextra ſpectacula tantum
Eſte uiri: uel ſi cunctos mœtus acer in urbem
Heu deforme rapit: ſoli mihi claudite portas.
At pœnus rapido præceps ad mœnia curſu
Dum pauitant trepidi rerum feſſiſque ſalutis
Tendebat: ſtat primum urbem muroſque patẽtis
Poſtpoſita cede et dilata inuadere pugna.
Id poſtquam herculeæ cuſtos uidet impiger aræ.
Emicat: et uelox formidine præuenit hoſtem.
Gliſcit eliſeo uiolentior ira tyranno
Tu ſolue interea nobis bonæ ianitor urbis
Supplicium: ut pandas inquit tua mœnia læto.
Nec plura effari ſinit ira: rotatque coruſcum
Mucronem: ſed contortum prior impete uaſto
Daunius huic robor iuuenis iacit. arma fragore
Icta graui raucum gemuere altæque reſultant
Aere illiſa cauo nodoſæ pondera clauæ.
At uiduus teli fruſtrato proditus ictu.
Pernici uelox curſu rapit incita membra
Et celeri fugiens perluſtrat mœnia planta.
Inſtat atrox terga increpitans fugientia uictor.
Conclamant matres: celſoque e culmine muri
Lamentis uox mixta ſonat: nunc nomine noto
Appellant: ſeras feſſo nunc pandere portas
Poſſe uolunt: quatit hortantum præcordia terror
Ne ſimul accipiant ingentem mœnibus hoſtem.
Incutit umbonem feſſo: aſſultatque ruenti
Pœnus. et obteſtãs ſpectãtem e mœnibus urbem
I miſeram haſbiten læto ſolare proqinquo.
Hæc dicens iugulo optantis dimittere uitam
Infeſtum condit mucronem: ac regia lætus
Quadrupedes ſpolia abreptos a mœnibus ipſis

Sepſerat:clauſerat aditum portæ. Quis:quibus equis. Volat:celeriter currit. Ouantia: morte.ſ.teronis:& iam receptos eſſe equos reginæ prius abactos ad mœnia. At Nomadum furibunda cohors:deſcribit funus:& rogũ haſbytes:& põpã funebrẽ paratã a numidis quibus illa ĩperauerat qui erectæ pyræ clauam ſpoliũque leonis iniecerunt: raptaueruntque corpus teronis circa rogum. Deproperat: propere aggredit̃ et parat. Miſerabile munus:põpã exequiaꝝ miſeratione dĩgnã. Rapto corpore:teronis.ſ.quod raptarũt circa rogũ:ut fecit achilles de corpore hectoris. lu/

Quis auidum portæ trepidãtum ſepſerat agmen
Victor agit:curruque uolat per ouantia caſtra.
At nomãdũ furibũda cohors miſerabile hũandi
Deproperat munus.tumulique adiungit honorẽ.
Et rapto cineres ter circum corpore luſtrat.
Hinc letale uiri robur tegmenque tremendum
In flammas iaciunt:ambuſtoque ore geniſque
Deforme alitibus liquere cadauer iberis.
Pœnorum interea quis rerum ſumma poteſtas.
Conſultant bello ſuper:et quæ dicta ferantur
Auſoniæ populis oratorumque minaci
Aduẽtu trepidãt:monet hic fœduſque fideſque
Et teſtes ſuperi:iurataque pacta parentum.
Hinc popularis amor captantis magna iuuentæ.
Et ſperare iuuat belli meliora:ſed olim.
Ductorem infeſtans odiis gentilibus hannon
Sic adeo increpitat ſtudia incautumque fauorem
Cuncta qdẽ patres:neque enĩ cohibere minãtum
Ire ſe ualuere:præmunt formidine uocem.
Haud tamẽ abſtiteri mõtẽ licet arma propĩquẽt:
Teſtabor ſuperos.et cœlo uota relinquam.
Quæ poſtrema ſalus rerum patriæque repoſcit.
Nec nunc obſeſſa demum et fumante ſaguntho
Hæc ſerus uates hannon canit:anxia rumpi.
Pectora:ne caſtris innutriretur et armis
Exitiale caput monui:et dum uita monebo.
Ingenitum noſcens uirus flatuſque paternos.

ſtrare aliquãdo ſignificat purgare;aliquãdo circũire. unde Virgi. Et cũ luſtrabius agros. luſtrat igit̃ ideſt purgat cineres:qm̃ putabant expiari manes defuncti talibus ĩferiis. & ideo raptabant numidæ teronẽ:ut eſſet piaculũ cædis haſbytes. Cineres:rogũ in quo cõburebat̃ cadauer. Robur:clauã teronis. Ore:capite teronis dum raptaret̃ circa pyrã. Cadauer: teronis turpatũ igni reliquerũt inſepultnm. Iberis:hiſpanis. Pœnoꝝ interea: dũ hæc agerent̃ apud ſagunthũ ſenatores carthaginenſes territi aduentu romanoꝝ de ſũma reꝝ conſultabant. Super:de bello. Minaci:quoniã minabant̃ ſe bellũ indicturos:ſi annibal ſagũthinis nõ abſtineret Iuuẽtæ: annibalis qui in illa ætate magna moliebat̃ & captabat;cuius ſtudiis populus fauebat. Belli meliora:meliorẽ belli euentũ q̃ habuerit in prio bello punico:ſed hãno dux alterius factionis gẽtili odio annibalẽ inſectabat̃:aduerſo ſenatu cãm rupti fœderis magno ſilẽtio propter auctoritatem ſuã cũ aſſenſu auditoꝝ egit. gentiles dicũtur qui eodẽ cognomĩe cẽſent̃: & ex eodẽ genere orti. Studia:uolũtatem eoꝝ qui annibali fauebãt. Incautũ fauorem:qm̃ qui fauebãt non erant cauti & prudẽtes: ſed ignari futuræ calamitatis. cautus dicit̃ ille qui mala declinat cũ ratione: & cautio in ſolo prudẽte cadit. nã proprie cautus dicit̃ is q timet cauetque cũ prudẽtia:quæ timere cauereque debemus:ne uideãur imprudentes. Cuncta quidẽ patres:oro hãnonis ĩ genere deliberatiuo:q̃ in annibalẽ inuehitur querentẽ ſibi nomen cũ patriæ calamitate;ſuadetque ab utili abſtinendũ bello cõtra romanos: ꝙ nonnullis rationibus perſuaderẽ nitit̃: parat ſibi beniuolentiam: & annibali odium atque inuidiam. ſenſus eſt: licet mihi mors immineat ab inimicis: ob ea quæ pro ſalute patriæ dicturus ſum:tamen dicam quod ſentio:& patriæ commodum meo ante ponam. dicam quod omnibus bonis & patriæ ſtudioſis conducit:& diis cætera relinquã. cuncta inquit præmunt uocem meam formidine:nam iræ eorum qui mihi minantur non potuerunt ſe cohibere: tamen ego non abſiſtam & loquar pro patria cui etiam uitam debemus quãuis arma inimicorum mihi mortem appropinquent. Teſtabor:inuocabo deos teſtes uerboꝝ meoꝝ:& relinquã cœlo uota mea quæ patriæ ſalus expoſcit:ideſt dicam quod ſentio:& reliquam curam ſuperis. Nec nũc demũ:quoniã ut ẽ apud Liuium cenſuerat prius ĩ ſenatu:ut annibal non mitteret̃ ad exercitũ his uerbis. ego iſtũ iuuenem domi tenendum ſub legibus:ſub magiſtratibus docendum uiuere æquo iure cum cæteris cẽſeo ne quandoque paruus hic ignis incendium ingens ſuſcitet. Vates:tanq̃ uates: & laudatur prudẽtia hãnonis:qui tanq̃ uates futura proſpiciebat. Virus:malignitatẽ inſitam. Flatus pñnos: elationẽ animi ſimilem patri apud Liuiũ ait: hũc iuuenẽ tanq̃ furiam faceque huius belli odi: & deteſtor.

Vt qui: ita ĩquit prædixi uobis id quod futurũ eſſet de annibale: ut ille qui nauĩ gubernat: & longa experiẽta edoctus prædicit nautis futurã tempeſtatẽ. Chauri: uẽti. Haud uanus: non mẽdax.

Flamĩa: flatus uẽtoꝝ. Conſedit ſolio: trahit annibalẽ in inuidiã a tyrãnide. ſoliũ dicit̃ tribunal regiũ a ſoliditate. ſoliũ in balneis ꝓ uaſe accipit̃: quod adhuc retinet nomẽ. cuius meminit Martialis Trãquillus & Sene. his uerbis: Soliũ deĩde illatũ eſt in quo diu iacuit: Calida ſubĩde ſuffuſa paulatĩ defecit. fecit ĩquit ſe tyrãnum: & hoc ẽ inuadere habenas regꝝ: qm̃ impabat. Funeſta: quæ patriæ calamitatẽ afferũt de his ſacris: & iuramẽto annibalis habuĩus. Superi conuerſi ĩ caput infidũ: ipſi dii iuocati in fœdere quod uiolauit: & ſic ipſi dii uexãt annibalẽ: & ĩ cladem quã meret ob ĩpietatẽ detrahere parãt. Externas arces: ſenſus ẽ. annibal nunc oppugnat. Sagunthũ: conditũ ab hercule thirynthio: precor ut ob id ipſe ſolus det pœnas: & patria nõ luat illius temeritatẽ. Luat hæc: patiat̃ ob hæc: quæ nũc facit ſuppliciũ. Inq̃ inq̃: conduplicatio ad maiorẽ affectum exprimẽdum apud Liuiũ ait: Sagunthũ noſter exercitus obſidet: unde arcent̃ fœdere mox carthaginẽ obſidebũt romanæ legiões. ducibus diis hiſdẽ per quos priore bello rupta fœdera ſũt ulcti. Lauimus ethneas: cõmemorat calamitates acceptas in prĩo bellico: ut ab utili ſuadeat non eẽ pugnãdum cũ romanis: q tã fauſto marte utebant̃. Appius claudius prĩus romani noĩs cõtra hyeronẽ: & carthaginẽſes ĩ ſubſidium mamertinoꝝ ut dictũ eſt claſſe traiecit ĩ ſiciliã: & hoſtes uicit: fugauitque. L. poſthumius: & . Qu. æmilius obſedere agrigẽtũ: quod pœnoꝝ munimẽtum erat: q eo confugerãt duce annibale. hannon dux ĩ ſubſidiũ ex aphrica uenit: cuius copias terreſtri prœlio conſules profligarũt: diripueruntque caſtra. annibal noctu ex agrigento clã erupit. romani deſtitutã urbẽ præſidio diripuere. Inde. Duilius claſſẽ punicã ad Mylas ſuperauit cui annibal præerat. qui e naui in ſtaphã deſiliẽs fuga euaſit. l. naues captæ: & duilius prĩus romãoꝝ de nauali uictoria triũphũ egit. Annibal ẽt apud ſardiniã male re geſta a ſuis cruci affixus ẽ. Inde Attilius regulus & Manlius conſu. hannonem & amilcarem duces pœnorum nauali pugna ſuperarunt: & fractæ hoſtium xxx. naues. captæ uero. lxiiii. demum hannon pugnauit cum Luctatio ad ẽgates: & centum. xx. naues amiſerunt pœni quarum. xxxxviii. ſubmerſæ. Luctatius uictricem claſſem ad Lilybeum reduxit: cum quo & eius collega Catulo amilcar cognomento barca: qui eo bello imperator fuerat pater annibalis fœdus percuſſit: & ſic carthaginenſes celeri deſperatione impoſito etiam ſtipẽdio Sardiniam ſiciliamque amiſerunt. Ethneas: ſiculas. Animoſo: quoniam inquit uoluimus eſſe animoſi: & pugnare cum gẽte tam fauſti martis. Conducto laconæ: xantippo lacedæmonio: qui conductus a pœnis in primo bello punico: uiuum cœpit Atillium regulum conſulem illuc ex uoluntate ſenatus profectum cum. xl. nauibus & quĩdecim milibus peditum: & quingẽtis equitibus.

Produximus: per aliquod tempus quoniam tandem ſuccubuerunt. Scyllea antra: ſcylla eſt ſcopulus in freto ſiculo uerſus italiam ſub quo ſũt concaua ſaxa quo naues ui uentorum æſtuque freti impelluntur: lacerantur que. Refluo: quoniam illud fretum fluit & refluit. charybdis eſt uorago quædam: & profundum ĩmenſum ante Meſſanam urbẽ in freto ſiculo: quo inundationes freti detrahũt nauigia per magnas circũductiones uorticeſque præcipitata: qbus abſorbtis ac diſſolutis naufragiorum fragmenta euomunt̃ ad littus taurominitanũ: ut autor eſt Strabo: contorta reiecta ab ima uoragine tranſtra dicunt̃ ſedilia nauiũ. Reſpice prho demens: uertit ſermonem ſuum ad annibalẽ quem dementẽ: & ab omni cultu dei alienum appellat ut eum trahat in odium ab impietate ac perfidia. Egates: calamitatẽ acceptã ad egates. Mẽbra libyæ: quæ fluũt ꝑ mare ſiculũ. Quo ruis: tanq̃ furens: ſine ullo conſilio. Nomina: famam: cũ calamitate patriæ quod ĩpiũ eſt.

V t qui ſtelligero ſpeculantur ſydera cœlo
V enturam pelagi rabiem chaurique futura
P rædicit miſeris haud uanus flamina nautis.
C onſedit ſolio rerumque inuaſit habenas.
E rgo armis fœdus faſque omne abrũpit̃ armis.
O ppida quaſſantur longeque in mœnia noſtra.
A eneadum arreſte mentes. diſiectaque pax eſt.
E xagitant manes iuuenem: furiæque paternæ.
A c funeſta ſacra: et conuerſi fœdere rupto.
I n caput infidum ſuperi. maſſillaque uates
A nnuit ille noui cecus caligine regni
E xternas arces quatit: aut tirynthya recta.
S ic propria luat hæc pœna nec miſceat urbis
F ata ſuis ĩquã hoc inquam nunc tẽpore muros
O ppugnat carthago tuos: teque obſidet armis.
L auimus etneas animoſo ſanguine ualles
E t uix conducto produximus arma laconæ.
N os ratibus laceris ſcyllea repleuimus antra.
C laſſibus et refluo ſpectauimus equore raptis
C ontorta e fundo reuomentẽ trãſtra charybdim
R eſpice proh demens. proh pectus inane deorum
E gatiſæ libyæque procul fluitantia membra.
Q uo ruis? et patriæ exitio tibi nomina queris?

Subſidét alpes: opponunť inquit ãnibali alpes iacceſſæ: & appéninus alpibus æqualis: ſed eſto ꝙ tráſcendat alpes. nonne ſũt ibi romãi qui uĩci nequeũt: hoſtibuſque formidoſi ſũt etiá mortui. Cãpos: eſto ꝙ peruenias ĩ italiá ſuperatis alpibus. Vane: médax: & nullius mométi. Vanus é ille q mentiť ſine aliq̃ utilitate: & fingit ſibi ineſſe quod non ĩeſt: & uanus é atque ĩanis. num ſemp ĩcludit negationem: non aũt interrogatiue poſitũ affirmationé. Gentibus iſtis: romanis. Mortales animi. q. d. aĩ romanoꝝ ſũt diuini: & tráſcendũt uires mortaliũ: & ſic ab utili ſuadet illis abſtinendũ: & ut oſtédat ĩpoſſibile eé illos uinci.

S ubſident alpes. ſubſidet mole niuali
A lpibus equatum attollens caput appenninus.
S ed campos fac uane dari num gentibus iſtis.
M ortales animi? aut ferro flammaque fatiſcunt?
H aut tibi neritia cernes cum prole laborem.
P ubeſcit caſtris miles: galeaque teruntur
N ondum ſignatæ flaua lanugine malæ.
N ec requies cui nota: exangueſque merendo
S tant prima inter ſigna ſenes. lætũque laceſſunt.
I pſe ego romanas perfoſſo corpore turmas:
T ela intorquentis correpta e uulnere uidi.
V idi animos. morteſque uirũ decoriſque furoré
S i bello abſiſtis nec te uictoribus offers.
Q uantũ heu carthago donat tibi ſanguinis hãnõ
G eſtar ad hæc: namque ĩpatiens aſꝑque coquebat
I amdudum immites: iras. mediamque loquentis
B is conatus erat turbando abrumpere uocem.
C oncilio ne inquit libyæ tyrioque ſenatu
P roh ſuperi auſonius miles ſedet? armaque tãtũ.
H aud dũ ſumpta uiro: nã cætera nõ latet hoſtis.

Fatiſcũt: deficiũt: & opprimunť: quaſi dicat non. Laus romanoꝝ a fortitudĩe. Haut tibi neritia: confutatio eſt. potuiſſet. n. dici quéadmodũ expugnat ſagunthinos ita etiã & romãos expugnabit. ideo ait non erit tibi res cũ pube neritia. i. cũ ſagunthinis iuuenibus oriũdis a zacyntho ĩſula: cui uicĩa é neritus. de q̃ Virgi. & Neritos ardua ſaxis. eſt ét neritus mons ithacæ: cuius meminit Home. his uerbis: Quique hĩtant ithacã & frondoſũ neriton. Pubeſcit caſtris miles: probatio eſt cõfutationis: laudat romanam pubem militaris gloriæ ſtudioſam a teneris annis. hoc ideo poeta dicit reſpiciens ad poſteriora tempora; quoniam in hoc ſecundo bello punico romani tot cladibus attriti: & totiés ĩſelici marte exhauſti prætextatos armauerũt. Militia profecto dicebať ars romanoꝝ: q̃ imperiũ & nomé compararũt. pubertas incipit poſt quartũ decimũ annũ. Lanugiem appellãus prĩos pilos: quibus maxillæ adoleſcentũ ſignanť: ad ſimilitudiné lanuginis pomoꝝ anteq̃ perueniát ad maturitaté. Merédo: militãdo. merere. n. militare eſt: Luca. ære merét paruo. & Trãquillus ĩ cæſare: Meruit ſub ſeruilio iſaurico. Exangues: effuſo ſanguine in pugna. Laceſſunt læthũ: prouocát: & appetũt morté pro patria: & decoro ſeruãdo: ut decet uiros fortes & magnos: q ad marté originé referũt ſuã. Ipſe ego romanas: amplificatio eſt: ut ſuos a bello deterreat. Vidi ego ĩquit meis oculis romanos ex ipſoꝝ uulnere refixa tela torquere in hoſtes. Vidi animos: fortitudinem: & animi magnitudinem in morte. Mortes: fortitudiné & robur animi: ꝙ in morte oſtentant: ad quã erecto aĩo ꝓperant ne perdát decoꝝ. Decoris furoré: ſummũ ardoré honeſtatis: quæ eſt finis uirtutis & fortis honeſtatis cauſa ſubit & agit ea quæ ad ipſam fortitudinem pertinent. & fortes ex eo dicuntur: quia inferentes dolorem tolerant: ut ſeruent decorum: & uulnera morſque forti uiro moleſta ſunt. fert tamen quoniam ita exigit præſcriptum uirtutis: omnibuſque rebus honeſtatem preponit. de his rebus habunde dixi in commentariis officiorum. Si bello abſiſtis: concluſio eſt: qua ſuadet ab utili bello abſtinendum o carthago inquit ſi abſiſtis bello: & reprimis Annibalis temeritatem: qua ĩ uictorioſiſſimos romanos fertur. dono certe tibi multum ſanguinis: quem ſparſura es in prœlio ſi pugnabis.

Offers: exponis te. Victoribus: romanis: qui alias nos uicerunt apud Liuium aliter cenſuit in hæc uerba. ego autem ita cenſeo legatos ex templo Romam mittendos: qui ſenatui ſatiſfaciant. alios qui annibali nuncient; ut exercitum a ſaguntho abducat: ipſumque Annibalem ex fœdere romanis dedant. tertias legationes ad res ſagunthinas cernendas decerno. Geſtar ad hæc: ſcilicet reſpondit alterius factionis uir: qui bis uoluit interpellare uerba hannonis: qui tamen magno ſilentio fuit auditus: ut ſcribit Liuius. Concilio ne inquit libyæ: oratio geſtaris: & ipſa in genere deliberatiuo cuius finis eſt utile. qua confutanť ea quæ hãno cenſuerat: qui in odiũ adduciť atque inuidiam: quoniã uidebať hoſtibus fauere: & patriam odiſſe ſuam: ſuadetque ab utili bellum eſſe gerendum cũ romanis pro ſalute pr̃iæ: ſenſus eſt. ĩ hac contione atque conſeſſu punico ſedet hannon qui eſt potius romanus animo: quam carthaginenſis. eſt enim inquit hoſtis noſter: ſolum ſupereſt ut arma induat aperte contra patriam: cuius laudi ac ſaluti omnibus ſententiis aduerſatur.

Auſonius: romanus. Armaque tantum: hanno inquit: In omni re hoſtis eſt: niſi ꝙ non dum arma ſumpſit contra nos: quod profecto faciet: niſi reprimetur: & ſic trahit illum ĩ odium ab impietate erga patriã: & ĩ inuidiam affectatæ tyrãnidis. Cætera: ꝑ cætera ſiue ĩ cæteris gerit ſe hoſté.

Nunc gemīas alpes: repetit ea quæ hāno dixerat:& utiꝛ confutatione. Gemīas: ex ſtomacho loq
tur geſtar. i. altiſſimas ac ſi eént duplicatæ. Freta ſicaniæ: ſcyllā & carybdim: & clades acceptas in
mari ſiculo. Nec procul eſt. q. d. adeo laudibus romanos uexit: ut uideaꝛ timere illos ét mortuos:
& manes eorū: quod turpiſſimū eſt. Lætho: forti morte: quia dixerat: Vidi aīos morteſque uiꝝ.
Genté: romanos ſcilicet. Mortalé mihi crede licet: qm̄ turpe eſt timere ac præter decoꝝ: hoſtes
inquit quos ſumimus mortales ſūt:& turpe é eos timere: tanq̄ īmortales dixerat hanno. num géti
bus iſtis mortales animi?& arguit a poſ
ſibili romanos poſſe uīci: cū ſint mor-
tales. Licet formidine turpi frigida
corda tremant: hoc per paréntheſim di
ctum é in hannoné: qui præter decoꝝ
timere uidebaꝛ: & dicere romanos nō
eſſe mortales. Ideo geſtar mortalé du-
plicat: ut magis expríat & confutet.
Frigida: ab effectu: quoniā qui timet
friget. Vidi ego: exéplo reguli oſtédit
romanos non eé inuictos: ut ille dixe-
rat:& ad illud reſpicit: Ipſe ego roma-
nas:& uidi aīos: morteſque uiꝝ. In pri
mo bello punico Regulus captus a xan
tippo œbalio: ī crucé a pœnis ſublatus
eſt. de cuius ſupplico alibi diceꝛ. Suc
cinctus: ligatas héns poſt terga manus.
Vulgo: populo carthaginéſi: cui tale
ſpectaculū gratiſſimū fuit. Hectore
gétis: ex ſtomacho dicit hoc ī romanos
qui ſe fortes & hectoreos iactabát. Spe
ctaret heſperiā ab alta cruce: ad igno-
miniā romanoꝝ dicit hoc:& ex ſtoma
cho. Heſperiā: italiam. adeo crux al
ta erat: ſeruit poeta affectui ipſius ge-
ſtaris. Nec uero terrent: ad illud re-
ſpondet pubeſcit caſtris miles. Ora:
pueroꝝ quos dixiſti ſub galea pubeſce
re. Protinus ſub galea: ſtatī ante pu-
bertaté armis obducta. Properata caſ
ſide: quā primis annis accipiūt non ex
pectata pubertate. Indole non adeo
ſegni ſumus: noſtri etiā pueri geſtar ait
ita faciūt: ut romanos factitare hanno
iactauit:& nr̄i inquit pueri clará indo
lem & ſignū futuræ uirtutis præ ſe fe-
runt: ſe ſe in uariis gymnaſiis exercen
tes. Indole eſt ſignū uirtutis. In pueris
non cadit uirtus; aut uitium; cum non
habeāt electioné:& in ipſis non uigeat
ratio: tamé in illis poteſt eé probitas:& oīs uirtus é probitas: ſed non e contra:& cū puer officio gau
det apparet ī ipſo idoles. i. ſignū futuræ uirtutis: quæ uſū reqrit & officiis cōparaꝛ. ideo ait geſtar ī
dole non adeo ſegni ſumus. ſegnis diciꝛ piger ī rebus agédis: atque ignauus q opponiꝛ forti: & hoc
probat geſtar exéplis. Turmæ: pueroꝝ. ſ. qui ex equis ſimulacra pugnæ exercet. hoc dicit poeta re
ſpiciés: ad armiferas exercitationes romanoꝝ adoleſcétū: quaꝝ memīere Plutar. ī mario: Cice. in
officiis;& Hora. his uerbis Ludere qui neſcit cāpeſtribus abſtīet armis. fiebant. n. ī cāpo martio:&
ideo cāpeſtria arma dicta. Annire annos: pati labores ſupra uires ætatis. Nudis: ſine ephippio.
Ductor: annibal. Lituos: clágores tubaꝝ. e. n. lituus tuba īcurua. Phrygiá: romanam oriundá a
phrygibus. Patria arma: bella quæ geſſerat pr̄ iá inquit & puero ſpirabat patré ī armis: q & prudé
tia & robore præſtātiſſius fuit. Proide polo: nūc arguit a poſſibili: ut cōfutet dicta hānonis. ſéſus
eſt q̄uis creſcerét alpes uſque ad cœlū:& apéninus tágeret aſtra: erit qui apiat iter p celū. Vt ſtiu
lét atrā uel īania menté: hoc dico īquit geſtar ut hæc quæ īpoſſibilia ſūt:& uana ſtiulent menté hā
nonis atrā liuidā:& pfidā atra més cādidæ opponiꝛ:& cādidus is é q non hét liuoré hānonis mens
atra uidebaꝛ qm̄ hannibali īuidebat:& ut eū incéderet hæc uerba dicit geſtar: liuor īers uitiū īquit
Oui. Vel īania ét hæc quæ ſūt uana & īpoſſibilia afferāt ſtiulū méti tuæ: dicā inqt ut tibi ſtoma-
chū faciā. Atrā: plenā liuoris qm̄ īuides naſcéti gloriæ ānibalis: qué gétili odio īſectaris. Inuidia p
fecto ipſis hn̄tibus peſſimū eſt uenenū:& ſola miſeria caret īuidia. Pudet deſpare: exéplo oſtédit
poſſibilitaté: qm̄ hercules alpes trāſcéderat. Laudé: q ſcilicet alpes muniméta italiæ trāſcéderit.

N unc geminas alpes: appenninumque minatur.
N unc freta ſicaniæ et ſcyllei littoris undas.
N ec procul eſt qn iā manes. umbraſque paueſcat
D ardanias. tanta accumulat præconia læto
V ulneribuſque uirum tollitque ad ſydera gētem.
M ortalem mihi crede licet formidine turpi
F rigida corda tremāt: mortalē ſumimus hoſtem
V idi ego cum geminas arctis poſt terga cathenis
S uccinctus palmas uulgo traheretur ouante
C arceris in tenebras ſpes et fiducia gentis
R egulus hectoreæ uidi cum robore pendens
H eſperiam cruce ſublimis ſpectaret ab alta
N ec uero terrent puerilia protinus ora
S ub galea et preſſæ properata caſſide malæ.
I ndole non adeo ſegni ſumus. aſpice turmæ.
Q uot libyce certant annos ante ire labore.
E t nudis bellantur equis. ipſe aſpice ductor
C um primam tenero uocem proferret ab ore.
I am bella et lituos ac flāmis urere gentem
I urabat phrygiā: atque aīo patria arma mouebat
V ltor erit cedis iam te ſpectante propinquæ.
P roinde polo creſcant alpes. altuſque coruſcos
A ppenninus agat ſcopulos per ſaxa niueſque
D icam etenim ut ſtimulent atram uel īania mēté
P er cœlū eſt qui pandat iter. pudet hercule tritas
D eſperare uías: laudemque timere ſecundam.

Sed libyæ clades: dixerat ille: Lauimus æthneas aīoſo ſanguīe ualles: & ꝑpter hoc arguit gerēdū bellū: ut macula priore bello accepta deleaṫ. famā quippe & decus cæteris rebus præponere debemus: ſi e natura uiuere uolumus. Aggerat: accumulat: auget: ut ſuis īcutiat terrorē. Formidinis æſtus: maxīos timores: quibus tanq̄ æſtu uritur & angiṫ. hanno īquit ignauior fœmīa contineat ſe domi: & ſinat nos pellere romanos tyrānos: & ſic captat a perſona ſua beniuolentiā dicēs: nos ibīus contra hoſtes: quibus nil patria ē antiqus. Singultātem: timidā & pene egredientē e corpore pro-

Sed libyæ clades et primi incendia belli
Aggerat atque iterum pro libertate labores
Hannon ferre uetat. ponat formidinis æſtus
Parietibuſque domus imbellis fœmina ſeruet.
Singultātē animam. nos nos cōtra ibimus hoſtē
Quis procul a tyria dominos depellere byrſa.
Vel ioue non equo fixum eſt: ſin fata repugnant.
Etiam damnata ceſſit carthagine mauors?
Occumbam potius: nec te patria inclyta dudum.
Aeternum famulam liberque acheronta uidebo.
Nam quæ proh ſuperi fabius iubet ocius arma.
Exuite et capta deſcendite ab arce ſagunthi.
Tum delecta manus ſcutorum incendat aceruos.
Vranturque rates. ac toto abſiſtite ponto
Dii procul o merita eſt ſi nunquam talia plecti.
Carthago prohibete nephas. noſtrique ſolutas
Ductoris ſeruate manus: deinde reſedit:
Factaque ceſſendi patrum de more poteſtas:
Hic hanno reddi propere certamine rapta
Inſtat. et autorem uiolati fœderis addit.
Tum uero attoniti ceu templo irrumperet hoſtis
Exiluere patres. latioque id uerteret omen.
Orauere deum. at poſtquam diſcordia ſentit
Pectora: et inſidas ad martem uergere mentes:
Non ultra patiens fabius rexiſſe dolorem:
Concilium expoſcit propere. patribuſque uocatis
Bellum ſe geſtare ſinu pacemque profatus
Quid ſedeat legere: ambiguis neu fallere dictis:
Imperat. ac ſeuo neutrum renuente ſenatu:
Ceu clauſas acies gremioque effunderet arma
Accipite in fauſtum lybiæ euentuque priori
Par inquit bellum. et laxos effundit amictus
Tum patrias repetit pugnandi nuntius arces.

pter metum. & ſic uituperaṫ hanno ab ignauia: quæ nullo modo decet hominem: cui maxīum ē dedecus audire ſe eſſe muliere ignauiorē: cum fortitudo ſit hoīs. Quis: quibus. Fixum: decretū eſt: ut decet optīos ciues: ac patriæ ſtudioſos. Domīos: tyrānos romanos. ēt inuito ioue. Ni fata repugnēt: quoniam oīa ut poetæ uolūt fato reguṅṫ & ſubiiciuntur ēt ipſe iuppiter unde Plato in ultīo libro de repu. parcas quæ & fata dicuṅṫ: appellat filias neceſſitatis parcæ īquit ſūt filiæ neceſſitatis: & appellaṅṫ fata: & poſtea dicit. Neceſſitatis filiæ lacheſis præconiū. Et ni mauors. i. niſi penitus mars hīc migrauit dānans oīo hanc urbē. colebāt carthaginenſes martē propter oſtentū capitis equini illic effoſſi: quod portēderat illos fore martigenas: cū equus aīal ſit ferox & bellicoſum. Dudum: paulo ante. potius īquit uolo mori q̄ uidere patriam meā ſeruire romanis: & liber deſcendā ad inferos. acheron ē fluuius inferoꝶ: & interpretaṫ ſine ſalute. Nam quæ proh ſuperi fabius iubet: rei indignitatē auget repetens ea quæ fabius iubebat. ocius. ſ. arma exuite: & cætera q̇ ſequuṅṫ: quæ ad nil aliud ſpectabant: niſi ad carthaginis ſeruitutē: & nititur ab utili ſuadere illa eē ſpernēda: exclamans ad ſuperos quos orat ut nunq̄ talia patiaṅṫ: quoniā carthago nō meretur. & apte uſus eſt exclamatione: quæ conficit ſignificationē doloris & indignationē. Delecta manus: electi milites. Talia plecti: puniri per talia qualia iubet fabius. Ductoris: annibalis. Manus ſolutas: quas hannon ac fabius iubebant ligari & trahi ad pœnā rupti fœderis. Hic hānon: Hannon iterū aſſeuerauit: ꝙ intenderat quid cēſeat apud Liuiū iam dictū ē. Rapta: ablata ſagūthinis in pugna. Inſtat: aſſeuerat. Autorē: annibalē dari ī pœnas romanis. Diſcordia: diſſidētia inuicē. i. contrarias opīones: & ſentētias de bello. Profatus: cū palam dixiſſet. poſtq̄ carthaginē uenerūt inqt Liuius cū datus eēt ſenatus: & Fabius nihil ultra q̄ unum: quod mandatum erat percontatus eſſet cū pœnis quidā ſuperbe admodū reſpondiſſet inquiēs. proinde omitte ſagunthi atque iberi mentionē facere: & quod diu parturit aīus ueſter aliq̄do pariat. tū romāus ſinu ex toga facto hic inquit uobis Bellū & pacē portamus: utrū placet ſumite: ſub hāc uocem: haud minus ferociter daret utrū uellet ſucclamatum eſt: & cum is ſinu iterum effuſo bellum dare dixiſſet accipere ſe oēs reſponderūt: & q̄bus acciperēt aīs hiſdē ſe geſturos. Quid ſedeat: placeat illis. Priori: bello punico prīo: quo pœni ſuccubuerāt: Accipite inqt bellū eo omine ac īfelicitate q̈ prius bellū accepiſtis. Laxos amictus: reſolutū ſinū. Pṙias: romanas: rediit romā fabius cū collega belli nūtius.

Atque ea dum profugæ: dum hæcapud carthaginem agerenť ſagunthini:ut canit poeta:& ſcri/
bit Liuius:aliq̃tulú recreati ſút propter annibalis profectioné in orétanos & carpétanos:q propteŕ
delectus acerbitaté retinuerāt conquiſitores:& de defectione cogitabāt:ſed celeritate ánibalis præ
uenti oppreſſique ſút. Interea Maharbal himilconis filius relictus ab annibale ſagunthiná oppu/
gnationé urgebat:& aliq̃tulú muri deiecerat cú dux rediiſſet. Eliſæ:didonis: profugæ ex pheni
cia. Accitis populis:uocatis ī arma oretanis & carpétanis: qui defecturi ab annibale uidebanť no
lentes mittere milites ad exercitū pu/
nicum. Quis:quibus. Labábat:nuta
bat & dubia erat. Aegra:debilis:& in
cõſtans:quoniā uolebāt deficere. Ec/
ce auté: deſcribit arma muneri miſſa
annibali a callaicis populis qui hitant
ad oceanū hiſpanum: denoiati a calla
ce herculis filio:quoꝝ regio diciť cal/
lacia: ubi nunc habeť celeberriá ædes
apoſtoli iacobi. hoc ideo finxit poeta:
quoniá apud illos multū eſt auri: quo
ornabanť & thoraces & loricæ. & illic
ſūt tagus:& durius:& læthæ fluuii ha/
bentes anri raméta. ná luſitaniæ latus
ad auſtrū cingit tagus: ab occaſu uero
ac ſeptentrione oceanus:ab aurora car
pentani:uetones. Vaccei & calleci núc
accipīus luſitanos pro callecis:qui quo
niam montes quondá hītabant pugna
ciſſimi erát:& expugnatu difficillimi.
Vnde brutus prætor cú uiciſſet luſita
nos:quoniā maxīme laborauerat in ex
pugnandis callecis callaicus non luſita
nus cognominari uoluit:& Turdetani
qui illic ſút quondā præſepibus aureis
ac doliis utebanť. auctor eſt Stra. Mar
tialis:Callaicū mandas ſiquid ad ocea
nú. pœni factitauere & clypeos & ima
gines ex ære:ſectúque in caſtris tulere.
certe captis eis autore Pli. talē clypeú
aſdrubalis ĩuenit Martius ſcipionū in
hiſpania ulctor: iſque clypeus ſupra
fores capitolinæ ædis uſque ad incen
diú primū fuit:prius ærei fuerút: cly/
peos ī ſacro uel publico priuatī dicare
prius īſtituit. Appius claudius qui con
ſul cū ſeruilio fuit: poſuit enim ī æde
bellonæ maiores ſuos: placuitque ī ex
celſo ſpectari:& titulos maioꝝ legi ſcu
tis:qualibus apud troiam pugnatum eſt.continebantur imagines:unde & nomen habuere clypeo/
rum. Sæuo:portendenti malum hoſtibus. Ductori: annibali. Corruſcis:uibrantibus & aureis.
Coni:ſummitates. conus eſt ſummitas galeæ:& ponitur pro galea:& conus eſt baca cupreſſi:un/
de conifera dicitur. Niueæ pennæ: albæ ſtrutii cameli habentis pennas quæ currentem adiuuát.
præmia ex his inquit Plinius oua propter amplitudinem pro quibuſdam habita uaſis: conoſque
bellicos & galeas adornantes pennæ. Loricam:lorica ut ait Varro dicta eſt ꝙ eloris de corio nudo
pectoralia fiebant: poſtea ſucciderunt galli e ferro ſub id uocabulum ex Anulis:ferream tunicam
de qua Sylius loquitur:nam contexta erat ex anulis aureis nodoſis. hæc inquit lorica erat tegmen
penetrabile nulli tælo. Perfuſa:inaurata. Opibus tagi:auro:quoniam tagus habet aureas hare/
nas. Luſtrat:aſpicit cælaturam clypei:in quo erat carthaginis origo. Condebat primæ: ſequiť
annales romanoꝝ & carthaginéſium:qui carthaginem a didone conditā dicunt de xoro & carche
done dictú eſt:quos Euſebius & Appianus carthaginé condidiſſe ſcribunt. Arces: byrſam. Iu/
uentus:quæ ex tyro nauigarat. Molibus:magnis ſaxis & ædificiis. Iuſtæ: quoniam fides & iuſti/
tia ſolent eſſe in ſenibus. adde etiam ꝙ hic erat ſacerdos. Omen:reperti capitis equini: quod rei
militaris præſtantiá portendebat. nā prius effoderant bubulú caput quod portédebat ubertaté ſo
li:& poterat ſignificare ſeruituté:cum id aīal iugo ſubiiciatur. Has īter ſpecies:formas & imagīes
ſupradictas ī clypeo cælatas.erat ét æneas:cuius fabuloſa hiſto.uulgatiſſ a é.& Virgi.æneá cartha/
giné trāſmittit ad libidiné.tépora q̃ppe nō conueniút:ſed uati nr̃o accedáus:q illud ī dedecus illo
rū fixit q ro.legibus pareŕ nolebāt:inmo de īpio totiés malis auibus decertaŕt. Seréa:exhilarata.

Atque ea dum profugæ regnis agitantur eliſæ.
Accitis uelox populis quis ægra lababat
Ambiguo ſuo marte fides prædaque grauatus.
Ad muros pœnus reuocauerat arma ſagunhti.
Ecce autem clypeum ſeuo fulgore micantem
Oceani gentes ductori dona ferebant
Gallaicæ telluris opus. galeamque coruſcis.
Subnixam criſtis. uibrant cui uertice coni
Albentes niueæ tremulo nutamine pennæ.
Enſem unum:ac multis fatalem milibus haſtam.
Præterea textam nodis auroque trilicen
Loricam. et nulli tegmen penetrabile telo.
Hæc ære et duri chalybis. perfecta metallo
Atque opibus perfuſa tagi per ſingula lætis
Luſtrat ouans oculis. gaudetque in origine regni.
Condebat primæ dido carthaginis arces.
Inſtabatque operi ſubducta claſſe iuuentus.
Molibus hi claudunt portus. his tecta domoſque
Partiris iuſte bitia ueneranda ſenectæ.
Oſtentant caput effoſſa tellure repertum
Bellatoris equi atque omen clamore ſalutant.
Has inter ſpecies orbatum claſſe ſuiſque
Aeneam pulſum pelago dextraque præcantem
Cernere erat. fronte hunc auidæ regina ſerena
Infœlix hac iam uultu ſpectabat amico.

Clamor ad auras:laus eſt ſculpturæ in qua uidebantur uenatores clamaſ̄ & canes perdere latratus ſic Vir.ſeuitque canū latratus ī auras. Alæ uenantum: turbe uenatoꝝ. Claſſis:quoniam diſceſſit æneas inuita didone. Tyriis futuris:dido moritura ut ē apud Vir.mandauit poſteris bellū gerēdū cum romanis & poeta in principio dixit:mādata nepotibus arma. Dardanus:æneas. Magnis fatis: ꝓpter romā hoc dicit conditā a nepotibus æneæ quæ orbi fere īperauit & ipſe æneas ī italiā nauigauit ducētibus fatis ad maiora reꝝ initia. Parte alia:hæc eſt tertia cælatura in qua erat annibal iurās bellū romanis.amilcar fuit īperator in primo bello punico adeo ſtrenuus ut alter mars diceref̄. Ardor ineſt oculis: quoniā amilcar ī arma furens ingentis ſpiritus fuit & audaciæ. unde polybius dicit amilcaris audacia nil ſupius:& ut idem ſyllius canit ſybilla cum uidiſſet umbram amilcaris ſic ſcipionē allocuta eſt ille ē cerne procul cui frons nec in morte remiſſa:rarū ſeruat rabiē. Nec non & læuum: quarta cælatura in qua erat regulus captus a xantippo lacedæmonio. Spartana cohors:laconica iuuentus quæ ſub xantippo merebat. Ledeis amyclis:amyclæ urbs laconiæ ubi r̄gnauit leda mater caſtoris & pollucis.

Hinc et ſpeluncam furtiuaque fœdera amantum.
Gallaicæ fecere manus:it clamor ad auras:
Latratuſque canum ſubitoque exterrita nimbo
Occultant alæ uenātum corpora ſyluis.
Nec procul eneadum uacuo iam littore claſſis:
Equora nequiquam reuocante petebat eliſa.
Ipſa pyram ſuper ingētem ſtans ſautia dido.
Mandabat tyriis ultricia bella futuris:
Ardentemque rogum media ſpectabat ab unda.
Dardanus:et magnis pandebat carbaſa fatis.
Parte alia ſupplex infernis annibal aris
Arcanum ſtygia libat cum uate cruorem.
Et primo bella eneadum iurabat ab æuo:
Et ſenior ſiculis exultat amilcar ī aruis.
Spirantem credas certamina anhela mouere:
Ardor inē oculis:toruumque minatur imago.
Nec nō et leuum clypei latus aſpera ſignis:
Implebat ſpartana cohors:hanc ducit ouantem.
Ledeis ueniens uictor xanthippus amyclis
Iuxta triſte decus pendet ſub imagine pœnæ.
Regulus:et fidei dat magna exempla ſaguntho.
Letior at circa facies agitata ferarum:
Agmina uenatu et celata mapalia fulgent.
Nec procul uſta cutem nigri ſoror horrida mauri.
Aſſuetas patrio mulcet ſermone leenas.
It liber campis paſtor cui fine ſine ullo
Inuetitum ſaltus penetrat pecus:omnia penum
Armenti uigilem patrio de more ſequuntur.

Triſte decus:quoniā romāis id fuerat moleſtiſſimum:ſed decus regulo: q ut fidē ſeruaret forti aīo ad ſuppliciū redire uoluit nec pœnā deprecatus ē quā effera gens īferebat. Pendet.ſ. ī cruce ſiue uidebāſ̄ pendere:quoniā illa cælatura erat imago pœnæ. Letior at circa: alia ſculptura in q̄ erant mapalia getulorum:& armenta quæ paſſim uagabātur & paſtores eaꝝ tela canes domus: q̄s plauſtris circūuectabant: & lapides ex qbus ignē excudebant & fiſtula paſtoralis:& ſic expreſit uitam numidarū:qui per agros paſſim uagabanſ̄:quos maſiniſſa primus docuit rem militarē.Agriculturā atque ad ciuilē cultū deduxit autore ſtrabone. Facies:aſpectus.nā illic non erāt bella & triſte decus reguli.
Agitata:commota uenationibus.nā getuli ac numidæ ſtudio uenationis tenebanſ̄:lege ſtrabonē đ numidis li.ultio.
Mapalia:ſaluſtius ī iugurtha de numidis ſic ſcri.& qa ſæpe tētantes agros alia deīde loca petiuerāt ſemetipſos nūidas appellauere cæteꝝ adhuc ædificia nūidaꝝ quæ illi mapalia uocāt oblonga in curuis lateribus tecta q̄ſi nauiū carinæ.
Celata:ſculpta. Nec ꝓcul:alia ſculptura ī q̄ fingit fuiſſe Maurū fi.uulcani q dedit nomē mauris. Sed mauri fuerūt medi q ī aphricā uenerūt una cū pſis:& armeniis & medoꝝ nomē libes corrupere barbara lingua mauros ꝓ medis appellātes. Vſta cutē.i. nigra pp ſolis ardorē.Maurus & getulia ut uolūt fabulæ filii fuerūt uulcani a mauro mauri dicti ſūt:a getulia getuli q erāt mixti numidis.Lybia ut ſcri.Hero.dicta ē a muliere q̄dā īdigena.hoc fingit ſyllius hiſtoria hēt getulos: & libes in initio hītaſſe aphricā aſpos ī cultos qbus cibus erat ferina caro:atque humi pabulū ueluti pecudibus.hi neque moribus:neque lege aut īpio cuiuſq̄ regebāſ̄ uagi palātes quo nox cogebat ſedes hēbāt. deſcribit igiſ̄ poeta originē & pricipia aphroꝝ.uſta cutē iō dicit quoniā getuli non ꝓcul ſūt ab ardoribꝫ nigri ut æthyopes pp ſolis ardorē ut inqt ſaluſtius.Ply.ait.In tigitania ꝓuincia ē gēs quondā preripua mauroꝝ ūde nomē ꝓuiciæ. Horrida īculta alludit ad getulos īcultos & aſpos:& qa calor ſolis eſt cā coloris nigri iō fictū ē getulā fuiſſe filiā uulcāi q ē deus ignis. Prio ſermone:qm̄ mauri ſolebāt cicurire leones:& ēt nūidæ prius hoīum leonē manu tractaſ̄ ut inqt Pli.auſus & offēdere māſuefactū hāno e clariſſimis pœnoꝝ tradiſ̄.dānatuſque illo argumēto quoniā nihil nō pſuaſurus uir tā artificis īgenii uidebaſ̄.& male credi libertas ei cui ī tātū ceſſiſſet ēt feritas. It liber cāpis:đſcribit uitā numidaꝝ. Pœnū uigilē:cuſtodē punicū & magr̄m pecoris.qui uigilādo armenta cuſtodit ideſt paſtores numide omnē ſupellectilem circunferebant.& nullo fine continebāſ̄ paſſim uagātes.

Geſaque:latratorque cydon: tectumque focique
In ſilicis uenis:et fiſtula nota uiuentis.
Eminet excelſo conſurgens colle ſagunthos.
Quam circum imenſi populi cõdenſaque cigũt.
Agmina certantum:pulſantque tremẽtibus haſtis
Extrema clypei ſtagnabat iberus in ora.
Curuatis claudens ingentem flexibus orbem.
Annibal abrupto tranſgreſſus fœdere ripas
Penorum populos romana in bella uocabat.
Tali ſublimis dono:noua tegmina latis.
Aptat concutiens humeris:celſuſque profatur:
Heu quantum auſonio ſudabitis arma cruore.
Quas belli uindex penas mihi curia pendes:
Iamque ſeneſcebat uallatis mœnibus hoſtis.
Carpebatque dies urbem: dum ſigna manuſque
Expectant feſſi ſocias:tandem equore uano:
Auertunt oculos:fruſtrataque littora ponunt.
Et propius ſuprema uident:ſedet acta medullis
Iã dudũ:atque ĩopes penitus coquit intima peſtis
Eſt furtim lento miſeris durantia tabo
Viſcera et exurit ſiccatas ſanguine uenas
Per longum celata fames:iam lumina retro.
Exeſis fugere genis:iam lurida ſola:
Tecta cute et uenis male iuncta trementibus oſſa.
Extant conſumptis uiſu deformia neruis:
Humentis rores noctis terramque madentem:
Solamen fecere mali:caſſoque labore:
E ſicco fruſtra preſſerunt robore ſuccos.
Nil temerare piget:rabidi ieiunia uentris
Inſolitis adigũt ueſci:reſolutaque nudos
Linquentes clypeos armorum tegmina mãdunt.
Deſuper hæc cælo ſpectans tiryntius alto
Illachrymat:fractæ nequiq̃ caſibus urbis.

Geſa:tela paſtoritia geſũ ponit ꝓ quocunque telo. Cydon:ẽ urbs cretæ ut dictũ ẽ. unde aduehebant᷑ optimi canes:ideo hunc canẽ cydonẽ appellauit. Tectum:quoniã mapalia circũferebant ſua. In ſilicis uenis:mos.n.paſtorum ẽ ignem ex lapide excudere.cuius rei pyrodes cylicis filius iuentor fuit & ignem aſſeruare in ferula docuit ꝓmetheus. Eminet excelſo:alia ſculptura ĩ qua erat ſagunthus obſeſſa ab annibale. Orbẽ:rotunditatẽ clypei quod ideo dicit.quoniã iberus a cantabris ortũ habens fluit ꝑ amplũ campoꝝ ſpatiũ ꝓpe pyreneos montes a qbus ut autor eſt ſtrabo pari ſemp interuallo diſtat iter cuius deflexiones & pyrenei extremitates tarraco ſita eſt ĩ quodã ſinu ciuitatũ quæ ſunt intra iberꝝ caput. Sublimis:ſic Vir.cecinerat ꝺ ænea.Ille deæ donis: & tanto lætus honore expleri neqt. Heu quãtũ auſonio:uerba ãnibalis. Vindex curia:romana.ſ.quæ uis uĩdicare ſagunthũ dabis mihi pœnas. Iãque ſeneſcebat:nũc redit ad ſagunthinos:q ꝓpter obſidionẽ reꝝ oĩum inopia laborabant & iõ fame conficiebant᷑. Dies tẽpus ipſũ conſumebat ſagunthinos. Signa:aqlas romanas:& tubas.i.ſubſidiũ romanoꝝ quos ĩplorauerant miſſis legatis. Aequore uano:quoniã nullũ uidebant ad nauigar᷑ ſubſidium. Suprema:ꝓximã mortẽ. Peſtis:fames quæ illos conficiebat quoniã deficiẽte humido.ciboque calor ĩualeſcit & interiora conſumit. Eſt:conſumit occulte uiſcera iã tabifica. Nimiũ durãtia:quæ multũ reſiſtebãt ĩ tanta fame.nã deficiẽte humore q orit᷑ ex cibo potuque ingeſto calor naturalis creſcit & uiſcera reſoluit ĩ tabẽ omnis qppe calor ſupnaturalis ĩducit putredinem & deficiente humor᷑ ĩ ipſo famelico calor adeo auget᷑ ut ſit ſupnaturalis.ideo natura plurimũ pituitæ induxit ne calor᷑ ĩualeſcente corpus tabeſceret paulatim ideo ſyllius ait lẽto tabo: qa paulatĩ uiſcera tabeſcũt:& ideo famelici extenuãtur:quia calor ut nutriat᷑ oĩa conſumit tandẽ conſũpto radicali humido mortẽ inducit.ideo ait uenas fuiſſe ſiccatas ſanguine. Exeſis genis:cõſũptis.genæ ꝓpriæ ſunt pelliculæ qbus oculi ĩtegũtur unde Ply.de ſomno piſciũ loquens ait.Dormire non exiſtimãt non oculorũ argumẽto qa nõ hẽnt genas: & alibi ĩſecta non hẽnt genas nec ĩtegunt oculos:& palpebræ in genis hoĩni utrique: ſed nũc genæ accipiunt᷑ ꝓ ſede pudoris quæ ẽ ĩfra oculos.ut a priſcis accipiebãt᷑ unde erat lex.xii.tabularꝝ mulieres genas ne radũto. Lurida.liuida & deforma. Extant:eminẽt oſſa conſũptis mẽbris:& pingui. Male tremẽtibus:male ſaliẽtibꝫ:qm̃ pulſus ẽ ĩtẽtio motus & remiſſio in corde:atque arteria naturalis nõ arbitrarius:& cũ patit᷑ corpus ille motus diſcrepat & ſãguis male ſalit.ẽ.n.pulſus ſubſultio uenæ.
Humẽtis rores:ꝺſcribit cibos ſagũthinoꝝ urgẽte ĩopia:& neceſſitate. Caſſo labor᷑:quoniã ex ſicco robore non poterãt exprimere ſuccos tñ non pigebat eos oĩa uiolare: ĩedia qppe cogebat illos ĩſolitis ueſci cibis qppe mãdebant tegmina clypeoꝝ qđ cũ hercules uidiſſet lachrymatus ẽ. doluitque ſuoꝝ uicẽ qbus ferre opẽ nõ poterat pp Iunonẽ nouercã cui ſe opponere nõ audebat.iõ ait neqq̃ ut ẽ ĩ fabulis & refert Diodo.li.v.Iuppr̃.& Iuno ĩ has cõditiões deſcẽderunt ut euryſteus regnaret: ſed hercules cœlo donaret᷑ pactis.xii.laboribꝫ quos euryſteus ĩpaſſet & tũc Iuppr̃ mãdauit herculi ut neqđ unq̃ moliret᷑ cõtra ꝺcreta Iuno.ex cuius ĩnia ãnibal hæc arma mouebat. Fractæ:q̃ſſatæ & affectæ ĩedia.

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Sic igitur: hercules cū non poſſet aliter ferre opem adiuit fidem. Saguntinhinoꝶ numen. Arcanis dea læta: quoniam fides ē in rebus ſecretis: & cum ſit quod dictum ē etiam ſi nullus eſt teſtis: & ideo Numa Pompilius īſtituit ut fides colereť a ſacerdotibus manu uſque ad digitos uelata uolens oſtēdere uir conſultiſſimus fidem non egere teſtibus: & iccirco dicit poeta fidē gaudeř arcanis. i. locis ſecretioribus. Tamē: q̄uis illa eſſet cogitabunda. Pacator: ipſe hercules q eā honorauit & pacatā reddidit captans beniuolentiā. Honore ueniæ: dignæ oī honore: nā maiores aloq nō debemus niſi ipe-

Nāque metus magnique tenent præcepta parētis:
Ne ſeuæ tendat contra decreta nouercæ.
Sic igitur cepta occultans ad limina ſanctæ.
Contendit fidei: ſecretaque pectora tentat.
Arcanis dea leta polo tum forte remoto:
Cælicolum magnas uoluebat conſcia curas.
Quam tamē alloquitur ueniæ pacator honore:
Ante iouem generata decus diuūque hoīumque
Qua ſine non tellus pacem nō equora norunt:
Iuſtitiæ conſors tacitumque in pectore numē
Exitium ne tuæ dirum ſpectare ſagunthi
Et tot pendētem pro te dea cernere penas.
Vrbem lenta potes? moritur tibi uulgus: et una.
Te matres uincēte fame te meſta uirorum
Ora uocāt: primaque ſonāt te uoce minores.
Fer cœlo auxilium: et feſſis da ſurgere rebus:
Hæc ſatus alcmena: contra cui talia uirgo.
Cerno equidē: nec pro nihilo ē mihi fœdera rūpi
Statque dies auſis olim tam triſtibus ultor.
Sed me pollutas properātem linquere terras.
Sedibus his tectiſque iouis ſuccedere adegit:
Fecundū in fraudes hominum genus: impia liqui
Et quantum terrent: tantum metuentia regna.

trata uenia honora. i. honoř digna hercules erat pacator ueniæ aut ꝓpter hoc ſolū: aut quia illi hoc peculiare fuit tpe euryſtei tūc. n. nil faciebat niſi ueīa ipetrata ab eo a quo ad domāda monſtra mittebať. Ante iouem generata: oratio herculis ad fidem: quā ſibi conciliat laudans ipſā ab antiqtate: cui ob id maior accedebat honor: & eius effectu: qm̄ ſine fide nil poteſt eſſe pacificū & quietum: q̄ remota remouetur iuſtitia & ſic humana confūditur ſocietas: q̄ iuſtitia conſeruat. Iuſtitia inquit ſeneca ē naturæ tacita conuentio ī adiutorium multorum inuēta & diuina lex: & uinculū ſocietatis humanæ. ſi uis eſſe iuſtus inquit deum time. & ama. amabis autem ſi in hoc illum imitaberis ut uelis omnibus ꝓdeſſe, ac nulli nocere de fide & religione ſcias agi ubicunque de ueritate tractatur. nā & ſi iureiurando deus īuocatur: & non inuocanti teſtis ē tamē non tranſies ueritatē ne iuſtitiæ tranſeas legem. Ante iouem: ætate. ſ. aurea & regnante ſaturno: ſub quo fides & iuſtitia uigebant. Iuſtitiæ conſors ſocra. nam ubi eſt fides illic eſt iuſtitia: & ubi iuſtitia ibi fides immo fundamentū iuſtitiæ eſt ipſa fides. de his rebus dixi in commentariolis officioꝶ. Tacitum numen in pectore: quoniam non opus eſt teſtibus ubi eſt fides. Iuſtitia īquam ipſa quæ dat unicuique quod ſuum ē.

Exitium ne tuæ: narratio eſt per interrogationem. Tuæ: tibi dicatæ. Pendentem: patientem pro te, ideſt fide ſeruanda tot pœnas. Lenta: quæ non moueris ad affectum cum uideas ſagunthinos qui fame conficiuntur ad te numen clamare ſuum. Tibi: ut te ſeruet & colat. Minores: infantes & pueri. Fer celo: petitio eſt: & concluſio. Da: concede ut res ſagunthinæ iam affectæ atque demerſæ reſtituantur in integrum & emergant. Cerno equidem: uerba fidei ad herculem quæ ſcelera mortalium deteſtans dicit ſe egre ferre caſum ſagunthi: ſed ſatis impediri cum cupiat fauere: ſed pœnas tandem inquit dabit annibal ob perfidiam: quæ in illo fuit pluſquam punica. Stat: fixus eſt & conſtitutus. Auſis tam triſtibus: audaciæ annibalis quæ affert nobis triſtitiam & dolorem: & illi tandem. Victor: quoniam uincetur demum. & extorus ueneno peribit. Sed me pollutas: iamdiu inquit ſcelera mortalium e terris ad aſtra fugarunt. uigent inquit & cenſentur tyranni auari & qui ob ſcelus præmia & quidē maxima captant & uiuitur ex rapto more ferarum: & omne decus. omne honeſtum reſolutum eſt in luxum: & pudor magna caligīe deductus iacet. uiolentia colitur & enſis potentia pro ratione eſt. Iuſtitia & uirtus a uitiis opprimuntur. nemo uacat ſcelere: & conſcii atque nefarii inuicē ſeruāt pacem & ſic pene ī ſatyram deflexit poeta ſed fidei decoꝶ ſeruauit. Pollutas: maculatas. Adegit: īpulit me. Fœcundū: habūdās fraudibus. Et q̄tū terrent tātū metuētia regna: ſenſus ē reliq tyrānos īpios: q tātū timēt q̄tū timeť. nā ob crudelitate in ſubditos coniurationē īpetū. atque alioꝶ īſidias timent: is qui a multis timetur neceſſe eſt ut & ipſe multos timeat ut accidit tyrānis. Neceſſe eſt inquit cyrus apud xenophontem ut qui a multis timetur is multos ſibi faciat inimicos: qui uero omnibus ſimul infeſtus ē is omnibus cōcordiam inicit ad ſuum exitium. eadem eſt ſnīa Ciceronis in officiis quem metuunt oderunt inquit ennius quem quiſque odit periiſſe expetit. unde dicebat ſeneca. Quanto melius beneficiis imperium cuſtoditur quam armis: & alibi dicit: potentia quæ multorum malo exercetur diu ſtare non poteſt.

Furias:maximam cupiditatem & ſacrā famem:utinam inquit Ply.poſſet totum auꝝ e uita abdicari ſacra fames ut celleberrimi autores dixerūt.Proſciſſum conuiciis ab optimis qbuſque ad perniciē uitæ reptum. Nec uilia præmia:ſed magna eoꝝ q fraudē commiſiſſēt. Luxu:ſuperfluitate. Oē decus:omnē uirtutem:& honeſtatis decus uerſum eſſe inuitiū & intemperantiæ ſordes. Multa nocte:uitiorum caligine & obſcuritate.pudor nil aliud ē niſi timor iuſte reprehēſionis:& pudor ē optimum ī adoleſcente ſignum.& malis conatibus obſtat. Ceſſit ꝓbris:ideſt a uitiis & ſceleribus uicta ē uirtus. hæc omnia mala ſyllius tēporibus uiderat ſuis:qbus nō ueri pricipes:ſed tyranni:& immaniſſimæ belluæ rerum potiebanť:& iam uirtus depreſſa iacebat nullaque honeſtatis ratio habebatur:Vnde dicit Iuue. cum iam ſemianimum laceraret flauius orbem:Vltimus & caluo ſeruiret roma Neroni.
Commertia culpæ:ideſt mali uiri ſibique īuicem conſcii ī pace uiuūt.boni āt conculcanť:& ne uita qdem digni cenſenť.tale tamē commerciū ad tēpus eſt cum non nitať honeſto.cōmertiū diciť ꝓprie commutatio merciū & accipiť ꝓ ſocietate.Inde commertia culpæ.i.illi q habent ſocietatē ob ſcelus & culpam.
Sed ſecura tua:pollicetť id fides herculi qđ nunc ī tanto ſagunthinoꝝ turbine poterat preſtari. Dignū uigorem te:id eſt fortitudinem & aī robur dignū illis q a te ducūt originē. Fine memorando:laudabili morte ꝓpter fidē. Pœno:annibali ne tandē inqt ſe hoſti dedant. Series:ē continuata rerum congreſſio & poniť pro neceſſitate fatali.
Læthi decus:ꝓpagabo inquit gloriā eorum in morte. In ſecula:ut ſemper de fide:decoraque morte ſagunthinoꝝ dicatur. Ad manes:inferos. Seuera ioui:quoniā cogit ēt ipſum iouem ad fidem ſeruandam. Luctātē fatis:repugnantē diſpoſitioni fatorum & morti.
Pectora nota:quoniam ſagūthini ab ineunte ætate coluerant fidē ex inſtituto maiorū.& ideo pectora eorum ſedes erant fidei. Numē:ſuā potentiā. Flagrantē:ardentē ex maxīo amore ſui. Egros niſus:đbiles conatus quoniā erāt fame confecti & pp debilitatē uix poterāt ī ſiſtere plātis. Honos diuæ fidei.i. iā ꝓ fide mortē appetebāt. Sacrum læthū:laudabilis mors & ēt cogitabant ea pati quæ morte eſſēt grauiora. Pro uirgine:fide ſeruāda. Tacitus ſēſus:quædā tacita uolūtas & ſnīa. Adderť crimē .i.ueſci humanis carnibus qđ eſt omīo ferinū:& ad feritatē hoc ꝑtinet ut uult Ariſto.adde ēt ꝙ ipſæ fere non ſeruiūt niſi ī diuerſa genera. Vnde dicit Ply.leonū feritas īter ſe nō dimicat.ſerpētiū morſus nō petit ſerpētes.nec maris qdē beluæ niſi ī diuerſa genera ſeruiūt:at hercule homī pluria ex hoīs ſūt mala:& ſeneca dicit ſcribēs đ clemētia ad Neronē.Tutā eē īter feras ſimilitudinē morū. fides inqt ſyllius noluit ut macularēt uitā tā deteſtabili feritate quæ ē pluſq̄ uitiū. Extēdere:ꝓducere.potius.n.moriēdū ē q̄ talē feritatē admittere.cū nemo poſſit eē fœlix aliena calamitate:& tāti nō debet eē uita:ut illam maximis ſceleribus ꝓducamus.moriendū omīo eſt. Paribus mēbris:hūanis. Quā ſimul:Iuno uidēs fidem talia agentē apud ſagunthum irata eſt.euocauitque ab inferis tiſiphonē:cui mandauit ut ſagunthinos ad mortem impelleret quod factū eſt. Inuiſæ gentis:ſagunthinæ quā odio habebat ꝓpter romanos. Miſcentē bella:quoniā pp aduentū fidei arma uolebant ſagunthini & furere in marte ſupra uires uidebanť cū macie confecti eſſent. Virgineum:quē uirgo imittebat ſagūthinis. Turbata gradū:īpedita a ſuo curſu ad cælū imitať poeta Vir. Ciet:euocat cōmouet. Atrā:īfirma caligīe obductā.

Et furias auri:nec uilia præmia fraudum.
Et ſuper hæc ritu horrificos ac more ferarum.
Viuentis rapto populos luxuque ſolutum.
Omne decus:multaque oppreſſum nocte pudorē
Vis colitur:turiſque locum ſibi uendicat enſis.
Et probris ceſſit uirtus:en aſpice gentes.
Nemo inſons:pacem ſeruant commercia culpæ.
Sed ſecura tua fundata ut mœnia dextra.
Dignum te ſeruent memorando fine uigorem:
Dedita nec feſſi tranſmittant corpora pœno:
Quod ſolum nunc fata ſinunt ſeriemque futuri.
Extendam lœti decus:atque in ſecula mittam
Ipſaque ludatas ad manes proſequar umbras.
Inde ſeuera ioui decurrens ethere uirgo.
Luctantem fatis petit inflammata ſagunthum.
Inuadit mentes:et pectora nota pererrat.
Immittitque animis numen:tum fuſa medullis:
Implicat:atque ſui flagrantem inſpirat amorem:
Arma uolunt tētantque ægros ad prælia niſus
Inſperatus adeſt uigor interiuſque recurſat:
Dulcis honos diuæ:et ſacrum pro uirgine lœtum.
Et tacitus feſſis per ouantia pectora ſenſus?
Vel lœto grauiora pati:ſeuaſque ferarum.
Attentare dapes:et menſis addere crimen.
Sed prohibet culpa pollutam extendere lucem
Caſta fides:paribuſque famem cōpeſcere mēbris.
Quam ſimul inuiſæ gentis proſpexit in arce:
Forte ferens ſeſe lybicis ſaturnia caſtris.
Virginem increpitat miſcentem bella furorem
Atque ita turbata gradum ciet ocius atram.

Tiſiphonem imos agitantem uerbere manes.
Et palmas tendens hos inquit noctis alumna:
Hos muros impelle manu populumque ferocem.
Dextris ſterne tuis iuno iubet:ipſa propinqua
Effectus ſtudiumque tuum:quo comprimit ora
Cerberus ac mixto quæ ſpumant felle uenena.
Et quicquid ſcelerum penarum quicquid et iræ
Pectore fœcūdo coquitur tibi congere preceps:
In rutulos totamque erebo demitte ſagunthum.
Hac mercede fides conſtet delapſa per auras:
Sic uoce inſtimulans dextra dea concita ſeuam:
Heumenida incuſſit muris:tremuitque repente
Mons circum et grauior ſonuit per littora fluctus.
Sibilat inſurgens capiti et turgentia circum:
Multus colla micat ſqualenti pectore ſerpens.
Mors graditur uaſto pandens caua guttura rictu
Pectora circumdant plāctus:merorque dolorque.
Atque omnes adſūt pœnæ:formaque trifauci:
Perſonat inſomnis lachrymoſæ ianitor aulæ.
Protinus aſſimulat faciem mutabile monſtrum.
Tyburnæ greſſumque ſimul ſonitūque loquētis.
Hæc bello uacuos et ſeui turbine martis:
Lugebat thalamos murro ſpoliata marito.
Clara genus clarumque trahens a ſanguine nomē
Cui uultus induta pares:diſiectaque crinem:
Eumenis in medios irrumpit turbida cetus.
Et mœſtas lacerata genas:quis terminus inquit.
Stat fidei proauiſque datus:uidi ipſa cruentum:
Ipſa meum uidi lacerato uulnere noſtras.
Terrentem murrum noctes:et dira ſonantem.
Eripe te coniunx miſerandæ caſibus urbis:
Et fuge:ſi terras ademit uictoria peni·
Ad manes tyburna meos:cecidere penates:
Occidimus rutuli:tenet omnia punicus enſis.
Mens horret:nec adhuc oculis abſiſtit imago.

Agitantem:uexantē umbras. Verbere:flagello. Hos inquit:uerba Iunonis ad Tiſiphonē noctis & herebi filiā quā hortat̄ ut muros ſagunthinos manu impellat:& ſternat ipſos uiros nunc ꝑpter fidei aduentum feroces. Ferocē:animoſum ſupra uires. Iuno iubet:ſui nōis maieſtate iuno mouet tiſiphonem. Propinqua effectus:accelera id quod potes efficere: & tuā uoluntatē:ſeruit poeta affectui Iunonis:quæ ꝑperabat ad ſagunthinorū perniciem cerberus eſt canis triceps cuſtos infernæ ianuæ:& ſignificat canē qui uorat omnia minute inciſa & nomine cerberi terra intelligitur.cerberum ab inferis hercules abduxit: e cuius ſpuma fabulæ natum dicūt aconitum ideo ait ora quæ ſpumant.i.ſpumando emittunt uenena mixto felle tua capita hēt.

Congere:effunde inqt in ſagūthinos omīs tuas uires:& trahe illos ad inferos ut hanc mercedē habeant ex aduentu fidei. In rutulos:ſagūthinos oriūdos a rutulis. Dea concita:commota Iuno ad irā impulit tiſiphonē manu ad muros rutulos. Seuā heumenida: crudelem furiam: quoniam heumenides dicunt̄ furiæ allecto tiſiphone & megera.

Serpens: quoniā furiæ habēt capillos ſerpentinos priſci philoſophātes: & legum latores publicæ utilitatis gratia fabulas inuenerūt: & monſtra quædā finxere ad terrorem:quoniam ut inqt ſtrabo mulieribus & confuſæ multitudini philoſophiæ rationes reddi nō poſſūt: nec ad religionē ſcitatē: ac fidem facile adduci & ideo numinum timore opus eſt.id autē non fit ſine figmētis fabularum:& miraculorum.Iccirco fulmē egida tridentē faces.thyrſos capillos ſerpētinos cerberi latratus : & arma deorum uniuerſa priſcoꝝ theologia præferebat Meror ē egritudo flebilis : dolor egritudo crucians. Multus : plurimus. Sq̄lēti:ſq̄moſo. nā a ſquamis ſq̄lidū dicitur . Mors:luctus: planctus:meror:dolor:atque oēs pœnæ ſunt comites furiarum. Inhiat : aperit os ut abſorbeat ſagūthinos cito caſuros. Atri:lugubres.

Ianitor:cerberus q habet tria capita.

Inſomnis:puigil. Lachrymoſæ:īfernæ quoniā illic nil aliud eſt niſi dolor: niſi luctus:& maximi cruciatus. Protinus aſſimulat: tiſiphone mutauit ſe in formā:tiburnæ uxoris murri: & ſagunthinis mortē pſuaſit. Mutabile:qd̄ facile ſuſcipit uarias formas. Clarū nomē:quoniā tiburna uidebat̄ traxiſſe nomen a tirbuto filio āphiarai uatis phoebei q tiburtus cū duobus frībus corace: ac catillo ī italiā nauigauit tiburque cōdidit āphiaraus fuit una ætate āte bellū troianū. Heumenis:tiſiphone. Quis terminus inqt:uerba tiſiphōes ſub pſona tiburnæ ad ſagūthinos . ſēſus ē:quo uſque tot mala patiemur ꝑ fide ſeruanda:& ritu tradito nobis a maioribus noſtris:nunc urgente fato expedit mori.

Vidi ipſa : affectum mouet atteſtatione rei uiſæ. Lacerato uulnere:hoc etiam mouet affectum . Dura:pro duræ id eſt horrende clamantem. Eripe te coniunx:uerba murri ad tiburnam per nocturnam quietem . Peni : annibalis. Ad meos manes:ad meam umbram apud inferos degentem. Rutuli : nos ſegunthini. Penates:domus. Mēs horret:adhuc inqt tiburna. mēs mea timet & illius imago uidet̄ mihi adeē.

Nulla ne:uertit ſermonē ad ſagunthum tiburna. Fœlix necis: fortunatus qa cecidiſti āte patriæ excidium: hac loquutione utiť ſyllius ſupra de ibero. fœlix heu nemorū & uitæ laudandus opacæ.
Prima: ꝑ qua.ſ.uir bonus mortē recuſare non debet & præſtat mori q̄ ruenti patriæ ſupeſſe. At nos ſidoniis a fortuna mouet affectus: ſic apud Vir. At nos hīc alii ſitiētes ibimus aphros. Sidoniis: carthaginenſibus. Tandē: poſt longā ſeruitutem iacebimus ī terra hoſtili. Morte obita: ideſt poſt mortē. Sic Vir. Morte obita q̄les fama ē uolitare figuras: & lucretius. Morte obita quoq; tellus cōple/ctitur oſſa: & ob interdū poniť pro ad: ut ob os.i.ad os. Sed uos o iuuenes: uertit ſermonē ad iuuenes quos hortať ut ſuis mortē inferāt: eripiantque inſtanti ſeruituti. Quis: qbus adē aīrobus quo has calamitates morte declinetis. ſtoici utebanť morte contra aſpa ut gladio.i. ſe īterficiebant ut fecit cato apud uticā: ſed tales non merenť fortitudīs laudē. imo timidi potius appellādi ſūt cū non poſſint tolerare aduerſa: de his diffuſius dixi apud Cice. Subducite: eripite ſubtrahite. Ardua uirtutē ꝓfert uia: ideſt difficile eſt uirtutem amplecti: & ideo ex re difficili laudē petatis: & hāc primā gloriam capeſſite uos.ſ. ꝑ fide i/terficiendo. Quam facile inquit heſio/dus innumeras uitiorum amplectimur artes: haud procul illa habitant: breuis eſt uia qua ſit eundū eſt uia uirtutis cō/traria: ſudor anhelus hanc ſequiť: quæ ſe ſcopuloſis ardua cliuis in longū prorumpit iter riget aſpera primo īgreſſu. leuis eſt poſtq̄ alta cacumina tanges uirtus profecto circa difficile uerſať: nec ipſam ſine maximis laboribus attingeř poſſumus humilis qppe atque inertis eſt tuta ſecare ꝑ alta & ardua uirtus eſt: omne honeſtū inquit ſeneca in arduo ē etiam quod uicinum honeſto eſt nō.n. tātum fieri debet: ſed ratione fieri: hæc igitur perſuaſio Tiburnæ uidebatur eē honeſta: & mori ꝑ fide. decoroque ſer/uando honeſtum eſt: ſed debet ratione fieri: non enim debebāt ſibi afferre manus & uim ſed cadere fortiter manu hoſtili: & tunc eſt uera fortitudinis laus ergo id quod illa ſuadebat nec erat honeſtum: nec utile quoniam erat cōtra pre/ſcriptum uirtutis ad quam illos hortabatur. Nec notam: incognitam adhuc quoniam pro fide ne/mo uult mori: ſiue hactenus uoluit. Tumulum: ſcilicet zacynthi de quo ſupra Conditus excelſo ſacrauit colle zacynthus. Amphitrioniades: hercules nautis qui illuc curſum dirigerent ut fit nunc in aliquo celebri portu in quo noctu ponitur lumen ut nautæ illuc adnauigent. Cineres: ipſius zacynthi illic ſepulti. Grato honoř: ſepulchro quo cineres ornantur unde dicit Vir. Qui ſolus honos acheronte ſub imo eſt. Horrendum: horrende. Anguis: imitatio eſt Virgilii canentis e tumulo anchiſæ ſerpentem prodiiſſe quod ideo fingitur quoniam ut ſcribit Plynius & canit Ouidius ex opinione pythagoræ ex ſpina hominis mortui naſcitur anguis. Squalentibus: ſquamis fulgē/tibus Vir. per tunicam ſqualentem auro: ſqualidum etiam dicimus ſordidum ut ſqualentem bar/bam. Ignea lumina: quia oculi ſerpentem uidentur ardere: ſunt enim ſuffuſi ſanguine. Sibyla: ſibylantia. Vibranti lingua: tenuiſſima ſerpentibus lingua inquit Plynius triſulca. Vibrans atri coloris: & ſi extrahas prælonga. Ac ſimilis ꝓfugo: fuga huius ſerpentis: q erat quaſi numen urbis & tutelaris deus terruit ſagūthinos quoniā uidebanť numīa euocata ab hoſtibus excedere. unde dixit æneas Virgilianus exceſſere oēs adytis ariſque relictis dii: quibus imperium hoc ſteterat. conſtat enī ut inqt Macrobius oēs urbes ī alicuius dei eſſe tutela morēque romanoꝝ arcanū & multis ignotum fuiſſe ut cum obſiderent urbem hoſtium eamque iam capi poſſe confiderent certo carmine euoca/rent tutelares deos ꝙ aut aliter urbem capi nō poſſe crederent. aut etiam ſi poſſet nefas æſtimarent deos habere captiuos & ponit Macrobius carmen repertū in quinto libro Sammonici ſereni quod ille in uetuſtiſſimo libro furii īuenerat quo numīa ex urbibus euocabanť urbeſque ipſæ deuouebāt.

Nulla ne iam poſt hac tua tecta ſagunthæ uidebo.
Fœlix murre necis patriaque ſuperſtite fœlix:
At nos ſidoniis famulatum matribus actas.
Poſt belli caſus uaſtique pericula ponti.
Carthago aſpiciet uictrix: tandemque ſupremum
Morte obita libyæ gremio captiua iacebo:
Sed uos o iuuenes uetuit quos conſcia uirtus
Poſſe capi quis telum ingens cōtra aſpera mors ē
Veſtris ſeruitio manibus ſubducite matres:
Ardua uirtutem profert uia pergite primi.
Nec facilem: populis nec notam inuadere laudem
His ubi turbatas hortantibus impulit aures:
Inde petit timulum ſommo quem uertice mōtis.
Amphitryoniades ſpectādum ex equore nautis
Struxerat: et grato cineres decorarat honore.
Excitus ſede horrendum prorupit ab ima.
Ceruleus maculis auro ſqualentibus anguis.
Ignea ſanguinea radiabant lumina flamma:
Oraque uibranti ſtridebant ſibila lingua:
Iſque inter trepidos cetus mediamque per urbē:
Voluitur: et muris propere delabitur altis.
Ac ſimilis profugo uicina ad littora tendit:
Spumantiſque freti preceps immergitur undis.

Ceu prodita tecta:ſignum ut dixi erat ſagūthinis urbis iā captæ ꝙ manes diſcedere uidebāt̃.& dii tutelares q urbis captiuitatē non expectabāt. Vnde Verrius Flac.ut Ply. ſcribit autores ponit qbus credat ī oppugnationibus urbiū ate oīa ſolitū a romanis ſacerdotibus euocari deū.In cuius tutela id oppidū eēt,ꝑmittique illi apud romanos eundē aut ampliorem locū cultum ue. Prodita:data hoſtibus.Læſa regione etiam diuina ægre habent nec coli poſſunt:ut inqt eurypides. Manes: dii tutelares. Vmbræ:aīæ putabant.n.ſerpentē illum eſſe animam zacynthi & ideo nulla ſpes iam erat ſalutis:& ſic renuebant cibos. Agit:īpellit. Abdita:latens ſub pſona tuburnæ

Tum uero excuſſi amentes ceu prodita tecta.
Expulſi fugiant manes umbræque recuſent
Captiuo latuiſſe ſolo ſperare ſaluti:
Perteſum:damnant cibos agit abdita erinnys
Haud grauior duris diuum inclementia rebus.
Quam lœti proferre moras abrumpere uitam.
Ocius attoniti querunt:lucemque grauantur.
Certatim ſtructus ſubrecte molis ad aſtra:
In media ſtetit urbe rogus:portātque trahūtque
Longas pacis opes:quæſitaque præmia dextris.
Callaico ueſtis diſtinctas matribus auro
Armaque dulichia pro auis portata zacyntho
Et priſca aduectos rutulorum ex urbe penates.
Huc quicquid ſuperē captis clypeoſque ſimulque
Infauſtos iaciunt enſes:et condita bello
Effodiunt pœnitus terræ:gaudentque ſuperbi
Victoris predam flammis donare ſupremis
Quæ poſtquam cōgeſta uidet feralis erinnys.
Lampada flammiferis tractam flegerōtis abūdis
Quaſſat et īferna ſuperos caligine condit.
Inde opus aggreſſi toto quod nobile mundo.
Aeternum īuictis infœlix gloria ſeruat:
Princeps tiſiphone lentum indignata parentum
Preſſit ouans capulum: contantemque īpulit enſē
Et dirum inſonuit ſtygio bis terque flagello
Inuitas maculant cognato ſanguine dextras.
Miranturque nefas aduerſa mente peractū.
Et facto ſceleri illachrymant:hic turbidus ira.

Aut grauior duris:loqtur ex ſnīa ſtoicorum q rigidiſſimi erant:nā ut incommoda declinarent & quæ nullo modo ferenda ſibi ipſis perſuaſerant mortem quaſi finem laboꝝ aduocabant manu: ſed ut dixi tales hoīes nulla laude digni ſūt:& Ci.ī Tuſculanis diſputationibus monet non eſſe niſi naturaliter moriendum.Vetat.n.dominans ille in nobis deus inquit iniuſſu hinc ſuo nos demigrare. Inclementia: quaſi quædam crudelitas. Duris: aſperis & minime ad uoluptatē nr̃am fluentibus. Quā pferre: pati ea quæ impediunt mortem quæ uidet̃ eē finis calamitatum: & hoc argumento cæſar apud ſaluſtiū cenſet non eſſe afficiēdos ultimo ſupplicio cōiuratos:& ſeneca mortē non timebat ut ipſe dicit his uerbis. Mors qdem aut finis ē aut tranſitus.nec deſinere timeo. Idē eſt.n.quod non cepiſſe.nec trāſire: quia nuſq̄ tā anguſte ero. Moras īpedimenta mortis,cum ipſa uita uideat̃ eſſe mors. Actoniti:territi uiſis & impulſu tiſiphones. Grauantur lucē: moleſte ferunt uitam: & putant eſſe illis grauē.

Certatim ſtructus: deſcribit rogū erectum a ſagunthinis quo illi & ſe & ſuas fortunas concremarunt. nā ut inqt liuius cū conditiones ab annibale ꝓpoſitas recipere nollēt ſagunthini ut.ſ.res turdetanis redderent̃ traditoque omni auro:atque argēto egreſſi urbem cum ſingulis ueſtimentis ibi habitarent ubi pœnus iuſſiſſet. Argentum aurūque oē ex publico priuatoque in forum collatum in ignē ad id raptim factū coniicientes eodem plerique ſemetipſos precipitauerunt. Certatim:magno omniū ſtudio. Molis ſubrectæ: eductæ quaſi ad aſtra. Stetit:erectus eſt. Portant:portantur proprie ut eſt in libris digeſtorū de uerborum ſignificatōne ea quæ quis iumento ſecum ducit. feruntur aūt quæ quis ſuo corpore baiulat ſed hæc a poetis confunduntur. Trahuntur manu:ſcilicet per terram. Opes pacis:quas in pace comparauerant. Queſita præmia:labores manuum. Auro callaico: hiſpano aurum in texere ueſtibus inuenit attalus in phrygia.unde ueſtes auro intextæ attalicæ.acu intexere idei phryges inuenere indeque phrygiones appellati ſunt.colores diuerſos picturæ intexere babylon maxime celebrauit & non impoſuit Scutulis diuidere gallia. Proauis:maioribus eorum qui migrauerunt illuc ex zacyntho prope quam eſt dulichium. Ex urbe rutulorum:ardea cuius fuerant coloni. Penates deos domeſticos. ideo dixit ſupra & aui penetralia turni. Infauſtos: enſes quoniam illis ſe uiciſſim interficiebāt. Condita bello:effodiebāt omnia quæ ī ipſo bello occultauerāt:ut cum oībus pirent fortunis. Victoris:ānibalis. Supremis;ultimis. Tractā:eductā abūdis ignitis phlegetontis īferni flumis. Supos:oras ſupas: & aerē ipſū. Prīceps:pria īpulit pr̄em lentū & conctātē ad mortēilioꝝ.mēte aduerſa: furēti & ueſana:īpellēte tiſiphone. Hic:aliqs ardēs rabie cladū & iā ductus ad deſpationē uitæ ppeſſæ ultia.i. oīa extrema omniſque calamitates.cogitabat confodet̃ ubera matris quæ obliqs iam oculis ītuebat̃.

Hic: aliquis incutiens ſecurim in collum uxoris angebatur poſtea ſe furore ductum intuliſſe necem uxori: ſed tiſiphone urgebat ĩpellebatque ſecurim.

Atros: ab effectu. i. magnos. Dulces: tori: dulcia connubia. Tæde matrimonii. Piceus uertex: ſõmitas rogi fumoſa: & nigra. Siniſtra: mala & iniqua: qa interficiebat p̄rem cui pietatē debemus & obſequium. hæc autē pietas iniq̄ erat & ab officio diſcedebat. Ora: patris quæ referebant tuā formam: erat enī filius patri ſimilis. Vos etiā primo: imitatur Vir. canentē geminos cecidiſſe ĩ bello laurenti gemini dicuntur nati eodem utero & ſimiles ĩ forma. Mētite: qa alter alterum ſimilitudine mētiebatur. i. falſo uidebatur eſſe alter: & tanta erat ſimilitudo ut ipſa mater alterum ab altero diſcernere non poſſet: & laborabat reddere unicuique ſua idē ꝓpria nomina. ne. ſ. alterum pro altero uocaret. Stare in uultu ſuorum: non dubitare cum eos ĩtueretur. i. herere ſine dubio in facie unius & affirmare nomē cuiuſque. Culpa: quia eo extĩcto mater non amplius dubitabat: nec errabat in forma. Mutato funer̄: cadauere. Notis: ſignis figuræ ſimilis. Ambiguos: ita ſimiles ut diſcerni non poſſent. Quis diros urbis caſus: ad dubitatõne mouet affectus: ſic Vir. Quis cladem illius noctis. Monſtra: quia ſe ĩuicem trucidabant: quod erat tanq̄ monſtrum laudabile tamen ut placet poetæ quoniā id ꝓ fide ſeruanda fiebat quid autem de his ſentiendum ſat dictum iam ē. Impet: adequet Vir. aut poſſit lachrymis æquare labores. unde dicit Seneca nihil eſſe difficilius q̄ magno dolori paria uerba reperire. Triſtia fata: mortes ſagūthinorum qui cū ꝓ fide caderent pii erāt.

Hoſtis: ipſe annibal qui ſua feritate & perfidia nunq̄ mouebat̄ ad miſericordiam. Vrbs habitata diu: a preterita fortuna mouetur affectus. Parētem: cõditorem ſuum herculem qui iam cū diis æuum agebat. Sidoniæ: punicæ.

Immánia facta: quoniā ſe mutuo trucidauerant. Iniuſtis deis: quoniam culti a ſagunthinis diu: non attulerūt opē: & ſic peribat gratia ob iniuſtitiam: nā hoc gratiæ proprium eſt ut is qui beneficium ſuſcepit uiciſſim ſubminiſtret: ei q contulit & ipſe rurſus incipiat conferre oportet. Ideo apud antiquos ædes gratiarum in medio foro erat: ut retributio fieret. ſagunthini fuerant pii erga deos. debebant & poterant ab illis iure retributionem expectare. ut ſcilicet fauerēt qđ cū non facerēt erant iniuſti.

Et rabie cladum perpeſſæque ultima uitæ.
Obliquos uerſat materna per ubera uiſus:
Hic raptam librans dilectæ in colla ſecurim
Coniugis ĩcrepitat ſeſe: mediumque furorem
Proiecta damnat ſtupefactus membra bipēni.
Nec tamē euaſiſſe datur nam uerbera erynnis.
Incutit: atque atros inſibilat ore timores:
Sic thalami fugit omniſ amor: dulceſque maritũ:
Effluxere tori: et ſubiere obliuia tedæ.
Ille iacit totis connixum uiribus egrum.
In flammas corpus denſum qua turbine nigro:
Exundat fumans piceus caligine uertex:
At medios inter cetus pietate ſiniſtra.
Infœlix tymbrene furis: penoque parentis.
Dum properas auferre necem: redolentia formam
Ora tuam laceras: temeraſque ſimillima membra.
Vos etiam primo gemini cecidiſtis in æuo.
Eurymedon fratrem et fratrem mentice lycorma
Cuncta pares dulciſque labor ſua nomina natis.
Reddere: et ĩ uultu genitrici ſtare ſuorum.
Iam fixus iugulo culpa te ſoluerat ēſis.
Eurymedon inter miſeræ lamēta ſenectæ:
Dumque malis turbata parens deceptaque uiſis:
Quo ruis? huc ferrum clamat cõuerte lycorma
Ecce ſimul iugulum perfoderat enſe lycormas?
Sed magno quoniā eurymedõ furor iſte ſonabat
Cum planctu? geminæque notis decepta figuræ?
Funere mutato reuocabat nomina mater.
Donec tranſacto tremebunda per ubera ferro
Ceſſit: et ambiguos cecidit ſuper inſcia natos.
Quis diros urbis caſus: laudandaque monſtra:
Et fidei penas et triſtia facta piorum
Imperet euoluens lachrymis? uix punica fletu.
Ceſſaſſent caſtra ac miſereſcere neſcius hoſtis
Vrbs habitata diu fidei: cœloque parētem.
Murorum repetens ruit inter perfida gentis
Sidoniæ tela atque immania facta ſuorum
Iniuſtis neglecta deis: furit enſis. et ignis?
Quique caret flāma ſcelerum ē locus: erigit atro.
Nigrantem fumo rogus alta ad ſydera nubem
Ardet in excelſo proceri uertice montis:
Arx intacta prius bellis: hinc punica caſtra
Littoraque et to. am ſoliti ſpectare ſagunthum.

Reſpondet imagine: ſimilitudine ipſius flãmæ: Nã propter correſpondentiã ita dixerim uidebaſ eē in ipſo mari aliud incendium. imago quippe: ac ſimilitudo ē illa: quæ facit ut aliquid alicui rei reſpondeat: & ſimile uideaſ: ut nunc incendiũ ſagunthinũ repreſentabaſ in ipſo mari. Vibrant: mouent ſe flammæ: quæ ſemper uibrãt. Planctu: percuſſione manuum. Qualis ubi: talis inquit erat Tiburna: qualis ē allecto: cũ apud ſolium Plutonis umbras cædit: ac punit. Parentis: plutonis. Solium: tribunal. Ioui tartareo: plutoni: ad differentiã iouis cœleſtis. Operata: ideſt cũ effecit quod

Ardent tecta deum: reſpondet imagine flãmæ
Aequor: et in tremulo uibrant incendia ponto.
Ecce inter medios cædum tyburna furores.
Fulgenti dextram mucrone armata mariti.
Et læua infœlix ardentem lampada quaſſans
Squalentemque erecta comam: ac liuētia planctu
Pectora nudatis oſtendēs ſæua lacertis
Ad tumulum murri ſuper ipſa cadauera fertur.
Qualis ubi inferni dirum tonat aula parentis:
Itaque turbatos exercet regia manes?
Allecto ſolium ante dei ſedemque tremendam
Tartareo eſt operata ioui: pœnaſque miniſtrat.
Arma uiri multo nuper defenſa cruore
Imponit tumulo illachrymãs: maneſque precata:
Acciperent ſeſe: flagrantē lampada ſubdit.
Tunc rapiens lœtum: tibi ego hæc ait optie coniũx
Ad manes en ipſa fero: ſic enſe recepto:
Arma ſuper ruit: et flammas inuadit hiatu.
Semiambuſta iacet nullo diſcrimine paſſim:
Infœlix obitus permixto funere turba.
Ceu ſtimulante fame: cum uictor ouilia tãdem
Faucibus inuadit ſiccis leo: mandit hiãti
Ore fremens imbelle pecus: patuloque redundat
Gutture ructatus large cruor incubat atris
Semeſæ ſtragis cumulis: aut murmure anhelo:
Infrendens laceros inter ſpatiatur aceruos.
Late fuſa iacent pecudes: cuſtoſque moloſſus.
Paſtorumque cohors: ſtabulique: gregiſque magr̃
Totaque uaſtatis diſiecta mapalia tectis.
Irrumpũt uacuã pœni tot cladibus arcem.
Tum demũ ad manes perfecto munere erinnys
Iunoni laudata redit. magnãque ſuperba
Exultat rapiens ſecum ſub tartara turbam.
At uos ſidereæ: quas nulla æquauerit ætas:
Ite decus terrarum animæ: uenerabile uulgus
Elyſium: et caſtas ſedes decorate piorum.
Quis uero non æqua dedit uictoria nomen.

plutoni placet: cui nitiſ operã nauare ĩ puniēdis ũbris. Nuper defenſa: paulo ante: cũ Murrus cecidit mãu Annibalis non pmiſerunt ſagunthini Murrũ ab hoſte ſpoliari: ſupra dixit: Nota arma uiri: corpuſque ſuperbo uictori Spoliare negant. Multo cruore: ſanguine ſaguntinorũ fuſo: ne pœnus his ſpoliis Murri potireſ. Lãpadē: facē accenſã. Lœtũ: mortē: quã ſibi afferre cupiebat: nondũ fato conceſſũ. & ideo ipſã rapuit. Recepto: in uiſcera ſcilicet apto ore rapiebat flammã. Semi ãbuſta iacet: tali ſtragis imagine moueſ affectus: deſcribit obitũ infœlicē ſagũthinoꝝ qui ſine ullo diſcrimine paſſim iacebant: ut oues q̃s leo inuaſit: turbauitque ouilia: canes: cuſtodes: diſiecitque mapalia: ſic Tiſiphone tanq̃ fera inuaſerat ſagunthinos: ſtrauerat que: cædis uiciſſim: fauore immiſſo. Ceu ſtimulante fame: ſagunthinos paſſim iacētes compat ſtragi ouiũ: quas leo pemit: diſiectis paſtorũ tuguriis. ouilia ſũt ſepta quibus oues includunſ: & ouile appellant poetæ p tranſlationē ſepta: quæ erant in cãpo martio: ĩ quibus incluſi dabãt ſuffragia in creãdis magr̃atibus. Lucanus: & miſeræ maculauit ouilia romæ. & Iuue. ut ſpargat in ædē Iſidis ãtiquo: quæ pxĩa ſurgit ouili. Siccis: ſitiētibus: & eſurientibus. Ructatus: ructu r̃iectus. Incubat: ĩminet. Atris tumulis: aceruis cæſarũ ouiũ atro cruore conſperſis: Nã leo & lupus faciunt aceruũ occiſaꝝ ouiũ: & eas ſemeſas relinquũt: & tendũt ad alias: donec ad unã oēs ĩuaſerint. Moloſſus: cãis epyroticus: Moloſſi ſũt populi epyrotici: unde uēiebãt quondam optimi canes: & etiã ex Laconia: unde laconici & epyrotici canes celebranſ a poetis. Martialis: Retia dum ceſſant: latratoreſque moloſſi. Vacuam: quoniã ceciderant Sagũthini: ut ēt Liui. ſcribit. ad mães: ĩferos: cũ iunonĩ operã nauaſſet ſuã. Supba: cõpos uoti & elata: quoniã effecerat qđ iuſſerat iuno. At uos ſide. pſeqſ poeta laudibus umbras ſagũthĩas ad manes iã deſcēdētes. Sidereæ: cœleſtes: qm̃ aĩam deus ĩfũdit. Elyſiũ: ad locũ beatoꝝ. elyſii ſſ campi beatorum: piorumque apud inferos. Quis uero: monet Syllius iniuſte uictores: ut ſeruent fœdera pacis: & ipſam pacem regnis præponant: cũ iniuſte uincentes pœna ſequatur. Et nemo aliena infœlicitate poſſit eſſe fœlix: ut accidit Annibali: qui uictus tandem a Scipione confugit in Aſiam: & illic demum ueneno uitam finiuit. Quis: quibus. Non æqua: iniuſta

Vagus exul: quoniā dimiſſa patria Annibal & diu errans in Bithynnia uenenum hauſit. Toto orbe: omni fere aſia. Trepida: timens iam romanos. Exterritus ſomnos: quoniā umbræ ſagunthinorum terrebant illum per quietem. Manu: alicuius. ſ. qui mortem inferret: urgēte fortuna. ueneno inquit: non māu conficieť quod tanto imperatori debebat eē moleſtiſſimum: cum ignaua morte periret. & ideo optabat cecidiſſe in bello: ut fortitudīs laudem non amitteret: ſic æneas optabat cecidiſſe ad Troiā manu hoſtili: ne undis abſūereret: & contra quas aī robur: corporiſque uires oſtētare nō poterat. Quondam: cum per tot annos italiæ uiſcera dilaceraret. Deformata: nam qui ueneno necantur nigri fiunt. Vnde de Germanico: quē ſuſpitio erat ueneno periiſſe ſic ſcribit Tranquillus. Nā præter liuores: qui toto corpore erāt: & ſpumas quæ per os fluebāt: cremati quoque cor inter oſſa incorruptum repertum ē: & Iuuenalis: cum ueneficas taxat: dicit: Inſtituitque rudes melior locuſta propinquas: Per famam & populū nigros efferř maritos. Liuēti: ab effectu: quia facit corpus liuidū.

Audite o gentes: neu rumpite fœdera pacis.
Nec regnis poſtferte fidem. uagus exul in orbe:
Errabit toto patriis proiectus ab oris.
Terga que uertentem trepidans carthago uidebit.
Sæpe ſagunthinis ſomnos exterritus umbris?
Optabit cecidiſſe manu: ferroque negato.
Inuictus quondam ſtygias bellator ad undas.
Deformata feret liuenti membra ueneno.

POſtquam rupta fides tyriis
et mœnia caſtæ:
Non æquo ſuperum genitore
euerſa ſagunthi:
Extemplo poſitos finiti cardine mundi
Victor adit populos: cognataque limina gades.
Nec uatum mentis agitare: et præſcia corda
Ceſſatum ſuper imperio. citus æquore boſtar:
Vela dare et rerum prænoſcere fata iubetur.
Priſca fides aditis longo ſeruatur ab æuo:
Qua ſublime ſedens cyrrheis æmulus antris
Inter anhelantis garamātas corniger ammon
Fatidico pandit uenientia ſæcula luco.
Hinc omen cœptis: et caſus ſcire futuros
Ante diem: bellique uices nouiſſe petebat.
Exin corrnigeri ueneratus numinis aras?
Captiuis onerat donis: quæ nuper ab arce
Victor fumantis rapuit ſemiuſta ſagunthi.

PETRI Marſi interpretatio in tertium uolumen Syllii italici.

POſtquā rupta fides tyriis: Hannibal ſolo æquata ſaguntho gades conceſſit: ut Herculi uota perſolueret: & nouis ſe obligaret ſi marte ſecundo romanos uiciſſet: & de tanti conatus euētu ſollicitus Boſtarē ad oraculum iouis Hammonis petiturū ſortes miſit: & ēt dona: nactus oportunitatem poeta templum Herculis gaditani deſcribit: & ſacrorum ritus Annibal inde profectus: cum per omnem aphricam & hiſpaniā delectum habuiſſet ſuperatis pyreneis montibus: & tandem alpibus per agros tritaſtinorum in taurinis campis prope Mediolanum caſtra metatus eſt: hæc canit poeta in præſenti uolumine: Poſtq̄ inquit carthaginenſes: duce Anniбale ruptis fœderibus Saguntum expugnarūt: Annibal profectus ē ad gades. Caſte: ꝑpter fidem illic cultam: quæ caſta ē. Non æquo genitore: iniuſto ioue: q̄ talia permiſit. Finiti mundi: quia ultra gades non ē niſi oceanus. Cognata limina: quoniā tyrii gades ēt condiderunt: quorum colonia: & Carthago fuit. ergo erāt cognata mœnia: Tyrii auctore Stra. monitu oraculi nauigantes: cū ad inſulā ueniſſēt: tēplū herculi: qui apud illos ſupſtitioſe colebať erexerūt ad oriētē: & eiuſdē noīs cuius inſula urbē ad occidētē. Sup: de imperio: & euentu belli: qđ parabať. Fata rerū: futurū rei euētū: & ſeriē futuri.
Priſca fides aditis: deſcribit oraculū iouis hāmonis. aditū ē locus ī tēplo ſecretior ueneratiōis plenus. Aemulus: qm̄ oraculū hamonis erat fidū: ut apollīs delphici. cyrrha ē opidū ſub parnaſo: ūde ē aſcēſus ad dephos oppidū: ī quo erat oraculū apollīs toto orbe tūc celeberrimū: & minus aliis fallax: cui oraculū hāmonis æmulū erat: æmulus āt diciť eiuſdē rei ſtudioſus. Sublime: qm̄ ī effigie arietis ſup altaria ponebať. Antris: qm̄ ī medio tēpli delphici erat foramē: ūde egrediebať ille ſpūs quo phœbas correpta ſortes cāebat. pōt ēt cū dicit ſublime alludeř ad colūbā: q̄ aliq fabulāť e quercu dediſſe oracula: ut apđ Dodonā ī epyro. Anhelātes: ſitiētes & æſtuātes. garamātes ſť populi aphricæ laborātes aq̄rū īopia. Vēientia ſæ. res futuras: & cōtinuatā reꝝ cōgreſſionē: quā fatū appellāus.
Hic: ex hoc oraculo petebat ſciř ānibal dubiū tāti motus euētū. Omē: auſpiciū. & an bono omine moturus eēt arma ī romāos. Ante diē: añq̄ ipſæ res eēnt. i. uolebat præſciř futuꝝ belli euētū. Belli ui. euētū & uiciſſitudīes: īcertūque martē: quoniā uaria ē fortūa belli: & dubius euētus: & fortūa magni fauoris breuis ē. Cornigeri nu. iouis q illic colebať ī effigie arietis. Donis: captis apđ ſagūthū

Vulgatū nec caſſa fides:cāit poeta in tēplo herculis duraſſe trabes a prima tēpli origine uſque ad tēpora Annibalis:quod tamē fingit alludēs ad aliā hiſtoriā. Quippe auctore Plynio: Templū Apollinis uticæ erat:ubi indicarū cedrorum trabes ita durauerūt ut poſitæ fuerant prima urbis eius origine annis mille & .cclxxxviii. & in hiſpania templū Dianæ fuit a zacyntho aduectæ cū conditoribus annis.cc.ante excidiū Troiæ:cui pepcit Annibal inqt relligione ductus Iuniperi trabibus etiā nunc durantibus. Nec caſſa:non uana. Hic:ex hac uetuſtate trabiū:quæ non corrumpuntur. Deū:herculē. Seniū:uetuſtatē:& corruptionē.

Vulgatum:nec caſſa fides ab origine fani.
Impoſitas durare trabes. ſolaſque per æuum
Condentum nouiſſe manus hinc credere gaudēt:
Conſediſſe deum:ſeniumque repellere templis
Tum quis fas et onos aditi penetralia noſſe
Fœmineos prohibent greſſus.ac limine curant
Setigeros arcere ſues:nec diſcolor ulli
Ante aras cultus uelantur corpora lino.
Ex peluſiaco præfulget ſtamine uertex.
Diſcinctis mos thura dare:atque e lege parentum
Sacrificam lato ueſtem diſtinguere clauo.
Pes nudus:tonſæque comæ:caſtumque cubile?
Inre tincta focis: ſeruant altaria flammæ.
Sed nulla effigies:ſimulacraue nota deorum?
Maieſtate locum:et ſacro impleuere timore.
In foribus labor alcide lernea reciſis
Anguibus hydra iacet:nexuque eliſa leonis
Ora cleonei patulo cælantur hiatu.
Aſt ſtygius ſæuis terrens latratibus umbras
Ianitor æterno tum primum tractus ab antro
Vincla indignatur: metuitque megera cathenas.
Iuxta thraces equi. peſtiſque erymanthia et altos
Aeripedis ramos ſuperantia cornua ceruæ
Nec leuior uinci libycæ telluris alumnus.
Matre ſuper:ſtratique genus deforme bimembres
Centauri frōtemque timet:minor oīs acarnan?

Tū quis fas: nūc deſcribit ritū:quo utebant herculis ſacerdotes. Fœmineos greſſus:a tēplo herculis arcebāt mulieres a ſacerdotibus ꝓpter Deianiram quæ tūica uenēo illita herculē ꝑdidit: & ſues ꝓpter aprū erymanthiū quē uiuum hūeris ad Euryſteū rettulit. Plutarchus ī quæſtionibus duas affert cauſas:q̄re mulieres non guſtabāt id quod ſup arā maximā herculis imolatū eſſet altera ē: qa Nicoſtrate mr̄ Euādri:quā Carmentē dicūt ſacrificii herculei tps non obiit:alterā ad Deianiræ ueſtē refert. Nec diſcolor.i.eiuſdē coloris albi.ſ. Peluſiaco ſtamine:pāno lineo ægyptio. Peluſiū ē oppidū ægypti:ubi erat linū laudatiſſimū:ex quo ſacerdotes ægyptii ueſtes conficiebāt. & Amaſis auctor Ply.toracē lineū hūit q poſtea oſtēdebat Rhodi ī æde mineruæ:cuius ſingula fila.ccclxv.filis cōſtabāt. Supior ps ægpyti:iqt Ply.uerſus arabiā gignit fruticē:quē xilinō uocāt.& ideo lina īde facta xilina.puulus ē:ſimilēque barbatæ nucis deferr fructum: cuius ī exteriore bombice lanugo netur.nec ulla ſūt eis ī cādore:mollitieue præferenda:ueſtes ī de ſacerdotibus ægypti gratiſſimæ đ tali lino ītelligit Syllius. Vertex: caput.
Lato clauo:textura:q̄ ueſtes diſtingūtur. latus clauus ē genus texturæ: cuius īuētio:& uſus primus fuit apđ baleares inſulas : Tunica lati claui : Plynius in qt in modū gauſape texi.nūc primū incipit.romāi etiā utebant clauo. Inde laticlauii. In foribus:ī ianuis tēpli cælati erant herculis labores: qui leonē ſtrāgulauit in nemea ſylua ꝓpe cleonas hydram confecit igni: ferroque ad Lernā paludē cerberū cathenis uinctum eduxt ab inferis:ꝑ ſpeluncā quæ ē apud heracleā ponticā:& deſcēſurus ad īferos initiatus ē ſacris eleuſinis a Muſeo Orphei filio.eleuſin ē oppidū atticæ cereri ſacrum primus labor herculis fuit leo nemeus. Eliſa:compreſſa māibus. Patulo hiatu: qm̄ māibus os illius diduxerat hercules:& ſuffocauerat:& cū elidit guttur:os aperit. Ianitor:cerberus. Thraces eq: diomedei. Diomedes rex thraciæ hoſpites obiiciebat laniādos:uorādoſque eqs quos hēbat efferatos Hercules ipſū necatū ꝓpriis eqs deuorandū obiecit:equoſque abductos māſuefecit: quorum genus uſque ad Alex.mag.ꝑmāſit. Peſtis erymāthia:aper.erymāthus mons arcadiæ: in quo hercules cœpit aprū horrēdæ magnitudis:& tulit ad Euryſteū hūeris:qui uiſa beluæ uaſtitate: ſub æneo uaſe ſe abſcondit. Eripedis ceruæ:Hercules fuga delaſſauit:cœpitque ceruā hēntē æreos pedes:qđ finxerūt poetæ alludētes ad illius aīalis uelocitatē:fixerit erypedē ceruā: inqt Virgi. cornua ſuperātia ramos hoc uidebat eē mirabile:& præter naturā huius aīalis:quoniā mares hēnt cornua auctoribus Ariſtotele & Plynio:quæ ſoli aīaliū omnibus annis ſtatuto ueris tpe amittunt. Nec leuior uinci non ſuperatu facilis:quoniā reſumebat uires a terra Antheus terræ filius paleſtræ ſuperatus ē ab hercule in aphrica:in cuius āplexu aīam efflauit:cū non ſineret ipſū a terra matre uires affectas reparare. Matre:terra. Genus deforme:hercules cētauros domuit:qui in ſe impetū fecerūt:ducti odore uini:quod a pholo cētauro acceperat ex defunctis clariores fuerunt daphnis:Ageus:amphion:hyppotion:orios:iſoples:Melāthetes:Tereus:derpos:phryxus. Oīs acarnan.i.oēs miores natu acarnaniæ regiōis: & ætoliæ :timere uidebantur in illa ſculptura frontem Acheloi : qui pro Deianira cum Hercule

pugnauit. Vnde Deianira apud Sophoclem in tragœdia ſic loquitur: Procus ſāc amnis mihi fuerat achelous qui tribus me formis a patre petiit: manifeſtus inceſſit taurus. Inde draco & aliquādo mole ualida bouis præſe ferens frontem de hac fronte intelligit Syllius: quā monſtruoſam: & toruam pueri acarnanes timere uidebant̃. & ſic eſt laus ſculpturæ: quæ tales affectus exprimebat. Achelous ē fluuius diuidens acarnanes ab ætolis: & emittēs in mare ad echimadas inſulas. Fulget ethe: ethe mons eſt theſſaliæ ad mare ægeū in quo hercules accepta tunica miſſa a Deianira furore correptus Lycam qui attulerat in mare deiecit. & illic Piſa extructa ſe combuſſit. Sacratis ignibus: quibus Hercules conſecratus eſt: & ad cœlū abiit. Varia imago: uarii labores herculei: quos Annibal ſpectabat.

Inter quæ fulget ſacratis ignibus ethe
Igentemque animam rapiunt ad ſidera flammæ.
Poſtquā oculos uaria impleuit uirtutis imago:
Mira dehinc cernit ſurgentis mole profundi
Iniectum terris ſubitum mare. nullaque circa
Litora: et infuſo ſtagnantis æquore campos.
Nam qua cæruleis nereus euoluitur antris:
Atque imo freta contorquet neptunia fundo
Præruptum exundat pelagus. cæcoſque relaxans.
Oceani fontis torrentibus ingruit undis.
Tum uada ceu ſæuo penitus permota tridenti
Luctantur terris tumefactum imponere pontum
Mox remeat gurges: tractoque relabitur æſtu.
Ac ratis erepto campis deſerta profundo.
Effuſi tranſtris expectant æquora nautæ?
Cymothoes ea regna uagæ: pelagique labores
Luna mouet. luna immiſſis per cærula bigis.
Fertque refertque fretū. ſeq̄ue reciproca thetis.
Hæc propere ſpectata duci. nā multa fatigant.
Curarum prima exercet ſubducere bello
Conſortem thalami. paruūque ſububere natū.
Virgineis iuuenem: tædis primoque hymenæo.
Imbuerat coniunx. mēorique tenebat amore?
At puer obſeſſæ generatus in ora ſagunthi
Biſſenos lunæ nondum compleuerat orbes.

Mira dehinc cernit: deſcribit æſtū oceani: qui quotidie fit: & affert huius īcrementi: & reciprocationis duas rationes quarum altera fabuloſa ē: altera uera: quoniā lūa habet poteſtatem ſuper oīs humores. & eſt cā æſtus oceani: & cū illa creſcit: creſcūt humores: & econtra. Plynius de poteſtate lunæ ſic ait: quæ uera coniectura exiſtit: haud fruſtra ſpiritū ſidus lunæ exiſtimari. & hoc eē quod ī terras ſaturet: accedēſque corpa īpleat: abſcedēs inaniat. ideo cū īcremēto eius augeri conchilia: & maxīe ſpiritū ſentire q̄bus ſanguis non ſit. ſed etiā ſāguinē hoīum cū lumine eius augeri & minui: frondes quoque & pabula ſētire. In oīa eādē perrāte ui. Auicena ſecūda q̄rti tractatu ſecūdo capitu. ii. de diebus creticis fatet̃ ex opīone quorūdam medicorū: ſiue philoſophoꝝ: ꝙ uirtus lūæ maximā hēt ui ſup oīs hūores. Vnde uult: qđ oēs alterationes: quæ fiūt in hūidis: utputa digeſtio ciboꝝ. & ſimilia ꝓueniant adiumēto ipſius lūæ. Cerebra ēt hominū creſcer̃: & decreſcere. & aquā oceani ad lūæ incremētū augeri. & minui. æſtus oceāi fit ſingulis diebus: & ſex horis mare accedit: & ſex recedit. & hoc ē ſemp: ut ſenſui patet. ui tamē lūæ talia agunt̃. De motu oceāi lege Ply. & Stra.

Nā q̄ cæruleis: hæc ē cā huius incremēti fabuloſa. Nereus inq̄t: Deus maris relaxat fontes q̄bus mare auget̃. Præruptū: tumidū: & aſſurgēs. Ingruit: creſcit: augetur. Torrentibus: rapidis. Tum uada: ipſa maria: ſiue aquæ. Pontum: aquam aſſurgētem: & æſtuantem. Mox: poſtea decreſcit mare. æſtus dicit̃ maris ebullitio. æſtuaria loca: ad quæ illa ebullitio tranſcurrit. Erepto profundo: aqua: quoniam relabitur æſtus. Strabo ſic ait: Non paruum nautis diſcrimen important: ſiue deferantur: ſiue referantur. In his uero acceſſibus: ſiue receſſibus etiam detrimenta ſunt. pari enim ratione concitant̃: celeriterque mouent̃. crebro nanque nauigia in ſicca tellure deſtituta ſunt: hoc idem accidit Alexandro magno: cū ad oceanum indicū nauigaſſet. Trāſtris: iacentes in ſedilibus nauium: & ocioſi expectātes acceſſum aquæ. Cymothoes: hæc eſt altera ratio: & uera: cymothoe eſt nympha maris: quam ponit pro ipſo mari. Nam cyma græce latine dicitur unda. Vagæ cymothoes: maris uagi: quod nunc creſcit: nunc decreſcit. Labores: æſtus: & reciprocationes. Reciproca tethis: ipſum mare reciprocum: Nam fluit: & refluit. Tethis eſt uxor Oceani. & ponitur pro ipſo oceano. Hæc propere ſpectata duci: Cum Annibal hæc quæ dicta ſunt apud Gades: uidiſſet a ſe uxorem dimittere: cogitauit Imilcen: & filium: qui nondum complebat annum: generatus in bello ſagunthino: hic infans Aſpar uocabatur. Sub ubere lactentem. Imbuerat: ideſt ipſa Imilce primo matrimonio coniuncta fuerāt Annibali: quam ingenti amore proſequebatur. ideo ait: Virgineis tædis: nā tæda præferebatur in nuptiis. Imbuere ē dare primum ſaporem: Horatius: Quo ſemel eſt imbuta recens: ſeruabit odorē Teſta diu. & Martialis: Imbue plæbeias cluſinis pultibus ollas. Primo hymenæo: matrimonio: hymenæus eſt deus nuptiarum: & ponitur pro ipſis nuptiis. In ora: regione ſagunthina. Biſſenos orbes. xii. mēſes.

Quos:uxoré:& pueꝝ. Vt ſtetit:placuit annibali:fixúque fuit. Secernere: dimittere ab exercitu uxoré & filiú natú in obſidione ſagúthina.hébat.n.annibal in caſtris uxoré. Spes o carthagis altæ: uerba annibalis ad filiú precátis ut ille rebus geſtis auú Amilcaré ſuperet:& ſe patré. Nec leuior:ñ minor romáoꝝ terror me pr̃e. Amplior patrio decore.i.ápliore laudé aſſeq̃ris q̃ ego adeptus ſim. Condas:compes. Noía:gloriá & famá rebus a te geſtis. Auú:amilcaré:q alter mars putatus eſt. Aegra tioris:timida & cóſternata aio.ſic Amilcar dixerat Annibali:Horreat ortus iá pubes tyrrhena tuos. Lachrymádos: allaturos calamitaté romáæ pubi. Ni præſaga meos:ni decipior iq̃t:& male més præſagit mea. ſagire é acute ſétire:ex quo ſagearii: qa multa ſcire uolút.& ſagaces dicunť canes.igiť qui ante ſagit q̃ oblata res é: dicitur præſagire.i.futura áte ſentire. Præcordia: ponit ꝑ ipſo corde: in quo uideť conſiſtere ipſú ſapere: úde uecordes dicunť ſtulti & cordati ſapientes. Meos ſenſus:opioné:quá de filio concepi parentis hamilcaris. Ora:aſpectum toruú:qualé hébat meus pr̃. Torua: feroci:toruitas dicta é a ferocia tauroꝝ quaſi tauri acerbitas:hic infans auú referebat ore. Grauem:terribilé. Elementa:principia: quoniá me referre uideтur ira & truci uagitu. Siqs inciderit actus.i.ſi nó potero italiá inuadere & aliqs deus abrúpet hos meos conatus Meméto uxor ſeruare húc pueꝝ: & cú poterit fari:fac iuret ad aras eliſeas bellú romanum ut ego feci. Tátos actus: quos paro contra romáos. Lœto:morte mea. Primordia re.prícipia belli:q romáis inferre paro. Labora:enitere. Noſtra cuna.ꝑ mea ueſtigia: q iuraui bellú in pueritia. Eliſeas:ab eliſa Didone.i.iuret ut ego feci ad aras dicatas máibus eliſæ. Cineri prio:máibus aui & pr̃is. Calcato fœ. ſeruat decoꝝ uiri ipii bellicoſi:& pfidi. Calcato:ſpreto: & uiolato. Vindicet:paret mihi ſepulchrú in capitolio. Tu uero táti: uertit ſermoné ad uxoré:quá hortať ut ab armis diſcedat ꝑpter futuros labores: & difficultaté itineris. Fide: ꝑpter fidé coniugalé q̃ céſeris. Suppoſta: erecta uſque ad cœlú. Labor alci.herculis:q alpes tráſcédit: miráte iunone nouerca pp rei difficultaté. Sudatus:maxio ſudore pactus in tráſcédédis alpibus. Acrior la.quoniá plus negocii erat í alpibus iuniis:q̃ in exercitu & pugna cú hoſtibus. Quod ſi ꝑmiſſú:captat beniuolétiá ab uxoř:cú dicit:ſi fortúa mihi aduerſabitur in italiam properanti:& moriar:iuſtius eſt ut tu remáeas:& tua ætas iuſtior eſt:cui parcæ ducant fila tarda:ideſt ut tua ætas ad ſenium perueniat. tali aío fuit etiá Gracchus erga Corneliam. Lœua:contraria meis cœptis. Vltra me:ut ſuperuiuas mihi. Improperę: tarde ducant fila:ideſt extendant ætatem poſt mortem meam. At contra:hic repetit poeta originé Caſtulonis oppidi:quod erat Imilces natale ſolum Caſtulo urbs hiſpaniæ pria uxoris Annibalis:qđ etiá Liuius teſtať.Fingit poeta propter ipſum nomen quendam Caſtalium ueniſſe ex phocide in q̃ eſt Parnaſus:& fons Caſtalius phœbo ſacer: & condidiſſe Caſtulonem urbem:denominaſſeque a nomine matris: alludens ad ipſum fontem: qui & Caſtalia dicitur.Vnde Papinius Caſtaliæ flauos amor eſt tibi mergere crines. Et Virgilius: Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.& Mylichum quendam natum ex Satyro Bacchi comite: & nympha Myrice illic regnaſſe: a quo Imilce habebat originem. Cyrrhei caſtalii:phocenſis:quoniam Cyrrha eſt in phocide ad radices parnaſi.

Q uos ut ſeponi ſtetit:et ſecernere ab armis.
A ffatur ductor:ſpes o carthaginis altæ
N ate:nec æneadum leuior metus:amplior oro
S is patrio decore.et factis tibi nomina condas.
Q ui ſuperes bellator auum: iáque erga timoris
R oma tuos numerat lachrymádos mr̃ibus ános.
N i præſaga meos ludunt præcordia ſenſus.
I ngens hic terris creſcit labor:ora parentis
A gnoſco toruaque oculos ſub fronte minaces.
V agitumque grauem:atque irarum eleméta mearú
S iquis forte deum tantos inciderit actus:
V t noſtro abrumpat lœto primordia rerum
H oc pignus belli coniunx ſeruare labora.
C umque datum fari:duc per cunabula noſtra.
T angat eliſeas palmis puerilibus aras.
E t cineri iuret patrio laurentia bella.
I nde ubi flore nouo pubeſcet firmior ætas
E micet in martem.et calcato fœdere uictor
I n capitolina tumulum mihi uindicet arce.
T u uero tanti fœlix:quam gloria partus
E xpectat ueneranda fide diſcede periclis
I ncerti martis:duroſque relinque labores.
N os clauſæ niuibus rupes ſuppoſtaque cœlo
S axa manent.nos alcide miráte nouerca
S udatus labor:et bellis labor acrior alpes.
Q uod ſi promiſſum uertat fortuna fauorem:
L æuaque ſit cœptis:te longa ſtare ſenecta
A euumque extendiſſe uelim: tua iuſtor ætas
V ltra me impropere ducant:cui fila ſorores.
S ic ille.at contra cyrrhei ſanguis imilcæ.
C aſtalii:cui materno de nomine dicta

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Natis phœbeis: caſtulonenſibus oriūdis ex phocide phœbo ſacra: quoniā illic erat delphicū oraculū Liuius ait: Caſtulo urbs hiſpaniæ ualida ac nobilis: & adeo coniuncta ſocietate pœnis: ut uxor inde annibali eēt. Repetebat: hamilce ſcilicet ex ſacrata ſtirpe: nā referebat ſuos natales & ſtemma ad Milicū natum ex baccho & nympha: eo tēpore quo bacchus domuit hiſpanos. Agitabat: uexabat bello. Thyrſo: haſta bacchica obuoluta pāpinis: & inſtita. Vnde Papinius deſcribēs Euneū Bacchi ſacerdotē: & eius inſignia dicit: Pallentes hæderæ: nyſeaque ſerta coronant Candida pāpineo ſubnectitur inſtita pilo. Armata menade: Menades: Thiades: Mymallones dicuntur mulieres bacchantes: ēt baſſarides.

Calpen: hiſpaniā: calpe mons: ut dictū eſt ad fretū gaditanum. Laſciuo: quoniā ſatyri laſciui ſunt. Indigenis: hiſpanis: indigenæ dicunť inde geniti.

Imagine gēitoris: quoniā ſatyri cornuti ſunt: & bacchum comitanť. Hinc: a milico. Vitiato noīe: quia a Milico Himilce dicebať. tamen hoc fingit poeta

Me ne oblite tua: uerba himilces ad annibalē: a quo captat uiciſſim beniuolentiā: ſenſus ē: non uis me comitē tui itineris Annibal an ignoras: ꝗ mea filiique communis ſalus ex tua pendet: ſeruat decorū poeta coniugis fide: ac pudicæ ordo ē: ne me abnuis comitē īcœptis o annibal. ſ. oblite a tua ſalute nr̄am pēdeř. Fœdera: iugalia. ſ. n̄ iqt exptus es me īfidā: ut debeas me comitē abnuere ſēſus ē: nouiſti ne me hactēus ita pigrā: & exigui erga te amoris: ut nūc me deſerere debeas: qa nolī tecū ꝑpeti labores: aut grauer: q̄ſi di. hactēus fui tecū ubique: & ero ſi placet: oīſque labores uoluptati aſcribā: ita caſtus amor: & cōnubiī fœdus expoſcit. Primitiæ tori: quoniam habuit eā uirginē ānibal. Haud ullus la. i. nulla difficultas me ſupabat te unice amātē. Sin ſolo: ſēſus ē: ſed ſi ſolū ꝑpter hoc me relinquis: qa ſū fœmina: ex cuius gremio turpe ē uiro bellicoſo ſurgere ad martis labores: remanebo libēs: & uolūtati parebo tuæ. ero igiť ut deus annuat cœptis tuis: & īter arma: & clangores tubaꝝ mēor eſto mei & nati.

Quippe: qm̄ inqt nō tm̄ tīeo romāos: q̄tū te q ruis ī apta diſcrimīa: nec ſatiaris aliquo euētu ꝓſpæ fortūæ. & nulla gloria ē quæ tibi ſit ſatis. & putas nō deceř hoīem bellicoſū ī pace mori. Ignobile lœ. ignauā mortē. Qui unus conſeti. i. non tīeo aliquē congrediētē tecū ſingulari certamīe: ſed ui multitudīs.

Belloꝝ ge. q es alter mars: & illū in armis ſpiras. Teucris: romāis: ſeruat decorū uxoris tīentis uiro quē pp eximiā bellicæ uirtutis gloriā unice amabat. Ianque adeo eg. ānibal uxor: cæterique comites egr̄ſſi ex tēplo herculis: & urbe gaditana puenerāt ad litus: ut e portu ſoluerēt: tūc annibal himilcen lachrymantē his uerbis alloquutus ē. Litoř: gaditāo. ſ. Promota: deducta ī aq̄. Pēdētibus: aptātibus ātēnā: & uela ī arborē nauis. Sēſim pulſāte: paulatī īflāte uela. Omībus par. noli īqt lachrymis tuis īfœlicitatē omīari uxor. omē ꝓprie eſt ī uerbis. Vn̄ dič Ci. i. i. đ diui. Neque ſolū deoꝝ uoces pythagorei obſeruauerūt: ſed ēt hoīum q̄ uocāt omīa: quæ maiores nr̄i: qa ualeř cēſebāt: iccirco oībus řbus agēdis ꝗ bonū: fauſtū felix: fortūatūque eēt præfabāť: rebuſque diuis: quæ publice fierēt ut faueret līguis īpabať: quod ſic interpretatur

Caſtulo phœbeis ſeruat cognomina natis
Atque ex ſacrata repetebat ſtirpe parentes.
Tempore quo bacchus populos domitabat beros.
Concutiens thyrſo: atque armata menade calpen
Laſciuo genitus ſatyro nymphaque myrice
Milicus indigenis late regnarat in oris.
Cornigeram attollens genitoris imagine frontē
Hinc patriam: clarumque genus referebat imilcē
Barbarica paulum uitiato nomine lingua.
Quæ tunc ſic lachrymis ſenſim manantibus infit.
Me ne oblite tua noſtram pendere ſalutem.
Abnuis incœptis comitem? ſic fœdera nota
Primitiæque tori? gelidos ſic ſcandere tecum
Deficiam mōtis coniunx tua? crede uigori
Fœmineo. caſtū haud ſuperat labor ullus amorē.
Sin ſolo aſpicimur ſexu. fixumque relinqui.
Cedo equidem. nec fata moror. deus annuat oro.
Ifœlix: i numinibus: uotiſque ſecundis
Atque acies inter flagrantiaque arma relictæ
Coniugis et nati curam ſeruare memento.
Quippe nec auſonios tantum nec tela: nec ignis.
Quantum te metuo tuis ipſos acer in enſes.
Obiectaſque caput telis. nec te ulla ſecundo
Euentu ſatiat uirtus. tibi gloria ſoli
Fine caret. crediſque uiris ignobile lœtum
Belligeris in pace mori tremor implicat artus.
Nec quenquam horreſco qui ſe tibi conferat unus
Sed tu bellorum genitor miſerere. nefaſque
Auerte: et ſerua caput inuiolabile teucris
Ianque adeo egreſſi ſteterant in litore primo.
Et promota ratis pendentibus arbore nautis
Aptabat ſenſim pulſante carbaſa uento.
Cum lenire metus properans: ægramque leuare
Attonitis mentem curis: ſic annibal orſus.
Ominibus parce et lachrymis fidiſſima coniunx.

Seneca dicens: Quotiens mentio ſacraꝝ litterarum interuenerit fauete linguis: hoc uerbum non ut
plerique exiſtimant a fauore trahiť: ſed imperať ſilentiū ut rite peragi poſſit ſacꝝ: nulla uoce mala
obſtrepere. ideo Annibal precať uxoré ut ominibus pcat: inqens: Fixus ē dies mortis. In pace & ī bel⸗
lo morimur: cū uenerit dies: qui pédet a primo: ſupra dixit: Naſcētique addita fata. Extremū diē:
Herodotus dicit lib. prio: Sorté fato deſtinatā deo quoque effugere impoſſibile ē. Et Sene. ſcribēs de
conſolatione ad Martiā dicit: Mors illi naſcēti determinata: & in hanc legé data. Et Metrodorus di

Et pace et bello cunctis ſtat terminus æui.
Extremumque diem primus tulit ille per ora
Nomen in æternum paucis mens ignea donat:
Quos pater ætheriis celeſtum deſtinat oris.
An romana iuga: et famulas carthaginis arces
Perpetiar? ſtimulāt manes: noctiſque per ūbras
Increpitās genitor. ſtant aræ: atque horrida ſacra
Ante oculos: breuitaſque uetat mutabilis horæ
Prolatare diem: ſedeam ne? ut nouerit una
Me tantum carthago. et qui ſim neſciat omnis
Gens hominum lœtique metu decora alta reliquā
Quantum etenim diſtant a morte ſilentia uitæ?
Nec tamen incautos laudum exhorreſce furores:
Et nobis eſt lucis onos. gaudetque ſenecta
Gloria cum longo titulis celebratur in æuo.
Te quoque magna manent ſuſcepti præmia belli:
Dent modo ſe ſuperi. tybris tibi ſeruiet omnis.
Iliacæque nurus: et diues dardanus auri.

xit ſorori ſuæ lugenti filiū: mortale eſt
oīum mortaliū bonum. Mēs ignea: cœ
leſtis & ardēs oī uirtute. i. ſola uirtus eſt
illa quæ famam compat: & hoīem cum
diis agere æuū facit. Sic Virgilius: pauci
quos æquus amauit iuppiter: aut ardēs
euexit ad æthera uirtus: & affert pr̄iæ
ſeruitutē: ut magis illā moueret ordo:
ignea mens paucis donat nomē: ſcilicet
eorū ire p ora: ideſt celebrari iter mor⸗
tales. Sic Enni. Cur uolito uiuus docta
p ora uiꝝ. Perfecta uirtus ē illa q̄ hō cē⸗
ſetur: & cū uirtute optimū eſt mori. Ra
tio recta & conſumata inquit Sene. Fœ⸗
licitatē hoīs implet: Hæc ratio uocatur
uirtus: eadēque honeſtū ē. & alibi dicit
magnā eē fœlicitatē ī fœlicitate mori.
Quos: paucos iuppiter deputauit cœ
lo: quoniam uirtus eſt illa quæ facit nos
deo ſimiles quoad fieri poteſt. Vnde di
cit Sene. Inter bonos uiros: & deū amici
tia ē conciliante uirtute. Et alibi: Gene
roſi aī & magnifici ē iuuare: & pdeſſe:
qui dāt beneficia deum imitanť: qui re
petunt fœneratores: loquiť Syllius ex
opīone ſtoicoꝝ: Nā Zeno ſtoicus: aīum
ignē putauit eē: non ſine ratione tn̄: Nā
uolunt ſtoici ut corpus ſit ab aīa tanq̄ a
forma: qppe aīa calor ē: & uis quædā: ut ipſi dicūt aeria concalefacta. qd āt de aīa ipſa tenēdum ſit:
nos q chriſtiane philoſophāur: relligio nr̄a ſāctiſſima docet. An roma. iu. affert rei īdignitatē q̄ di
cit ſe ad bellū īpelli: quoniā pr̄iæ oīa debēus. Iuga: impia qbus premimur: ut iugo boues. Māes:
aīa pr̄is mei amilcaris. Aræ: ad q̄s iuraui bellū romanū. Horrida ſa. īferna: & ī qbus mactabātur
hoīes. Mutabilis: qa tpa facile mutanť: nā amilcar morte præuētus nō potuit romāis bellū inferre.
Sic īquit: ānibal mihi accidere poſſet. ideo ait Ply. ī epiſto. Cū tā anguſtis terminis uita nr̄a claudať
ſtudiis mēoriā extēdāus. Columella dicit: Inuigilate uiri tacito nā tpa greſſu Diffugiūt: nulloque ſo
no conuertiť ānus. Et Virg. Optīa quæque dies miſeris mortalibus æui Pria fugit. Prola. differre.
Sedeā ne: ſeruat deoꝝ uiri īgētis ſpūs: & gloriæ īmēſæ cupidi. Lœtique me. de. al. re. nā uere for
tis: ut dictū ē pp decoꝝ & honeſtatē non tīet mortē: īmo circa ardua uerſať: ēt ſi ſit moriēdū: qppe
uitæ non pcit ſuæ: nec ppter aliq̄ īcommoda declināda debet eē timidus: quoniā amitteret fortitu⸗
dinis laudē: & honorē: q ē præmiū uirtutis: & quē aīus generoſus appetit. Vnde dicit Sene. Hēt hoc
optimū ī ſe generoſus aīus ꝙ concitať ad honeſta. & alibi dicit: Male uiuet qſqs neſciet bn̄ mori. Al
ta decora: laudē reꝝ geſtaꝝ: & ueræ uirtutis decus. Quātū eteni di. q̄ſi di. ille de quo nihil dr̄ ē p⸗
inde ac mortuus. Nec tn̄ īcau. non debeſ iqt tīere ꝙ ego ſim īcautus: ut dixiſti: nā & ego gaudeo ui⸗
ta. & gloria mea gaudet ſenio: cū celebrať ipſa gloria titulis: & imaginibus ob res geſtas in longā ætatē.
Furores laudū: uehementē cupiditatē laudis: ad quā nati ſumus: & p qua conſequēda me in tantū
in apta ruere picula dicis. Onos lucis: amor uitæ. Titulis: honoribus: laudibus: & īſcriptionibus
uictoriaꝝ. Ouidi. Gratulor œchaliam titulis accedere nr̄is. Te quoque: locus ē ab utili. Dent mo
do ſe ſupi: ideſt ſolū dii annuāt cœptis: & faueāt. Oīs tybris: oīs italia & ipſa Roma. Dardāus: ro⸗
māus. Diues au. ditiſſimus popu. romāus: nā ī italia ſūt auri uenæ: q̄s effodi uetitū ē: ut īqt Ply. edi
cto patrum italiæ parci iubentiū. Vnde Virgilius: dicit: atque auro pluria fluxit: romæ non fuit: ni
ſi admodū exiguū longo tpe: nā cū pax a gallis emereť: non potuerūt effici plus q̄ mille pondo: ſed
auctū ē poſtea tpe. C. Marii: & Syllæ: q. xxx. milia pondo e præneſte quo Marius aſportauerat romā
in triūpho rettulit: & argēti. vii. milia: & ex reliq̄ uictoria auri pondo. xv. milia: argēti uero. cxv. mi⸗
lia: ut ait Ply. Inde Sex. Iulio. L. Aurelio conſſ. auri in ærario po. ro. fuere. vii. annis ante tertium bel
lum punicum pondo. dccxxvi. Argenti. lxxxxii. milia: & extra numerum. ccclxxv milia. Item Sex⸗
to Iulio: & Lucio Mario conſulibus belli ſotialis initio octingenta. xlvi. auri pondo Cæſar primo
introitu urbis in ſuo ciuili bello ex ærario protulit laterum aureorum uiginti ſex milia: & in nu
mero pondo. ccc. neque fuit aliis temporibus reſpublica locupletior. Seruius Tullius rex primus

æs ſignauit:nota pecudū:unde pecunia dicta:Nā po.ro.ante Pyrrhum regem argēto ſignato non eſt
uſus: quod ſignatum ē.Qu.Fabio conſule quinque ānis ante primū bellum punicū nota argēti fuer
bigæ & quadrigæ:inde bigati nūmi:& quadrigati dicti. Liuius Druſus in tribunatu tertiam partem
æris argento miſcuit:qui uictoriatus appellabat.Nummus lege clodia percuſſus ē: ante hic nūmus
ex illyrico aduectus loco mercis habebat.Nūmus autē dictus ē auctore Ariſtotele a lege quæ nomos
dicitur græce quippe:non natura:ſed lege introductus ē:nam principū inſtituto fit nūmus: qui ad-
hibet menſurā omnibus rebus.ideo ue-
lut ſubſidiū commutandarū rerū nū-
mus excogitatus eſt uictoriatus nūmus
ſignatus fuit nota uictoriæ:ūde nomen
Aureus nūmus poſt ānum.lxii.pcuſſus
ē:q̄ argenteus a nūmo prima ē auaritiæ
origo īquit Ply.excogitata fœnore quæ
ſtuoſaque ſegnitia. Iter liquidū:ipſū
mare abſtulit uiſus. At pœnus: ānibal
ſoluēs e litore gaditano: citato curſu no
uam carthaginē contēdit: ubi p noctur
nam quietē hoc oſtētū uidit: qd' poeta
uerſibus pſequit. Auertere amorem:
quo tenebat erga uxorē: qui aliquo affe
ctu amoris premit:inquit Cice.ī tuſcu.
quæſtionibus: ut ſanet adducēdus ē ad
alia ſtudia:curas:negocia:loci denique
mutatione tanq̄ ægroti non conualeſcē
tes ſæpe curādus ē. Mœnia: nouā Car
thaginē:unde diſceſſerat iturus ad tem
plū Herculis. Tandē:poſt longā belli
cogitationē:& ſtudium. Vis dura:ue-
hemens affectus amoris ſupatus eſt a la
bore bellico.Ouidius:Ocia ſi tollas pe-
riere cupidinis arma. Sollicito: ab ef-
fectu:quia reddebat annibalē ſollicitū
& diligentē. Tū pr̄ oīpotens: Sylenus
græcus auctor:quē Celius ſequutus eſt:
auctore Cice.dicit Annibalē:cū cœpiſ-
ſet Saguntū uiſū eē in ſomnis a ioue ī
conciliū deorū uocari : quo cū uēiſſet:
iouē impaſſe ut italiæ bellū īferret:du-
cemque ei unū e concilio datū quo illū
utentē cū exercitu pgredi cœpiſſe:& ui
diſſe poſt ſe hoc monſtꝝ:qd' poeta nūc
deſcribit.fingit poeta in grām romāoꝝ
iouē miſiſſe mercuriū ad Annibalē: ut
pperaret in italiā:non ut faueret āniba
li:ſed ut romanos iā deſides:& priſcoꝝ
laborē deponentes bellis exerceret :qui
bus priſci romāi ex tenui principio au-
cti ſūt. Paulo poſt iuppiter Veneri reſpondēs ait:Hac ego martis mole uiros ſpectare paro:atque ex
tendere bello. Dardaniā: romanam. Sæuoꝝ bellorum:quia in bello ē ſæuitia. Priſcos: quos pri
ſci illi romāi pro imperio ppagādo tolerabant. Præcipitat:urget:īpellit conciliū ānibalis de īuadē
da italia:ne romāi deſidia torperēt:quoniā in locū uirtutis uitiū obrepit:unde dicit Hora. in agris
neglectis: filicē innaſci.i.uitiū:cū non exercēus officia. Cyllenius:mercurius a cyllene monte arca
diæ:in quo fuit nutritus:& eſt nuncius iouis. Vmbrā:noctem humidā: quæ nil aliud eſt niſi ūbra
terræ. Aligero:quoniā habet talaria:& uolat. Parētis:iouis. Inceſſit:carpit:& impetit. Amaris:
aſperis. Turpe duci totā:uerba mercurii ad Annibalē:quē ignauiæ accuſat:ut ad decorum præſtā-
dum tandem excitaret. Pallas apud Homerum ſic alloquitur Agamemnonem: Non oportet noctu
quieſcere uirum:cui populi ſunt curæ. Arguit igitur prius ab honeſto:dicens:Non ſeruatur decorū
tuū ānibal qui es rector libyæ : ſi dormis. Inde ab utili: dicens: Iam romani te ceſſante turbabunt
omnia maria :& Lybiam inuadent. Stant : fiunt:uigent non dormiente rectore : qui debet eſſe ſo
lertiſſimus: ac prudentiſſimus. Effuſas: ſparſas per mare. Lentus cœpti: tardus ad ea obeun-
da: quæ cœpiſti. Ibera: hiſpana. Scilicet id ſatis eſt decoris: ſenſus eſt: putas ne te adeptum ma-
gnum decus: quia Saguntum expugnaſti tanta mole belli:quaſi dicat:non eſt tibi magna laus u-
nam urbem tanto exercitu ſolo æquaſſe:& locus eſt ab honeſto. Decoris :laudis & gloriæ. Mo-
limine:belli apparatu. Graia:quoniam zacynthii eam condiderunt q ſūt græci:uiri.i.effœmiati

Dumque ea permixtis inter ſe fletibus orāt:
Confiſus pelago celſa de puppe magiſter
Cunctantem ciet.abripitur diuulſa marito.
Hærent intenti uultus:et litora ſeruant.
Donec iter liquidum uolucri rapiēte carina
Conſumpſit uiſus.tellus:pontuſque receſſit.
Ac pœnus belli curis auertere amorem
Apparat.et repetit properato mœnia greſſu.
Quæ dum perluſtrat:crebroque obit oīa uiſu.
Tandem ſollicito ceſſit uis dura labori.
Belligeramque datur ſomno componere mentē.
Tum pater omnipotens gentē exercere periclis
Dardaniam:et fama ſæuorum tolere ad aſtra
Bellorum meditans:priſcoſque referre labores
Præcipitat conſulta uiri:ſegnemque quietem
Terret:et immiſſa rumpit formidine ſomnos.
Iamque per humentem noctis cyllenius umbram
Aligero lapſu portabat iuſſa parentis.
Nec mora mulcentem ſecuro membra ſopore
Aggreditur iuuenem:ac mōitis inceſſit amaris.
Turpe duci totam ſomno conſumere noctem
O rector lybiæ.uigili ſtant bella magiſtro.
Iam maria effuſas cernes turbare carinas.
Et latiam toto pubem uolitare profundo:
Dum ſenſus cœpti terra cuntaris ibera
Scilicet id ſatis eſt decoris : memorādaque uirtus:
Quod tāto cecidit molimine graia ſagunthos?

En age ſi quid ineſt.animo par fortibus auſis:
Et greſſus agiles mecum:et comitare uocantē.
Reſpexiſſe ueto:monet hoc pater ille deorum.
Victorem ante altæ ſtatuam te mœnia romæ.
Iamque uidebatur dextram iniectare graduque
Lætantem trahere in ſaturnia regna citato.
Cum ſubitus circa fragor et uibrata per auras:
Exterrent ſeuis a tergo ſibila linguis.
Ingentique metu diuum præcepta pauenti
Effluxere uiro:et turbatus lumina flectit.
Ecce iugis rapiens ſyluas ac robora uaſto
Contorta amplexu tractaſque per inuia rupes
Ater lætifero ſtridebat turbine ſerpens.
Quantus non æquas perluſtrat flexibus arctos
Et geminum lapſu ſydus circunligat anguis.
Immani tantus fauces diducit hiatu.
Attolenſque caput nimboſis montibus æquat.
Congeminat ſonitus rapti uiolentia cœli.
Hymbriferāque hyemē permixtā grādie torquet.
Hoc trepidus mōſtro:neque enī ſopor ille:nec alte
Vis aderat noctis:uirgaque fugante tenebras
Miſcuerat lucem ſomno deus:ardua quæ ſit?
Scitatur peſtis:terraſque urgentia membra
Quo ferat:et quos nam populos depoſcat hiatu.
Cui gelidis almæ cyllenes editus antris
Bella uides optata tibi te maxima bella
Te ſtrages nemorum te toto turbida cœlo
Tempeſtas cædeſque uirum magnæque ruinæ
Idei generis lachrymoſaque fata ſequuntur.
Quantus per campos populatis montibus actas?
Contorquet ſyluas ſqualenti tergore ſerpens.
Et late humectat terras ſpumante ueneno:
Tantus perdomitis decurres alpibus atro
Inuoluens bello italiam:tantoque fragore.
Eruta conuulſis proſternes oppida muris.
His ægrum ſtimulis liquere deuſque ſoporque.
It membris gelidus ſudor lætoque pauore
Promiſſa euoluit ſomni:noctemque retractat.
Iamque deum regi martique ſub omine fauſto
Inſtauratus honos niueoque ante omnia tauro
Placatur meritis monitor cyllenius aris.
Ex templo edicit conuellere ſigna:repenſque
Caſtra quatit clamor permixtis diſſona linguis.

En age: hortantis eſt. Ante mœnia: quoniam Annibal poſuit caſtra ad anienem:& uſque ad portam collinam ꝓgreſſus eſt:& locus eſt ab honeſto: utilique. In ſaturnia regna: romana a Saturno:qui fuit in latio. Cum ſubitus circa fragor: Syllenus autore Cicerone in primo de diuinatione dicit ducem præcepiſſe Annibali: ne reſpiceret illū autem id diutius facere non potuiſſe: elatumque cupiditate reſpexiſſe: Tum uiſam Beluam uaſtam & immanē circumplicatam ſerpentibus: quacunque incederet omnia arbuſta: uirgulta: tecta peruertere:& Annibali quærenti reſpōdiſſe ducem uaſtitatem eſſe italiæ præcepiſſeque ut pergeret protinus qd retro:atque a tergo fieret:ne laboraret.

Effluxere:excederunt Annibali. Iugis:e montibus. Quantus non æquas: hunc ſerpentem illi comparat: qui eſt polo boreali affixus:& ſua magnitudine geminam arcton circumligat. Aratus:cuius carmina Cicero latina fecit: hunc anguem deſcribit:& Virgilius in georgicis: Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis: Circum perque duas ī morem fluminis arctos. Non æquas: diſſimiles: quoniam eſt maior urſa & minor. Perluſtrat:circuit amplectit̄.

Geminum ſydus:duas arctos. Diducit:aperit os. Nimboſis:altis. Rapti cœli:obſcurati propter himbres & pluuias. Hyemem:tempeſtatē. Nec aderat uis:potentia: & obſcuritas altæ noctis.nā Mercurius fugauerat tenebras ſuo caduceo. Virga:caduceo ſuo:quo diſcutit umbras. Miſcuerat lucē:quoniam uidebat:quamuis eſſet nox. Scitatur:interrogat quærit a Mercurio.

Gelidis antris: frigidis: quoniam arcadia eſt montoſa & frigida. Vnde dicit Papinius in thebaide: Arcadiæ capita alta madent: ſita eſt Arcadia in media peloponneſo. Bella uides: uerba Mercurii ad Annibalem querentem: quæ nam eēt illa Belua. Idei generis: romani nominis:ab ida troiana. Fata: mortes. Noctemque retractat:ideſt repetit animo:id quod uiderat ꝑ nocturnam quietem. Deum regi:Ioui. Caſtra diſſona:quoniam erat ex uariis nationibus & linguis. Prodito calliope: rē dictu haud facilē: & remotæ antiqtatis caligīe obductā narraturus poeta uotum repetit: præcaturque Calliopē muſarū reginā: ut populos aperiat:ac milites:q ad hoc bellū uenerunt: & auſpicio Annibalis arma italiæ intulere.

Prodito famæ: Aperi inq̄t hæc oīa ut fama p totū orbē ꝓpaget. Excierint:ad arma uocauerint cœpta Annibalis. Iberis indomitis:bellicoſis:& inuictis hiſpanis. Quaſque paretonio:ægyptio & libyco parethoniū ē oppidū ægypti & portus ingēs ꝓpe cyrenaicā regionē. unde litus paretoniū ponit ꝓ ea parte aphricæ:quæ uergit ad ægyptū. Ponit ēt ꝓ æthyopibus heſperiis: de q̄bus poſtea dicet:& denique ꝓ oībus urbibus:quæ ſunt a Nilo uſque ad fretū gaditanū: quo Aphrica ab Europa diuidit. Frenos reꝝ:imperiū totius orbis. Libyæ:ipa carthago. Mutare iugū terris: cōſtituere nouū imperiū:& imperare romanis q imperabāt. Princeps ſigna tulit:incipit deſcribere urbes quæ ad bellū milites miſerūt:& prima fuit carthago tyriorū colonia:de qua ſatis dictū ē. Pubes:iuuētus carthaginēſis. Membra leuis:agilis ad curſum:& breui ſtatura.

Superbū:clarū & nobile decus: proceræ ſtaturæ:qua fraudant natura. Docilis:fallēdi.fallax & infidus. Rudis: impolita parmā appellamus ſcutum.

Veſtigia nuda: hoc dixit ad imitationē Virgilii: q canit hernicos tali habitu iuiſſe ad bellū: reſpiciēs ad illoꝝ antiquitatē. nā hernici pelaſgi fuerūt ab œtolo duce hernico noīati:& œtoli ſiniſtro pede nudo ad bellū prodire cōſueuerūt: ut ait Euripides ī meleagro. & Ariſtote.lib.ii.de poetis:de his rebus lege Macrobiū. In aſſuetū cingere ſinus:qm̄ diſcincti ꝓdibāt ad bellum: ut dictū ē:& utebant in bello ueſte rubra: ut cruor fuſus e mēbris nō cognoſceretur. Fulgēs oſtro:purpura. Mago frater Annibalis his militibus præerat.

Spirat fratrē:refert Annibalē ī præſtātia bellica. Vtica:ut ſcribit Stra. urbs ē:& magnitudine: & auctoritate ſecunda poſt carthaginē:ſita in eodem ſinu: quo carthago inſignis morte Catonis Sidonii ex phœnicia ꝓfecti illā cōdiderūt:ideo dicit Sidoniis maniplis.i.ſuis militibus oriūdis a ſidoniis. Priſca ſitu:qm̄ cōdita fuit ante carthaginem.

Byrſæ:carthaginis. Aſpis:Agatocles rex ſyracuſanoꝝ cū ī Siciliā præmeret bello a carthaginēſibus duce Amilcare Gyſgonis filio:q Syracuſas obſidebat: ī aphricā traiecit:ut illuc bellū retraheret: & ꝓmontoriū quoddā occupauit: fecitque munimentū:qđ a ſimilitudīe clypei aſpis cognoīatū ē.aſpis ſignificat & ſerpentē & clypeum græce.inde aſpidion breue ſcutū:& aſpidiſchion: ideo ait Stra.dictus ē ille collis a ſimilitudine.ſ.clypei: & hæc ciuitas habebat turres p circuitū ad formā clypei. Sicanio:ſiculo cōdito ab agatocle ſiciliæ rege:de hoc rege alibi dicet latius. Sycheus hoꝝ ductor erat nepos Annibalis ex ſorore:q̄ nupſerat Aſdrubali:q Amilcari ſucceſſit ī hiſpania:ut dictū eſt. Vano tumore:aī elatione:atq; faſtu inani: qm̄ cecidit ad Traſimenū manu flaminii cōſulis. Interea inq̄t alibi poeta exanimē mœſti ſup arma ſycheū portabāt pœni. Berenicidæ nudoſa:berenicæ ciuitas aphricæ ſita ī quodā ꝓmōtorio ꝓpe ſyrtes iuxta lacū noīe tritonidē: iō appellat ipſam nudoſam:ē ēt illic heſperidū lacus:ī quē flumē loton imittit. Tereti dolonæ:rotūda haſta. Dolon ē gēs haſtæ rotūdæ:& breuioris. Barcæ:poſt berenicē ē urbs cyrenaicæ regionis:q̄ poſtea ptolæmais dicta ē ſita ī harenis cōdita a ceſilao batti filio:q cyreneis impauit. Sitiētibus uenis:qm̄ cū ſita ſit iter harenas īopia aquaꝝ laborat.ſupra dixit:Aeternūque arida barcæ. Necnō cyrenæ: cyrenē terei condiderūt:q ex laconia ꝓfecti Terā urbē ꝓpe minorē ſyrtim coluerūt:q̄ prius caliſtæ dicebant.unđ Callimachus cyrenaicus ī quodā epigrāmate ſcribit:Noīe caliſte primū: ſed poſtmodo tera dicta fuit tellus urbis origo meæ. Tera inq̄t Stra.li.x. Cyrenēſiū metropolis ſpartana colonia. Pelopei

Prodito calliope famæ quos horrida cœpta
Excierint populos:tulerintque in regna latini.
Et quas indomitis urbes armarit iberis
Quaſque paretonio glomerarit littore turmas
Auſa ſibi libyæ rerum depoſcere frenos:
Et terris mutare iugum:non ulla nec unquam
Seuior it trucibus tempeſtas acta procellis.
Nec bellum raptis tam dirum mille carinis
Acrius infremuit:trepidumque exterruit orbem:
Princeps ſigna tulit tyria carthagine pubes.
Membra leuis celſique decus fraudata ſuperbum
Corporis ac docilis fallendi:et nectare tectos
Nunq̄ tarda dolos:rudis his dū parma breuique
Bellabant enſe:ac ueſtigia nuda ſinuſque
Cingere in aſſuetum:et rubræ uelamine ueſtis
Arserat in pugna fuſum occuluiſſe cruorem.
His rector fulgens oſtro ſuper altior omnis
Germanus nitet annibalis:gratoque tumultu
Mago quatit currus:et fratrem ſpirat in armis.
Proxima ſidoniis utica eſt effuſa maniplis
Priſca ſitu:ueteriſque ante arces condita byrſæ.
Tunc quæ ſicanio percinxit littora muro
In clypei ſpeciem curuatis turribus aſpis
Sed dux in ſeſe conuerterat ora ſycheus.
Aſdrubalis proles:cui uano corda tumore
Maternum implebat genus:et reſonare ſuperbo
Annibal haud unq̄ ceſſabat auunculus ore.
Affuit nudoſa cretus berenicide miles
Nec tereti dextras in pugnam armata dolone
Deſtituit barcæ ſitientibus arida uenis.
Necnon cyrenæ pelopei ſtirpe nepotis

nepotis: Teræ peloponneſiaci:quia in peloponneſo regnauit Pelops Tantali filius. Teras cadmeus genere: & abnepos Polynicis miſſus ē ĩ laconiã autore Hero,& lacedæmonii duce Tera ĩ aphricã nauigarũt: & Caliſten occupãtes terã ab eoꝝ duce denoĩauerũt. Battus regnauit apud cyrenẽ: iõ cyrenaicos battiadas appellat:aliq dicũt cyrenẽ cõditã fuiſſe a batto cyrenis nymphæ filio: & denoĩatã a noĩe mr̃is. Prauos fidei:infidos cyrenaicos:quoꝝ ductor erat ilertes: q ſub Amilcare militauerat. Prima ē cyrenæ inqt Salu,colonia teron. Sabrata ĩ littore:ꝙ ē inter maiorẽ ſyrtim:& mĩorẽ ſunt hæ urbes:Sabrata cõdita a tyriis & leptis cõdita a ſarranis:q ſunt ĩ phœnitia adiumẽtũ. Ruſpina apud quã cæſar primũ cũ Scipione pugnauit:ē ẽt ea urbs habitata ab afris & ſiculis: eiuſdẽ noĩs ē urbs colchica:a qua æei reges colchoꝝ denoĩant̃ unde Vir. æeæque inſula circes:Prop. Et æei mœnia telegoni intelligẽs tuſculũ cõditũ a telegono filio cyrces,& Vlyxis. Lyxus:eſt oppidũ ĩ extrema ora mauritaniæ ad fretũ herculeũ e regione ad gades uocat̃ alio noĩe tingis. Poeta igr̃ ut utrũque nomẽ innueret:dixit lyxũ urbem miſiſſe tingin.i.tingitanum militẽ.i.miſiſſe ſuos ad bellũ: & ſic poeta tãgẽs hæc loca extrema oſtẽdit ex oĩ aphrica ueniſſe milites:qm̃ cœpit a ripa nili & ſyrtibus:& uenit ad fretũ gaditanũ: ꝙ aphricã ab europa diuidit. Rapido æquore:freto gaditano. Vaga:& hippo ſũt urbes nõ lõge ab utica:duo erãt hippones ambo regii autore Stra.& Plini. ꝙ ut poeta ſignificaret dixit hipponẽ fuiſſe quõdã dilectũ a regibus: qm̃ hippo regius uocabat̃. Nõ æquos fluctus: malos ipſis nauigãtibus: qm̃ ĩ ſyrtibus fiũt naufragia & ruſpina ē inter ſyrtes. Sic Vir. Vacuis clanius nõ æquus acerris. Zama: urbs aphricæ:apud quã uictus fuit Anibal a Scipione magno prælio: apud tapſum urbẽ cæſar ultimo prœlio deleuit copias Scipionis ſoceri ipſius Pompei: iõ dicit poeta Tapſum fuiſſe fertiliorẽ ꝓpter ſanguinẽ rutuloꝝ.i. romanoꝝ:q illic ceciderũt: Rutuli ſunt ardeates:ſed poeta reſpexit ad tẽpora ſua:qm̃ hoc fuit poſt ſecũdũ bellũ punicũ: de quo nũc agit̃.& ẽt poſt tertiũ. Antheus:terræ filius & palæſtrita multi noĩs apud lyxũ uixit:& illic ab Hercule ſupatus fuit:cuius ſepulchrũ ibi oſtẽdebat̃. iõ fingit poeta Antheũ fuiſſe his populis ductorem: q noĩe referebat illũ:quẽ Hercules uicit. Venere æthyopes: æthyopes heſperii ſunt ſupra mauritaniã uicini ægypto cognoĩati ab æthyope filio Vulcani. Magna ex parte quondã paſtoralẽ uitã agebant:& inopẽ:cũ ꝓpter ſoli tenuitatẽ:& aeris intẽperiẽ. Tum ꝓpter ꝙ lõge a nobis poſiti ſunt. Nilus ab ultimis æthyopiæ finibus deuoluit̃ ĩ mare mediterraneũ Aphricam ab Aſia diuidẽs:ortũ hẽt referẽte iuba;ut autor ē Ply. in mõte inferioris mauritaniæ:nõ ꝓcul ab oceano lacu ꝓtinus ſtagnãte Ariſto. dicit oriri ex paludibus. Verũ q̃uis multa a coſmographis dicant̃:tñ incertus ē nili ortus: ſed hoc planũ ē ipſum fluere ex æthyopia:iõ dicit poeta ipſos nõ eẽ incognitos nilo. Qui magneta ſecãt: quinque ſunt genera magnetis:autore Ply. ſed æthyopico principatus datur: iõ dicit ſolis æthyopibus eẽ honorẽ magnetis:qm̃ alios æthyopicus ſuperat. Magnes appellatus ē ab inuẽtore: ut autor ē Ply. ĩ India reptus. æthyopici magnetis argumentũ ē ꝙ magnetẽ quoqꝫ aliũ ad ſe trahit. Metalli: magnetis. Metallũ qppe appellãus uenã ũde excidit̃: æs:aurũ:argẽtũ:& ẽt marmur: unde appellabit marmur lunẽſe niueũ metallũ. Chalybẽ:ferꝝ:ꝙ trahit ad ſe magnes:qd ferri duritia pigrius: ĩqt Ply. ſed cedit:& patit̃ mores. Trahit̃ nãqꝫ a magnete lapide:domitrixqꝫ illa rerũ omniũ materies ad inane neſcio qd currit: atqꝫ ut ꝓpius uenit aſſiſtit:teneturqꝫ & cõplexu hæret. Vicino ſaxo: admoto magnete. Mybæ:populi ſunt æthyopiæ q regionẽ ſolis adoribus aduſtã incolũt:ꝙ corpore nigro teſtãt̃:nõ hẽnt arma ex ferro:ſed integũt corpora lineo pãno:hoc dicit poeta ut oſtẽdat illos abũdare lino: & ſpicula ſucco inficiũt:& ueneno cõparãt ferro dedecus. æthyopes hẽnt arbores leniferas. Munire latus:facere toraces lineos. Scelerata ſuccis:infecta ſuccis herbarũ uenenoſis.

Battiadas paruos:fidei ſtimulauit in arma.
Quos trahit antiquo laudatus amilcare quondam
Conſilio uiridis:ſed bello ſerus ilertes.
Sabraca tum tyrium uulgus:ſarranaque leptis
Eaque trinacrios aphris permixta colonos
Et tingin rapido mittebat ab æquore lixus
Tum uaga:et antiquis dilectus regibus hippo.
Quæque procul cernit:nõ æquos ruſpina fluctus.
Et zama:et uberior rutulorum ſanguine tapſus.
Ducit tot populos ingens et corpore et armis
Herculeam factis ſeruans a nomine famam
Anteus celſumque caput ſuper agmina tollit.
Venere æthyopes gens haud incognita nilo
Qui magneta ſecant ſolis honor ille metalli
Intactum chalybem uicino ducere ſaxo
His ſimul immitem teſtantes corpore ſolem
Exuſto uenere mibe:non ærea caſſis
Nec lorica riget ferro:nec tenditur arcus.
Tempora multiplici mos eſt defendere lino
Et lino munire latus:ſcelerataque ſuccis
Spicula dirigere:et ferrum infamare ueneno.
Tum primum caſtris phœnicum tendere ritu
Cinyphii didicere mace:ſqualentia barba

Mace:ſũt populi cyniphii dicũt̃ a cyniphe flu.q labit̃ inter duas ſyrtes:apud quẽ ſũt magni hirci

& capræ : ex quoꝝ pilis fiebāt Cilicia in uſum nautarū & militū:unde dicit Vir.Cinyphii tondēt hirci uſum in caſtroꝝ.& miſeris uelamina nautis. Nūc mace didicerūt explicare tētoria more punico. Tēdere:ponere tētoria. Barba: ꝓpter barbā:quā demiſſam gerūt:alludit poeta ad mentū hircoꝝ:quoꝝ apud illos ē magna copia. Velamine capri:ciliciis. Pāda:curua:cateia ē genus teli recurui. Cetra uerſicolor:diuerſi coloris.Cetra ē breue ſcutū enſis falcatus dr̄ recuruus inſtar falcis:&currus falcatos dicimus falcibus armatos.unde Xenophon loquēs de curribus cyri falcatis dicit: Appoſuit falces ferreas duarū ulnarū lōgitudine ad axes:ex altera:atq; altera rotarum parte; & alias infra ſub axē reſpiciētes ī terrā: tanq̄ impetū in aduerſarios curribus facturi eēnt. Cōtra.i.ī leua. Adymarchide:nomē ē artificis fictū a poeta:ut facit Vir.ī buco.d'alcimedōte. Triſtes:īſipide. Quin & maſſyli:maſſyli q & mauri dicūt populi ſunt aphricæ ad oceanū athlanticū. Domus ultima terræ:qm̄ mauritania ē in finibus aphricæ:ubi ſūt horti heſperidū ſub athlāte ad oceanū:in qbus erāt aurea poma cuſtodita a dracone. Bocchus atrox:Bocchus fuit rex mauritaniæ fallax & crudelisq; iugurthā ꝓdidit:uinctūque dedit in manus Syllæ:miſſi illuc a Mario: cū diu cogitaſſet an Syllā potius uinctū traderent Iugurthæ:ad cuius bocchi atrocitatem poeta alludit. In litore.ſ.Athlātico.

Sacratas:ipſis puellis dicatas:quæ uocant̄ heſperides. Aurū.i.aurea poma.

Demiſſis crines: intortos a uertice: habēs capillos demiſſos:& oblōgos:q q dē crines nō erāt torti:ut ſūt æthyopū.

Vos quoq; deſertis:deſcribit nunc getulos:& numidas: q ſūt uicini mauris: quoꝝ ſtudia & mores ponit. In caſtra aſſueta miſceri gregibꝰ feraꝝ.nā numidæ uagā & inſtabilē uitā agebāt : & iter feras uerſabant̄ : iō ait getulos ueniſſe ī caſtra.ſ.numidaꝝ: q ſūt aſſueti iter feras.& ē periphraſis numidarū. Penates:paſtorales domos.i.mapalia : q̇ paluſtris circūferūt̄. Hinc:ex nūidis:& getulis. Alipedes:ueloces eq. Doctus uirgæ:qm̄ eq ipſoꝝ uirga gubernabāt̄: ut inqt Stra. ſupra: Nō cedēs uirga lupatis. Ceu ꝑnix:equos numidicos celeres cōparat ceruis fugiētibus : cū a canibus exagitāt̄. Lacō ꝑnix:canis laconicus uelox. Vmber:cōis ex umbria.

Nare ſagax: q acute ſentit: qd ſit ſagire dictū iā ē. Præcipitāt:urgēt. Marmaridæ medicū uulgus : marmaridæ ſunt populi aphricæ mixti pſylis: q̇ ſerpētibus aduerſant̄:& tactos dente: aut ſuctu leuabāt:iō dicit Medicū uulgus.

Strepuere:ſonitum dedere in caſtris patrio more. Cātus:incātationes. Bamuræ:bamura oppidum aphricæ laborās inopia ferri. Autololes:populi ſūt aphricæ:de qbus dictum eſt:pedū uelocitate præſtantes. Certāt pennæ.i.ī curſu certāt cū auibus pēnæ.i.auibus.certo tibi dicimus:& certo tecū. Spectati caſtris:lotophagi populi aphricæ habitātes Meningem inſulā ſic appellati:qm̄ comedūt loton: quæ ē arbor ferens fructum ſuauiſſimum & ſimilē fructū palmarum:tam dulcis cibus autore Ply.ut nomē ēt genti:terræque dederit.nimis hoſpitali obliuione patriæ. Succo:qm̄ ut inquit Ply.Vinum ex lotho exprimitur ſimile mulſo.

Ora uiris humeroſque tegunt uelamina capri
Setigero:panda manus eſt armata cateia
Verſicolor contra cetra:et falcatus ab arte
Enſis adirmachide ac leuo tegmina crure:
Sed menſis aſper populus:uictuque maligno
Nam calida triſtes epulæ torrentur harena.
Quin et maſſyli fulgentia ſigna tulere
Heſperidum ueniens lucis domus ultima terræ.
Præfuit intortos demeſſus uertice crines
Bocchus atrox qui ſacratas in littore ſyluas
Atque inter frondes reuireſcere uiderat aurum.
Vos quoque deſertis in caſtra mapalibus itis
Miſceri gregibus getuli aſſueta ferarum
Indomitiſque loqui et ſedare leonibus iras.
Nulla domus paluſtris habitant:migrare ꝑ arua
Mos atque errantes circumuectare penates.
His mille alipedes turmæ uelocior euris.
Et doctus uirgæ ſonipes in caſtra ruebat.
Ceu pernix cum denſa uagis latratibus implet.
Venator dumeta lacon:aut exigit umber
Nare ſagax e calle feras:perterrita latæ
Agmina præcipitant uolucres formidine cerui.
Hos agit haud læto uultu:nec fronte ſerena
Haſbytes nuper ceſe germanus acheras.
Marmaridæ medicum uulgus ſtrepuere cateruis:
Ad quorum cantus ſerpens oblita ueneni
Ad quorum cantus mites iacuere ceraſtæ
Tum calybis pauper bamuræ cruda iuuentus.
Contenti parca duraſſe haſtilia flamma.
Miſcebant auidi trucibus fera murmura linguis
Necnon autololes leuibus gens ignea plantis
Cui ſonipes curſu:cui ceſſerit incitus amnis
Tanta fuga eſt.certāt pennæ: campumque uolatu
Cum rapuere:pedum fruſtra ueſtigia quæras.
Spectati caſtris:quos ſucco nobilis arbor

Nimis hoſpita: dulcedīe ſua hoſpitibus afferēs p̄riæ obliuionē. Baca: fructu. Garamātes inco lūt loca harēoſa africæ: & plēa ſerpētibus: quoꝝ cām & originē affert poeta. Ply. ait ad eā p deſerta harēis: pque ſerpētes iter ē excipiūt ſaltus repleti feraꝝ multitudīe: & ītrorſus elephātoꝝ ſolitudi nes: mox deſerta uaſta utrūq; garamātes: ꝓpe quos fuere pſyli. Atro ueneno: ab effectu. Effer ue ſcēte: nā cū ſerpētes efferueſcūt: ſūt pi̇culoſiores. Dypſadas: dypſas ē ſerpēs: cuius morſu tacti uſq; ad mortē ſitiūt nomē ex re ſortita. nā dypſao græce latīe ſignificat ſitio. und' Oui. cū dixiſſet noīe dypſas anus: ſubiūxit ex re nomē hēt: nigri nō illa parētē Mēnonis ī roſeis ſo bria uidit eqs. Fama docet: dicit poe ta illic cæſā fuiſſe Meduſā a pſeo: e cu ius ſāguīe nati ſūt ſerpētes: Meduſa qp pe: ut ē ī fabulis capillos ſerpētinos hē bat. pſeus filius fuit Iouis: & danaes fi lii acriſii regis argoꝝ: q cū ſibi pēnas a ptaſſet ex aphoſācto mōre pelopōneſī uolatū auſpicatus ī africā contēdit: ubi Meduſā ītēremit. Gorgonis: Meduſæ.

Et dulci paſcit lotos nimis hoſpita baca
Quique atro rapidas effer ueſcente ueneno
Dypſadas immenſis horrent garamātes harenis
Fama docet ceſe rapuit cum gorgonis ora
Perſeus in libya dirum fluxiſſe cruorem.
Inde meduſeis terram exundaſſe chelydris.
Milibus his ductor ſpectatus marte coaſpes
Neritia meningæ ſatus cui tragula ſemper
Fulmineam armabat celebratum miſſile dextrā.
Hinc coit æquoreus naſamon inuadere fluctu
Audax naufragia et prædas auellere ponto.
Hinc qui ſtagna colunt tritonidos alta paludis.
Qua uirgo ut fama eſt: bellatrix edita lympha
Inuento primam libyen perfudit oliuo.
Necnon totus adeſt ueſper: populique repoſti
Cantaber ante oīs hyemiſque æſtuſque famiſque
Inuictus: palmamque ex omni ferre labore.
Mirus amor populo cum pigra incanuit ætas
Imbelles iam dudum annos præuertere ſaxo.
Nec uitā ſine marte pati: quippe omnis in armis.
Lucis cauſa ſita eſt: et damnatum uiuere paci.
Venit et auroræ lachrymis perfuſus in orbem
Diuerſum patrias fugit cum deuius oras
Armiger eoi non fœlix memnonis aſtyr
His paruus ſonipes: nec marti notus: at idem
Aut in concuſſo glomerat ueſtigia dorſo.
Aut moli pacata celer trahit eſſeda collo.
Erdus agit iuga pyrenes uenatibus acer
Metiri: iaculo ue extendere prœlia mauro.

Neritia meninge ſatus: ad q̄ diuertit Vlyxes autor̄ Ho. ī odiſſea. Meningē i qt Stra. lotophagorū terrā putāt: cuius Ho. meīt: & ſigna q̇dā extant. & Vlyxis ara. & fructus ipe. nā lothos arbor mul ta ī ea ē fructu ſuauiſſimo. Neritus eſt mōs ithacæ p̄riæ Vlyxis: iō neritiā me ningē appellauit. tragula ē haſta: ut ait No. Fulmineā: ualidā. Coit: cōgrega tur ad bellū. naſamōes hītāt ad ſyrtes: ī mediis harēis: apd' quos ē oraculū io uis hāmonis. Aequoreus: hītās ad ſyr tes. & mare illud uadoſū. Tritonidos paludis: tritō ē flu. īter ſyrtes: & tritōis magna palus a flu. dēa: ī q̄ primū dr̄ re pta pallas: und' & tritōia dēa. Pallātias appellaᷣ illa palus a callimacho. Pallas oleā inuenit. Bellatrix: qm̄ pallas hēt ēt numē ī bello: ut Mars. Oliuo: oleo.

Necnō totus adeſt ueſp: nūc recenſet hiſpāos: q ad bellū uener̄t. Totus ueſ p. i. oēs hiſpāi q ſunt ad occaſū. Veſp ē ſtella: q occidentē ſeqᷣ ſole. & mane dr̄ lucifer: dr̄ ēt heſperus. Repoſti: poſi ti ī extrēa pte hītationis: q̇ ē ad occide tē. Cātaber añ oīs: cātabri ſunt populi hiſpaniæ ad ſeptētrionē: q nō ſolū ter ribiles ī armis ſemp fuer̄t: ſed ēt crud' les & amētes ritu ferarū. Matres ī bello cātabrico: ne ī hoſtiū manus capti ueni rēt filios necauerūt: & nōnulli ex cāta bris ab hoſtibus affixi crucibus lætitiæ peana canebāt. hiſpanū ēt illud ē inqt Stra. ut de more toxicū apponaᷣ: q ex olere appio ſimili cōficiūt: nullū afferēs dolorē: ut ſi qd af feraᷣ inuitis prōptu illd' hēant. Pigra ætas: ab effectu. i. cū ad ſeniū uētū ē ſaxo ſe perimūt & dā nāt pacē oēmque uitā in bellis ponunt. Venit & auroræ: Aſtyr fuit auriga Memnonis filii. Auroræ & titoni. Mēnone cui aurigabaᷣ interfecto ad troiā p inſidias a Theſſalis: & cineribus cremati cor poris ad Titonū delatis ī hiſpaniā nauigauit: & aſturibus populis: q ſunt uicini cātabris: & callecis nomē dedit. In orbē diuerſū: qm̄ ex oriēte uenit ī occidētē. Eoi: oriētalis. His paruus ſonipes: Aſtures hēnt equos: q aſtrucones uocāᷣ bello inepti: ambulabāt tolutim: ut ī ſeſſorē nō cōcutiāt: & trahūt currus pacatos: de qbus Ply. ait ī eadē hiſpania gallica gēs & aſturia eſt equini generis: quos thieldones uocamus minori forma appellatos aſturcones gingūt: qbus nō uulgaris ī curſu gradus: ſed mollis alterna crurū explicatu glomeratio Mar. Hic breuis ad numerū rapidos: q colligit un gues: Venit ab auriferis gētibus aſtur equus. Aſturcones nunc uernacula lingua uocamus chineas.
Eſſeda pacata: currus nō bellicos. Eſſedū ē genus currus: herdus erat dux iſtoꝝ ſolitus uenari per pyrenea iuga. Acer metiri: celer ad metiēdos curſu ſaltus pyreneos. acer ſignificat celerē a uſteꝝ ſæ ueꝝ: uehemens: ꝓuidū: diligens. Iaculo mauro: qm̄ mauri autore Stra. utūᷣ: lancea lata & parua.

Venere & celtæ:celtiberi ſunt populi hiſpaniæ accolentes iberū amnē: quoꝝ præclara urbs fuit Numātia. Lucanus:Profugique a ſede uetuſta galloꝝ celte miſcētes nomē iberis. Sociati:nomē: qm̄ cōiūctū ē nomē celtarū:& iberoꝝ:& dicti ſunt celtiberi. His pugna cediſſe decus:putabāt decus eē & fortibus uiris dignū in bello cadere:corporaq; apud illos cremabaṫ:qm̄ arbitrabanṫ piaculū eē:ac ſuperis admodū diſplicere:ſi aīalia cadauera cæſoꝝ laceraſſent. Galatia diues::qm̄ ibi effodiṫ aurū:ut dictū ē. Galleci ſiue calleci dicunṫ ēt luſitani:ad aquilonem mōtana habitāt:q ut autor ē Stra. Viuebant ſpartano ritu:& ſacrificiis dediti exta inſpiciebāt:& fibras:futuraq; ꝑuidebāt:ex ītestinisquoque hominū maxīe captiuoꝝ diuinationes aucupabantur:abſciſſas dextras diis offerētes. Inſpicere exta & flāmas ſacrificiorū ab hetruria manauit:Arabes:Phryges:& cylices cātus auiū & uolatus obſeruauere. unđ nata ſunt auguria:ægyptii:babylonii:atq; phœnices ꝑpter cāporū planiciē oēm curā in ſyderū cognitione poſuerunt:& ſic aſtrologiæ diſciplina facta. Fibrarū:extiſpicinæ:qm̄ fibræ ſunt extremitates iecinorū. Pēnæ:augurii:qđ ē ex auiū inſpectione. Diuinarū flāmarū:aruſpicinæ. nam aruſpices inſpiciebāt aras. & ignē ſacrificii:& inſpecta flāma diuinabāt:& ſic oſtēdit apđ illos fuiſſe triplicē modū prædicēdi futura:extiſpicinā augurīū & aruſpicinā. Nunc pedis alterno:cōuiuia inqt Stra. de his loquēs inter cōſanguineos celebrāt ꝑ oleo butyrū uſurpāt:ſedētes cœnitāt ædificatos in pariete hemicyclos habentes. Primus ſedendi locus ætati præſtaṫ. & honori inter potandū ducto ad tibiā:uel tubā choro ſaltāt:inflexis exultātes poplitibus. Ad numerū:ad cōſonātiam.

Cetras reſonas:ſcuta eorū plauſu reſonātia.i.ducebant choreas:& plaudebāt ad ſonū:cetræ.i.ſcuti:qm̄ galleci & luſitani geſtabāt ſcutū duorū pedū altitudine curuū a collo loris depēdens.

Cætera fœmineus:hoc ꝙ poeta callecis attribuit Stra. dicit cātabricas mulieres exercere his uerbis:Mulieres rem ruſticā exercēnt. Obit:facit. Irrequieta:nunq̄ ceſſans a laboribus. Hos uiriatthus agit:Viriatthus autore Ply. de uiris illuſtribus:ſi Plynii ē illud opuſculū quod illius noīe circūferṫ:genere luſitanus ob paupertatē primo mercennarius:deinde alacritate uector:audacia latro. ad poſtremū dux bellū aduerſus po.ro. ſumpſit:eorūque imꝑatores:Claudiū Munianū:&.C.Nigidiū oppreſſit pacē:a po.ro. maluit integer petere q̄ uictus:poſtea bellum renouauit Cepio:cū aliter eū uincere nō poſſet:ſatellites pecunia corrupit:qui Viriathū uino depoſitū peremerunt:quæ uictoria:quia empta erat nō eſt probata a ſenatu. Luſtris:cubilibus ferarū:qm̄ fuit paſtor. Nomē factū mox nobile dānis romanis.i.incōmodo quod romanis attulit:ut dictū ē:Voluit igiṫ Syllius illū Viriathum ſignificare:q poſtea fuit:& cū romanis bellum geſſit.

Nec ceretani:populi hiſpaniæ ꝓpe pyreneos mōtes:q quondā ſub Hercule militarūt:iō dicit tirynthia caſtra:apđ ceretanos optīe cōficiūṫ:cōdiunturq; pernæ:unde Mar. Ceretana mihi fiat uel maſſa licebit đ menapis:lauti de petaſone uorēt. Aut uaſco inſuetus galeæ:uaſcones ſunt populi hiſpaniæ ſupra lacetanos uerſus galliā:& aqlonē:quoꝝ urbs eſt calagura:q Fabio qntiliano alūno cēſeṫ. Vaſcones ī bello nō utūṫ galea. ordo ē:Nec ceratani aut uaſcones morati ſunt ferre arma:iđ ē & ipi celerrime uenerūt ad bellū. Ilerda:urbs hiſpaniæ:apud quam Afranius & Petreius a Iulio Cæſare debellati fuerūt:iō ait poeta dardanios furores.i.bellū ciuile romanoꝝ. Nec q̄ maſſageten:Maſſagetæ populi ſcythiæ bibētes lac cū ſanguine equino. idē faciebāt cōcaui:q ſunt in hiſpania ab illis oriūdi. Mōſtrās:referēs:& oſtēdēs ſe hr̄e originē a maſſagetis. Cornipedis:eq. Iamque ebuſus phœniſſa mouet:an̄ hiſpaniā & orā tarraconēſem inſulæ iacēt:quarū duæ uocanṫ pythiuſæ:& duæ gymneſiæ:q̄ & baleares appellanṫ:una ex pythiuſis uocaṫ ebuſus:quā phœniſſam appellat:qm̄ phœnices illas inſulas diu tenuerūt. Iamque artabrus:artabri populi hiſpaniæ extremi ad oceanū borealē circa Neriū ꝓmōtoriū:ꝙ occidētalis & borealis hiſpaniæ lateris finis eſt.

Venere et celtæ ſociati nomen iberis.
His pugna cecidiſſe decus:corpuſque cremari.
Tale nephas cœlo credunt:ſuperiſque referri:
Impāſtus carpat ſi membra iacentia uultur.
Fibrarum et pennæ diuinarumque ſagacem
Flammarum miſit diues gallecia pubem.
Barbara nunc patriis ululantem carmina linguis.
Nunc pedis alterno percuſſa uerbere terra.
Ad numerum reſonas gaudētem plaudere cetras.
Hæc requies:luduſque uiris:ea ſacra uoluptas.
Cætera fœmineus peragit labor:addere ſulco
Semina et impreſſo tellurem uertere aratro
Segne uiris. quicquid duro ſine marte gerēdū ē:
Callaici coniunx obit inrequieta mariti.
Hos uiriatthus agit:luſitanumque remotis
Extractum luſtris:primo uiriatthus in æuo
Nomen romanis factum mox nobile damnis
Nec ceretani quondam tirymphia caſtra
Aut uaſco inſuetus galeæ ferre arma morati
Nec quæ dardanios poſt uidit ilerda furores.
Nec qui maſſagetem mōſtrans feritate parentem
Cornipedis fuſa ſatiaris concaue uena.
Iāque ebuſus phēiſſa mouet:mouet artabrus arma

Aclide uel tenui pugnax inſtare ueruto.
Iam cui tlepolæmus ſator: et cui lyndus origo
Feruida bella ferens balearis: et alite plumbo
Et quos nunc grauidos uiolato nomine graiū
Aeneæ miſeræ domus: ætolaque tydæ
Dat carthago uiros teucro fundata uetuſto
Phocaicæ dant emporiæ: dat tarraco pubem
Vitifera: et latio tantum ceſſura lyeo.
Hos inter clara thoracis luce nitebat
Sedentana cohors: quam ſucro rigentibus undis
Atque altrix celſa mittebat ſetabis arce.
Setabis: et telas arabum ſpreuiſſe ſuperbas
Et peluſiaco filum componere lino.
Mandonius populis: domitorque īſignis equorū
Imperitat cæſo: et ſocio ſtant caſtra labore.
At uetonum alas balarus probat æquore aperto.
Hic adeo cum uer placidum: flatuſque tepeſcit
Concubitus ſeruans tacitos grex proſtat equarū.
Et uenerem occultam genitali concipit aura.
Sed nō multa dies generi: properatque ſenectus.
Septimaque his ſtabilis longiſſima ducitur ætas

Aclide: Aclis ē iaculū breue. Vir. Teretes ſunt aclides illis tela: ſed hæc lento mos ē aptare flagello. Iā cui tlepolæmus ſator: & cui lindus origo feruida bella gerēs balearis: Tlepolæmus filius fuit Herculis & cecidit ad Troiā haſta ſarpedonais regis lyciorū. unde Oui. Sāguine tlepolæmus lyciam tepeferat haſtā. Tlepolæmus ut autor ē Home. & refert Stra. lib. xiiii. cum interemiſſet lycimnion auūculū iam ſenio cōfectū collecta iuuenū manu rhodū nauigauit ꝓfectus ex argis & tyrinthæ: & urbes coluerūt tlepolæmus: & comites lyndū ialiſum: & camirū: quas urbes ut aliqui uolūt tlepolæmus auxilio ſuorū cōdidit. Rhodii poſtea ī mari fortunatiſſimi fuerūt: & in iberiā nauigātes rhodū illic cōdiderūt & poſt captā Troiā baleares inſulas habitauerūt: & ideo dicit poeta Tlepolæmū & lyndū dediſſe originem balearibus Lyndus ī mōte ſita erat: habebatq; inſigne templū palladis. & Cleobolus unus ex ſeptē ſapiētibus ex lyndo fuit. ordo eſt: Iam balearis mouet arma: cui ſator fuit. ſ. Tlepolæmus. & origo lyndus urbs rhodi. ē ēt lyndus inſula rhodiorū. Plūbo: glāde plūbea: quam fundis emittebāt ī hoſtes. Aetola tydæ: diomedes errās: cū ī hiſpaniā perueniſſet a noīe patris Tydei urbē ī luſitania a ſe ædificatā Tyden appellauit. & incolæ Grai dicti ſūt: poſtea grauii uiolato nomine. Aeneæ domus: ætolæ ab Aeneo patre tydei rege ætoliæ auo diomedis.

Carthago: ē urbs celtiberorū ad mare mediterraneū portu nobilis: quā ædificauit Aſdrubal gener Amilcaris: ut autor ē Stra. poeta dicit cōditorem fuiſſe Teucrum thelamoniū nō ſine rōe: qm̄ teucer autore Trogo fugiēs patriam & iras paternas in cyprum nauigauit: ſalaminaq; cōdidit: pr̄e uita functo: patriā repetēs ab Euryſace Aiacis filio acceſſu ꝓhibitus ad hiſpaniæ littus claſſem appulit: & loca ubi fuit poſtea noua Carthago occupauit: inde ī luſitaniā trāſiuit. Phocaicæ dāt emporiæ: emporiæ urbs maritima inter tarraconē: & pyreneos mōtes ad mare cōdita a maſſyliēſibus: q a phocenſibus originē habēt. phocēſes enim græci maſſyliā cōdiderūt: iō phocaicas emporias appellat. Tariaco: urbs hiſpaniæ adhuc clara: quondā tarraconēſe uinum romā mittebant: q a ſolo cāpano uino in italia ſuperabat: de quo Mar. Tarraco cāpano tm̄ ceſſura lyeo. Me genuit tuſcis æmula uina cadis.

Sedentana cohors: Sedentani populi ſunt hiſpaniæ ꝓpe nouam carthaginē: & ſucronem fluuiū. & etiā Setabis urbs illic in ædito loco ſita: circa quam ē magna copia ſparthi: & campus qui ſpartarius cognominatur. Poeta alludens ad nomen urbis dicit ſetabim ꝓpter ſparthum. & linum ſpernere telas nobiles arabum ex ſerico. nam arhores Arabiæ autore Plyni. ex quibus ueſtes fiunt cynæ uocantur. & ſeres populi ſunt in oriente: quorum arbores ferunt ſericum & bombyx in aſſyria naſcitur. Hiſpania ut inquit Ply. habet ſplendorē lini præcipuum natura torrentis: in quo politur: q tarraconem alluit. & tenuitas mira: ibi primum carbaſis repertis: ideo poeta tantum celebrat telas ſetabitanas. Dicit ſedentanos habuiſſe toraces lineos & ſplendidos. Arabia ultima eſt omnium regionum: quæ ad meridiem habitantur ſupra ægyptum. Peluſiaco: ægyptio: de quo dictum eſt. Setaba linthea ſunt apud Martialem. & Catullus ad Veranium inquit: Miſit mihi ſetaba ex ibero. Mandonius & cæſo erant iſtorum duces. & ſocio labore caſtra regebant. Ad uetonum alas: regio Hiſpaniæ uergens ad aquilonem luſitania ē inter hiſpanos gēs illic ampliſſima: cuius latus ad meridiem tagus cingit: ab occaſu: & ſeptētrione oceanus: ab aurora carpentani. Vetones uaccei & calleci apud luſitanos iuxta Tagum fluuium: ut inquit Trogus: Equas uento concipere plures autores tradiderunt: quæ fabulæ ex equarum fœcunditate: & gregum multitudine natæ ſunt: qui tot in callacia & luſitania: tamque pernices uiſuntur: ut non immerito ipſo uento concepti uideantur. Proſtat: exercet Venerem ſine admiſſario. nā aurā genitalē patulo ore excipiunt. Tacitos: ſine aliquo hinnitu. cōſtat inquit Ply. in luſitania circa Vlyſponem oppidū: & Tagū amnē æquas fauonio flāte obuerſas aīalem cōcipere ſpiritū: idq; partū fieri: & gigni ꝑniciſſimū: ſed triennium uitæ nō excedere: ſeptenniū ait Syllius: huius rei meminit ēt Vir. in geor. Aura genitali: zephyro uento qui generat prolē ī utero equarū. Alas: turmas equitū. Aperto: patenti: ut equi eorū uelociſſimi ſeſe oſtētare poſſint. Hic: apud uetones. Flatus ipſius fauonii: q uer inchoat.

Suſana:fuit oppidū hiſpaniæ cōditū a ſarmatis populis Scythiæ:q & ſauromatæ dicunť: quorū equi ualidi ſunt:& diu uiuūt. Sarmatæ lōginqua itinera acturi in edia prius pparāt equos:atque ita p cētena milia:& quinquaginta cōtinuo curſu eūtibus inſidēt. uiuūt annis quinquagenis. fœminæ minore ſpatio æedē finē creſcēdi quinquēnio capiūt. Mares anno addito. Hinc:a ſuſana. Haud æui fragilis.i.nō habēs fragilē ætatē:ſed diu uiuit. Sparus:ē telū agreſte. Vir. Agreſteſque manus armat ſparus. Horrificāt:horridas faciūt galeas rictu ferarū:ut horrorē hoſtibus incuterēt & omne æuū uenatibus agebāt. Tranſigiť: agiť & perficiť. Vis:uiolētia & rapinæ de cōſuetudine maiorū ſuorū. Caſtulo:ut dictū ē cōdita & denomiata fuit a caſtalio:qui ex phocide ac parnaſo ī hiſpaniā traiecit:ideo caſtulonē parnaſiā appellat. Hiſpal:oppidū eſt ad mare gaditanū:ubi ſunt æſtuaria.i.cōualles repletæ marinis aquis: inundationibuſque pelagi: per quas inſtar fluuiorū nauigantes aſcendūt ad uicina oppida ideo dicit Stra. Fama quidē celeberrima habēť oppida: quæ ſup amnes ædificata ſunt:aut æſtuariis:marique proxima: pprer rerū cōmoditatē. Alternis æſtibus: qm̄ ibi ē fluxus & refluxus freti gaditani:ſūt ēt æſtuaria. Nebriſſa:urbs ppe æſtuaria hiſpaniæ:quā poetā cultā dicit a ſatyris:pp ipſum nomē qm̄ nebris ſignificat pellē hinuli: ideſt pulli ceruini:qua utebanť bacchantes.

Thyrſis dionyſeis: bacchicis. Nyſa eſt in aphrica ad Tritonē fluuiū: ubi æducatus fuit bacchus:& appellatus Dionyſius:quaſi filius Iouis & nyſæ. Nyſa ēt ē ī arabia cōdita a baccho. Nyſa ī prima india. Nyſa in parnaſo: quā cōdidere phocēſes in honorē bacchi. Leues:agiles ac laſciui. Menas:baccha mulier.

Nocturna:qm̄ noctu fiebāt bacchanalia. Ortano lyeno: uino aborta oppido ppe nebriſſam. Carteia:in betica ē alio nomīe diciť tarteſſus:ubi regnauit Argantonius:q ut Anacreon poeta cecinit centū &.l.uixit annos: ut Ply. ſcribit centū &.xx. Syllius aūt dicit uixiſſe trecētos annos:& ob id fuiſſe ditiſſimū ætatis. lege Strabonē & Plinium. Ter denos decies annos:trecētos. Stabulāti phœbo:qm̄ ibi uideť ſol ſtabulari cū occidit:quia tarteſſus ē: ad mare poeta uult tarteſſum & carteiā nō eē eandē: ſiue poſuit poſtea tarteſſum dicens idem ut oſtenderet utroque noīe appellari id oppidum. Mūda:urbs beticæ regionis:ubi Cæſar filios Pompei uicit:quorum alter Gneus cum naui delapſus ad incumbentem pelago rupem euaſiſſet obtruncatus eſt. Sextus a corduba fugiens: tracto paululū temporis inter hiſpanos bello in Siciliam tranſmiſit. Poſtea mileti occiſus eſt ab antonianis. Munda igitur erat paritura Cæſari labores emathios:ideſt tales in opprimēdis filiis Pompei:cum qbus p capite dimicauit:ut ipſe faſſus ē:quales paſſus fuerit ī opprimēdo Pōpeio ī theſſalia:quæ & emathia diciť:ab emathione rege:& hemonia ab hemone:& theſſalia a theſſalo Hemonis filio: & Neſonia a Neſone filio theſſali:& pyrrhea a pyrrha deucalionis uxore. Italis:romanis:q illic pugnauerunt. Corduba:urbs beticæ cōdita a Marcello:præſtantiſſimis: & doctrinæ principibus clara alūnis utroque Seneca:& Lucano poeta eminētiſſimo:ideo dicit cordubam eē decus auriferæ terræ:ideſt hiſpaniæ ferentis aurum:eo inquit Strabo:Magnitudinis creuit corduba:ut nominis celebritate & potentia polleat. Flauenti uertice: ideſt flauis capillis: & alludit ad ſegetes flauas. betica ē fertilis:ideo ait:Spiciferis oris. Aranticus dux erat. Betes fluuius hiſpaniæ: a quo betica:quæ habet copiā oliuarū:ideo dicit Cornua fluuii umbrata oliuis:qm̄ betis ripæ ſunt oliuis conſitæ.

Ramo palladio:oliuis. Ductor ſydonius:Annibal rapiebat p cāpos puluerulētos agmina ſua:& luſtrabat oīa ſigna ſuorū:inter quos ibat ouans. Non aliter:Annibalem ſua acies animo alacri luſtrantem:comparat Neptuno:cui uaganti per oceanum curru minora numina plauſu occurrunt.

At non ſarmaticos attollens ſuſana muros.  
Tam leuibus perſultat equis:hinc uenit in arma  
Haud æui fragilis ſonipes:crudoque uigore  
Aſper frena pati:aut iuſſis parere magiſtris.  
Rindacus his ductor:telum ſparus:ore ferarum  
Et rictu horrificant galeas:uenatibus æuum  
Tranſigitur:uel more patrū uis: raptaque paſcūt.  
Fulget præcipuis parnaſia caſtulo ſignis.  
Et celebre oceano:atque alternis æſtibus iſpal.  
Ac nebriſſa dionyſeis conſcia thyrſis  
Quam ſatyri coluere leues:redimitaque ſacra  
Nebridæ et hortano menas nocturna lyeo.  
Argantoniacos armat carteia nepotes.  
Rex proauis fuit humani ditiſſimus æui.  
Ter denos decies emenſus belliger annos.  
Armat tarteſſos ſtabulanti conſcia phœbo  
Et munda emathios italis paritura labores.  
Nec decus auriferæ ceſſauit corduba terræ.  
Hos duxere uiros flauenti uertice phorcis  
Spiciferiſque grauis bellator aranthicus oris  
Equales æui genuit:quos ubere ripa  
Palladio betes umbratus cornua ramo.  
Talia ſydonius per campos agmina ductor  
Puluere nigrantes raptat:luſtratque ſub armis.  
Qua uiſu comprendere erat fulgentia ſigna.  
Ibat ouans:longaque umbram tellure trahebat.  
Non aliter quotiens:perlabitur æquora curſu

Extremamque petit phebea cubilia tethyn
Frenatis neptunnus æquis: fluit omnis ab antris
Nereidum chorus et ſueto certamine nandi
Candida perſpicuo conuertunt brachia ponto.
At pyrenei frondoſa cacumina montis
Turbata pœnus terrarum pace petebat.
Pyrene celſa nimboſi uerticis arce
Diuiſos celtis altæ proſpectat iberos.
Atque æterna tenet magnis diuortia terris
Nomen bebrycia duxere a uirgine colles.
Hoſpitis alcide crimen: qui ſorte laborum
Gerione peteret cum longa tricorporis arua
Poſſeſſus baccho ſeua bebrycis in aula
Lugendam formæ ſine uirginitate reliquit
Pyrenen lætique deus ſi credere fas eſt.
Cauſa fuit læti miſere deus edidit aluo.
Namque ut ſerpenten patrias exhorruit iras
Confeſtim dulces liquit turbata penates
Tum noctem alcide ſolis plangebat in antris
Et promiſſa uiri ſyluis narrabat opacis
Donec mœrentem ingratos raptoris amores.
Tendēteque manus: atque hoſpitis arma uocātē
Diripuere feræ: laceros tirynthius artus.
Dum remeat uictor lachrymis perfudit: et amens
Palluit inuento dilectæ uirginis oræ.
Ac uoce herculea percuſſa cacumina montis
Intremuere iugis: mœſto clamore ciebat.
Pyrenen: ſcopulique omnes ac luſtra ferarum
Pyrenen memorant: tumulo tum mēbra reponit
Supremū illachrymās: nec honos ītercidet æuo.
Defletumque tenent montes per ſecula nomen.
Iamque per et colles et denſos abiete lucos
Bebryciæ pœnus fines tranſcenderat aulæ
Index ferox quæſitum armis per inhoſpita rura
Volcarum populatur iter tumidique minaces.
Accedit rhodani feſtino milite ripas.
Aggeribus caput alpinis et rupe niuali
Proſilit inceltas ingentemque extrahit amnem

Tethin: oceanū. Cubilia phœbea: quia ibi uidet̃ ſol ſtabulari. Extremā: ultimā partē maris ubi ſol uidet̃ occidere. Pyrene celſa: deſcribit pyreneū montē & noīs cauſā fabuloſā affert: qm̄ pyrene ut autor ē Diodo. ab igni qui paſtoribus exciderat nomē accepit quo totus conflagrauerat. pyr græce. latine dicit̃ ignis. Diuiſos celtis: celte galloꝝ natio hæret pyreneis montibus. Aquitani ſūt his finitimi ad ſeptētrionem: hītantes iter pyrenē & garunnā fluuiū. belge aūt uſque ad oceanū: & oſtia rheni ſe porrigūt: a græcis oēs galli uocant̃ celtæ ob celtaꝝ claritatē qui incolebant narbonē-ſem regionē & maſſylienſem. pyrenei mōtes diuidūt gallias ab hiſpaniis. Diuortia: diſcrimina & diuiſiones. Magnis terris: hiſpāiis & galliis. Bebricia uirgīe: pyrene filia bebricis. Crimē alcidæ: nā propter herculē puella fugiēs irā patris laniata ē a feris: cui hercules uirginitatem abſtulerat. Sorte laboꝝ: quos illi ex ordīe īperabat euryſteus. Poſſeſſus baccho: cū multo mero īcaluiſſet. Sæua aula bebricis: alludit ad Amicū bebriciū neptuni filiū quē æſtibus īteremit pollux. bebricii dicti ſūt bythinni. de Amyco eiuſque feritate ac morte lege Valeriū flaccum. Virgi. in quīto: Bebricia ueniēs amyci de gēte ferebat. Lugēdam: deplorādam: qm̄ ob eius formā in talē incidit calamitatē. placuit. n. ob formā herculi. Plangebat noctē: dolebat ſe ſe īdulſiſſe herculi noctu. Mœrentē amores: deplorātē ingēti mœrore alciden qui ſe ſtuprauerat erga ſe ingratū eſſe. Victor: cæſo gerione. Ore: capite pyrenes puellæ.
Supremū: nā dicebat̃: Vale Vale: & quē dabit finē fortuna cūcti ſequēur. Virgi. de polydoro: Animāque ſepulchro condimus: & magna ſupremū uoce ciemus. Nec ītercidet: non delebit̃ quia dicet̃ ſemper pyrene: ut de Miſeno Virgilius fingit. Fines aulæ bebriciæ: pyreneos montes. & per inhoſpita rura quæſiuit iter armis: & depopulatus agros uolcaꝝ ad ripas rhodani contendit. Denſos lucos: quoniam ut inquit Strabo latus pyrenei mōtis uergēs ad hiſpaniam uarias hēt arbores. alterum uero ſpectans galliam nudum eſt penitus. Volcaꝝ: Volcæ ſunt populi galliæ accolentes ulteriorem ripā rhodani: qui ex alpibus fluit per lacum lemannum: & ſe ī mare mediterraneum deferens plures fluuios inter quos ararim: qui rhodano miſcetur prope lugudunum. de quo loco intelligit Tranquillus in uita. C. principis. dicens illū natū eē in uico paulo ſupra cōfluētes.
Feſtino milite: quoniam properabat exercitus. Tumidi: propter aquarum copiam. Minaces ripas: quoniam cū magno impetu fert̃ rhodanus. eſtque adeo præceps ut uix aduerſa aqua nauigetur: & tranſiens per lacum lemannum oſtēdit curſū ſuū: nec confundit aquas. rhodanus dictus a rhoda rhodioꝝ colonia ſita ad fontes rhodani. Caput: origo & fōs rhodani ē ī alpibus.

Arar:orit etiá ex alpibus:adeo ſegnis í curſu ut uideat ſtagnum. Anhelis:torrétibus. Pelago:copia ſuæ aquæ ímergit arari: q perdit illic nomé, nã poſt cõfluenté dicit ſolú rhodanus. Inuadút alacres: ipſi pœni íuadút rhodanú qui pp ípetú pontes deiiciebat:& ídignabat. ideo fuit opus,ut nãdo:aut ratibus traiicerét. Alno fluminea:naui facta ex alno:quæ gaudet ripis fluminú. Liuius ait: Annibal ne tépori deeſſet dat ad traiiciendú ſignú. Iá paratas aptaſque hébat pedes litres.nauiú agmé ad excipiédum ípetú fluminis parte ſupiore tráſmittés:tranqllitaté íſra traiiciétibus lintribus præbebat:equoꝝ pars magna ná tes a pupibus trahebát præter eos quos íſtructos:frenatoſque ut ex téplo egreſſo í ripá eqti uſui eént ípoſuerút in naues. galli occurſát í ripá cú uariis ululatibus:cãtuque moris ſui qtiétes ſcuta ſuper capita:uibranteſque dextris tela quos a tergo ánibal adortus é. Belua libyſſa:elephas. hébat annibal cú traiecit rhodanú.xxxvii. elephátos. Ná ratibus uada:Liuius ait:Raté uná.cc.longá pedes.l.latá a terra í amné porrexerút:quá ut ſecúda aqua deferret pluribus retinaculis ualidis parte ſupiore ripæ religata pontis í modú humo coniecta conſtrauerát:ut beluæ audacter uelut per ſolú ingrederétur. Vada:ipſá aquá. Connexas trabes:raté ipſá:quæ nil aliud é niſi pluriú trabiú cõtextus.

Refuſis:pmixtis ab imo. Torſit:emiſit. Iáque tricaſtinis:ánibal ad tricaſtinos flexit iter:& ad druétiá fluuiú puenit tráſitu difficillimú:qa nullis coercitus ripis pluribus ſimul atque hiſdé alueis flués p noua ſéper uada nouoſque gurgites:& ob eadé pediti quoque ícerta uia eſt. ad hæc ſaxa glareoſa uolués nihil ſtabile aut tutú ígrediéti præbet. ideo ait poeta ipſum mutare uada tráſlato curſu. Tricaſtini & Vocõtii populi ſút galliæ ,ppe druétiá fluuiú qui iter ánibalis aliqtulú remoratus é: cú ſit tráſitu difficillius:& p agros erúpat atque uaget. Rura uocontia:agros uocontioꝝ. Tráſlato curſu: qm mõ hac: modo illac fluit: & mutat uada.i.ſuas aquas. Non æquus:non idoneus nauibus. Et núc ímbre recés fuſo:hoc eſt qđ ſcribit Liuius his uerbis:Et tú forte imbribus auctus ígenté tráſgrediétibus tumultú fecit. Recés:recéter & paulo ante. Vertice:ſúmitate aquæ. Sed iam præteritos:annibal a rhodano decimis caſtris peruenit ad alpes: quaꝝ moles obducta niuibus terruit pœnos:effecitque ut oía picula & oés præteritæ difficultates exciderét. Cúcta gelu:deſcribit alpes obductas niuibus & glacie. Glaciem æui:niué multoꝝ annoꝝ: & glacié uetuſtam. Cohibent:retinét.

Flammis: radiis ſolaribus. Obuia phœbo:propter altitudiem. Pruinas: glacié:& durá niuem quá ſol diſſoluere neqt. Quantú tartareus:tantú inquit erigunt alpes ad cœlú quantú ad ima demittunt inferi. Atræ paludis: ſtygis. A ſupa tellure:ab hac terra quá calcáus. Tellus:ipſæ alpes,adeo ut occupet ipſa altitudo totú fere cœlú úbra. Intercipit:occupat.

Spumanti rhodanus proſcindés gurgite cápos:
Ac propere in pontum lato ruit incitus alueo.
Auget opes ſtanti ſimilis:tacitoque liquore
Mixtus arat:quem gurgitibus complexus anhelis
Cunctantem immergit pelago:raptúque per arua
Ferre uetat patrium uicina ad littora nomem.
Inuadunt alacres inimicum pontibus amnem.
Nunc celſo capite et ceruicibus arma tuentur.
Nunc ualidis gurges certatim frangitur ulnis
Fluminea ſonipes religatus ducitur alno.
Belua nec retinet tardante libyſſa timore.
Nam trabibus uada et iniecta tellure repertum
Connexas operire trabes:ac ducere in altum
Paulatim ripæ reſolutis aggere uinclis
At gregis allapſu fremebundo territus acris
Expauit moles rhodanus:ſtagniſque refuſis
Torſit arenoſo minitantia murmura fundo.
Iamque tricaſtinis incedit finibus agmen
Iam faciles campos iam rura uocuntia carpit.
Turbidus hic truncis ſaxiſque druentia lætum
Ductoris uaſtauit iter:namque alpibus ortus
Auulſas ornos et adeſi fragmina montis
Cum ſonitu uoluens fertur latrantibus undis.
Ac uada tranſlato mutat fallacia curſu.
Non pediti fidus:patulis non puppibus æquus
Et tunc hymbre recens fuſo correpta ſub armis
Corpora multa uirú ſpumanti uertice torquens
Immerſit fundo laceris deformia membris
Sed iam præteritos ultra meminiſſe labores
Conſpectæ propius dempſere pauentibus alpes.
Cuncta gelu canaque æternum grandine tecta
Atque æui glaciem cohibent riget ardua mõtis
Etherii facies:ſurgentique obuia phœbo
Duratas neſcit flammis mollire pruinas:
Quantum tartareus regni pallantis hiatus
Ad manes imos:atque atræ ſtagna paludis
A ſupera tellure patet:tam longa per auras
Erigitur tellus:et cœlum intercipit umbra.

Nullum uer uſquam nulliqué æſtatis honores.
Sola iugis habitat diris ſedeſque tuetur
Perpetuas deformis hyems: illa undique nubes
Huc atras agit: et mixtos cum grandine nimbos:
Iam cuncti flatus uentique furentia regna
Alpina poſuere domo: caligat in altis
Obtutus ſaxis abeuntque in nubila montes.
Mixtus athos tauro rhodopeque adiūcta minanti
Oſſaque cum pelio cumque emo ceſſerit otris.
Primus inexpertas adiit tirynthius arces.
Scindentem nubes: frangentemque ardua mōtis
Spectarunt ſuperi: longiſque ab origine ſedis
Intemerata gradu magna ui ſaxa domantem
At miles dubio tardat ueſtigia greſſu.
Impia ceu ſacros in fines arma per orbem
Natura prohibente ferant: diuiſque repugnent.
Contra quæ ductor non alpibus ille nec ullo
Turbatus terrore loci ſed languida monſtris
Corda uirum fouet hortando: reuocatque uigorē
Non pudet obſequio ſuperum feſſoſque ſecūdis
Poſt belli decus: atque acies dare terga niuoſis
Montibus et ſegnes ſubmittere rupibus arma
Nunc o nunc ſocii dominantis mœnia romæ
Credite uos ſummūque iouis cōſcendere culmen.
Hic labor auſoniam dabit: hic in uincula tibrim.
Nec mora cōmotum promiſſis ditibus agmen
Erigit in collem et ueſtigia linquere nota
Herculis edicit magni: crudiſque locorum
Ferre pedem: ac proprio turmas euadere calle:
Rumpit in acceſſos aditus: atque ardua primus
Exuperat: ſummaque uocat de rupe cohortes.
Tum qua durati concreto frigore collis
Lubrica fruſtratur canenti ſemita cliuo
Luctantem ferro glaciem præmit: haurit hiatu
Nix reſoluta uiros: altoque a culmine præceps
Viuentis turmas operit delapſa ruina.
Interdum aduerſo glomeratas turbine chorus
In media ora niues fuſcis agit horridus alis.
Aut rurſum immani ſtridens auulſa procella
Audacis rapit arma uiri: uoluenſque per orbem
Contorto rotat in nubes ſublimia flatu.

Nullū uer: nullibi ē tepor uernus: & flores. Aeſtatis honores: flores: fructus: & cætera quæ æſtatē ornant. Deformis: ab effectu: qm̄ in hyeme oīa deformant. Illa: hyems. Huc: ad alpes. nimbus ē uis uenti cū pluuia. Obtutus: aſpectus caligīe obducit propter altitudinem. Mixtus athos tauro: ait poeta tantā eſſe alpiū altitudinē: ut hi mōtes cumulati inuicē illas non æquarēt. athos mons macedoniæ altiſſimus uſque ad mare ægeū porrigit: & ī æſtate umbrā extēdit uſque ad lēnon īſulā maris ægei. Ideo Papi. in thebaide loquēs de lēno dicit: Ingēti tellurē proximus umbra ueſtit athos. Taurus: mons mediā ſecat aſiā: & cū ſcythiā attīgit dicitur caucaſus. In prīcipio ſui duo brachia porrigit q̇ cornua tauri uidentr: & īde nomē accepit. autor Pli. quæ frons qa horrēda ē: ac mīari uidetr: ideo poeta tauꝝ minantē appellauit. Rhodope mons eſt thraciæ. oſſa: pelios: & othrys ſūt mōtes theſſaliæ: & hemus īter thraciā & theſſaliā. Vnde dicit Oui. Qua patet umbroſum rhodope glacialis ad hemū. Ceſſerit. i. oēs hi mōtes ſimul poſiti cederēt alpibus in altitudīe. Arces: ipſas alpes quæ erāt tanq̄ arx totius italiæ: & īperuiæ quas hercules primus trāſcēdit quē frangentē ardua mōtis: & domātē ſaxa: cælo nūina ſpectarūt.

Ab origie: a prīcipio mūdi. Intemerata: ītacta: & īacceſſa. Natura ꝓhibēte: quæ uidebatr oppoſuiſſe alpes munimētū italiæ. Vnde Iuue. Oppoſuit natura alpeſque niuēque. Mōſtris: uiſis alpibus horrēdis: & ſimilibus mōſtro.

Nō pudet obſeqo: uerba ānibalis hortātis ſuos ad alpes trāſcēdendas: decoꝝque præſtandū: quos timoris arguit: q̄ poſt tot uictorias qbus deoꝝ obſequio potiti fuerāt in ipſis hoſtiū portis ſubſiſtāt. Inde hortatr eos ab utili cū ait poſt hunc laborē illos fore reꝝ potituros & romā caput terraꝝ tūc ab illis expugnari qbus promiſſis īcitatos in īminentē collē erexit: edixitque ut relīquerēt ueſtigia herculis: nouūque iter aggrederēt. Obſeqo ſupeꝝ: qm̄ mercurius iuſſerat noīe iouis: ut uēiret ī italiā. Secūdis: rebus ꝓſperis: & uictoriis. Belli decus: uictorias & prælia iā peracta. Credite uos: locus ē ab utili. Culmen iouis: capitoliū. Crudis locoꝝ: per loca cruda & aſpa. Proprio calle: uia ab ipſis tūc primum facta: omiſſis ueſtigiis herculis. Tūc q̄ durati: ſēſus ē. ibat ꝑ loca lubrica & dura glacie obducta: ut ſequētibus aīos iniiceret: & ferro ꝑparabat locū: in quo ueſtigia poneret. Fruſtratr ueſtigia: qm̄ non poterāt firmare ueſtigia. Canēti: albo ꝓpter niues & glatiē. Luctantē: repugnātem ueſtigiis. Haurit: abſorbet. Turbīe: turbo ut inqt Ariſtoteles fit cū uentus deſcēdit ex nubibus ī quibuſdā locis: & poſtea occurrit ei alius q ē cōtrarii flatus: & alter alteꝝ īpellit coartatque: quare eleuatr rotūdus īuolutus in alto cū puluere. Chorus: uētus. hūc ponit pro quocūque uēto.

Vnde nec edomitos:ſenſus eſt,adeo erant omnia aſpera:& ardua utinam etiam timerent reſpicere ad difficultates iā ſuperatas:& quacūque reſpiciebat oſtédebanť niues:& cœlū ſolūmodo ut accidit nautis in medio mari q nil aliud q̄ aquā:& cœlū uident. Inania:non inflata uētoꝝ flatu. Secura non agitato a uentis e malo ſuſpendiť antemna & uelū:& cū eſt uentus īpelliť:& ſtridet. Victa:reſpiciendo aquas. Iamque ſuper clades:deſcribit prœlia annibalis cum alpinis gētibus.

Super clades:ideſt præter difficultaté & clades a niuibus acceptas etiā alpinæ gétes ſemifere irruebant ī pœnos. Illuuie:ſorde. Peréni ſqualore:perpetua deformitate:& īmuuditia,ſqualidus diciť īcultus. Liuius ait:Mōtani ſeſe oſtenderūt qui ſi ualles occultiores inſediſſent cohorti in pugnā repente ingenté fugam:ſtragemque dediſſent:ſed pœni ab hoſtibus:& iniquitate locoꝝ oppugnabantur. tandem annibal eos ſuperauit:captis eorū uicis:& caſtello atque pecoribus:quibus per triduū exercitum aluit. Pernix:uelox. Hæſit:quoniam nō poterat extrahi. Nec peſtis lapſus ſimplex:non uno modo ruebant. Bis ſenos ſoles:at Liuius ait nono die in iugum alpium uentum fuiſſe a pœnis. Per uulnera:mala quæ perpeſſi fuerát in aſcenſu alpium Sidunt:locant caſta ī uertice alpium. Præruptis:altis. Supra dixit:Cuius in aerio pendét tua uertice caſtra. At uenus ancipiti:fingit poeta ad Virgilii imitationem uenerem timentem romanis iouem alloquutā fuiſſe. Ancipiti:dubio:quoniam ignorabat euentum rei quam timebat. Quis pœnæ modus:oratio ueneris ad iouem quæ incipit ab interrogatione habens affectus. turbata quippe erat uenus:timés romanis ſuis:& locus eſt a iuſto:certe uidebať iniquū romanos urgeri tot cladibus quibus Iuppiter ſedem quietam promiſerat:ſenſus eſt. quouſque daturi ſūt pœnas romani ob periuria Laomedontis:& iram iunonis:quam occulte taxat. Modus:finis maloꝝ & ſupplicii. Aeneadis:romanis nepotibus noſtris. Alpibus impoſuit libyen:auget rem:ut magis moueat iouem. Libyen:ipſos libycos. Sic Virgilius:Ilium in italiā portans. Inimicorum quippe res ſemper uidentur maiores. Vnde Ouidius:Vicinumque pecus grandius uber habet. Minatur finem:ultimum excidium. Caſus ſagunthi:ideſt incendinm quod ſagunthus paſſa eſt. Quo troiæ cineres feremus:locus eſt a pio. non ſimpliciter inquit quæro ſedem romanis ſiue troianis:ſed etiam ſacris a troia aduectis. ergo da nobis locum firmum:quo ſacra feramus. Cineres:relliquias a fortunæ mutatione mouet affectum.

Sacram ruinam:penates abreptos ex ruina troiæ:& incendio. Vnde dido apud Ouidium ſic dicit æneæ:Si tu cultor eras elapſis igne futurus:Pœnitet elapſos ignibus eſſe deos.

Quoque magis ſubire iugo atque euadere niſi  
Erexere gradum creſcit labor:ardua ſupra  
Se ſe aperit feſſis:et naſcitur altera moles.  
Vnde nec edomitos exudatoſque labores  
Reſpexiſſe libet:tanta formidine plena  
Exterrent repetita oculis:atque una pruinæ  
Canentis quacūque datur permittere uiſus  
Ingeritur facies medio ſic nauita ponto  
Cum dulcis liquit terras et inania nullos  
Inueniunt uentos ſecuro carbaſa malo.  
Immenſas proſpectat aquas ac uicta profundis  
Aequoribus feſſus renouat ſua lumina cœlo.  
Iamque ſuper clades atque importuna locorum  
Illuuie rigidæque comæ ſqualore peremni  
Horrida ſemiferi promunt e rupibus ora  
Atque euulſa cauis exeſi punicis antris  
Alpina inuadit manus aſſuetoque uigore  
Per dumos:notaſque niues:atque īuia pernix  
Clauſum montiuagis infeſtat curſibus hoſtem.  
Mutatur iam forma locis hic ſanguine multo  
Infectæ rubuere niues:hic neſcia uinci  
Paulatim glacies cedit tepefacta cruore.  
Dumque premit ſonipes duro ueſtigia cornu  
Vngula perfoſſis heſit compreſſa pruinis  
Nec peſtis lapſus ſimplex:abſciſa relinquunt.  
Membra gelu:fractoſque aſper rigor āputat artus  
Bis ſenos ſoles totidem per uulnera ſæuas  
Emenſi noctes optato uertice ſidunt.  
Caſtraque præruptis ſuſpendunt ardua ſaxis.  
At uenus ancipiti mentem labefacta timore  
Affatur genitorem:et rumpit mœſta querellas  
Quis pœne modus aut pereundi terminus oro  
Aeneadis erit?et quando terraſque fretumque  
Emenſis ſediſſe dabis?cur pellere noſtros  
A te conceſſa pœnus parat urbe nepotes  
Alpibus impoſuit libyen finemque minatur  
Imperio:caſus metuit iam roma ſagunthi  
Quo troiæ extremos cineres ſacramque ruinam

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Aſſaraci larem: ignem troianum aſportatum ab ænea in italiã. Iuuena. Vbi q̃q̃ diruta ſeruat ignẽ troianũ: & ueſtã colit alba minorẽ. Aſſaracus genuit capyn: Capis anchiſen. Anchiſes æneã. Troiæ ſecreta: palladiũ quod ĩ abdito loco ſeruabat: reſtitutũ a diomede ipſi æneæ: ut ſuo loco dicet. Da ſedẽ genitor: petitio ẽ: & locus a iuſto: qm̃ ſatis iã: & pluſq̃ ſatis errauerãt troiani: & pœnates ſatiſque pœnaꝝ datũ iã erat ob perfidiã laomedontis. Iacere: quieſcere. Paꝝ ne ẽ: hoc dicit ꝑpter Iunonẽ quæ troianos magno odio proſequebat. Exilia: ut cheronneſum: thraciã: epyrũ: macedoniam cretã: ſiciliam: ſtrophades: aphricam. Pelle mœtus: uerba iouis ad uenerẽ: qbus ab ea remouet quod uel maxime timebat de mutatiõe. ſ. iperii hoc inqt iuppiter fixũ ẽ: & hoc bello explorare romanos decreui q iã uident ab auita degeneraſſe uirtute: & agere tempora obſcura. i. uiuere ſine laude: ut de ipſis nihil pœnitus diceret. cythera inſula ad quã uẽus nata ex ſpuma maris concha primum aduecta ẽ: & cytherea appellata. Mole martis: magnitudine ac difficultate belli. nã in aduerſa fortuna homines cognoſcunt. unde dicet alibi explorãt aduerſa uiros. & Seneca dicit: Melius in malis ſapimus. ſecũda rectũ auferunt: & Horatius in fine ſermonũ: Sed conuiuatoris uti ducis ĩgeniũ res aduerſæ nudare ſolent: celare ſecundæ. Spectare: cõſiderare & probare quid poſſint: & ualeant. Expendere: ponderare. Iuue. Expẽde annibalem quot libras ĩ duce ſũmo inuenies. Ferri: armoꝝ: & uulnerum. Honori antiquo: non ſeruãt decoꝝ ſuũ: ut priſci romani fecerũt. Cruoris: quẽ libẽter effũdebat pro augẽdo ĩperio & laude conſequẽda Sitiẽs: cupidiſſimus famæ & gloriæ: ad quã nati ſumus Obſcura: ſine honor. Inglorius: ſine gloria: ad quã illi priſci tota mẽte aſpirabant. Mutũ æuum: ætatẽ de qua oẽs ſilẽt. Seneſcit: qm̃ uerterãt ſe iã romani ad luxum: & ſic ſeneſcebat uirtus: & uigebat uoluptas. Blãdo ueneno: uoluptate: qua nihil deteſtabilius eẽ põt. quippe ꝑpter illã res poſt hẽmus honeſtas. ea. n. præſtrĩgens mẽtis aciẽ ad oĩa flagitia mortales ĩpellit: & q̃diu romãi uoluptatẽ aſpernati ſũt: quæ ẽ blandiſſima domĩa eoꝝ ĩperiũ ac nomẽ toto orbe propagabat. Ideo exclamat Iuue.

Aſſaracique larem et ueſtæ ſecreta feramus
Da ſedem genitor. tutiſque iacere parum ne eſt
Exſilia errantes totum queſiſſe per orbem?
Anne iterum capta repetentur pergama roma?
His uenus et contra genitor ſic deinde profatur.
Pelle mœtus neu te tyriæ conamina gentis
Turbarint cytherea: tenet longumque tenebit
Tarpeias arces ſanguis tuus: ac ego martis
Mole uiros ſpectare paro atque expendere bello.
Gens ferri patiẽs ac læta domare labores
Paulatim antiquo patrum deſueſcit honori.
Atque ille haud unquã parcus pro laude cruoris.
Et ſemper famæ ſitiens obſcura ſedendo
Tempora agit: mutũ uoluens inglorius æuum
Sanguine de noſtro populus blandoque ueneno
Deſidiæ uirtus paulatim euicta ſeneſcit.
Magnæ molis opus multoque labore parandum
Tot populos inter ſoli ſibi poſcere regna.
Iamque tibi ueniet tempus quo maxima rerum
Nobilior ſit roma malis: hinc nomina noſtro
Non indigna polo refert labor: hinc tibi paulus
Hinc fabius gratuſque mihi marcellus opimis.
Hi tantum parient latio per uulnera regnum.
Quod luxu et multum mutata mente nepotes
Non tamen euertiſſe queant: iamque ipſe creatus
Qui pœnum reuocet patriæ latioque repulſum
Ante ſuæ muros carthaginis exuat armis.

Nunc patimur longæ pacis mala. Sæuior armis luxuria incubuit: uictũque ulciſcit orbem. diuitiæ aſianæ primã labem moribus romanis attulerũt. Nihil eſt tã mortiferum ingeniis q̃ luxuria inqt Sene. Veneno: qm̃ uoluptates blãditiis ſuis necãt ingenia & deſidiæ. ex quibus & ocio naſcit uoluptas: ideo laborandum eſt ut uoluptatẽ expellamus. uirtus. n. circa difficile uerſat: & a ſe uoluptates repellit: ut a rationis præſcripto nõ diſcedat. Seneſcit: ideſt debilis fit: & ſuperat a uoluptate: quoniã in locũ uirtutis uitiũ obrepit. ideo dicit Hora. in prĩo ſermonum: In agris neglectis urendã filicem ĩnaſci. Magnæ molis opus: romani ĩquit poſcũt ſibi imperiũ: quod difficillimũ eſt & multis laboribus parãdum. igit non ẽ incũbendũ uoluptati: & longæ deſidiæ ĩdormiẽdum. Maxima reꝝ: caput orbis: ut nil maius roma ĩueniri poſſet. Sit nobilior: maioris nõis & famæ. Malis: aduerſa fortuna: qm̃ uirtus ĩ ipſa difficultate niteſcit: & perardua eſt cũ ſit inertis tuta ſecare. Hic: ex iſtis malis ueniẽt romani ad ſydera: & enumerat illos q in hoc ſecũdo bello punico claruerunt. Paulus æmilius q cecidit ad cannas. Fabius: maximus qui annibalem cunctando fregit. Marcellus: q primus ĩ italia docuit annibalẽ poſſe uĩci ad nolã. hic rettulerat tertia opima ſpolia ioui pheretrio: ut dictũ eſt. Mutata mẽte: qa degenerabũt ab illis & non erunt eiuſdẽ mẽtis pro ampliando ĩperio. hoc maxĩe dicit ꝑpter tyrãnidẽ & feritatẽ. gai principis: & neronis. Nepotes: poſteri. Ipſe creatus: ſcipio. ſ. cui cognomen erit aphricano a deuicta aphrica. Pœnũ: annibalẽ.

Hinc:ex his uictoriis. Tuis:romanis. Ex ĩ ſe curibus:prædicit Iuppiter uéturam eſſe gentẽ fla/
uiam ex ſabinis:quæ romanũ imperiũ augeat. cures oppidũ ſabinorũ ẽ. Veſpaſianus natus ẽ in quo
dã uico prope reate ex patre ſabĩo:a claudio prĩcipe Narciſi grã legatus legonis ĩ germaniã miſſus
eſt. inde in britãniam trãſlatus tricies cũ hoſte conflixit:& uecten inſulã britãniæ proximã in ditio
nẽ redegit. Thylæ ẽ ultima inſularũ oceani britanici quæ orchades uocant᷑: caledõia ẽ ſylua brita
niæ. inde britanni caledonii dicũtur de ueſpaſiano:ſic canit Valerius flaccus ĩ primo ſui op̃is: Tu
que o pelagi cui rector aperti fama ca
ledonius poſtq̃ tua carbaſa uexit ocea
nus phrygios prius ĩdignatus iulos pro
cõſul aphricã ĩtegerrĩe adminiſtrauit.
Inde miſſus ẽ in aſiã a Nerone ad com
primendũ iudeorũ motũ q rebellaue
rat. Inter alios legatos titũ filiũ aſum
pſit & ut primũ ĩgreſſus ꝓuinciã ẽ cor
repta militũ diſciplina ciuitates ad of
ficiũ:fidéque reduxit. Inde romam re
diit ad ĩperiũ relicto illic tito filio : q
hyeroſolyma expugnauit:quæ urbs iu
deorum erat caput : lege tranquillum
& ioſepũ. Virtus celeſtis:gens flauia
diuina quadam:& multũ ſupra homi
nes uirtute prædita. Effert ſe curibus:
e ſabinia extollet ſe uſque ad aſtra pro
pter res geſtas:cures ut dixi ẽ oppidũ
ſabinorũ patria Numæ põpilii. Auge
bit nomen iuli ſacris:nã ĩperatores ab
iulo iulii dicebant᷑:q ſacroſancti erãt:
& eorũ nomina in faſtis ſcribebantur.

H inc cytherea tuis longo regnabitur æuo.
E xin ſe curibus uirtus ſceleſtis ad aſtra.
E fferet:et ſacris augebit nomen iuli.
B ellatrix gens bacifero nutrita ſabino
H inc pater ignotam donabit uincere thilen
I nque caledonios primus trahet agmina lucos.
C ompeſcit ripis rhenum:reget impiger afros
P almiferamque ſenex bello domitabit idumen.
N ec ſtygis ille lacus uiduataque lumine regna
S ed ſuperum ſedes noſtroſque tenebit honores.
T um iuuenis magno præcellens robore mentis
E xcipiet patriam molem celſuſque feretur
E quatum imperio tollens caput:hic fera gentis
B ella palleſtinæ primo delebit in æuo.

primus fuit iulius cæſar beneficio nepotis & filii per adoptionem in numerum deorum relatus.
de quo Papinius in prima ſylua:Qui feſſus bellis aſſertæ munere prolis : Primus iter noſtris oſten
dit in æthera diuis. unde Ouidius in faſtis : Iuuenes illic & feſta domeſtica uobis ; Sæpe tibi pater
eſt:ſæpe legendus auus:Quæque ferunt illi pictos ſignantia faſtos:Tu quoque cum druſo præmia
fratre feres. Iuli ; a quo gens iulia originem habuit. Vnde Martialis naſciturum domitiani fili/
um ſic alloquitur:Naſcere dardanio promiſſum nomen iulo. Bellatrix gens. T. flauius petroni/
us autore Tranquillo municeps reatinus ex acie pharſalica fugiens domum ſe recepit. huius fili/
us cognomine ſabinus apud heluetios publicum funus exercens diem obiuit. ſuperſtitibus uxore
Veſpaſia polla quæ nurſiæ honeſto patre orta:patrem habuit ueſpaſianum pollionem:ex duobus
liberis quorum maior ſabinus ad præfecturam urbis : minor ueſpaſianus ad conſulatum uſque
proceſſit. Locus ad Sextum miliarium a Nurſia ſpeculum euntibus in monte ſummo appellatur
ueſpaſiæ. Vbi ueſpaſianorum monumenta extant magnum iudicium ſplendoris familiæ:ac ue/
tuſtatis. Bacifero ſabino:quoniam in ſabina eſt magna copia oliuarum & fructuum. Vnde Iuue
nalis: Vſque adeo nihil eſt ꝙ noſtra infantia cælum Hauſit auẽtini:baca nutrita ſabina. Sabino:
municipio:ſiue fundo:aut oppido ſabinorũ:ut dicimus. Tuſculanum:formianum. Hinc:ex hac
gente bellicoſa & ſabina. Pater:ueſpaſianus oſtendet romanis poſſe uinci britanniam ; & thylen
inſulam:in qua ſolſtitio æſtiuo nullas eẽ noctes Plinius ſcribit. cancri ſcilicet ſignũ ſole tranſeun
te:nulloſque contra per brumas dies. Ignotã : ſcilicet romanis ad eũ diem. Caledonios: lucos:
britannos. Primus : at cæſar prius traiecerat in britãniam : ſed non oẽm in ditionem redegit.
Rhenum:rhenus fluuius germaniæ ĩ rheticarũ alpiũ uertice ĩacceſſo ac præcipiti ortus modico fle
xu ĩ occidẽtẽ uerſus ſeptẽtrionali oceano miſcet᷑:quẽ ponit pro germanis quos ueſpaſianus compe
ſcuit miſſus illuc a claudio prĩcipe. Aphros:qm̃ fuit illic procõſul. Idumen:idume eſt regio iu/
deæ maritima habũdans copia palmarũ. Vnde dicit Stra. hiericus ẽ campus iudeæ mõtibus circũ/
datus. In quo eſt palmetũ ſpatio ſtadiorũ centũ:totum riguũ:& hĩtationibus plenũ : & palmæ illic
ferũt optĩas cariotides. eſt ẽt illic uiridariũ balſami ; lege ioſepũ. Noſtros honores:erit ĩquit de/
us ut nos ſumus. Tũ iuuenis. i. Titus q fuit relictus a pr̃e in iudea ad expugnationẽ hieroſolymo/
rum:& qui in ĩperio romano patri ſucceſſit. ideo ait:Excipiet patriã molem. Robore mentis:ma
gnitudine aĩ præſtans : quã Tito ſemꝑ tribuit Ioſepus ſcribẽs illum aliquãdo quaſi inermẽ in me/
dios irruiſſe hoſtes:& inclinatas acies aĩ robore ſubnixũ reſtituiſſe. Itaque ĩquit ſi me nihil adden
tem obſequio:neque inuidia detrahentẽ ; uerum dicere oportet ipſe cæſar titus. ſ. totã legionẽ bis
pericuio liberauit:atque ipſe caſtra muniendi copiã militibus præbuit. Equatũ imperio caput. i.
ea magnitudine aĩ erit ut ĩperis amplitudinẽ æquare uideat᷑:& poſtea illud ſuſcipiet quod uirtu/
te merebatur:quoniã non decet imperare niſi uirum omni uirtute præditum. Vnde dicit xeno/
phon:Neminem imperare decet qui melior ſubditis non ſit. Fera bella:aſpera:& magnæ diffi/
cultatis. paleſtina eſt regio iudeæ ; quam ponit pro omni iudea ; quam iuuenis Titus ſubegit : &
expugnauit hieroſolyma ſecundo anno principatus ueſpaſiani octauo die menſis ſeptembris.

A t tu tranſcendens germanicæ facta tuorum
I am puer auricomo performidate batauo
N ec te terruerint tarpei culminis ignes.
S acrilegas inter flammas ſeruabere terris
N am te longa manent noſtri conſortia mundi.
H uic laxos arcus olim gangetica pubes
S ubmittet: uacuaſque oſtendẽt bactra pharetras:
H ic et ab arctoo currus aget axe per urbem.
D ucet et eoos baccho cedente triumphos.
I dem indignantem tranſmittere dardana ſigna
S armaticis uictor compeſcet ſedibus iſtrum.
Q uin et romuleos ſuperabit uoce nepotes.
Q uis erit eloquio partum decus: huic ſua muſæ
S acra ferent meliorque lyra cui ſubſtitit ebrus
E t uenit rhodopæ: phœbo miranda loquetur:
I lla etiam qua priſca fides ſtat regia nobis
A urea tarpeia ponet capitolia rupe.

At tu trãſcendens: nunc de domitiano loquitur: quo imperante ſyllius floruit: domitianus a de
uicta germania germanicus cognominatus ẽ: puer adhuc bello uitelliano confugit ĩ Capitoliũ cũ
patruo ſabino: ac parte preſentiũ copiaꝝ: ſed irrũpẽtibus aduerſariis: & tẽplo ardẽte apud edituũ
clã ꝑnoctauit ac mãe iſiaci celatus habitu. i. lĩeo: ut ſcribit Tacitus quo iſidis ſacerdotes utebãt trãſ
tyberi ſe ad matrẽ cõdiſcipuli ſui cõtulit: latuitque apud eã. Viſus ẽ Domitiãus in illis primis ãnis
pugnare ꝓ ioue capitolino: cuius ædẽ a ſacrilego Vitellianoꝝ ĩcẽdio defẽdere uolebat: de quo Pa-
pinius ĩ Thebaide. Aut defenſa prius
uix pubeſcẽtibus annis bella iouis: &
Martialis: Prima ſuo geſſit ꝓ ioue bel
la puer. Auricomo batauo. i. ipſis ger
mãis q nacti oportunitatẽ rebellarũt:
qm̃ ueſpaſiãus apud alexãdriã erat: &
Titus ĩ iudea quo tẽpore ueſpaſiãus pe
tiliũ cerealẽ q germaniã rexerat conſu
lẽ creauit deſtĩauitque ĩ britaniã: q au
dita rebellione germanoꝝ ĩ eos iã con
gregatos ĩpetũ fecit: plurimos cecidit:
alioſque ad fidẽ reuocauit. Interea do
mitiãus adoleſcens illuc ꝓperabat: ut
barbaros opprimeret; q expeditiõis fa
ma ꝑculſi ei ſe dediderunt lucꝝ maxi
mũ arbitrantes priſtino iugo ſine ulla
clade ſubiici. rebus igiť compoſitis do
mitianus inſignis ætatẽ ſuperãtibus fa
ctis: & patriũ decus referentibus romã
regreſſus ẽ. bataui ſũt populi ĩcolentes
batuam inſulã rheni ut autor ẽ cæſar ĩ
cõmẽtariis: & qa germãi ꝓ maiori par-
te hẽnt capillos flauos: & aurei coloris:
ideo batauos appellat auricomos. Tar
pei ignes: incendiũ in bello uitelliano.
Gãgetica pubes. i. indi & parthi. gan
ges ẽ fluuius ĩdiæ: oriť ex caucaſo mon
te & flectiť ad orientẽ: & mare uno alueo ĩgreditur q̃uis ĩdiæ fluuios magnitudĩe ſuperet: cui ſecũ-
dus eſt ĩdus. Tertius iſter germaniæ. quartus Nilus. Traianus prius romanoꝝ imperatoꝝ uictricẽ
claſſem egit per gangẽ. Adulať poeta Domitiano. nã id illi tribuit quod ẽ contra hiſtoriæ ueritatẽ:
quoniã de populis ad orientẽ nunq̃ triũphauit. Scribit Trãquillus Vologeſũ parthoꝝ regẽ auxilia
aduerſus alanos: ducẽque alteꝝ ex ueſpaſiani filiis depopoſciſſe: domitianũque oĩ ope contẽdiſſe
ut ipſe mitteret: ſed non ĩpetrauit. parthi uenerãt in aĩcitiã romanoꝝ tẽpore auguſti: cui remiſſe-
rũt uexilla craſſo ablata. hoc igiť q̃d auguſti auſpiciis ac uirtutibus debeť: domitiano Syllius aſcri-
bit. Laxos: remiſſo neruo. i. non tẽtos. bactra ciuitas caput bactrianæ regionis ĩ oriẽte: bactrianos
ponit ꝓ parthis q ultra euphratẽ terminũ romani imperii hĩtabãt. Ab axe arctoo: ſeptẽtrione. Do
mitianus expeditiones partĩ ſponte ſuſcepit: partĩ neceſſario: ſponte ĩ dacos neceſſario. unã in ſar-
matas legione cũ legato ſimul cæſa. In dacis duas: primã appio ſabino proconſulari oppreſſo: ſecũ
dã cornelio fuſco præfecto prætorianaꝝ cohortiũ: cui belli ſũmã commiſerat. de quo Iuue. Et qui
uulturibus ſeruabat uiſcera dacis Fuſcus marmorea meditatus prælia uilla. da cattis. daciſque du
plicẽ triumphũ egit. de ſarmatis laureã ioui capitolĩo rettulit. bellũ ciuile motũ a. L. Antonio ſu-
perioris germaniæ præſide confecit abſẽs. Triumphũ domitiani de populis ad ſeptẽtrionem ele-
gantiſſimo carmĩe celebrauit ſtella patauinus. Baccho cedẽte: q triũphauerat de Indis. Vnde ca
net ĩ fine operis: Qualis odoratis deſcẽdens liber ab indis: Egit pãpineos frenata tygride currus.
Tranſmittere dardana ſigna. i. uexilla romana: quæ nolebant admittere ipſi germani ex ſarmatæ
quos uicit & iſtrũ ponit pro ipſis germanis: ſarmatis: & dacis. Quin & romuleos: laudat eloquen
tiam domitiani. de quo Fabius libro. x. ſic ſcribit: hos noĩamus: quia germanicũ Auguſtũ ab iſtitu
tis ſtudiis deflexit cura terraꝝ. parũque his uiſũ eſt eẽ cum maximũ poetaꝝ. quid tñ his ipſis eius
operibus inque donatus ĩperio iuuenis ſucceſſerat ſublimius. doctius oĩbus denique numeris præ
ſtantius. quis enim caneret bella melius: q̃ qui ſic gerit. Quem præſidentes ſtudiis deæ propius au
dirent: cui magis ſuas artes aperiret familiare numen mineruæ. Voce: eloquentia. Quis: quibus:
ideſt ſuperabat oĩs romanos claros eloquio. Sua ſacra: ſua numĩa & cãtus pierii ſuauitatẽ & ſplen
dorem. Lyra. i. ipſo orpheo qui ſono lyræ alliciebat ſaxa: & ſiſtebat ãnes. orpheus fuit filius callio
pes regiæ muſaꝝ & eagri regis thraciæ. hebrus fluuius thraciæ. rhodope mons. Illa ẽt qua priſca fi
des: illa ĩquit iuppiter fides domitiani quæ prius pro nr̃a regia pugnauit bello uitelliano ponet au
rea capitolia in tarpeia rupe. plurima & ampliſſima opera incendio abſumpta Domitianus re-
ſtituit: in quibus & capitolium quod rurſum arſerat: nouam etiam exornauit ædem in capito-
lio ioui cuſtodi: & imaginem ſuam in eius ſinu dicauit. Priſca regia: uetus tẽplum capitolinum.

Senectã:uixit Domitianus annos.xlv. Beatas:fœlices te ĩperãte.laus domitiaui a iuſtitia. Quiri
nus:romulus dabit tibi locũ:& eris ĩter patrẽ Veſpaſianũ ac Titum. Siderei nati:huius meminit
Martialis:Naſcere dardanio promiſſũ nomen iulo. Dũ pandit ſeriẽ:redit ad hiſtoriã poeta nar/
rans iter annibalis per prona alpiũ uerſus italiã uſque ad taurinos cãpos. Seriẽ:ordinẽ rerũ futu
rarũ.i.fata ipſa:biduũ in iugis ſtatiua habuit annibal:& data militibus quies. Iumẽta aliquot pro
lapſa e rupibus ĩ caſtra peruenerũt:inde mouit copias:quibus e colle italiã & circũpadanos oſtẽdit.
dicens cætera procliuia fore:& ſic ad
rupẽ inacceſſam peruẽit. Lapſantẽ:
labentẽ. uia quippe lubrica erat:ut ne
que ueſtigia firmare poſſet:neque ĩgre
di. In uia deuexa prona ipſarũ alpiũ.
Niſu:dubio & labẽti conatu. Mina/
ci prærupto.i.quadam altitudine quæ
minari uidebat. Prona:deuexa loca:
& alta. Obuia:oppoſita tranſeũtibus.
Cautibus.i.ſuo ſaxo. cautes dicũtur
ſaxa. hæc rupes anguſta erat:atque ita
rectis ſaxis:ut ægre expeditus miles tẽ/
tabũdus manibuſque retinẽs uirgulta
ac ſtirpes demittere ſe ſe poſſet.natura
locus iã ãte præceps. recẽti terræ lapſu
ĩpeditus ĩ mirandã admodũ altitudi/
nẽ præruptus erat. Robora ferre: cũ
cedendũ eẽt ſaxũ arboribus circa deie
ctis detruncatiſque ſtruẽ ingentẽ faci/
unt eãque ſuccẽdunt auxiliãte uento:
ardẽtia ſaxa ĩfuſo aceto putrefaciunt.
Ita torridã incẽdio rupẽ ferro pãdunt.
quatriduũ ſuper rupẽ conſumptũ eſt.
Denſiſſima montis:montẽ denſũ ar
boribus. Sylua:lignis:arboribus. Re
ſoluto põdere:ſaxo putrefacto igni ace
toque. Regno latini:italiam: in latio
quippe regnauit Latinus:& ĩ latio ẽ ro
ma caput italiæ. Cãpis taurinis:tauri
ni ſũt ĩ latere alpiũ quod uergit ad ita
liam ſupra papiã:& adhuc ẽ illic oppi/
dum Turinũ. Ductor:annibal caſtra
mẽtatus ẽ in taurinis cãpis. Interea uo
ces iouis:dũ in cãpis taurinis ãnibal ſta
tiua hr̃et boſtar ab oraculo rediẽs attu
lit ſortes iouis hãmonis:& nactus opor
tunitatẽ poeta deſcribit ſyrtes: templi
originẽ & ritus ſacrorũ. Oracula:ſor/
tes. oraculũ ẽ ut finit Sene. uolũtas di
uina hoĩs ore enũciata. Emẽſis:ſupe/
ratis itinere. Harenis: nã illic ſũt ſyr
tes per quas iter fecerat boſtar. Maxĩæ
belidæ:uerba boſtaris ad annibalem:a
quo captat beniuolẽtiam: eũque a ſtu
dio ac pietate erga patriã celebrat. Be
lidæ:annibal q ducis originẽ a belo.
Seruitiũ: ſeruitutẽ. Dextra: robore:
ac bello. Syrtis:Salu.ait duas eẽ ſyrtes
quibus nomen ex re inditũ eſt. ſyro.n.
ſignificat traho:& hæc loca trahũt ad
ſe harenas. duo ſunt ſinus prope in ex
trema aphrica ĩpares magnitudĩe:pares natura:quorũ proxĩa terræ præalta ſũt:cætera ut ſors tulit
alta: alia in tẽpeſtate uadoſa. nã ubi magnũ mare: ac ſæuire uẽtus cœperit:limũ:harenaſque:& ſa
xa ingẽtia fluctus trahũt. ita facies locorũ cũ uẽtis ſimul mutat̃. Tellus:quæ ẽ uiolentior & pericu
loſior ipſis æquoribus.i.ipſa aqua. maiorem inq̃t laborẽ paſſi ſumus iter harenas ſyrtiũ:q̃ in aqua
profunda. Pene hauſit:abſorbuit:accepit. Ad finẽ cœli:deſcribit ſyrtes quæ a meridie uſque ad
occaſũ protẽdunt̃. Finẽ:occaſũ. Medio orbe:meridie. Squalẽtes:ĩculti nõ hĩtati. Tumultũ:nã
ẽ illic magna planities:aggregant̃ uẽtis harenæ:q̃ poſtmodũ ad tẽpus q̃ſdã ueluti ualles cõſtituũt.

Et iunget noſtro templorum culmina cœlo.
Tunc o natæ deum diuoſque daturæ beatas
Imperio terras patrio rege:tarda ſenectam
Hoſpitia excipient cœli ſolioque quirinus
Concedet:mediumque parens fraterque locabũt.
Siderei iuxta radiabunt tempora nati.
Dum pandit ſeriem uenturi iuppiter eui.
Ductor agenoreus tumulis delatus iniquis
Lapſantem dubio deuexa per inuia niſu
Firmabat greſſum atque humẽtia ſaxa præmebat
Non acies hoſtis ue tenet:ſed prona minaci
Prærupto turbat et cautibus obuia rupes.
Stant clauſi: merentpue moras:et dura uiarum.
Nec refouere datur torpentia membra quiete.
Noctem operi iungunt:et robora ferre coactis
Approperant humeris:ac raptas collibus ornos:
Iamque ubi nudarunt ſylua denſiſſima montis.
Aggeſſere trabes rapidiſque accenſus in orbem
Excoquitur flammis ſcopulus:mox proruta ferro
Dat gemitum patiens reſoluto pondere moles.
Atque aperit feſſis antiqui regna latini.
His tandem ignotas tranſgreſſus caſibus alpes
Taurinus ductor ſtatuit tentoria campis:
Interea uoces iouis atque oracula portans
Emenſis aderat:garamantum lætus harenis
Boſtar et ut uiſo ſtimulabat corda tonante
Maxime belidæ patriis qui mœnibus arces
Seruitium dextra: libycas penetrauimus oras.
Nos tullit ad ſuperos perfundens ſydera ſyrtis.
Nos pœne equoribus tellus uiolentior hauſit.
Ad finem cœli medio tenduntur ab orbe
Squalentes campi:tumulum natura negauit
Immenſis ſpatiis niſi quem caua nubila torquẽs

Turbo:tempeſtas & ꝓcella. Impacta:impulſa & adacta in aggeres aphricus ſpirat ab occidēte uerſus auſtrū.chorus aūt uerſus ſeptētrionē. Truces:ſeuientes flamine. Capientē prælia:latiſſimū ſine aliquo montis obſtaculo. Vnde illic poſſunt uenti confligere. Montes:aggeres harenarū. Has ualles.i. uada & breuia ſyrtium per quæ non tuto nauigaṫ naues qppe aliquando harenis cinctæ deſtituunṫ in ſicco. Gneo ſeruio & .C. ſempronio conſu. iter uada ſyrtium claſſis romana tuto nauigauit. Obſeruatis aſtris:nā interdiu confundiṫ iter:qppe oīa uidenṫ eſſe plana & ſimilia:tamen non

Conſtruxit turbo impacta glomeratus harena:
Vel ſi perfracto populatus carcere terras.
Africus aut pontum ſpargēs ſuper ethera chorus
Inuaſere truces capientem prælia campum.
Inque uicem ingeſto cumularunt puluere mōtis
Has obſeruatis ualles enanimus aſtris.
Nanque dies confundit iter:peditemque profūdo
Errātem campo:et ſemper media arua uidentem.
Sidoniis cynoſura regit fidiſſima nautis.
Verum ubi defeſſi lucos nemoroſaque regna.
Cornigeri iouis:et fulgentia templa columnis:
Aduenimus:magniſq̄ læta fronte ſacerdos.
Exceptos hoſpes tectis inducit ariſbas:
Stat phano uicina nouū et memorabile lympha:
Quæ naſcente die quæ deficiente tepeſcit.
Quæque riget:medium cum ſol accēdit olympū.
Atque eadem rurſus nocturnis feruet in umbris.
Tum loca plena deo dites ſine uomere glebas.
Oſtentat ſenior:lœtaque ita mente profatur.
Has umbras nemorum et cōnexa cacumina cœlo.
Calcatoſque ioui lucos præce boſtar ad ora.
Nam cui dona iouis non diuulgata per orbem.
In gremio thebes geminas ſediſſe columbas?
Quarum chaonias pennis quæ contigit oras:
Implet fatidico dodonida murmure quercum.
At quæ carpathium ſuper equor uecta per auras
In libyen niueis tranauit concolor alis
Hanc ſedem primo cythereia condidit ales.
Hic ubi nunc aras:lucoſque uidetis opacos.
Ductore electo gregis admirabile dictu:
Lanigeri capitis media inter cornua perſtans:
Marmaricis ales populis reſponſa canebat.
Mox ſubitum nemus atque annoſo robore lucus
Exiluit:qualeſque premunt nunc ſydera quercus
Prima uenere die:priſco inde fauore.

ubique eſt eadē ꝓfunditas aquæ: ideo opus eſt prius obſeruare illos canales:& ualles.inde dirigere iter certū obſeruādo aſtra & ſic pedites ne incidāt in loca uadoſa.obſeruāt igiṫ noctu cynoſuram duæ ſūt arcti maior & minor quæ dicicynoſura.maior uero helice: phenices primi obſeruauerūt cynoſurā quæ certius iter præbet nauigātibus & ambulātibus ꝑ loca uadoſa. Sidoniis: pheniſſis. Stat fano uicina nouum: deſcribit naturā fōtis uicini tēplo iouis: eſt tamē hæc hiſtoria:quoniā apd' garamātes fōs ē in die tā frigidus ut non bibatur:tam feruidus noctu ut non tangaṫ. Nouum.i.res noua & mira. Dites:fertiles ſine cultura. Has umbras nemoꝝ:uerba ſacerdotis hariſbæ ad boſtarē. Cōuexa:erecta in altū & concaua. Nā cui dona iouis.q.d.nemo eſt q hæc ignoret colūbas.ſ.ex ægypto uolantes conſtituiſſe oracula iouis ammonis & dodonei āmonis oraculū ut aſſerebāt ægyptii ſacerdotes autore herodoto ſic fuit cōſtitutū:duæ mulieres a phenicibus ex thebis ægyptiis abductæ fuerūt:quaꝝ altera in libyam ꝑuenit:altera ī græciā utraque conſtituit oracula in illis locis. Sacerdotes aūt dodonei ſic dicebant:duæ colūbæ nigræ ex thebis ægyptiis uolauerunt quaꝝ altera ī moloſſis ex fago monuit uoce hūana illic habēdum eē oraculū iouis:altera idē fecit ī libya. Vbi ē hāmonis oraculū ſacratū. ego aūt inqt herodotus ſentio duas puellas a phenicibus uēditas fuiſſe quaꝝ altera ī teſprotis ſerua ad fagū tēplum iouis erexit: altera itē in libya.colūbas appellatas ꝑꝑ barbarā linguā.& loquutas hūana lingua:cū depoſita barbarie ita loq cœperunt ut ītelligerenṫ. Cui nō diuulgata.ſ.ſunt q̄ſi dicat oēs ſciūt non īterrogatiue poſitum ſemper includit affirmationem num uero negationem.
Thebes:ægyptiæ ſcilicet quoniam ſunt & thebe boetiæ. Chaonias oras:epyroticas.chaones ſūt antiq hītatores epyri apud quos erat oraculū iouis dodonei.
Dodonida quercum: patronymicum eſt a ſylua dodona epyri. At quæ carpathium:mare carpathiū eſt ante ægyptum denominatum a carpatho inſula quod extenditur rhodum uſque & cyprū. Cōcolor:eiuſdē coloris cuius erat illa quæ uolauit in epyrum. Ales cythereia:colūba dicata ueneri ūde ē diſtichon Martialis. Ne uioles teneras pre duro dēte colūbas. Tradita ſignidiæ ſūt tibi ſacra deæ. Ductore lanigeri capitis:ariete.i.ſedit iter cornua arietis dabatque reſpōſa.aries ē ductor ouiū ſub cuius effigie colebaṫ iuppī. Marmaricis:libycis. Mox:ſtatī emerſit hoc nēus qd' cernis īqt Ariſbas. Priſco pauoꝛ: ātiq̄ uenera

tione. Niuea: quoniã ſacerdotes habebant ueſtes ex lino: & xilino ut dictũ eſt. Colliſis: inuicẽ impactis. Maior nota: ideſt uoce humana maiore. i. diuino ſpiritu loquutus eſt ſacerdos. Tenditis in latium: uaticiniũ ſacerdotis ad pœnos tendentes in latium. Prolẽ aſſaraci: romanos q originẽ habuerunt ab æneа nepote aſſaraci. In latus heſperium: italũ ideſt uideo martem iã parare currus ſuos ad bellum: & eius equos efflare ignem in italiam. Tu qui: uertit ſermonẽ ad annibalem qui miſerat boſtarem ſciſcitatum mẽtem iouis cornigeri: tu inquit q ſcire cupis finem huius belli eas in apuliam: & ibi delebis exercitum romanũ.

Extrema fati: finem & diſpoſitionem fatorum. Claro labori: quoniam uirtus circa difficile uerſat̃: & labores nutriunt animos generoſos: & hoĩes claros reddunt ideo ab effectu claros labores appellat. Illud ſane ſciendum eſt iquit cyrus apud xenophontẽ eo bona maiorem afferre lætitiam q̃to magis quis labore antecedẽte ad ea pueniat. labores enim obſonium ſũt bonis uiris. Aetoli ductoris: diomedis qui cõſedit ĩ apulia. Iapyga: appulum ubi fuit pugna cannenſis. Augebis auos: nobilitabis carthaginenſes ea pugna & nemo erit poſtea qui ſic alte uulneret italiam. Dardana regna: italia & romana. Pubes ſaturnia: iuuẽtus itala a ſaturno q regnauit ĩ latio. cura dicitur q cor urat & ſupprimit exitum annibalis: ita uolẽte iunone: ne ceptis ille abſiſteret. Dũ carpet ſuperas auras: dum uiuet. nã romani uſque ad mortem perſequuti ſũt annibalem qui moriturus dixit. liberemus romanos tanta ſollicitudine ac cura. Lætis: annibali & militibus. Propioris pugnæ: quoniã paulo poſt ad Ticinum cũ ſcipione pugnatum eſt a pœnis felici marte.

Arbor numen habet: coliturque tepentibus aris.
Dumque ea miramur ſubito ſtridore tremendum
Impulſæ patuere fores: maiorque repente.
Lux oculos ferit: ante aras ſtat ueſtæ ſacerdos:
Effulgens niuea: et populi concurrere certant.
Inde ubi mandatas effudi pectore uoces:
Ecce intrat ſubitus uatem deus: alta ſonoro.
Colliſis trabibus uoluuntur murmura luco.
Ac maior nota iam uox prorumpit in auras.
Tenditis in latium: belloque agitare paratis
Aſſaraci prolem libyes cepta aſpera cerno:
Gradiuumque trucem currus iam ſcandere: et atrã
In latus heſperium flammam expirare furẽtis
Cornipedes: multoque fluentia ſanguine lora
Tu qui pugnarum euentus: extremaque fati.
Depoſcis: claroque ferox das uela labori:
Inuade ætoli ductoris iapiga campum.
Sidonios augebis auos: nullique relinques.
Altius auſoniæ penetrare in uiſcera gentis:
Donec uicta tibi trepidabunt dardana regna.
Nec ponet pubes unq̃ ſaturnia curam
Dum carpet ſuperas in terris annibal auras.
Talia portabat letis oracula boſtar.
Impleratque uiros pugnæ propioris amore.

PETRI Marſi interpretatio ĩ quartũ uolumen ſyllii italici.

FAMa per auſoniæ: territi ſunt romani cum accepiſſent annibalem alpes munimentum italiæ cum exercitu tranſcendiſſe: & iam urbes italas obſiderẽ omnes oppidani muros uetuſtate collapſos reſtituentes arma ad bellum undique comparabant. interea. P. Cor. Scipio conſul rediens e maſſylia quo tranſmiſerat per oram liguſticam cum padum traieciſſet annibali deſcendẽti ex alpibus ad ticinum occurrit: & cum eo infœlici marte pugnauit poſtea impar pœnonorum equitatui ad trebian ſe recepit: & in ædito loco caſtra muniuit eius collega ſẽpronius gracchus monitus a ſenatu ut rei publicæ labãti opẽ ferret e ſicilia celeri nauigatione arimi num inde in caſtra ad collegã uenit auiduſque pugnæ uir inconſultus ab annibale uincitur: qui mouens inde infeſto agmine: ac maximis difficultatibus ſuperato appennino ad lacum peruſinũ contendit. hæc ſyllius canit ĩ hoc uolumine. Nubiferos montes: alpes altiſſimas & nubibus obductas. Iugum: imperium punicum id eſt ſuperata iam eſſe ſaxa illa imperuia a pœnis. Herculei laboris: quoniam hercules ante tranſcẽderat alpes: emulus dicitur eiuſdem rei ſtudioſus. Improba: ſcilicet fama. Gliſcit: creſcit eundo.

FAma per auſoniæ turbatas ſpargitur urbes:
Nubiferos montes et ſaxa minantia cœlo.
Accepiſſe iugum: penoſque per inuia uectos.
Aemulaque herculei iactatur fama laboris:
Deſcendiſſe ducem diros canit improba motus.
Et gliſcit greſſu: uolucrique citatior euro:
Terrificis quatit attonitas rumoribus arces.

Auſtruit auditis: adiungit aliqua his quæ audiuit. Per inania rerum: per res uanas. Paſcere: nutrire: & augere: pauor eſt metus mentẽ e ſuo loco mouens. Amento: uocamus amentum illud paruũ lorum quod iaculo admetitur ut illo melius impellat. Saxo: cote exacuit. Obiices: robora quæ obiiciuntur portis. Timor haud ſegnis magiſter: q docet hominem non debere eſſe ſegnem ĩ rebus dubiis: ſed ĩduſtriũ. Larẽ: uillã. Vltima fila: ſenes extrema iã ætate laborãtes. Non æquo ordĩe: Vir, ſequiturque patrẽ nõ paſſibus æquis. Nec poſcitur autor: non quærebãt autorẽ illius rumoris: uerũ oẽs credebant fugiendoque terrebant alios. At pr̃es: ita uulgus & agreſtes faciebant: ſed ſenatores erecto contra aſpa aĩo de ſũma rerũ conſultabãt: qui periculis gaudebant ut fortitudinis laudẽ conſeq poſſent. Laus igitur eſt romanorum a magnitudine animi. Immania cepta: tãta belli initia: & amiſſio alpium ſinu in gremio italiæ. Crudã: fortem ac malis inſuperabilem ut decebat uiros fortes & illos quoq; ars militia erat: & martẽ genti inſcribebant. Ad decus: ueræ fortitudinis laudẽ quæ circa picula uerſatur: atque dolores. Cõdere nomen dextra: parare famã bello & uirtute in tãtis difficultatibus. Rebus ſecundis: quoniã rebus ad libidinẽ noſtrã fluentibus aĩ ad luxum uertunt̃ in rebus aũt duris generoſa natura ĩ altum euolat & ueræ uirtutis laudẽ conſequit̃. Sed libyæ ductor: annibal milites ſuos torpentes mẽbra uallo & quiete refouebat eoſque ſolabat̃ dicens iam omnẽ difficultatẽ ſuperatã eſſe romãque iam haberi ſub ictu. & ad eam iter eſſe p campos: & cũ gallos ad defectionẽ ſollicitaret Scipio aduenit. Feſſa gradum deſatigato & quæ ingredi neq bãt pp difficultates acceptas ĩ alpibus.

Torpentia neruos: habẽtia neruos cõtractos: & torpentes pp frigora & niues alpinas. Per cãpos: ut non timerent alteras alpes. ueꝝ ſupererat appenninus.

Stare: ceſſare hærere illic. Armifere quondã: galli tenuer̃ magnam italiæ ptem ultra padũ circa placentiam & cremonam uerſus ligures & rubiconẽ: alii erant boi alii ſenones: qui romam ceperunt obſederuntque capitolium boioꝝ centum: &. xii. tribus fuerunt qui extincti fuerunt paulo ante tempora tyberii cæſaris boi defecere ad annibalẽ ſed celer aduentus ſcipionis eos repreſſit: qui e maſſylia genuam tranſmiſerat. Inde piſas. ubi accepto exercitu a Manlio: & Attilio prætoribus hoſtibꝯ occurrit. helico heluetius autore Plynio fabrilem ob artem romæ commoratus remeans in patriam attulit caricas: uuas: oleum: & uinum optimum. unde galli dulcedine allecti ĩ italiam ſe ſe effuderũt.

Auſtruit auditis docilis per inania rerum.
Paſcere rumorem uulgi pauor: itur in acris.
Bellorum raptim curas: ſubitusque per omnem:
Auſoniam mauors ſtrepit: et ciet arma: uiroſque:
Pila nouant: ac deterſa rubigine ſeuus.
Induitur ferro ſplendor: iuuenumque repoſtæ.
Inſtaurãt galeæ coni decus: haſta iuuatur:
Amento: renouantque noua fornace bipennes
Conſeritur tegmẽ laterum impenetrabile multas
Paſſurus dextras: atque irrita uulnera thorax.
Pars arcu inuigilant: domitat pars uerbere anhelũ
Cornipedem in gyros: ſaxoque exaſperat enſem.
Nec non et muris quibus eſt luctata uetuſtas:
Ferre moratur opem: ſubuectant ſaxa cauaſque
Retra ſtant turres: edit quas longior ætas.
Hinc tela accipiunt arces: et robora portis.
Et fidos certãt obices accerſere ſylua.
Circundant foſſas: haud ſegnis cuncta magiſter.
Precipitat timor: ac uaſtis ttepidatur in aruis:
Deſeruere larem: portant ceruicibus egras.
Attoniti matres ducentiſque ultima fila.
Grandeuos rapuere ſenes: tum crine ſoluto
Ante agitur coniunx: dextra leuaque trahuntur.
Parui: non equo comitantes ordine nati.
Sic uulgus traduntque metus: nec poſcitur autor.
At patres quanq̃ exterrent immania cepta.
Inque ſinu bellum atque alpes et peruia ſaxa
Deccepere tamen crudam contra aſpera mentẽ.
Et magnos tollunt animos: iuuat ire periclis
Ad decus: et dextra memorandum condere nomẽ
Quale d dit nunq̃ rebus fortuna ſecundis:
Sed libyæ ductor tuto fouet agmina uallo
Feſſa gradum multoque gelu torpentia neruos.
Solandique genus letis oſtentat ad urbem
Per campos ſupereſſe uiam romamque ſub ictu.
At non et rerum curas conſultaque belli.
Stare probat: ſoluſque nequit perferre quietem.
Armiferæ quondam priſca inter tempora gentes

Beatas:opimas & fertiles ſedes italiæ. Pepere manu:effecerũt ꝗbus a ſe geſtis ut timerẽt. Impia: quoniã ceperũt urbẽ & ioui capitolino bellũ ĩtulere. Quirites:romani quos ceperunt ſenones. Inania corda:uana:& ſine fide. Sollicitat:ad defectionẽ.ſ. Fluxã morũ:gentẽ mutabilẽ boioꝝ.ſ.& habentẽ mores ĩſtabiles:quoniã defecerãt ad pœnos:& anteq̃ alpes trãſcenderet annibal boiorũ legatio ad eũ miſſa ẽ pollicens boios futuros duces itinerũ & belli ſocios. Iã conſul: Scipio iã e maſſylia redierat. Phocaicis:maſſylienſibus quoniã maſſylia condita fuit a phorcẽſibus. Diuerſũ laborẽ:quoniã annibal ĩ alpibus.ſcipio ĩ mari laborauerat. Signũ furoris:claſſicũ & ſignũ pugnæ:erat ẽt prælii ſignũ tunica rubra poſita ꝓ tabernaculo ducis. Vnde dicit Plu.in Pompeio extẽplo cæſar tunicã rubram poni iuſſit.hoc.n.romanis pugnæ ſignũ eſt cũ id milites cõſpexiſſent cũ clamore:atque alacritate dimiſſis tẽtoriis ad arma cucurrerunt: paludamenta ẽt conſulũ coccinea erãt.

Debellata ꝓcul: uerba annibalis ſuos ad operã nauãdã hortãtis ne.ſ. poſt tot uictorias ĩ ultimo actu ꝑdant decoꝝ & oĩa quæ felici euẽtu geſſerãt commemorat ab colũnis herculeis uſque ad cãpos taurinos ĩ q̄bus caſtra hẽbat.ſic ait apđ liuiũ ab herculis colũnis ab oceano terminiſque ultimis terraꝝ ꝑ tot ferociſſimos hiſpaniæ populos uincẽtes huc ꝑuenistis pugnabitis cũ exercitu tyrone: hac ipſa æſtate cæſo uicto circũſeſſo a gallis ignotoque adhuc duci ſuo: ignorantique ducẽ. Iberis:hiſpanis. Numeroſa agmina:magnũ exercitũ. Nõ aſpnatos iuſſa: dicebat annibal rhodanũ & pyreneos montes non eẽ aſpnatos iuſſa ſua.q.d.oĩa ſub iugũ miſimus:tm̃ italia ſupeſt igiꝰ totis uiribus adnitẽdũ ẽ ne incaſſũ laboraſſe uideamur: & ut finẽ conſequamur cuius cã tanti motus excitati ſunt. Celtas:gallos. Amphitrioniadæ: herculi.i.uos armati tranſcendiſtis alpes quæ fuerũt herculi magnus labor & duxiſtis equos ĩ iugũ alpium cum prius homini expedito uix preberent iter:itaque debetis aĩos colligeꝛ: & arguit ab honeſto: ĩde ab utili cũ hic labor ſit daturus italiã belli præmiũ. Equitẽ:equũ habẽtẽ inſeſſorẽ antiq ut autor ẽ macrobius ut hoĩem equo inſidẽtẽ ita & equũ cũ portaret hominẽ eqtẽ dixerũt Vir.atque eqtẽ docuere ſub armis inſultare ſolo & greſſus glomerare ſuperbos. Ad pulchra diſcrimina: ad pugnã qua hoĩes fiũt clariores & pulchrũ ẽ pugnaꝛ ꝓ patria & mori ſi patris ſalus requirat. Hoſtem miles habes:oratio ſcipionis conſulis ad ſuos milites quibus oſtendit minimo conatu hoſtes niuibus & glacie confectos uinci poſſe eoſque hortatur ut pro comuni ſalute contra barbaros totis uiribus adnitantur cautibus ſaxis alpinis. Egre: cũ difficultate ambulantem.

En age:hortantis eſt.parate inquit animos ad pugnam ut annibal qui gloriatur tranſcendiſſe alpes diſtat plus eſſe ſuperare romanos quam montes:& plus eſſe ſuperare uallum romanorum & maioris difficultatis quam arcem herculeam ideſt ſagunthinam. Sacros montes:alpes intactas: quas natura uidebaꝛ oppoſuiſſe hoſtibus ne italia bello hoſtili atque externo q̃tereꝛ. Profundas: altas

Vallum:noſtrum ſcilicet ideſt diſtat pœnus difficilius eſſe ſuperare caſtra romana quam alpes niuoſas. Celſius:altius & ſuperatu difficilius arce herculea ideſt ſaguntho condita ab hercule. Colles:alpes & pyreneos montes. Det inania famæ:extenuat id quod negare non poteſt ſcipio & detrahit annibali qui quadam inani fama gaudebat ſe.ſ.potuiſſe alpes tranſcendere. Inania: res inutiles & uanas extollat. Famæ:ad famam iactet inquit ſe tranſcendiſſe alpes dummodo a nobis uictus non habeat quo confugiat:& fugere uolenti alpes ipſæ obſtent ac manus noſtras effugiat.

Auſonium inuaſere latus:ſedeſque beatas.
Et metui peperere manu:mox impia bella:
Tarpeius pater et capti ſenſere quirites.
Hic dum ſollicitat donis et inania corda.
Ac fluxam morum gentem fouet armaque iũgit.
Iam conſul uolucri peruectus littora claſſe:
Scipio phocaicis ſeſe referebat ab oris.
Ingenteſque duces pelagi terræque laborem:
Diuerſum emenſos propiora pericula uallo.
Iungebãt:magnæque aderant primordia cladis.
Nanque ut collatis admoto conſule caſtris:
Suſtulerat fortuna moras:ſignumque furoris
Accenſæ uiſo poſcebant hoſte cohortes.
Debellata procul quæcunque uocantur iberis:
Ingenti tyrius nemoroſa per agmina ductor.
Voce ſonat non pyrenem rhodanũ ue furentem:
Iuſſa aſpernatos:rutulam fumaſſe ſagunthum:
Raptum per celtas iter:et qua ponere greſſum:
Amphitryoniade fuerit labor iſſe ſub armis.
Pœnorum turmas:equitemque per ardua uectum
Inſultaſſe iugo et fremuiſſe hinnitibus alpis.
Contra pulchra ſuos uocat ad diſcrimina conſul
Hoſtem miles habes fractum ambuſtũque niuoſis
Cautibus:atque ægre torpentia membra trahentẽ
En age qui ſacros montis rupeſque profundas:
Tranſiluit:diſcat quanto ſtat celſius arce.
Herculea uallum:et maius ſit ſcandere collis
In noſtros rupiſſe globos:det inania famæ.
Dum magna fuſo pugna retroque ruenti:
Qua uentum eſt obſtẽt alpes:ſuper ardua ductũ

Huc ēgere dei:latios ut ſanguine fines
Imbueret:telluſque hoſtilis conderet oſſa.
Scire libet noua nunc nobis atque altera bellum:
Carthago an ne eadē mittat quæ merſa ſub equor
Egatis inter uaſto iacet obruta ponto.
Hæc ait:atque agmen ticini flectit ad undas.
Cæruleas ticinus aquas et ſtagna uadoſo:
Perſpicuus ſeruat turbari neſcia fundo.
At nitidum uiridi lente trahit amne liquorem
Vix credas labi ripis tam mitis opacis.
Argutos inter uolucrum certamine cantus
Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.
Iamque ſub extremum noctis fulgētibus umbris
Lux aderat:ſomnuſque ſuas confecerat horas.
Explorare locos conſul colliſque propinqui:
Ingenium et campis quæ ſit natura parabat
Par ſtudium peno:ſimileſque in pectore curæ.
Ergo aderant rapidis equitum comitantibus alis.
Verum ubi commoto docuerunt puluere nubes
Hoſtē ferre gradū:et propius propiuſque ſonoro:
Quadrupedum cornu tellus gemit:ac ſimul acer
Vincentum lituos hinnitus ſeuit equorum
Arma uiri rapite arma uiri:dux inſtat uterque.
Ambobus uelox uirtus geminuſque cupido
Laudis:et ad pugnas martemque inſania concors
Haud mora iam tantum campi dirimebat ab ictu
Quantum impulſa ualet:cōprendere lancea nodo
Cum ſubitum liquida nō ullis nubibus æthra
Augurium mentes oculoſque ad ſydera uertit.
Accipiter medio tendens a limite ſolis
Dilectas ueneri notaſque ab honore diones.
Turbabat uiolentus aues:atque unguibus idem.
Idem nunc roſtro:duris nunc ictibus alæ.
Iam quinas dederat ſeua inter uulnera lœto
Nec finis ſatieſue noui ſed ſanguinis ardor.
Gliſcere:et urgebat trepidam iam cede priorum.
Incertamque ſuge pluma labente columbam
Donec phœbeo ueniens iouis ales ab ortu:
In tenuis tandem nubes dare terga coegit.
Tum uictrix lætos ſigna ad romana uolatus.
Conuertit: proleſque ducis qua parte decora.
Scipio quaſſabat puerilibus arma lacertis
Clangorem bis terque dedit:roſtroque coruſcæ.

Egre:ꝑduxerūt ut hic caderet. Dei: ſcilicet quos uiolauit rūpēdo fœdera. Tellus hoſtilis: italia. Scire libet: a præterita uictoria ī primo bello punico oſtēdit pœnos facile ſuperatū iri. eadē inquit ē carthago quæ hos milites mittit:& prioꝛ bello punico ſubmerſa fuit ad egates apud liuiū ait experiri iuuat utrū alios repēte carthaginenſes p.xx. annos terra ediderit:an idem ſint q ad egates pugnaueꝛ īſulas. Ponto:mari ſiculo & libyco. Ceruleas ticinus aq̄s:deſcribit ticinū fluuiū q ortus in alpibus labiť ꝓpe papiā & in padū mittit. hēns aquas limpidiſſimas:& adeo mitis ī curſu ut uix labi uideatur. Iāque ſub extremū noctis:deſcribit crepuſculū matutinum quo tpe uterque dux ad caſtra hoſtilia contemplanda naturāque loci prodierat. Pœno:annibali. Rapidis alis: militibus leuis armaturæ. Acer hīnitus: uehemēs adeo ut ſuperaret tubas. Cornu: ungula. Velox uirtus: uterque promptiſſimus erat ad res præclaras obeundas. Geminus cupido: ſimilis cupiditas pugnandi & ponit cupidinem ꝓ ipſa cupiditate. Concors īſania:ſimilis pugnandi furor. Cū ſubitum: deſcribit auguriū quod apparuit utriſque priuſq̄ manus conſererent qđ portendebat annibalem.xvi.ānos dilaceraturum italiā & poſtea ſuperatū iri a ſcipione cōſulis filio. Liuius ait lupū intraſſe caſtra romanorū laniatiſque ouibus intactū euaſiſſe:atque examen apū arbore prætorio imminente conſediſſe hæc prodigia ſcipio conſul procurauit priuſq̄ in aciē copias educeret poeta ingenioſe finxit hoc auguriū. Liquida æthra:puro aeris ſplēdore. Sic Vir. Nec ludidus æthra ſyderea polus:& æthra ē generis feminini & ſignificat ſplendorem cæli. Accipiter:hic accipiter ſignificabat annibalē qui ab aphrica quæ eſt expoſita ad meridiem ueniebat. Notaſque ab honore diones: dione mater eſt ueneris quæ pro uenere ponitur: cui columbæ dicatæ ſūt quibus romani ſignificabantur oriundi a ueneꝛ per æneam. Saties:ſatietas. Gliſcere:creſcebat. Ales iouis:aq̄la ioui ſacra quæ nūq̄ fulmine tangiť & fingunt poetæ ipſā miniſtrare ioui fulmina. hæc aquila ſignificabat ſcipionem iouis filium q̄uis putaretur filius. P. Scipionis tunc conſulis. Proles ducis:ſcipio filius cōſulis.

Perſtringens:leuiter tāgens. Exclamat liger:hic erat augur ſcipionis:qui auguriū illud interpre/tatus eſt.nā ſciebat prænoſcere futura ex uolatu auium. Pœne bis octonos:uerba auguris & augurii interpretatio. Pene:annibal inqt p. xvi.annos lacerabis italiā & romanos qui habēt originē a uenere:ſed romanū imperiū non aſſequeris:& ni decipior augurio ſcipio cuius galeā pſtrinxit ales hinc bello finē imponet cognomenque maius ipſa carthagine reportabit appellabitur qppe aphricanus.
Volucri:accipitri. Daunia regna:latina.nā ī latio regnauit daunus pater turni. Armiger iouis: aquila. Nā tibi:uertit ſermonē ad ſcipionē puerū. Prepes:aquilla.i.ſi aquila uerum facit auguriū & mentē ſuperꝫ denuntiat. Contra:ex alia pte augur annibalis aliter interpretatus eſt auguriū. Oīa:auguria felicia ipſi annibali.
Genti ueneris:romanis q a uenere originē habent. Dictis comitē:quoniam hæc dicens haſtā in romanos contorſit:quæ ꝓpter diſtantiā iruta fuiſſet ni catus agens equū ſuum præcipitē ut eſſet primus q hoſtes īpeteret excepiſſet haſtam iā cadentē in frōte. Cornu:haſta ex corno arbore. Stetit:infixa eſt. Oblatæ:nā catus obtulit frontē haſtæ iam langueſcenti. Sublime reductos:in altum atrecta habentes capita contractis habenis ab inſeſſoribus. Rapida ꝓcella:quodam īpetu inſtar ꝓcellæ & tanta erat uelocitas ut uix in puluere ſignarētur ueſtigia. Ala:acies alæ dicunt̄ ī exercitu equitū ordīes autore gellio ꝙ circum legiones dextra ſiniſtra ue tāq̄ alæ in auiū corporibus locabant̄. Arietat:facit impetū:inſtar arietis:ꝺ quo dictū eſt. Immania mēbra:quoniā galli ſūt proceræ ſtaturæ. Tumēs:ſuperbiens.
Ataui brenni:hic fuit dux gallorum qui quondā romā ceperāt ad quem hic chrixus originē referebat ſuam & ataui ſui brēni ſtemma iactabat. Trahebat in titulos:aſcribebat gloriæ ſuæ romā captā & capitoliū obſeſſū:tituli dicuntur inſcriptiones:ac laudes. Capitolia capta:ſeruit poeta iactantiæ gallicæ nō enī captū fuit capitolium:ſed obſeſſū.
Vmbone:in clypeo chryxi celata erat hiſtoria romæ captæ a gallis:& aurum appenſum ꝓ redēptione capitolii & romanorū q illuc confugerant. Celtas:gallos. Vertice ſacro:quoniā illic erat numinū ſedes.i.pro redemptione capitolii & tēpli iouis. Penſſantes:accipiētes a romanis ad pondus. Torque fuluo:aureo monili torquis ornamentum colli quo gali utebant̄. Auro uirgatæ ueſtes:quoniā ueſtes ſcutulis diſtinctas galli inuenerunt. Manicæ:etiam erāt intertextæ auro:& habebant armillas apud antiquos romanos tunicis uti manicatis molle atque indecorum erat gellius ait tunicis uti uirum prolixis ultra brachia & uſque in primores manus ac prope indigitos romæ:atque omni ī latio īdecorum fuit eas tunicas græco uocabulo noſtri chirodotas:ideſt manicatas appellauerūt.hac antiqtate īductus Publio aphricanus pauli filius uir omnibus bonis artibus:atque omni uirtute præditus. Publio

Perſtringens conum galeæ ſe reddidit aſtris.
Exclamat liger:huic ſuperos ſentire monentes
Ars fuit:ac penna monſtrare futura magiſtra.
Pene bis octonos italis in finibus annos:
Audaci ſimilis uolucri ſectabere pubem.
Auſoniam:multamque feres cū ſanguine prædā.
Sed compeſce minas renuit tibi daunia regna:
Armiger ecce iouis:noſco te ſumme deorum.
Adſis o firmeſque tuæ pater alitis omen.
Nam tibi ſeruantur:ni uano caſſa uolatu
Mentitur ſuperos præpes poſtrema ſubactæ.
Fata puer libyæ et maius carthagine nomen:
Contra leta bogus tyrio canit omnia regi.
Et fauſtum accipitrem ceſaſque in nube uolucres:
Aeneadis cladem et ueneris portendere genti.
Tum dictis comitem contorquet primus in hoſtis
Ceu ſuadente deo et fatorum conſcius haſtam
Illa uolans patuli longe per inania campi
Lœtum perdiderat ſpatio:ni fuſus habenas.
Dum primæ decus affectat decerpere pugnæ.
Obuia quadrupedis præceps catus ora tuliſſet
Sic elangueſcens et iam caſura petitum
Inuenit uulnus:cedemque recepit ab hoſte
Cornus:et oblatæ ſtetit inter tempora frontis
Incurrunt acies magnoque fragore per equor
Suſpendunt cuncti freni ſublime reductos
Cornipedes ultroque ferunt:erectus in auras
It ſonipes:rapidaque uolans per aperta procella.
Tenuia uix ſummo ueſtigia puluere ſignat.
Boiorum ante alias chrixo duce mobilis ala.
Arietat ī primos obiicitque immania membra:
Ipſe tumens ataui brenni ſe ſtirpe ferebat.
Chrixus:et in titulos capitolia capta trahebat.
Tarpeioque iugō demens et uertice ſacro
Penſantis aurum celtas umbone ferebat.
Colla uiri fuluo radiabant lactea torque:
Auro uirgatæ ueſtes manicæque rigebant.

Sulpitio gallo hoī delicato īter pleraque alia quæ obiectabat id quoque probro dedit ꝗ tunicis uteretur manus totas operientibus. Simili metallo:auro. Camertum:camertes erant populi umbriæ habitantes in montibus. Phalanx eſt uocabulum macedonicum. Vnde boiorum:ipſi boi qui tanq̄ undæ irruebant. Infandi:impii & ſacrilegi propter romam a ſerionibus olim captam & obſeſſum capitolium. Examina:multitudinem. Natant:ſanguine obducta ſunt. Sorbet ueſtigia.i.cruor replebat ueſtigia ut non cognoſcerētur. Vngula:equorum.ſ.conficiebat iacentes humi ſemineces:

Ex auro:et ſimili uibrabat criſta metallo:
Sternitur impulſu uaſto perculſa camertum
Prima phalanx:ſpiſſæque ruūt conferta per arma
Vnde boiorum ſociata examina denſent.
Infandi ſenones : colliſaque quadrupedantum:
Pectoribus toto uoluuntur corpora campo.
Arua natant:altuſque uirum cruor altus equorum
Lubrica belligeræ ſorbent ueſtigia turmæ:
Semineccum letum peragit grauis ungula pulſu.
Et circunuolitans tetros e ſanguine rores
Spargit humo:miſeriſque ſuo lauit ora cruore.
Spicula prima puer tumidi tyrrhene pelori
Purpureo moriens uictricia ſanguine tingis:
Nam tibi cū ſtimulas cornu atque ī prælia mētes.
Accendis:enouaſque uiros ad uulnera cantu:
Hæſit barbaricum ſub anhelo gutture telum
Et clauſit raucum lœtali uulnere murmur.
At ſonus extremo morientis fuſus ab ore:
Feſſa pererrauit mutis iam cornua labris
Chrixus picentem laurumque nec eminus ambo.
Sed gladio laurum picenti raſilis haſta
Ripis lecta padi letum tulit:auia nāque
Dum petit:ac leuo meditatur fallere gyro.
Haſta uiri femur et pariter per anhela uolantis
Ilia ſedit equi:geminam dedit horrida mortem:
Idem ſanguinea uenuli ceruice reuellens.
Sternit præcipitem trepido te farfare telo.
Et te ſub gelido nutritum tulle uellino.
Eggregium auſoniæ decus ac memorabile nomē.
Si dent fata moras. aut ſeruent fœdera pœni.
Tum romulum atque olim celeberrima noīa bello
Tyburtis magios hiſpallatemque metaurumque
Et damum dubia meditatus cuſpide uulnus.
Nec locus eſt tyriis belli pugnæ ue:ſed omnem.
Celticus impleuit campum furor:irrita nulli:
Spicula torquentur:ſtatque omne ī corpore ferrū
Hic inter trepidos immane quirinius audēs
Cui fugere ignotum atque īuicta mēte placebat.

& ſpargebat cruorem in ora ceſorum.

Peragit læthum:perficit mortē. Seminecum:eorum qui erant proſtrati & non plane mortui. Tyrrhene puer:pelorus eſt promontorium ſiciliæ uerſus italiā a quo hic pelorus nomen accepit: quē tumidum appellat ut oſtēdat ipſū etiā fuiſſe tubicinē qui inflat buccas cū ſonat tuba. Vnde Iuue. notæque per oppida buccæ. hoc nomen ideo fingit poeta ut alludat ad tyrrhenū piſeū æneæ tubæ inuentorē. Cornu:a quo cornicines dicunt. ideo dixit Iuue. Quadringenta dedit gracchus ſeſtertia dotē corniū:ſiue hic recto cantauerit ære. Ambo:ſic Vir. ſtrauit ambo. & ſi duo præterea tales idea tuliſſet terra uiros. Raſilis haſta:polita. Fallere:decipe chryxum uoluendo equū ad ſiniſtram. haſta transfixit femur picentis: & ilia eq cuius dorſo inſidebat:& ſic equū: & inſeſſorem confecit farfarus eſt fluuius ꝓpe equiculos:a quo hic farfarus nomen accepit. Velino: uelinus eſt lacus in ſabinia: Vir. & roſcida rura uelim. Gelido:propter rigorē regionis Ply. ait Sabini uelinos accolunt lacus roſcidis collibus. Egregium decus: alludit ad. M. Tullium Ciceronē. Celeberrima nomina:nam Tiburtus corax: & catillus uenerunt ad bellum cum æneas pugnauit in latio. Vir. in. vii. Tum gemini fratres tiburtia mœnia linquunt. Olim: quondam ī bella laurentia. Hiſpellatem:ab oppido umbriæ hiſpello. quod adhuc nomen retinet prope aſiſſium & fulginiam & metaurum a metauro fluuio appellat de quo loco ſuo dicetur.

Metaurumque:uerſus eſt hipermeter habundat.n. ſyllaba una ſed hoc cū fit ſequens uerſus debet incipere a uocali.

Dubia cuſpide:incerta quem impeteret damum ne:an metaurū. Celticus: gallicus. Trepidos: romanos territos a gallis. Quirinius:nomen proprium tractum a quiritibus. hic erat fortis. nā ī rebus aduerſis non parcebat uitæ ſuæ. nūc equū īpellebat ut ānibalē īpeteret ſiue chryxū qđ decus aſſeq non potuit.

Geſa:tela gallica ad regẽ chryxũ ductorẽ galloꝝ q tantã ſtragẽ tũc edebat. Certus necis:cũ certus eſſet ſe illic moriturũ ſiue cũ decreuiſſet mori:& oĩo uitã ſuã cõtẽpneret ut ducẽ illũ cõficere poſſet. unde dicit Seneca qſquis uitã ſuã contẽpſit tuæ dominus ẽ. Rutulũ nodũ:uinculũ aureũ quo capilli religant̃. Vouentẽ non exaudita:q uouebat ea quæ a marte non exaudiebant̃. Parce: deæ quæ uitã diſpẽſant hũanã filo. Lycaunus erat hoſtis q qrinio leuã abſcidit & cũ ille auerteret ſeſe:ut fugeret uaſagus caput ſecuit & circũferens patrio clamore deos uocabat. Viro:qrinio. Lenti:flexibiles. Rotat:rotãdo ſtringit. Laxatis:remiſſis. Micans: mouens ſe ſe ipſa manus reciſa. Neſcia: quoniã erat diuiſa a corpore. Flectentẽ:iſeſſorẽ q flectit equũ.i.ipſa manus cũ penderet tenens lora flectebat equũ ut prius. Iubaque: ueſagus tenens iubã galeæ & crines ipſã galeã ſuſpẽſã portabat. Dũque ea galloꝝ:dũ galli hãc ſtragẽ ĩ cãpo facerent conſul ſcipio copias oĩs ĩ aciẽ eduxit. Accitas:uocatas ex caſtris. Marſoſque: marſi ſunt populi pelignis uicini & latinis quondã bellicoſiſſimi laurẽtũ oppidũ latii ubi regnauit latinus:cora oppidum latii adhuc retinet nomẽ. Sabelli alio nomĩe dicunt̃ ſãnites orti a ſabinis uoto uer̃ ſacro:nũc dicũtur beneuẽtani ultra neapolĩ. Tuder oppidũ umbriæ ĩ mõte ſitũ. Vbi mars colebat̃ adhuc retinet nomẽ faliſci populi ſt̃ hetruriæ.ubi nũc eſt uiterbiũ apud quos ẽt nr̃o tpe ẽ magna copia lini candidiſſimi qd̃ purgat̃ aqs calidis illic paſſim ſtatentibus: iõ dicit gẽtilia lina. Muris herculeis:tiburtinis quoniã tibur erat dicatum herculi:iõ herculẽ appellauit Martialis catyllus poſt p̃ris ãphiarai interitũ ad thebas iuſſu ecli aui ſui ĩ italiã nauigauit. ubi cum tribus filiis coracæ catyllo:& tiburto cõdidit oppidũ & tibur a noĩe tiburti natu maioris denomĩauit. Ply.tamen dicit tiburtũ fuiſſe conditorẽ.nobile eſt ẽt nũc tibur copia pomoꝝ & maxime malis punicis quæ ſubĩde romam aduehunt̃ p tibur labit̃ anio fluuius:q ĩ plano mitem hẽt curſum. Catylli:tiburtes accolẽtes anienem. Hernica ſaxa:hernici ſũt populi cãpaniæ colonia ſabinoꝝ quorum lingita ſaxa uocãtur herne:unde hernici dicti quoniã montes cãpaniæ incolebant: Vir.hernica ſaxa colunt quos diues anania paſcit. In duratos in pregelidis riuis.i. ante duratos ĩ aquis frigidis.hoc dicit poeta alludens ad antiquitatem hernicorum:qui orti ſunt a ſabinis. ſabini autem mixti fuerunt cum lacedæmoniis lacedæmonii autem infantes ridigiſſima aqua eurotæ fouebant ut eſſẽt robuſtiores ideo Papinius in thebaidæ durum eurotam appellat: ad quam educandorum puerorum diſciplinam alludens etiã Vir. ait Natos ad flumina primum deferimus:ſæuoque gelu duramus:& undis.de diſciplina lacedæmoniorum: & uitæ inſtituto ex legibus lycurgi dixi in commentariolis officiorum. In pregelidis duratos: id eſt præduratos in aquis rigidis hernicorum quorum caput erat anagnia quæ adhuc retinet nomen:ſed omnis ille tractatus campania nunc uocatur. Caſinum:oppidũ campaniæ ĩ cacumine alti mõtis ſitũ ideo ipſũ appellat nebuloſũ nũc ẽ illic celebre monaſteriũ qd̃ mõtis caſini appellat̃.

Rebus in aduerſis exceptum pectore letum:
Cuſpide flãmat equũ:atque diſpgit geſa: lacerto.
Si reſerare uiam: atque ad regem rumpere ferro.
Detur iter:certuſque necis petit omnibus auſis
Quod nequeat ſentire decus:cadit inguine feſſo
Teutalus:et uaſto quatitur ſub pondere tellus.
Occumbit ſarmens flauam qui ponere uictor
Ceſariem crinemque tibi gradiue uouebat.
Auro certantem et rutulum ſub uertice nodum:
Sed parce intonſa non exaudita uouentem
Ad manes traxere coma per candida membra.
It fumans cruor:et tellus perfuſa rubeſcit.
At non tardatus iaculo occurrente lycaunus.
Irruit:aduerſumque uiro rotat obuius enſem.
Et ferit inſurgens humero qua brachia lenti:
Annectunt nerui:deciſaque uulnere læua:
Laxatis paulum moribunda pependit habenis.
Dumque micans tremulo conatu lora retentat
Flectentem aſſuetos imitatur neſcia frenos.
Demetit auerſi ueſagus tum colla:iubaque.
Suſpenſam portans galeam:atque incluſa perẽpti
Ora uiri patrio diuos clamore ſalutat.
Dumque ea gallorum populi dant funera campo
Accitas propere caſtris in prælia conſul
Raptabat turbas:primuſque ruebat in hoſtem
Candenti ſublimis equo trahit undique lectum
Diuitis auſoniæ iuuenẽ:marſoſque coramque
Laurentumque decus: iaculatoremque ſabellum
Et gradiuicolam celſo de colle tudertem.
Indutoſque ſimul gentilia lina faliſcos:
Quoſque ſub herculeis taciturno flumine muris.
Pomifera arua creant:anienicolæque cathylli
Quoſque in pregelidis duratos hernica riuis:
Mittebant ſaxa:et nebuloſi rura caſini.

Ibant in martem terræ dominantis alumni
Damnati ſuperis.nec iam reditura iuuentus.
Scipio qua medius pugnæ rotat agmina uertex
Infert cornipedem.atque inſtinctus ſtrage ſuorū:
Inferias cæſis mactat labarumque padumque:
Et camū:et multo uix fuſum uulnere brennum.
Gorgoneoque larum torquentem lumina uultu
Occidis:et triſti pugnas lepontice fato.
Nam dum frena ferox obiecto corpore prenſat:
Atque æquat celſus reſidentis conſulis ora:
Ipſe pedes frontē in mediā grauis incidit enſis.
Et diuiſum humeris iacuit caput abbatus amens.
Qui luctatur equo:parmaque in curſibus obſtat:
Ictu quadrupedis fulua porrectus harena
Eliſa incuſſis amiſit calcibus ora.
Perfurit auſonius turbata per æquora ductor:
Ceu gelidus boreas totum cum ſuſtulit imo
Icarium fundo uictor mare.nauita uaſto
Iactatur ſparſus lacerata claſſe profundo:
Cunctaque canenti perfunditur æquore cyclas.
Chryxus ut in tenui ſpes exiguūque ſalutis
Armat contemptu mentem necis:horrida barba
Sanguinea rutilat ſpuma.rictuſque furentis
Albet:et effuſo ſqualent a puluere crines
Inuadit tarium uicino conſule pugnas
Miſcentem ſæuiſque uirum circuntonat armis.
Voluitur ille ſolo.nam pronum effundit in armos.
Fata extrema ferens abies:rapiturque pauore
Tractus equi uinctis connexa ad ſingula mēbris
Longa cruor ſparſo liquit ueſtigia campo.
Et tremulos cuſpis ductus in puluere ſignat.
Laudabat lœti iuuenem:egregioſque parabat
Vlciſci conſul manes cum dira per auras
Vox uenit:et cryxum ferri clamoribus audit
Haud notum uultu ſurgit uiolentior ira
Cominus atque oculos optato in corpore figit.
Tum ſtimulus grato plauſæ ceruicis honore
Cornipedem alloquitur.uulgū martēque minorē.
Mox gargane uocant ſuperi ad maiora uides ne
Quantus eat cryxus:iam nūc tibi præmia pono
Illum ſidonio fulgentem ardore tapeta

Terræ dominātis:romæ ac italiæ. Dānati ſupis: quoniā in pugna ceciderunt. Vertex medius pugnæ rotat agmina.i.Scipio immiſit equū ea parte q ſui milites tanq̄ uertice aquarū abſūebant.nā uertex ꝓprie ē contorta ī ſe aq̄ & ideo dicit rotat. Ideo ſubiungit īſtinctus ſtrage ſuorū. Seruat poeta decorū optimi & magnanimi ducis:q ſuis laborantibus opē ferre debet: & picula non timere:circa quæ uerſat uirtus. Rotat: abſorbet ipſos milites:ut facit uertex aquarū. Vertex pugnæ: ipſe īpetus gallorū:q romanos conficiebat:& abſorbebat:ut uertex nauigia. Inferias: ut eſſent īferiæ his qui ceciderāt: nā inferiæ dicunt uictimæ quæ mactant diis inferis. Brennū: alludit ad Brennū::quo duce galli urbē cœperūt. Gorgoneo: toruo:ut fuit uultus gorgonis.i.Medusæ hntis capillos ſerpētinos. Frena: ipſius conſulis. Ferox:aīoſus. Reſidentis ī dorſo equi: cuius frena prenſauerat. Celſus: ꝓceræ ſtaturæ:nā ipſe pedes par erat conſuli eqti. Perfurit auſonius ductor:ornat Scipionē poeta quē furentē in cāpo compat Boreæ agitanti mare flatu ſonoro: mare icarium nomē accepit ab Icaro dædali filio illic ſubmerſo:in quo ſunt cyclades inſulæ. Sed poeta unā ꝓ oībus poſuit. Canenti:albicāti ꝓpter ſpumas. Chryxus ut in tenui ſpes.i.poſtq̄ chryxus parꝝ ſalutis ſperare poterat:urgēte Scipione cœpit contēnerꝫ mortē ut honeſte caderet.
Rutilat:rubet. Inuadit tariū:Chryxus īuaſit tariū romanū:q ꝓpe conſulē pugnabat:& eū haſta interemit: & cū ī armos eq effunderet:hæſit pes cīgulis: & ſic cū magno pauore trahebat:& cruor ex uulnere ꝓfluēs relinquebat ueſtigia in cāpo reſpſo ſāguine. & imitatur Virgi.de Troilo ſic canērem:Huic ceruixque comæque trahūt p terrā: & uerſa puluis īſcribit haſta.ideo ait: Cuſpis ſignat ductus.i.uias & ſulcos. Spſo:madefacto cruore. Tremulos ductus:obliquos ſulcos faciebat haſta tracta per puluerem. Manes: animam Tarii: qui fortiter occubuerat. Haud notū uultu: Nam fama tantum cognoſcebat Chryxum Scipio. Optato: quoniam optauerat cum Chryxo congredi: ut magnanimum decebat imperatorem qui circa magna & ardua uerſatur. Vulgum martemque minorem: uerba Scipionis ad equum ſuum :qui uocabatur Garganus. ſenſus eſt:hactenus uulgares milites ſtrauimus. nunc autem ipſi ſuperi uocant pugnam noſtram uulgarē:& minorem ad maiora: .i.cædē chryxi: & ꝓponit equo ſuo præmium: ſi in opprimēdo hoſte operā nauauerit. Tapeta : hoc non ſine ratione fingit poeta :quoniam in Gallia Ciſalpina : ubi tunc erant Boi :& ſenones fiebant pulchri tapetes : & uerſicolores

Strabo ait: Vellera mediocria hñt patauini ex quibus pretioſi tapetes intexũtur. Ardore ſidonio: purpureo colore tyrio: quoniã in phœnicia ubi eſt ſydon & tyrus tingit̃ egregie purpura. Fuluis: auratis. Quantus phlegreis: chryxum horrendũ ac terribilẽ cõpat gigantibus q in phlegra ualle theſſaliæ pugnauerunt cũ diis uolentes detrudere iouẽ e cœlo: gigãtes terræ filii fuerunt. ẽ etiã cãpus phlegreus in cãpania: ubi hercu. deleuit gigãtes. Nẽo ne incenſe: uerba Chryxi ad Scipionẽ: cũ quo ſingulari certamine congredi meditabat̃. ĩſultat Scipioni dicẽs: Vis congredi mecũ. Nõne romani expti ſũt nr̃as dextras? cum Roma capta fuit a gallis nr̃is. & nonne ſupfuit aliqs tũc: qui potuiſſet narrare q̃ ſint ĩuictæ mãus gallorũ. & hoc dicẽs emiſit haſtã: quæ potuiſſet ualidiſſĩas portas quaſſare tãto ĩpetu ut hoſtẽ trãſgrederet̃. ſeruat poeta decorũ inſolẽtis galli: & uẽtoſi. Nodis & robuſto robore: nodoſã & flãmis induratã haſtã quæ portas deiicere potuiſſet. Dirã: horrẽdam: & quæ poterat quaſſare portas. Trabẽ: haſtã trabalẽ. Vel quaſſaſſe. i. aptã etiam ad portas deiiciendas. Cui conſul: Verba Scipionis inſultantis iactantiæ Chryxi: eas inqt ad ĩferos. & dicas brenno te non potuiſſe uider̃ nedũ capere romã. & ꝙ ꝓcul a Capitolio qđ ille obſedit: ꝓcubuiſti: & ſic haſta eum trãſfixit. Proauo: Brenno: ad quẽ tuũ genus refers. Nodo leui: amẽto. Lini: toracis linei. Subtecta tegmĩa. i. penetrauit tegmina ex corio: uel clypeũ corio tectũ. Haud aliter ſtructo: chryxũ uaſto ĩpetu ꝓcũbentẽ cõpat magnis ſaxis: quæ in portu opponunt̃ fluctibus & tandem ſuffoſſa ex colliſione fluctuum magno fragmine cadũt in aquam.

Ad litora tyrrhena: ad portum oſtienſem. Pugnatura fretis: quæ repelleret fretum: ne naues læderẽtur. Pila: ſignificat quodcunque magnum ſaxũ: & molem. Nereus ipſum mare: cui eſt impacta pila. Diuerſa: diuiſa. Illiſũ montẽ: impactũ ſaxũ. Ac ueluti ſummo: gallos fugientes amiſſo duce comparat feris e monte fugientibus: qui incendio flagrat. picanus ẽ mons Apuliæ.

Luſtra: cubilia ferarum. Peſtem: incendium fumoſum. Vertex piceus: ſummitas flammæ fumoſæ.

At mago: hic erat frater Annibalis: & præfectus equitum: quos nunc duxit in pugnam: fugientibus gallis. Primũ laborem: primum impetum pugnæ.

Barbaricum decus et fuluis donabere frenis.
Sic fatus magno chryxum clamore ciebat
In pugnam: ac uacuo poſcebat prælia campo.
Nec detrectantem par ira accenderat hoſtem.
Vt iuſſæ ceſſere retro: ſpatiumque dederunt.
Hinc atque hinc alæ: medio ſtetit æquore pugna.
Quantus phlegreis telluris alumnus in aruis
Mouit ſigna minax: et cœlum exterruit armis.
Tantus ſemifero chryxus ſub pectore murmur
Torquet: et horriſonis ululatibus erigit iras.
Nemo ne incẽſæ: captæque ſuperfuit urbi?
Vt tibi quas brenni populus ferremus in arma
Narraret dextras? diſce en nunc inquit et una
Contorquet nodis: et obuſto robore diram:
Vel portas quaſſaſſe trabem. ſonat illa tremendũ:
Ac nimio iactu ſeruaſſe improuida campi
Diſtantis ſpatium propiorem trãſuolat hoſtem:
Cui conſul ferre hoc umbris: proauoque memento
Quam procul occumbas tarpeia a ſede: tibique
Haud licitum ſacri capitolia cernere montis.
Tum nodo curſuque leui ſimul adiuuat haſtam
Dignam mole uiri nixus: fugit illa per ora
Multipicis lini: ſub tectaque tegmina neruis:
Atque altum tota metitur cuſpide pectus.
Procumbit lata porrectus in arma ruina.
Et percuſſa gemit tellus ingentibus armis.
Haud aliter ſtructo tyrrhena ad litora ſaxo
Pugnatura fretis ſubter cæciſque procellis
Pila immane ſonans impingitur ardua ponto.
Immugit nereus: diuiſaque cærula pulſu
Illiſum accipiunt irata ſub æquora montem.
Ductore amiſſo pedibus ſe credere celtæ
Vna ſpes animæ: tantuſque pepẽderat ardor.
Ac ueluti ſummo uenator denſa picano
Cum luſtra exagitat: ſpiſſæque cubilibus atram
Immittit paſſim dumoſa per inuia peſtem:
Dum tacitas uires: et flammam colligit ignis:
Nigranti piceus ſenſim caligine uertex
Voluitur. et pingui contorquet nubila fumo.
Mox ſubita in toto lucent incendia monte:
Fit ſonitus: fugere feræ: fugere uolucres.
Atque una longæ trepidant in ualle iuuencæ.
At mago ut uertiſſe globos: primumque laborem.

Qui ſolus ē genti: quoniā galli in pugna tantū prīo impetu ualent: de qbus ſic ſcribit Florus: Galli ſunt plus q̄ uiri in ītio pugnæ: in fine uero plus q̄ fœminæ. Gēti: gallis. Patriū equitē: libycū. Nudi frenis: quoniā ipſoꝝ equi ſola uirgula gubernabanť: ut dictū ē. Hac pontū uice: hos uiciſſim fugientes compat mari contrariis fluctibus agitato quod fluit & refluit. Hac uice: tali uiciſſitudine fluctuū. Flamine: flatu. Aduolat aurato: Annibal armis conſpicuus uenit in pugnam: cuius clypei fulgore conſpecto terga dederūt romāi. Murex ē genus conchilii: ex cuius ſanguine tingiť purpura.

Qui ſolus genti eſt: caſſum uidet: arma ſuorum
Ac primum in pugnas equitē uocat: ūdique nudis
Aſſiliunt frenis: infrenatique manipli.
Nunc itali in tergum uerſis referūtur habenis.
Nunc rurſus tyrias retro pauor aduehit alas.
Aut illi dextros lunatis flexibus orbes:
Aut illi læuos ſinuant in cornua gyros
Texunt alterno glomerata uolumina curſu
Ac cædem refugam: cædentes arte reſoluūt.
Hac pontum uice: ubi exercet diſcordia uentos
Fert boreas: curſuſque refert molemque profūdi:
Nunc huc alterno: nunc illuc flamine geſtāt
Aduolat aurato perfulgens murice ductor
Sidonius circaque metus: terrorque: furorque
Iſque ubi callaici radiātem tegminis orbem
Extulit: et magno percuſſit lumine campos:
Spes uirtuſque cadunt: trepidaque a mēte recedit
Vertere terga pudor: nec lœti cura decori:
Sed fugere infixum eſt: terræque optātur hiatus.
Sic ubi caucaſeis tygris ſe protulit antris:
Linquuntur campi: et tutas petit omne latebras
Turbatum inſano uultu pecus illa pererrat
Diſiectas uictrix ualles: ianque ora reducto
Paulatim nudat rictu: ut præſētia mādat
Corpora: et immani ſtragem meditatur hiatu.
Non illum metabus: non illum celſior ufens
Euaſere tamen: quanuis hic alite planta:
Hic ope cornipedis totis ferretur habenis.
Nam metabum ad manes demiſit cuſpide fulgēs
Fraxinus: ufentem collapſum poplite flexo
Enſis obit: laudēque pedū cum ſangnine ademit.
Ianque dedit lœto ſtemium laurūque domoque:
Collinum gelida uiridi quem fucinus antro
Nutrierat: dederatque lacum tranſmittere nando
Fit ſocius lœti coniecta maſſicus haſta
Vitiferi ſacro generatus uertice montis.
Et lyris nutritus aquis: qui fonte quieto
Diſſimulat curſum: ac nullo mutabilis hymbri
Perſtringit tacitas gemmāti gurgite ripas.

Aurato: quoniā purpura erat intexta auro: & metus timor: atque furor comitabanť annibalē. Orbē radiantē: clypeū aureū datum muneri a callaicis populis hiſpaniæ: ut dictum ē. Lumine: ſplendore clypei. Spes romanorū cecidit uiſo Annibale. Lœti decori: depoſuerant oēm fortitudinē qua ꝑ decoro ſeruando mors tolerať: & magnanimus nullo modo uertit terga: etiā ſi moriendū ſit. Decori: glorioſæ mortis cum decoro uiroꝝ fortiū. Optāť: a romanis hiatus in qbus deliteſcerent metu Annibalis. Sic ubi caucaſeis: Annibalē magno īpetu pugnā ingredientem & romanos tiore perculſos compat tygridi: cuius rabiē: tremendāque uelocitatē cætera pecora reformidāt. Caucaſeis: hircanis de tauro monte: q poſtea caucaſus diciť: ſupra dictum ē. Inſāo uultu: terribili aſpectu tygridis: & furēti. Reducto: prius clauſo ore: qđ paulatim diducit: ut obuias feras conficiat

Hiatu: ore iā aperto. Non illum: deſcribit illos q māu annibalis ceciderūt.

Celſior: quoniā erat eques: metabus āt pedes. Fraxinus: haſta fraxinea. Obit: occidit. Laudē pedū: fugā & uelocitatē currēdi. Domo gelida: quoniam marſi ſūt inter montes: & ipſe fucinus lacus: regioque illa gelida ē. Viridi: trāſlucido: quoniā aq̄ fucini lympida ē: cuius ābitus ſūt. xxx. milia paſſuū ubi adhuc extat emiſſarius Claudii opere mirabili ꝑforato monte quo aq̄ lacos emittebať ad lyxim: ut agri occupati ſiccarenť. canalē adhuc conſpicuum magna difficultate Claudius abſoluit poſt undecim ānos continuos. xxx. hominum milibus ſine ītermiſſione operantibus: ut auctor ē Tranquillus. Meminit etiā huius rei Tacitus. Maſſicus: nomen deductū eſt a maſſico monte cāpāiæ ubi naſciť uinum falernum.

Vitiferi montis: maſſici uitibus conſiti: Sacro dicato: ipſi Baccho propter uini præſtantiam. Sed poeta alludit ad lucum ſacrum: quoniam ut auctor eſt Strabo libro quinto Lyris amnis abluit fregellas: & excurrit in lucum ſacrum oppido incumbentem: quē magnis honoribus minturnenſes celebrabant. Gemmanti gurgite: lympida aqua.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Peſque pedẽ premit. Virg. Hæret pede pes: denſuſque uiro uir. Tergemini primã ante aciẽ: hoc fingit poeta ut imitet̃ hiſtoriã horatiorũ: curiatiorũque q tergemini & patrueles ꝓ patria dimicarũt tẽpore Tullii hoſtilii: & Metii dictatoris albani: duo Horatii prius ceciderũt: remanſit unus ferro intactus: & tres curiatii uulnerati: ille fugã ſimulans in proximũ fecit impetũ: quo cæſo alios etiã cõfecit: ut nũc accidiſſe Syllius canit. Ply. ait lib. vii. Tergeminos naſci certũ eſt horatioꝝ: curiatiorũque exẽplo. poteſt mulier uno partu edere q̃ttuor: q̄nque: & ſeptẽ: ut ĩ ægypto. tot. n. loculos hẽt uterus: ſed ut plurimũ ſingulæ mulieres ſingulos pariunt: auctores ſunt Ariſtote. Plynius & Trogus. Barcæ ſidonia. carthaginẽſis: & ẽ nomen deductũ ab arce urbe aphricæ: hæc fuit uxor Xãtippi lacedæmonii in primo bello punico. Lædæo: lacedæmonio: qui Regulũ cœpit.

Fœlix uteri: quoniã tergeminos enixa eſt. Bella: tẽpore primi belli punici: quo Xantippus accerſitus e Laconia a pœnis illuc nauigauit: & Regulum captiuũ carthaginenſibus tradidit. Res graiæ: geſta mẽoranda græcoꝝ præſtantia bellica: & uirtutes: quibus Græcia & in primis ſpartæ Xantippi patria floruerat. Ductor parens: excellẽtia p̄ris qui Regulũ uicit: cœpitque. Amycle: uros ẽ Laconiæ: patria Caſtoris: & Pollucis quã pro tota laconia ponit: quæ optimis floruit inſtitutis: & fortiſſimos habuit uiros & imꝑatores: dũ Lycurgi leges uiguerũt: de q̄bus alibi dictum ẽ: hæc oĩa impellebant adoleſcẽtes ad res præclaras: ne degenerare uiderent̃ a pa patria uirtute. Regulus iniectus colla cathenis: hñs cathenas iniectas collo: ideſt uictoria p̄ris de Regulo accendebat tergeminos. Marte ꝓbare genus: ideſt fortiter pugnãdo ſe eẽ ex lacedæmonioꝝ genere q bellicoſiſſimi fuerũt oſtender̃. Factis: rebus fortiter geſtis.

Lacona parẽtẽ: Xantippũ lacedæmoniũ. Ardebãt: cupiebãt ue ad patriam auitam. Taigetus ẽ mons Laconiæ: ĩde taigeta .orũ. in numero multitudinis.

Subactis: finito bello: quod tunc cum romanis gerebat̃. Eurotã: fluuium Laconiæ cuius aqua rigida fouebant̃ infãtes. & etiã illic in ꝓuectiori ætate exercitationis gratia natabãt. lege Ciceronẽ ĩ ſecũda diſputatione tuſculana. Ritus lycurgi: leges quas Lycurgus tulit lacedæmoniis: de quibus in commentariis officiorũ dixi. Totidem nũero: tergemini aricini. Aricia urbs erat ꝓpe romã ſub albão monte cum ſilua ĩ qua erat templũ Dianæ: & crudelis ritus ſacroꝝ inſtitutus ab Oreſte: ac iphigenia cum dianæ ſimulachrum ex taurica regione illuc aſportaſſent: cui mactabãt̃ hoĩes barbaricus inq̄t Stra. q̄dã ſcythicuſque circa tẽplũ mos eſt huic tẽplo ſerui præficiebãt̃ hac tamẽ conditione ut nullus poſſet ſacerdotio fungi niſi priore mactato: qui eñi inq̄t Stra. uictimæ mactatæ fuiſſet auctor ſacerdos conſtituebat̃: & hic rex Aricinus uocabat̃. Vnde canit Valerius Flaccus. Soli immitis aricia regi: ideſt illi qui uult templo præeſſe: quoniam cogitur pugnare cum aliis. ideo dicit Ouidius: Regna tenent fortes. Immitis: propter crudelem ritum fugitiuus quidam uir Strabo inquit gladium tenens: & ſuæ ſaluti ſemper circunſpiciens. &c. Egeriæ: egeria fuit nympha in ſilua aricina cũ qua Numa Pompilius commerciũ habuit. Lacus: quoniam eſt illic amœniſſimus lacus. Dura: inexorabilis porca. tres ſunt: lacheſis: cloto: atropos. Heumachus: fingit hæc noĩa ingenioſe poeta: nã heumachus dicitur bonus pugnator clytias glorioſus. Ceu bella leones: hos tergeminos ruẽtes in pugnã generoſo aĩo cõꝑat leonibus libycis ĩter ſe pugnãtibus. Squalẽtes: ĩcultos & deſertos. Mapalia: tuguria paſtorum. Coniunx libyſſa: mulier libyca. Profuſo: mananti lacte.

Exoritur rabies cædum: ac uix tela furori
Sufficiunt: teritur iunctis umbonibus umbo.
Peſque pedem premit: et nutãtes caſſide criſtæ
Hoſtilem tremulo pulſant conamine frontem.
Tergemini primam ante aciem fera prælia fratres
Miſcebant: quos lædæo ſidonia barce
Xantippo fœlix uteri inter bella crearat.
Res graiæ ductorque parens: ac nobile amycle
Nomen et iniectus ſpartanis colla cathenis
Regulus inflabãt ueteri præcordia fama
Marte probare genus: factiſque lacona parentem
Ardebant: gelidos dehinc inuiſere montes
Taigeta et tandem bellis innare ſubactis
Eurotam patrium: rituſque uidere lycurgi.
Sed ſpartam penetrare deus fratreſque negabant
Auſonii totidem numero: quos miſerat altis
Egeriæ genitos immitis aricia lucis.
Aetatis mentiſque pares: at non dabat ultra
Cloto dura lacus aramque uidere dianæ
Nanque ut in aduerſos impacti turbine pugnæ.
Eumachus et clytias: et lætus nomine patris
Xantippus iunxere gradus. ceu bella leones
Inter ſe furibunda mouẽt: et murmure anhelo
Squalentis campos et longa mapalia complẽt:
Omnis in occultas rupes atque auia pernix
Maurus ſaxa fugit: coniunxque libyſſa profuſo
Vagitum cohibens ſuſpendit ab ubere natos.
Illi dira fremunt: perfractaque in ore cruento
Oſſa ſonant: pugnantque feris ſub dentibus artus

Haud ſecus ægeriæ pubes hinc uirbius acer
Hinc capys aſſiliũt:paribuſque albanus in armis
Subſidens paulum perfoſſa proruit aluo
Albanum clytias:aſt illi cuncta repente
Implerunt clypeum miſerando uiſcera lapſu
Eumachus inde capyn:ſed tota mole tenebat:
Ceu fixum membris tegmen: tamẽ improbus ẽſis
Adnexam parmæ decidit uulnere læuam.
Inque ſuo preſſa eſt non reddens tegmina nyſu
Infœlix manus:atque hæſit labẽtibus armis.
Vltima reſtabat fuſis iam palma duobus
Virbius:huic trepidos ſimulãti ducere greſſus
Xantippus gladio rigida cadit eumachus haſta:
Et tandem æquatæ geminato funere pugnæ.
Inde alterna uiris trãſegit pectora mucro.
Inque uicem erepta poſuerunt prælia uita.
Fœlices lœti pietas quos addidit umbris.
Optabunt ſimiles uenientia ſæcula fratres.
Extremumque decus memori celebrabitur æuo.
Si modo ferr̃ diem miſeroſque uidere nepotes
Carmina noſtra ualẽt:nec famã inuidit apollo.
At conſul toto palantes æquore turmas
Voce tenet:dum uoce uiget:quo ſigna refertis?
Quis uos heu uobis pauor abſtulit? horrida primi:
Si ſors uiſa loci:pugnæque laceſſere frontem
Poſt me ſtate uiri:et pulſa formidine tãtum
Aſpicite has dextras:capti genuere parẽtes
Quos fugitis? quæ ſpes uictis? alpes ne petemus?
Ipſam turrigero portantem uertice muros
Credite ſubmiſſas romam nũc tendere palmas
Natorum paſſim raptus cædemue parentum.
Veſtaleſque focos extingui ſãguine cerno.
Hoc arcete nefas:poſtquam inter talia crebro
Clamore obtuſæ:craſſoque a puluere fauces.
Hinc læua frenos:hinc dextra corripit arma:
Et latum obiectat pecus: ſtrictumque minatur
Nunc ſibi:nunc trepidis:ni reſtent cominus enſẽ:
Quas acies alto genitor dum ſpectat olympo
Conſulis egregii mouere pericula mentem.
Gradiuum uocat:et patrio ſic ore profatur:

Pubes ægeriæ :tergemini aricini. Virbius appellatus fuit Hippolytus reuocatus ad uitã ope Aeſculapii: q̃ſi bis uir:& tranſlatus in ſiluã aricinã ad cultũ dianæ cuius fuerat ſtudioſus ad hãc fabulã poeta alludens:hũc aricinũ Virbium appellauit:& Capyn atque Albanum ab albãis regibus. Subſidẽs: inclinans ſeſe:ut melius ictũ inferret:clicyas confodit uiſcera albãi. Proruit: ſtrauit. Illi: albano. Heumachus occidit capym:cuius manũ ſecuit: cũ clypeum non remitteret. Tota mole:ĩpetu: & totis uiribus: q̃uis eẽt proſtratus. Tegmen:clypeũ:q uidebat̃ eſſe affixus manui:adeo tenaciter ipſa manus clypeũ conſtrĩgebat: ordo ẽ :ſed tamẽ tota mole tenebat tegmẽ:ceu fixũ mẽbris. Improbus ẽſis:ipſius heumachi. Parmæ: clypeo. Decidit:ſecuit. Non reddẽs: non relinquẽs. Clypeũ niſu : conatu. Hæſit armis:adhæſit clypeo cadenti: Vltĩa palma :uictoria poſtrẽa: quoniã ceciderant capys & albãus. Simulanti ducere greſſus.i.arriper̃ fugã ſimulatiore:ab hoc inqt qui fugã ſimulauit: cæſi ſũt Xantippus & heumachus. Geminato funere:nã duo pœni:& duo aricini iã ceciderãt. Inde alterna.i.Clycias:& Virbius :q ſuperant ſe mutuis uulneribus trucidarũt. Fœlices lœti: laudat horũ mortẽ poeta q ꝓ patria ceciderũt:cui uitã debẽus: & ꝓ qua uir bonus nũq̃ dubitauit occũbere. Sic Virgil.de Euryalo & nyſo:Fortũati ãbo ſiqd mea carmĩa poſſũt: Nulla dies unq̃ mẽori uos eximet æuo. Et Papi.ĩ thebaide de Ocleo & Dimãte. Vos quoque ſacrati q̃uis mea carmĩa ſurgant: Inferiore lyra mẽores ſupabitis ãnos. Forſitã & comites nõ aſpernabit̃ ũbras Euryalus phrygiique admittet gloria nyſi. Ferre diẽ: durare ꝑ ſæcula: & trãſire ad poſteros: & ſi Apollo non inuidet mihi famã. At conſul toto:ſcipio conſul uidẽs ſuos paſſim fugiẽtes: eos ignauiæ accuſauit. hortatuſque eſt ad pugnam pro decoro ſeruando:comparandaque gloria. Pallantes : effuſe fugientes. Quo ſigna refertis: uerba Scipionis ad ſuos. Quis inquit pauor abſtulit uobis mentem:& cogit uos fugere oblitos ueſtri. nullam romani nominis habentes rationem:quoniam præſtat mori: quam turpiter fugere : cum uiuendum non ſit niſi cum decoro. & ſic arguit illos timiditatis : quæ fortitudini opponitur.& ait:ſi non audetis conſiſtere ĩ prima fronte:ſtetis poſt me: & eſte tm̃ ſpectatores pugnæ. Capti parentes : detrahit hoſtibus :ut magis impellat ſuos. Capti:uicti a romanis in primo bello punico. Ipſam turrigeros:proſopopeia mouet affectus. Veſtales focos:ignẽ ĩextinctũ ĩ templo Veſtæ.& ẽ locus a pio. Gẽitor:iuppiter miſeratus durã ſortẽ conſulis demiſit martem q illũ e manibus hoſtiũ eriperet.

Magnanimi me nate uiri: uerba iouis ad marté filiũ. Viri: ſcipionis. Extremus: ultius. i. timeó morté conſulis ꝓpinquá: ni ſubuenis: ná ſtudio cædédi adeo in hoſtes ꝓuehitur: ut iá ꝓpriæ ſalutis obliuiſcaẽ. & é magna laus ſcipionis: q ꝓ patriæ ſalute uitæ non parcebat ſuæ: qđ forté & magnũ ui rum decet. Dulcedine cædũ: ſtudio cædédi hoſtes accenſũ & oblitũ ꝓpriæ ſalutis. Ducé libyæ: annibalé qui appetit Scipioné. & plus laudis qu erit morte unius: q̃ ſi totũ exercitũ trucidaſſet. tantæ molis erat ſupare ſcipioné: cuius hæc magna é laus teſtimonio iouis. Dextræ teneræ: Ná erat tener adhuc ſcipio filius conſulis: qui poſtea aphricanus appellatus é. Tráſcédere ãnos: pugnare ſupra uires ætatis. Pubeſceẽ bello. i. non poteſt expectaẽ pubertaté bello maturá: ſed puer adhuc præter rationé ætatis pugná affectat. & ſic índoles ſcipionis: & rudiméntũ imperatoriæ uirtutis laudaẽ a ioue. Hoc uícat: hæc ſit prima uictoria: & laus ipſius pueri liberare parenté uulneratũ ab hoſtibus. Sator rerũ: iuppiter oĩum parens & creator ſic loquutus é. Odryſia tellure: thracia. odryſæ ſunt populi Thraciæ: ubi mars regnabat: quoniá ſũt belliçoſiſſimi. & domus martis erat ſub hemo monte Thraciæ: ut ingenioſe fingit Papinius í Thebaide. Haud ulli facilem: quá non facile aliqs deorũ portaſſet. Haud facilé: non aptá: cyclopes erát miſtri Vulcãi: brontes: ſteropes: hemonides: & pyragmon. Sudatũ: ſudoribus elaboratũ. Bello titanũ: titanes fuerũt gigantes q pugnauerũt cũ diis í theſſalia. Exercitus una: deſcribit comites martis. Bellona é ſoror martis. & dẽ Enio: & aurigaẽ marti. ideo dicit: operata frenis regendis: ideſt regẽdo frena equos flagello ípellit. Ferẽ ab ímẽſo: deſcribit tépeſtaté quæ exorta é aduentu martis. & alludit ad rationé naturalem. Saturnia ſedes: italia. Relabitur fonti: reuertiẽ ꝓpter timorem ad fonté ex quo fluit. Amnis: ticinus ꝓpe qué pugna erat. Ductoré auſonium: Scipio conſul globo hoſtili circũdatus erat: & iaculo garamantico in fœmore uulneratus eſt. Tyrio regi: Annibali: ad quem cogitabat illa pubes referre ſpolium Scipionis. Stabat: Scipio decreuerat illic potius mori: ut fortem decebat imperatorem: quam terga hoſtibus uertere: quod e romana dignitate non fuiſſet. & ſic laudatur fortis animus Scipionis: & contra erectus: & intrepidus. Acri mole: uehementi impetu ſæuiens cædibus in hoſtes. Gyro arctato per orbem: nam cinxerunt Scipionem: & quiſque in illum torquebat iacula. & ſic uulneratus é: qué ornat poeta: cũ dicit multitudie hoſtili circũdatum: ut uulnus acceptũ nõ ſit ídecoꝝ. Librat: emittit í ſcipioné. Hic: tũc. Puer: ſcipio filius cõſulis: auxit pauorem conſulis. uulnus inquit Liuius: Periculumque interçurſu: Tum primum pubeſcentis filii

Magnanimi me nate uiri: ni bella capeſſis.
Haud dubie extremus terret labor: eripe pugnæ
Ardentem: oblitumque ſui dulcedine cædum.
Siſte ducem libyæ: ná plus petit improbus uno
Conſulis exitio tota quam ſtrage cadentum.
Præterea cernis teneræ qui prælia dextræ
Iam credit puer atque annos tráſcendere factis
Molitur: longumque putat pubeſcere bello.
Te duce primitias pugnæ: te magna magiſtro
Audeat: et primum hoc uincat ſeruaſſe paréte.
Hæc rerum ſator: at mauors in prælia currus.
Odryſia tellure uocat: tum fulminis atri
Spargenté flammas clypeum: galeãque deorũ.
Haud ulli facilem multoque labore cyclopum
Sudatum thoraca capit: quaſſatque per auras
Titanum bello ſatiatam ſanguinis haſtam
Atque implet curru campos exercitus una
Irarum eumenideſque ſimul lœtique cruenti
Innumeræ facies: freniſque operata regendis
Quadriiugos atro ſtimulat bellona flagello.
Fertur ab imméſo tempeſtas horrida cœlo.
Nigranteſque globos: et turbida nubila torquens
Inuoluit terras: quatitur ſaturnia ſedes
Ingreſſu tremefacta dei: ripaſque relinquit
Audito curru: fontique relabitur amnis.
Ductorem auſonium telis garamantica pubes
Cinxerat: et tyrio regi noua dona parabat
Armorum ſpolium: et rorantia conſulis ora.
Stabat fortunæ nõ cedere certus: et acer
Mole retorquebat crudeſcens cædibus haſtas.
Iamque ſuo: ianque hoſtili perfuſa cruore
Membra madent: cecidere iubæ gyroque per orbẽ:
Arctato garamas iaculis propioribus inſtat.
Et librat ſæua coniectum cuſpide ferrum.
Hic puer ut patrio defixum corpore telum
Conſpexit: maduere genæ: ſubitoque trementem:
Corripuit pallor: gemitumque ad ſidera rupit:

propulſatū: hic erat iuuenis: q huius belli laudē adeptus eſt: & aphricanus cognoīatus: conſulē patrem medio acceptū: non armis modo: ſed ēt corpibus ſuis protegēs in caſtra nuſq̄ trepide: neque effuſe cedendo reduxit. Seruati conſulis decus Celius ad ſeruū natione ligurē delegat. malim equidē de filio uerū eſſe: quod & plures tradidere auctores. Bis conatus erat: laudat ſcipionis pietatē erga parentē. cogitabat inquit ſibi mortē conſcire: ut caderet āte prēm: ſed Mars trāſferebat iras ī hoſtes.
Præcurrere: præuēire mortē patris. Latus limes: uia: & plures mactauit in prīs ultionē. Clypeo cœleſti: martis. Auctorē teli: illū qui patrē uulnerauerat. Ex oſſibus: prīs.
Emicat: ābulat: & ex acie ſe ꝓripuit ferens hūeris patrem. Libiis. i. ipſi milites aphri ceſſerūt Scipioni. Oīs iber: hiſpanus miles. Carthaginis arces: oraculū martis ad ſcipionem puerū: cui prædicit gloriā quā conſeq debebat in fine huius belli. Nā uicto Annibale redegit Carthaginē ad tributū. Nulla tamen longo: ſupabis inqt pœnos: ſed ꝑfecto nunq̄ aſſequeris maiorē laudē: etiā ſi totū orbē ſubigeres: q̄ hodie adeptus es: qa patrem liberaſti: hæc tua pietas alia oīa ſupabit: quæ poſthac facturus es. Macte: conduplicatio ad maiorem ſcipionis laudem. mactus dicit̄ magis auctus. i. uirtute præſtās. Macte uirtute eſto: inqt Hora. & Liuius. Indole ſacra: ſigno futuræ uirtutis & ipſe ſcipio putabat̄ filius Iouis: ſed de hoc alibi dicet̄. Pomponia uocata ē mr̄ ſcipionis quæ in partu periit. Vnde dicit Plynius: Auſpicatius ſenecta parēte gignūtur: ſicut ſcipio aphricanus prior natus primuſque cæſar a cæſo mr̄is utero dictus: qua de cā cæſones appellati ſimili modo natus & Manlius: q Carthaginē cū exercitu intrauit: dicūt ſcipionē natū eē ex Pomponia & ioue mutato ī anguem: ut ipſa narrat filio apud inferos: ut poſtea hēbimus. Sole emēſo terras: iā ſole occidente. Clauſere tenebræ: quoniā nox præium diremit: auctore Liuio. Condebat noctē: deſcribit aurorā: qua conſul a Ticino mouēs citato curſu ad Trebiā contēdit. Condebat: abſcondebat: & pellebat obſcuritatem noctis. Cynthia: luna ſiue diana dicta a cyntho monte deli īſulæ: ī q̄ nati ſūt phœbus & diana. Afflata rotis frnis: radiis ſolaribus: quoniā lūa recipit lum̄ a ſole. Deuexo curru: inclinato ad occaſū: & ſole iā oriēte. Eoo: oriēte. At conſul: hoc primū cū Annibale præliū fuit quo facile apparuit: iqt Liui. & equatu meliorē pœnū eē: & ob id campos patētes: q̄les ſūt iter padū: alpeſque bello gerēdo romanis aptos non eē. Itaque ꝓxia nocte iuſſis militibus uaſa ſiletio colligere caſtra ab Ticino mota: feſtinatūque ad padū eſt: ut ratibus qbus iunxerat flumē nondū reſolutis ſine tumultu: atque īſectatione hoſtis copias trauceret. prius Placētiā ꝑuenere: q̄ ſatis ſciret ānibal ab Ticino profectos triſtes. Cāpos: infœlices romāis ꝑpter inopiā eqtatus. Pœnis: hoſtibus.
Secūdā: aptā & utilē pp equos & elephātos. Trebiā: flu. ꝑpe placētiā: de quo dictū ē. Colles qm̄ ꝑpe placentiā in colle qui nūc ſancti germani dicit̄ caſtra poſuit. Vano labore: quoniā incaſſū laborarūt: Annibal qppe aſſequutus eſt eos ad Trebiā: & uicit. Dies rapti curſu. f. erant: quoniā celeriter contenderunt ad Trebiam. In medio amne: pado qui & Eridanus dicit̄. Dūque uada: Liui. dicit Annibalem per ſuperiora padi uada exercitum traduxiſſe elephantis in ordinem diſpoſitis:

Bis conatus erat præcurrere fata parentis.
Conuerſa in ſemet dextra bis tranſtulit iras
In pœnos mauors: fertur per tela per hoſtis
Intrepidus puer: et gradiuum paſſibus æquat.
Continuo ceſſere globi: latuſque repente
Apparet campo limes: metit agmina tectus
Cœleſti clypeo: et ſternit ſuper arma iacentum:
Corporaque auctorem teli: multaſque paternos
Ante oculos animas optata piacula mactat.
Tunc rapta propere duris ex oſſibus haſta
Innixum ceruice ferens: humeroque parentē:
Emicat: attonitæ tanta ad ſpectacula turmæ
Tela tenent: ceditque loco libys aſper: et omnis:
Late cedit iber: pietaſque inſignis et ætas
Belligeris fecit miranda ſilentia campis.
Tum celſo e curru mauors carthaginis arces
Excindes inquit tyrioſque ad fœdera coges.
Nulla tamen longo tanta exorietur in æuo
Lux tibi care puer: macte: o macte indole ſacra.
Vera iouis proles: et adhuc maiora ſuperſunt.
Sed nequeūt meliora dari: tum nubila mauors
Aetheraque emenſo terras iam ſole capeſſit.
Et feſſas acies caſtris clauſere tenebræ:
Condebat noctē deuexo cynthia curru
Fraternis afflata rotis: et ab æquore eoo
Surgebant roſæ media inter cærula flammæ.
At conſul triſtis campos pœniſque ſecundam
Planitiem metuens trebiam colleſque petebat.
Iamque dies rapti curſu: uarioque labore
Et medio abruptus fluitabat in amne ſolutis
Pons uinclis: qui dardanium tranſuexerat agmē.
Eridani rapidas aderat cum pœnus ad undas.
Dumque uada: et molles aditus per deuia flexo

ad ſuſtinendū impetū fluuii. Vada: loca trāſitu facilia. Molles: faciles. Languentia ſtagni. i. dū quærit loca padi: in qbus eēt aq̃ languida & facilis ad tranſitū præbēdū. Gracchorū ꝓles conſul: Sēpronius: Gracchus collega Scipionis e ſicilia quo ꝑtenderat ut inſulā ab impetu barbarorū tueretur: aut ſi e repub. eēt in aphricā trāſmitteret iuſſu ſenatus celeri nauigatione ꝑ orā ſuperi maris ariminum nauigauit. Inde ad collegā maximis itineribus contēdit: q attritas ſuoꝝ uires intra uallū reſouebat: Gracchoꝝ familia nobiliſſima fuit. & multis triūphis: ac claro ſtēmate ornata: cēſores etiā habuit. M. & c. Gracchos. Peloro trinacrio: ſiculo: Pelorus ē ad fretū ſiculum ubi cū Hieronē alloquutus eēt: Gracchus & res ſiculas ꝓ tēporis conditione ordinaſſet ariminum trāſmiſit. Accitus: euocatus: ſde a ſenatu. Cærula: mare ſuperū. In imagīe: quoniā imagīes maioꝝ diſponebant ī atriis: & armariis & gētilitia ſūera ornabāt. erant aūt uultus ex cæra expreſſi auctore Plynio: Sēperque defūcto aliquo totus aderat familiæ eius q unq̃ fuerat populus. Trās amnē: padū. Quis tertius urbis: uerba Annibalis inſultātis fortūæ romanorū. Sicania: Sicilia ūde uenerat Gracchus. Nepotū dauni: id eſt uenere oēs itali iā ad bellum. & illi q hītant uerſus ſiciliā: & Apuliā: ubi regnauit Daunus ſocer Diomedis: inde daunia apulia dicta: hoc dicit ꝓpter gracchū qui īde redierat. Pacta: quæ fuerūt inter romanos: & carthaginenſes poſt primū bellū punicū. At tu donata: uertit ſermonē ſuū ad Scipionē: cui exprobrat uitam: quā ope filii hēbat. & ſic obiicit Scipioni ignauiam. Sic ſic: optantis ē: hæc geminatio ſeruit affectui ipſius ānibalis.

Inde leui iaculo: annibal pria luce numidas eqtes trāſgreſſores trebiā fluuiū obeqtare iubet hoſtiū portis iaculādoque in ſtationes elicere ad pugnā romanos: iniecto deinde certamine ſenſim circa flumē ꝑtraheret. ſempronius ad tumultū numidaꝝ primū oēm equitatū ferox ea ꝑte uiriū. deinde ſex milia peditū. poſtrēo oīs copias ad deſtinatū locum. iā ante conſilio auidus certamīs: eduxit. erat brumæ tēpus: & romāi corpora non curauerāt: ſed hoſtes ignibus āte tentoria factis: & oleo perunctis mēbris: & cibo per otiū capto arma cœperunt. Leui iaculo: expeditis iaculatoribus: & iaculis in ſtationes romāoꝝ iniectis. Sub ipſa caſtra: uſque ad caſtra romana ut hoſtes irritaret ad pugnam.

Alis maſſylū: turmis nūidarū: & maſſyloꝝ. Nec latius miles: romāi putauerūt nō ſeruari decoꝝ ſuū: ſi uallo ſalutem tuerent. itaque prouolarūt ad pugnā: ne ignaui: atque timidi uiderent.

Sanguinei ſagi: rubri: quoniā paludamenta impatorū erāt coccinea. & ī hoc loco poeta ſagum ponit pro paludamento.

Circuitu petit: et ſtagni languentia quærit:
Interdum rapta uicinis ſaltibus alno
Flumineā texit qua tranſuehat agmina: claſſē:
Ecce aderat trebiæque ſimul uicina tenebat
Trinacrio accitus per cærula longa peloro
Gracchorum proles conſul gens inclyta magno:
Atque animoſa uiro: multuſque in imagine claris
Perfulgebat auus titulis bellique: domique.
Nec pœni poſitis trans amnem in gramine caſtris:
Deerant: nanque aīos ſtimulabant proſpera rerū.
Increpitanſque ſuper ductor: quis tertius urbi
Iam ſupereſt conſul? quæ nā altera reſtat in armis?
Sicania? en omnes latiæ: daunique nepotum
Conuenere manus. feriant nūc fœdera mecum
Ductores italum: ac leges: et pacta repoſcāt.
At tu donata tela inter martia luce
Infœlix animæ ſic ſic uiuaſque tuoque
Des iterum hanc laudem nato: nec fine ſub æui
Oppetere in bello detur: cum fata uocabunt.
Pugnātem cecidiſſe meum eſt: hæc perſōat ardēs.
Inde leui iaculo maſſylumque impiger alis
Caſtra ſub ipſa datis irritat: et elicit hoſtem.
Nec latius uallo miles debere ſalutem
Fas putat: aut clauſas pulſari cuſpide portas.
Erūpunt cunctiſque prior uolat aggere aperto
Degener haud gracchus cōſul quatit aura comātes
Caſſidis auricomæ criſtas humeroque refulget
Sanguiei patrium ſaguli decus: agmīa magno
Reſpectans clamore uocat: quaque obuia denſos.
Arctat turba globos rumpens iter æquore fertur.
Vt torrens celſi præceps e uertice pindi
Cum ſonitu ruit ī campos: magnoque fragore
Auulſum montis uoluit latus: obuia paſſim

Clamore uocat: apud Liuium ſic ait Gracchus quantum ingemiſcent patres noſtri circa mœnia Carthaginis bellare ſoliti: ſi uideant nos progeniem ſuam duos conſules: cōſulareſque exercitus ī media italia pauētes ītra caſtra pœnū: q iter alpes: appœninūque agri ſit ſuæ ditionis feciſſe. Vt torrēs celſi: gracchū obuios quoſque ſternētē cōpat torrēti q ex pindo mōte theſſaliæ magno īpetu ac fragorē ī plāo ruēs oīa ſternit. Latus montis: ingēs ſaxū.

Non mihi meoniæ: captat attentionē poeta oſtendēs rei magnitudinē: quā ne Home. quidē fons ingenioꝝ æquare potuiſſet: aut cētū līguæ. Meoniæ linguæ: homericæ: Meon: Apelles: & Dius fratres fuerūt. Apelles habuit filiā Criteidē: quā Meon uitiauit: & Phœmio magr̃o ludi collocauit: q̄ peperit puerū Homerū ad Meletem puerū: unde melecigenes appellatus eſt: & hoc fuit Smyrnæ: quæ ē ciuitas Meoniæ ī aſia. unde Home. meonius dicit̃: & Smyrneus. Phœbus pater: poetarū numē. Cōſulis: Gracchi. Furor tyriæ iræ: Annibalis tyrii. Gnaros belli: peritos rei militaris. Vereteſque laborū: iam ueteranos & multum aſſuetos bello. In ore alterius: in cōſpectu: qa Annibal uidit cadētē phalantū: & Gracchus muranū. Anxur: ſupra eufratem fluuiū ē oppidum terracina lingua uolſcorū anxur dictum.

Armenta immaneſque feræ: ſyluæque trahūtur.
Spumea ſaxoſis clamat conuallibus unda.
Non mihi meoniæ redeat: ſi gloria linguæ:
Centenaſque pater det phœbus rumpere uoces.
Tot cædes proferre queam: quot dextera magni
Conſulis: aut contra tyriæ furor edidit iræ.
Muranum ductor libyæ: ductorque phalantum
Auſonius gnaros belli: ueteresque laborum
Alter in alterius fuderunt cominus ore.
Monte procelloſo muranum miſerat anxur
Tritonis niueos te ſacra phalante profundo:
Vt primum inſigni fulſit uelamine conſul.
Quanquam orbus partem uiſus: unoque cupētus
Lumine ſufficiens bellis: citat improbus haſtam
Et ſummæ figit tremebundam margine parmæ.
Cui cōſul: nāque ira coquit pone improbe quicq̄d
Reſtat in ore fero: et truncata fronte relucet
Sic ait intorquens directo turbine robur.
Et dirum tota tranſmittit cuſpide lumen.
Nec leuior dextra generatus amilcare ſæuit.
Huic cadit infelix niueis uarrenus in armis.
Meuanus uarrenus arat: cui diuitis uber
Campi fulginea: et batulis clitumnus in aruis
Candentis gelido perfundit flumine tauros.
Sed triſtes ſuperi: atque ingrata maxima cura
Victima tarpeio fruſtra nutrita tonanti.
Inſtat iber leuis: et leuior diſcurrere maurus
Hinc pila: hinc libycæ certant ſubtexere cornus.
Denſa nube polum: quantumque interiacet equi
Ad ripas campi tantum uibrantia condunt
Tela: nec arctatis locus eſt in morte cædendi.
Allius argyripa: dauumque profectus ab aruis
Venator rudibus iaculis et iapigæ campum
Perſultabat equo: medioſque inuectus in hoſtes:
Appula non uana torquebat ſpicula dextra.
Hinc horret thorax ſamnitis pellibus urſæ.
Et galea annoſi uallatur dentibus apri.
Verum ubi turbantem ſolo ceu luſtra pererret

Mōte procelloſo: aſpero. unde terracina trachina. i. aſpera uocata eſt: ut autor ē Strab nā trachis græce latine dicitur aſper. & trachitis aſperitas. Tritonis: palus aphricæ ſacra palladi patronymicū fœmininū deductū a tritone fluuio: q̄ facit illā paludē. Inſigni uelamine: coccineo paludamēto. Orbus partem uiſus: altero captus oculo. Citat: uibrat in conſulem. Ore fero: tua fronte ferina: & crudeli: & ſic haſtā cōtorquēs oculū cupēto trāſegit. Truncata: mutilata: & priuata altero oculo.

Nec leuior dextra: ipſe Annibal ſæuiebat dextra in romanos: ut gracchus in pœnos. Meuanus: ex meuana urbe umbriæ ꝑpe fluginiā & hiſpellū: ubi ē clitūnus fluuius: cuius aqua boues ſaturati & albi a triumphātibus Ioui capitolino imolabant̃. Virg. in geor. Hinc albi clitumnæ greges: & maxima taurus uictima ſæpe tuo ꝑfuſi flumine ſacro: romanos ad templa deum duxere triūphos: ad cuius imitationem hoc fingit poeta: dicitque Iouē fuiſſe ingratum: q̄ paſſus ē uarenum cadere: q̄ ſtudioſe nutriuerat Ioui capitolino maximā uictimam fruſtra: quippe nihil ꝑfecit.

Candentes: albos. Vber fulginia: fertilis. Triſtes: ingrati. Ingrata cura: nō grata ioui. Maxima uictima: tauri albicātes & pingues. Inſtat iber leuis: milites hiſpani inſtabāt & mauri: tātaque erat multitudo telorum: ut cœlum tegeret̃. Libycæ cornus: haſtæ ex corno arbore. Aequi cāpi: plani. ideſt omne illud ſpatiū qđ erat inter hoſtes & trebiā. tegebat̃ armis: & haſtis Liuius ait: Obruti ſunt romani uelut nube iaculorū ab alearibus coniecta. Arctatis: conferctis: & denſis in pugna: adeo ut mortuus ad terram cadere nō poſſet: ideo in morte non erat locus cadendi ipſis arctatis. Allius: nomen proprium uiri: qui ex apulia uenerat: ubi regnauit daunus ſocer Diomedis: qui argyripā illic condidit. Rudibus: impolitis: & aptis uenatori hūc interfecere mago & maharbal. Equo iapygæ: appulo. Sānitis urſæ: nam apud ſamnites urſi abundant: qui nunc beneuentani dicuntur. Ceu luſtra: ac ſi quæreret uenando cubilia ferarum. Garganus mons eſt Apuliæ.

Vt ſubigente fame: Magonem & Maharbalem irruentes in Allium comparat arſis taurum impetentibus. Subigente: impellente. Iaculo acto: immiſſo hinc a Magone: illinc a Maharbale: & utriuſque haſta cor tranſfixit: dubiumque fuit: cuius haſta intuliſſet mortem. & laus eſt Allii: quem duo ductores ſimul confecerunt. Mauruſia taxus: haſta punica ex taxo. Palantes: effuſæ fugientes. Agit: impellit. Tum trebia infauſto: fingit poeta trebiam ĩſurrexiſſe contra romanos: ad imitationem Homeri: qui ĩ uigeſimoprimo iliados canit ſcamandrum aſſurrexiſſe contra Achillem & iunonem oraſſe Vulcanum: ut flammis auxiliaretur: ſic fingit etiam Papinius de iſmeno fluuio thebano: qui inſurrexit contra hyppomedontem: & illum ſubmerſit.

Tellus ſubſidens: aperiens ſeſe & deorſum tendens abſorbebat milites infida uoragine. Niti: conſiſtere. Lento: tenaci creta. Inexplicabile: ex quo nõ poterant ſe explicare. Cæca: quia non apparebat fraus. Contorta: immiſſa ab hoſtibus. Aruis: extra uadum fluuii. Hirpinus: nomẽ acceptum ab hirpinis populis: de quibus loco ſuo dicetur. Vis elephantorum: Liuius ait ad hoc elephanti eminentes ab extremis cornibus: equis maxime; non uiſu modo: ſed odore, inſolito territis fugam late faciebant. Turrito dorſo: quoniã elephanti portant in dorſo turres: & ꝓpugnatores. Vadis: aquis trebiæ. Incubat: imminet: & occupat alueum fluuii. Explorant aduerſa uiros: quoniã circa difficilia: & aduerſa uerſatur uirtus: & per labores atque dolores parat ſibi laudẽ. Explorãt: experiũt & cõſiderãt: qm̃ in aduerſis hõ cognoſcitur.

In nemore: aut agitet gargano terga ferarum
Hinc mago: hinc ſæuus pariter uidere maharbal
Vt ſubigente fame diuerſis rupibus urſi
Inuadunt trepidum gemina inter prœlia taurũ
Nec partem prædæ patitur furor: haud ſecus acer
Hinc atque hinc iaculo deuoluitur allius acto
It ſtridens per utrunque latus mauruſia taxus.
Obuia tum medio ſonuerunt ſpicula corde
Incertumque fuit læthum: cui cedent haſtæ.
Etiam diſperſis romana per agmina ſignis
Palantes agit ad ripas miſerabile pœnus
Impellens trepidos: fluuioque immergere certat.
Tum trebia infauſto noua prœlia gurgite feſſis
Inchoat: et precibus iunonis ſuſcitat undas.
Haurit ſubſidens fugientum corpora tellus.
Infidaque ſoli fruſtrata uoragine ſorbet.
Nec niti lentoque datur conuellere limo
Merſa pedum penitus ueſtigia: labe tenaci
Hærent deuincti greſſus: reſolutaque ripa
Implicat: aut cæca proſternit fraude paludis.
Iamque alius ſuper: atque alius ꝑ lubrica ſurgẽs
Dum ſibi quiſque uiam per inexplicabile littus
Præripit: et putri luctatur ceſpite. lapſi
Occumbunt: ſeſeque ſua præſſere ruina.
Ille celer nandi iam: iamque apprendere tuta
Dum parat: et celſo connixus corpore prenſat
Gramia ſũma manu: liq̃diſque emergit ab undis:
Contorta ripæ pendens affigitur haſta.
Hic hoſtem orbatus telo complectitur ulnis.
Vndantemque uado permixta morte cohercet.
Mille ſimul læti facies. ligus occidit aruis.
Sed proiecta uiri lymphis fluuialibus ora
Sanguineũ hauſerunt longis ſingultibus amnẽ.
Enabat tandem medio uix gurgite pulcher
Hirpinus ſociumque manus clamore uocabat.
Cum rapidis illatus aquis: et uulnere multo
Impulit aſꝑ equus: feſſuſq̃ ſub equora merſit.
Accumulat clades ſubito conſpecta per undas
Vis elephantorum turrito concita dorſo.
Namque uadis rapiť præceps ceu proruta cautes
Auulſi montis: trebiamque inſueta trementem
Præ ſe pectore agit: ſpumanti incubat alueo.
Explorant aduerſa uiros: perque aſpera duro

Nititur ad laudem uirtus interrita cliuo.
Namque inhonoratam ei brenus perdere mortem.
Et famæ mundam impatiens ſpectabimur inquit:
Nec fortuna meum condes ſub gurgite lœtum.
Experiar: ſit ne in terris domitare quod enſis
Non queat auſonius tyrrhenaque pernecet haſta.
Tum iacit adſurgens: dextroque in lumine ſiſtit
Spicula ſæua feræ: tælumque in lumine liquit.
Stridore horriſono penetrantem cuſpidis ictum
Belua proſequitur: laceramque cruore profuſo
Attollit frontem: et lapſo dat terga magiſtro.
Tum uero inuadunt iaculis crebraque ſagitta
Auſi iam ſperare necem: immenſoſque p armos
Et laterum extenſus uenit atra cuſpide uulnus.
Stat multa in tergo: et migranti lancea dorſo.
Ac ſyluam ingentē concuſſo corpore uibrat
Donec conſumptis longo certamine telis.
Concidit: et clauſit magna depreſſa ruina.
Ecce per aduerſum quanq̄ tardata morantur
Vulnere membra uirum: ſubit implacabilis amnē
Scipio: et innumeris infeſtat cædibus hoſtem.
Corporibus: clypeiſque ſimul: galeiſque cadentū
Contegitur trebia et uix cernere linquitur undas.
Mezeus iaculo geſtar proſternitur enſe.
Tum pelopeus auis cyrenis incola telgon.
Hinc torquet rapido correptum e gurgite pilum.
Et quantum longo ferri tenuata rigore
Procedit cuſpis per hiantia tranſigit ora.
Pulſati ligno ſonuere in uulnere dentes.
Nec iacto quæſita quies turgentia membra
Eridano trebia: eridanus dedit æquoris undis:
Tu quoque tapſe cadis tumulo poſt fata negato.
Quid domus heſperidum aut luci iuuere dearum
Fuluos aurifera ſeruantes arbore ramos:
Intumuit trebia: et ſtagnis ſe ſuſtulit imis.
Iamque ferox totum propellit gurgite fontem
Atque omnis torquet uires: furit unda ſonoris.
Vorticibus ſequiturque nouus cū murmure torrēs
Senſit: et accenſa ductor uiolentius ira
Magnas o trebia et meritas imperfide pœnas

Duro cliuo: uia aſpera: quæ pfert uirtutē: cuius radices amaræ ſunt: fructus aūt ſuauiſſimi. Interrita: quæ nō frāgit aduerſis: immo ſeſe obiicit ultro periculis: ut laudem aſſequat. Inhonoratam: ignauā: & ingloriam: quoniā in aqua non pōt oſtentari fortitudo. Famæ mundā: ſine honore ac fama. Nō queat auſonius: irruit in elephantū ſibrenus inquiēs: Experiri libet ſit ne in terris aliqd ita horrēdum: quod enſis romanus nō poſſit cōficere: & ſit ne aliquid tam terribile: quod non poſſit necare haſta tyrrhena.i.itala. Feræ: elephanti. Proſequitur: ideſt elephas impellēdo caput adiuuit ictū: qm̄ telū altius penetrauit. Lapſo: excuſſo e dorſo elephāti. Extenſus.i. per extēſa & ampla latera: & ē accuſandi caſus. Vibrat: quatit. Clauſit: fluuiū.ſ.ſua ruina. Ecce p aduerſum: deſcribit pugnā Scipionis in ipſo fluuio. Per aduerſum amnē: contra curſum ipſius fluuii ideſt aduerſa aqua: ut maior eē labor.

Implacabilis: cōcitatus. Tum pelopeus auis: Telgon erat cyrenaicus. cyrenē autem ut iam dictum eſt therei condiderunt: q ex laconia profecti calliſten urbem ppe minorem ſyrtim coluerūt. & therā a duce denominarunt: ideo dixit ſupra: Pelopei ſtirpe nepotis: & hic Telgon. Auis.i.propter maiores ſuos. & cyrenes cōditores erat pelopeus.i. lacedæmonius: & peloponneſiacus: quoniam Pelops Tātali filius illic regnauit & nomē peīnſulæ dedit. Longo rigore ferri: ideſt totū ferrū: quod erat in haſta penetrauit in os Telgonis. Quies: ideſt nō illic quieuit proſtratius eo uulnere: ſed p trebiam in padū: & per hūc in mare adriacū deuolutus eſt.

Lapſæ: hic lapſus erat Maurus: & in finibus mauritaniæ horti erant heſperidum: & poma aurea. Fuluos: aureos. Iamque ferox totum: Trebia relaxauit ſuum fontem: & omīs uires ſuas in romanos effudit. Torquet: immittit. Senſit: ſcilicet Scipio trebiā augeri & ī romanos ſæuire. Magnas o trebia: uerba Scipionis ad trebiam: cui minatur ſe adempturum alueum: quod ideo poeta fingit: ut ad ueram hiſtoriam alluderet: quoniam autore Strabone Marcus ſcaurus deductis ex Pado uſque in parmenſem agrum foſſis nauigationibus cōmodis paludes ipſas exſiccauit e campis: per placentina ſi qui dē arua trebia padū influēs: aliique itē complures ante fluuii ultra modū plenius ſtagnabant: hic eſt ille Scaurus qui per piſas & limam uſque ſabbatios uiam ſtrauit æmiliam: & hinc per derthonem. Alia uero eſt æmilia uia: quæ flaminiam excipit: eodem enim in conſulatu Marcus Lepidus. & Caius flamineus collegæ fuerunt: uictores ligurum. Strauere hic flaminiam uſque Ariminum. Reliquam Lepidus uſque Bononiam.

Exolues inquit: lacerum per gallica riuis
Diſpergam rura: atque amnis tibi nomina demā.
Quoque aperis te fonte premam: nec tāgere ripas
Illabique pado dabitur: quænam iſta repente
Sydonum infelix rabies te reddidit amnem:
Talia iactantem conſurgens aggere aquarum
Impulit: atque hūeros curuato gurgite preſſit.
Arduus aduerſa molle irrumpentibus undis
Stat ductor: clypeoque ruentem ſuſtulit amnem.
Necnon a tergo fluctus ſtridente procella
Spumeus irrorat ſummas aſpergine criſtas.
Ire uadis: ſtabilemque uetat defigere greſſum
Subducta tellure deus: percuſſaque longe
Raucum ſaxa ſonant: undeque ad bella parentis
Excitare pugnant: et ripas perdidit amnis.
Tum madidos crines: et glauca fronte reuinctum
Attollit cum uoce caput: pœnaſque ſuperbas
Inſuper et nomen trebiæ delere minaris
O regnis inimicæ meis: tot copora porro
Dextra fuſa mea clypeis: galeiſque uirorum
Quos mactas arctatus iter: curſumque reliqui.
Cede uides ſtagna alta rubent: retroque ferūtur.
Adde modū dextræ: et cāpis incūbe propinquis.
Hæc uenere adiuncta tumulo ſpectabat ab alto
Mulciber obſcuræ tectus caligine nubis.
Ingrauat ad cœlum ſublatis ſcipio palmis:
Dii patrii: quorum auſpiciis ſtat dardana roma
Talin me læto tanta inter prælia nuper
Seruaſtis: fortunæ animam: hanc excidere dextra
Indignum eſt uiſum: redde o me nate periclis.
Redde hoſti: liceat bellanti arceſſere mortem.
Quam patriæ: fratrique probē: tum percita dictis
Ingemuit uenus: et rapidas detruſit in amnem
Coniugis inuicti uires: agit undique flammam:
Diſperſus ripis ignis: multoſque per annos
Nutritas fluuio populatur feruidus undas.
Vritur omne nemus: lucoſque effuſus in altos
Immiſſis crepitat uictor uulcanus habenis.
Iamque ambuſta comas abies: iam pinus et alni:
Iam ſolo reſtans trunco dimiſit in altum:
Populus aſſuetas ramis habitare uolucres
Flamma uorax imo penitus de gurgite tractos

Per gallica rura: per agrum placentinum: qui eſt in gallia ciſalpina. Lacerum: ſectum ī riuos & foſſas. Amnis: Non uocaberis inquit fluuius: ſed riuus. Sydonium amnem: fauentē carthaginenſibus. Aggere: cumulo. Stat ductor: laus Scipionis ab animi robore non enim uolebat cedere: ſed ſeſe contra aduerſa erigebat: quamuis in aqua non poſſit uera fortitudo oſtentari.

Ire uadis: ingredi per aquam fluuii.

Excitæ: euocatæ. Perdidit ripas: qm̄ per campos ſeſe effundebat. Glauca fronde: harundine ſub uiridi. Pœnaſque ſuperbas: uerba Trebiæ ad Scipionem. Tot corpora porro: laus Scipionis ab hoſte: quoniam propter cadauera hoſtium deiecta in uadum a Scipione fluuius reſtagnabat. Porro: certe.

Arctatus: conſtrictus. ¶Adde modū dextræ: impone finem cædibus: aut ſi uis pugnare pugna in campis proximis non in meo alueo. Hæc uenere adiuncta: fingit poeta Venerem miſeratam ſortem Scipionis tendentis ad cœlum palmas immiſiſſe incendium in trebiā & omnis arbores abſumpſiſſe. Mulciber: uulcanus faber Iouis & numē ignis & ueneris maritus: quod non ſine ratione fingit poeta quippe ex calore: atque humiditate omnia procreantur: & mēbris calefactis uenus excitatur. Ingrauat: aggrauat hoc Scipio: & conqueritꝰ ſe premi ab amne. Dii patrii: uerba Scipionis ad ſuperos querentis de ſua fortuna: quod ſcilicet ignaua morte periret: ut facit æneas uirgilianus. Quorum auſpiciis: quorum numine & tutela: ſed obſcurum erat: ī cuius numinis tutela eſſet Roma. Dii patrii erant pœnates: quos magnos deos Troiani dicebāt: Caſſius hemina autore Macrobio dicit Samothraces deos eoſdem romanorum pœnates proprie dici deos magnos: Sciens inquit hæc noſter Virgi. ait cū ſociis: Natoque pœnatibus & magnis diis: hos uocabant troiani etiā deos patrios autore Higino: cui opinioni Virgilius aſtipulatur dicens: Dii patrii ſeruate domum d' his etiam intelligit hic Syllius. Talin lætho: ignauæ: inhonoræque morti me ſeruaſtis in pugna ad Ticinum. Dextra: manu hoſtili: & in acie. Bellanti: quoniam tūc apparet fortitudo: liceat inquit pugnando mori: ut fortem uirum decet. Fratrique: Gneo Scipioni: qui erat ī hiſpania. Quam probem: laudare poſſim: & meum decorum ſeruare. Rapidas uires: ignem qui omnia domat. Inuicti coniugis: Vulcani: quoniam ignis cum inualuit inuictus eſt: Vnde aliqui philoſophantes putauerunt ignem fuiſſe principium rerum; quia ignis propter potentiam conuertit omnia in ſuam naturam; & ignis eſt ualidiſſimum elementum. In altum: aerem.

Abſorbet: deſiccat aquas. Stagnis: aquis iam obductis fauilla & cinere. At tādē a trebia: poſt hāc pugnā infelicē romanus exercitus nocte ſequenti ratibus Trebiā tranſmiſit: uenitque placentiam & cremonā. Romæ aūt trepidatū ē accepto cladis nūcio: creatique ſunt alii conſules Flaminius & Seruilius. Poeta dicit Scipionē & Gracchū metatos fuiſſe caſtra in edito loco: ut eſſent ab hoſtibus trita. Vndis ſocialibus: aquis trebiæ: quæ fauerant hoſtibus in ea pugna. Traſimenus eſt lacus peruſinus. Boiorū nuper populos: Flaminius paulo ante boios debellauerat gentē gallicā accolentē

Abſorbet latices: ſæuoque urgente uapore
Siccus inareſcit ripis cruor horrida late
Sciuditur in rimas: et hiatu rupta dehiſcit
Tellus: ac ſtagnis altæ ſedere fauillæ.
Miratur pater æternos ceſſare repente
Eridanus curſus: nympharūque intima mœſtus
Impleuit chorus attonitis ululatibus antra.
Ter caput ambuſtum conantem attollere iacta
Lampade uulcanus merſit fumantibus undis.
Ter correpta dei crines nudauit arundo.
Tum demum amiſſæ uires: et uoce præcantis:
Orantique datum ripas ſeruare priores.
Ac tandem a trebia reuocauit ſcipio feſſas.
Munitum in collem graccho comitante cohortes
At pœnus multo fluuium ueneratus honore
Gramineas undis ſtrauit ſocialibus aras.
Neſcius heu quanto ſuperi maiora mouerent.
Et quos auſoniæ luctus traſimenæ parares.
Boiorum nuper populos turbauerat armis
Flaminius: faciliſque uiro tum gloria belli
Corde leuē: atque aſtus inopem cōtundere gentē.
Sed labor haud idem tyrio certaſſe tyranno.
Hunc leuis urbi genitum ad fatalia damna
Ominibus parat imperio ſaturnia feſſo.
Ductorem: dignumque uirum ueniente ruina.
Inde ubi prima dies iuris: dauumque regendæ
Inuaſit patriæ: et ſub nutu caſtra fuere:
Vt pelagi rudis: et pontum tractare per artem
Neſcius accepit miſeræ: ſi iura carinæ:
Ventorum tenet ipſe uicem: cunctiſque procellis
Dat iactare ratem: fertur uaga gurgite puppis:
Ipſius in ſcopulos dextra impellente magiſtri.
Ergo agitur raptis præceps exercitus armis.
Lydorum populos: ſedemque ab origine priſci
Sacratam coriti: iunctoſque a ſanguine auorum
Meonios italis permixta ſtirpe colonos.
Nec regē aphrorū naſcenda ad cœpta moratur
Laude ſuper tanta monitor deus: omnia ſomni

Padū: q nunc creatus ē conſul cū Seruilio: cuius flaminii temeritate exercitus romanus ad trāſimenū ꝓfligatus eſt: acceptis a graccho prioris anni cōſule duabus legionibus: & duabus a. C. Attilio prætore ī hetruriā ꝑperauit. Corde leuē: inſidā ignauā: & non habentē in ſe aliquid pōderis: ideo facile ſuperabat.

Aſtus inopē: ſine malitia. Pœni āt cū qbus nūc res erat aſtutiſſimi erant & infidi. Tyrāno: Annibali. Hūc Flaminiū. Leuis ominibus: malo omine creatū cōſulē. Saturnia: Iuno filia Saturni: quæ romanos odio ꝑſequebat deſtinauit cōſulatū Flaminio: ut romanum exercitū perderet. Feſſo imperio: atritis rebus romanis duplici clade. Fatalia dāna: fato uētura. Iuris: poteſtatis cōſularis. Clauum: clauus dicit temo nauis: quē ꝑ regimine imperii ponit & iure cōſulari. Sub nutu: ſua ditione.

Vt pelagi rudis: Flaminiū temerariū cōparat nautæ imperito: q nauim ad naufragium impellit. Rudis pelagi: ignarus artis nauigādi. Tenet uicē uētorū: facit id quod ſolēt facere uēti: id ē nauim ad ſcopulos impellit: cū ignoret artē nauigādi. Lydorꝫ populos: hetruſcos. Lydi ut dictum ē uenerūt ī hetruriā duce tyrrheno. Corithi: Corithus fuit oppidū hetruriæ patria dardani filii Iouis & electræ: q patriā deſerēs ſuā: in ſamo thraciā ꝓfectus ē: unde pœnates ſacra: ſacrorūque ritus aduexit in Phrygiā: quæ poſtea æneas in latium reuexit: & ideo ꝓpter dardanum appellat hetruriā ſedē ſacratā: nunc appellat cortona: nō lōge ab aretro & lacu peruſino: quo ꝓfectus ē Flaminius: alibi dicit: Arreti muros. corithi nunc diruat arces. Colonos meonios: lydos nā lydi ex meonia: quæ & lydia dicitur ꝓfecti cū hetruſcis habitarunt: & ideo hetruſci meonii; Lydi & tyrrheni a duce tyrrheno dicunt. Auorū: antiquorum: qui mixti fuerunt: ideo dicit Permixta ſtirpe. Nec regem aphrorum: fingit poeta Iunonē cōuerſam ī forma Traſimeni monuiſſe Annibalē noctu: ut ad lacū peruſinū contēderet: ubi romanum exercitū profligaturus eſſet.

Monitor deus: Iuno reſpexit ad numen. ſic Virgilius Venerem appellauit deum. Omnia ſomni: deſcribit tēpus: quo Iuno Annibalem monuit.

O fœlix famæ: uerba iunonis ad Annibalē: quoꝝ principio beniuolētia captať: inde ꝓponiť utilitas: & gloria: ut magis uir laudis cupidus exciteť. Ad magnos uenturæ deos: laus hæc ē romanorū ex ore iunonis inimicæ: ꝙ. ſ. ſolis italis ſiue romanis dabať aſcēdere cœlū: & referri ī numerum deoꝝ. Auſonia: ī italia. Cur fata tenemus: breuis ē narratio: q̄ ſuadet ab utili: nō ēē cūctandū cū ꝓſpera fortuna cito diſcedat: itaq̧ inſtādū ē inqt dum fortuna tibi aſpirat. q̇ temeraria ē & cæca. Quantū uouiſti: locus ē ab utili: qm̄ hæc oro in genere deliberatiuo uerſať: Poteris inqt o Annibal nūc id efficere ꝙ tuo pr̄i iuraſti: & ſatiare manes pr̄nos ſanguine romanorū. Securus: iam uictor ad traſimenū mihi ſacrificabis. Nāq̧ ego ſum celſis: ne uidereť eſſe fantaſma quoddā dicit ſe ēē traſimenū numē. ſ. lacus peruſini ibi erat futura clades. Tmolo miſſa manus. i. ipſi meonii: & lydi q uenerūt ex lydia: ubi ē tmolus mōs: qui ēt timolus dr̄. Oui. Deſeruere ſui nymphæ uineta timoli. Numē: monitu traſimeni. Aerii montis: altiſſimi appennini. Horrebat: deſcribit appēninum niuibus: & pruinis obductū. Ire iubet: Annibal iuſſit exercitū ꝓcedere ſine mora: quippe prior gloria: quā fuerāt adepti in alpibus extingui uidebať: ſi illic traxiſſent moras: qm̄ nulla difficultas debebat eos retinere poſt ſuperatas alpes. Si ſteť mōtibus ullis: ſi ī aliquibus mōtibus immorabimur inqt amittēus partā gloriā de alpibus: & ſic hortať eos ad decoꝝ ꝓſtādū. Nec mulcet laborē: .i. nō ceſſabāt labores: q̄uis iugū appennini trāſcēdiſſent: qm̄ paludes inter appēninū & aretiū maiorē difficultatem afferebāt: ergo ſuperaſſe dorſum appēnini nō finiebat labores. Plana natāt: aquis obducta ſunt ꝓpter paludes: in quibus Annibal maximas habuit difficultates: q ut ait Liui. æger oculis ex uerna primū intēperie uariante calores: frigoraq̧ elephāto uehebať ut altius extaret tm̄ & nocturno hūore: paluſtriq; cœlo grauāte caput: & qa medēdi nec locus: nec tempus erat altero oculo captus eſt multis hoībus iumētiſq̧ fœde amiſſis: ubi primum ī ſicco potuit caſtra locat: certumque per præmiſſos exploratores habuit: exercitum romanum circa Aretii mœnia eſſe. Putri: reſolubili. Liquentibus undis: aquis deliquatis ex putri gelu: ac niuibus. Nudus uertex: caput Annibalis detectum. Inter tanta inhoſpita: inter has paludes: quæ hoſpitiū non præbebant. Sæuitia cœli: tēpeſtate. Medētes: ideſt q nolebat remediū: & fomēta medicoꝝ adhibeř. nā putabat bene emi tēpus optatū quocūque periculo: & dūmodo nō perdat cœptum iter ſi uictoria poſceret ī præmiū belli alia mēbra daturus erat. Seruat decorū uiri ſpiritus ingentis: & gloriæ cupidiſſimi: atque uictoriæ contra romanos: in quos maximo ardore ferebatur. Talia: incommoda in ipſis paludibus. & Appennino uenerunt ad Lacum Traſimenum: ubi Annibal mactaturus erat: tot milia romanorum in ultionem amiſſi oculi; atque piaculum. Lacus: traſimenum. Viſus: oculi.

Condiderant: ægriſque dabant obliuia curis.
Cum iuno in ſtagni: iuuenem cōuerſa propinqui
Et madidæ frontis crines circundata fronde
Populea ſtimulat ſubitis præcordia curis.
Acrumpit ducis: haud ſpernanda uoce quietem
O fœlix famæ: et latio lachrymabile nomen
Annibal auſonia: ſi te fortuna creaſſet
Ad magnos uenturæ deos: cum fata tenemus.
Pelle moras: breuis eſt magni fortuna fauoris.
Quantum uouiſti cum dardana bella parenti
Iurares: fluet auſonio tibi corpore tantum
Sanguinis: et patrias ſatiabis cedibus umbras.
Nobis perſolues meritos ſecurus honores.
Nāque ego ſum celſis: quē cinctū mōtibus ambit
Tmolo miſſa manus ſtagnis traſimenus opacis.
His agitur monitis: et lætam numine pubem
Protinus aerii præceps rapit aggere montis:
Horrebat glacie ſaxa inter lubrica ſummo
Piniferum cœlo miſcens caput appenninus.
Condiderat nix alta trabes: et uertice celſo
Canus apex ſtricta ſurgebat ad aſtra pruina.
Ire iubet prior extingui: labique uidetur
Gloria poſt alpes: ſi ſtetur montibus ullis.
Scandunt prærupti nimboſa cacumina ſaxi.
Nec ſuperaſſe iugum finit: mulcetque laborem.
Plana natant: putrique gelu liquentibus undis
Inuida limoſa reſtagnant arua palude.
Iāque ducis nudus tanta inter inhoſpita uertex
Sæuitia quatitur cœli manante per ora
Perque genas oculos facilis ſpreuiſſe medentes.
Optatum bene credit emi quocunque periclo
Bellandi tempus. non frontis parcit honori.
Dum ne perdat iter: nō cætera membra moratur
In precium belli dare: ſi uictoria poſcat.
Statque putat lucis capitolia cernere uictor
Qua petat: atque italū feriat qua cominus hoſtē.
Talia perpeſſi tandem inter ſæua locorum

Numeroſa piacula:multas expiationes.& cædes propter amiſſum oculum. Ecce autem patres: cum Annibal ad Traſimenum caſtra metatus eſſet uenerunt ad eum legati miſſi a carthaginenſibus portātes triſtem nuncium:q ex ſententia patrum Annibali permiſerunt:an uellet filiū ſuum mactari diis patriis;ut moris erat.Annibal uoluit ut filius tali fato ſubtraheret: promittens maiores ex nomine romano & ſanguine uictimas & libationes. Mos fuit in populis;apud carthaginenſes dii placabant humana cæde;& ſorte ducebant pueri ad aras & imolabantur. Vrna;eſt uas ex quo ſortes educebant. Vir. Stat ductis ſortibus urna. Thoanteæ;Dianæ;tauricæ. Thoas rex lemni pater hyſiphiles furori lemniadū a filia ereptus in tauricā regionem ſcythiæ tranſlatus ē; ubi cū Phigenia ſorore Oreſtis tēplo Dyanæ præfuit:cui hoſpites mactabantur; ideo ſacra Dyanæ tauricæ thoantea appellat:quæ carthaginēſes imitabātur.

Diſcors antiquitus; qm̄ erat princeps alterius factionis:& odio gentili proſequebat Annibalē & eius prolem. Cui fato: ut mactaret proles Annibalis ad impetrandā a diis ueniam. Ductoris; Annibalis;quē timebant: cū hr̄et exercitum. Aſpar:hic erat filius Annibalis & imago patris. poetæ appellant filios imaginē parentū. Edonis ut pangea; furentē imilcen comparat mulieribus bacchantibus; edonii ſunt populi thraciæ:apud quos mulieres ſacris bacchicis operabant.inde edonis.Baccha mulier threiſſa Trieteus ē tēpus triū annorū:& tertio quoque anno ſacra illa celebrabant.boetii cæteriq; græci & thraces autore Diodo. in memoriā indicæ expeditionis ſacra trieterica inſtituert. & bacchæ mulieres tertio quoq; anno conueniebāt.& uirgines de more thyrſum ferebāt ī honorē dei bacchantes.

Motu trieteridæ:baccho.& tertio quoque anno redeūte. Pāgea:mōtē thraciæ. Facibus: ac ſi face admota exagitaret. Io ē uox bacchantiū. Prima domus:filius priogenitus. & ſic arguit patriā ingratitudinis. Reſigna pacta:rūpe fœdera: & pugna cū romanis cōtra fas p patria:quæ tibi ē ingrata. Quæ porro hæc pietas; deteſtat imilce ferū: ac horrendū ritū ſacrorū:dicitque poeta ſub perſona imilces:primā eſſe cauſam ſcelerum ipſis mortalibus ægris: ideſt affectis omni ptūrbatione & ignorātia neſcire naturam deorum:q mites ſunt:& cognationē quandam cum hominibus habent: aitque petenda eē iuſta & honeſta: quæ facile impetrantur ſolo thure:& non humano ſanguine:a quo abhorret deus. Hæc pietas: hæc obſeruantia: quam præſtamus deo: & hæc religio. Porro:certe pietatē debemus deo quē dum colimus pii ſumus.

Naturam deū:deorū: q ab omni crudelitate abhorrēt:& ſola puritate gaudēt:more poetico loquor:non eſt quippe niſi unus deus:inter bonos uiros: Ac deū inq̄t Seneca amicitia ē cōciliāte uirtute. Feros:crudeles ac deteſtabiles. Et cognatū hōi:qm̄ hois anima facta ē ad ſimilitudinē dei. Cæſos iuuēcos: Prometheus primus bouē imolauit.& Domitianus autore Trāql.recordatus Vir. uerſus: Impia q̄

Optatos uenere lacus:ubi deinde per arma
Sumeret amiſſi numeroſa piacula uiſus.
Ecce autem patres aderant carthagine miſſi
Cauſa uiæ non parua uiris:nec læta ferebant.
Mos fuit in populis:quos condidit aduena dido
Poſcere cede deos ueniam: ac flagrantibus aris
Infandum dictu paruos imponere natos.
Vrna reducebat miſerandos annua caſus.
Sacra thoanteæ:ritusque imitata dyanæ.
Cui fato:ſortique deum de more petebat
Annibalis prolem diſcors antiquitus hannon.
Sed propior metus armati ductoris ab ira
Et magna ante oculos ſtabat redeuntis imago.
Aſpar ad hæc fœdata genas:lacerataque crines.
Atque urbem complet mœſti clamoris imilce:
Edonis ut pangea ſuper trieteridæ motu.
It iuga et incluſum ſuſpirat pectore bacchum:
Ergo inter tyrias facibus ceu ſubdita matres
Clamat io coniunx: quocunque in cardine mūdi
Bella moues:huc ſigna refer.uiolentior hic eſt:
Hic hoſtis propior:tu nunc fortaſſe ſub ipſis
Vrbis dardaniæ muris uibrantia tela
Excipis intrepidus clypeo:ſæuamque coruſcans
Lampada tarpeis infers incendia tectis.
Interea tibi prima domus:atque unica proles
Neu gremio patriæ ſtygias raptatur ad aras.
I nunc auſonios ferro populare pœnates.
Et uetitas molire uias:i pacta reſigna
Per cunctos iurata deos:ſic premia reddit
Carthago:et tales iam nunc tibi uouit honores
Quæ porro hæc pietas delubra aſpere tabo
Heu primæ ſcelerum cauſæ mortalibus ægris
Naturam neſcire deum:iuſta ite precati
Thure pio:cædumque feros auertite ritus.
Mite et cognatum eſt homini deus: hactenus oro
Sit ſatis ante aras cæſos uidiſſe iuuencos.

cæſis gēs ē epulata iuuencis:uetuit bouē imolari:qui apud antiquos habebatur ſocius humani la-
boris:& bouem uiolare piaculum erat. Licuit in italia imolare hominē impune uſque ad Corneli
um lentulum:& Liciniū Craſſum conſu. Aut ſi uelle nephas:ſi putatis omnino ſuperos gaudere
hoc ſcelere: & ſanguine humano placari me matrem mactetis. Cur ſpoliare iuuat:locus ē ab uti
li:a quo ſuadet non eſſe mactandum puerum tantæ indolis: qui magno decori & uſui patriæ ali-
quando eſſe poſſit. An flendæ magis egates:ſenſus eſt:Non minus deflenda fuiſſet mors Anniba
lis:ſi tali ſorte ī pueritia fuiſſet abſum
ptus: quā calamitas accepta ab egates ī
ſulas primo bello punico. & locus ē ab
utili:confirmatque id quod optat ſimi
litudine. Punica regna merſa profun
do:res libyca attrita bello nauali:& im
periū prope amiſſum in pugna ad ega
tes. Sorte cruenta:tali fato & urna.

Hæc:quæ dicebat imilce. Illexere:
traxerunt. Ad cauta:ut caute agerēt:
& malum quod inde poterat oriri cū
ratione declinare. Relictum: ſcilicet
eſt ipſi Annibali. An abnueret ſortē:
an recuſaret illam ſortem de filio imo
lando:an pareret honori ſuperum: an
uellet filium ſuum mactari in hono-
rem deorum: Relictum eſt a patribus
ipſi Annibali: an uellet parere honori
ſuperum: ideſt ſorti & ſacrificio: quo
debebat puer ille mactari. Trepida-
re:trepidabat. Vix compos:uix reſipi
ſcens propter metum. Quid tibi pro
tanto: uerba Annibalis: quibus patriæ
gratias agit: quod ſuo arbitrio rem tan
tam permiſerit:ut poſſet renuere & an
nuere ſacrum: quæ poteſtas diuina ui-
debatur. Hinc:ex armis & præſtantia
bellica:qua romanos uincam: quos in
templis patriis mactabimus. Genero
ſa:nobilis laus romanorum ex ore ho-
ſtili. Faxo:faciam. Quirino:Roma
no & italo. Quirinus dictus eſt Romu-
lus. At puer:filius meus Aſpar. He-
ſperia:italia. Aeneadis: Romanis.

Vos quoque: pollicetur diis maiores
uictimas filio: quem ſorti cruentæ tūc
eripiebat. Tu mago:edicit ſuis Anni-
bal:& loca oportuna captāt: & inſidias
hoſtibus uiolantur. Ad clauſtra:nam
inter montes cortonenſes ad ipſum la-
cum uia eſt per anguſta: deinde paulo
latior pateſcit campus: inde colles aſ-
ſurgunt. Choaſpe:hic erat ductor lo
thophagorum. Vago milite:expedi
tis & leuis armaturæ militibus. Fau-
ces:iter anguſtum:ſiue anguſtias mon-
tium. Libamina: libationes: & ſacra:
ideſt irritabo hoſtes ad pugnā: ut diis
patriis hoſtias mactem:quas uoui. De
us:numen huius lacus. Sycheus erat ne
pos Annibalis ex ſorore. Viri:q miſſi
eſtis ad me poteritis referrī carthaginen
ſibus:qua calamitate Romanos afficiā.

A ut ſi uelle nephas ſuperos:fixumque:ſedetque
M e meque gemui ueſtris aſſumite uotis.
C ur ſpoliare iuuat libycas hac indole terras
A n flendæ magis egates et merſa profundo
P unica regna forent olim: ſi forte cruenta
E ſſet tanta mei uirtus prærepta mariti.
H æc dubio ſuario diuumque:hominique timore
A d cauta illexere patres:ipſique relictum
A bnueret ſortem:an ſuperum pareret honori
T um uero trepidare metu uix compos imilce
M agnanimi metuens immitia corda mariti.
H is auide auditis ductor:ſic deinde profatur
Q uid tibi oro tanto non impar munere ſoluat
A nnibal equatus ſuperis:quæ præmia digna
I nueniam carthago parens:noctemque:diēque
A rma feram:templiſque tuis hinc plurima faxo
H oſtia ab auſonio ueniat generoſa quirino.
A t puer armorum:et belli ſeruabitur hæres.
S pes o natæ meæ:tyriarumque unica rerum
H eſperia minitāte ſalus:terraque fretoque
C ertare æneadis:dum ſtabit uita memento.
P erge:patent alpes:noſtroque incumbe labori.
V os quoque dii patrii:quorum delubra piantur
C ædibus:atque coli gaudent formidine matrum
H uc lætos uultus:toraſque aduertite mentes
N amque paro ſacra:et meliores molior aras.
T u mago aduerſi conſide in uertice montis.
T u læuos propior colles accede coaſpe
A d clauſtra:et fauces ducat per opaca ſicheus.
A ſt ego te traſimene uago cum milite præceps
L uſtrabo:et ſuperis queram libamina belli.
N amque haud parua deus promiſſis ſpōdet aptis
Q uæ ſpectata uiri patriam referatis in urbem.

Petri marſi Interpretatio in quintum uolumen Syllii Italici.

CEperat hætruſcos occulto milite colles
Sidõius ductor ꝑque alta ſilẽtia noctis
Syluarũ ãfractus cæcis ĩſederat armis.
At ꝑte e leua reſtagnãs gurgite uaſto
E ffigiem in pelagi lacus inundabat inerti.
E t late multo fœdabat proxima limo
Q uæ uada faunigenæ regnata antiquitus ãno
N unc uoluente die thraſimeni nomina ſeruant.
L ydius huic genitor tinoli decus æquore longe
M eoniam quondam in latias aduexerat oras
T yrrhenus pubem: dederatque uocabula terris.
I ſque inſueta tuba mõſtrauit murmura primus
G entibus: et bellis ignaua ſilentia rupit.
N ec modicus uoti natum ad maiora fouebat.
V erum ardens puero caſtũque exuta pudorem
N am forma certare deis thraſimene ualeres.
L ittore correptum ſtagnis demiſit agillæ
F lore capi iuuenum primæuo lubrica mentem
N ympha: nec idalia lenta incaluiſſe ſagitta.
S ollicite uiridi penitus fouere ſub antro
N aiades amplexus undoſaque regna tremẽtem.
H inc dotale lacus nomen: lateque hymeneo
C onſcia laſciuo thraſimenus dicitur unda.
E t iam curriculo nigram nox roſcida metam.
S tringebat: nec ſe thalamis titonia coniunx,
P rotulerat: ſtabatque nitens in limine primo.
C um minus annuerit noctem deſiſſe uiator.
Q uam cepiſſe diem: cõſul carpebat iniquas
P ræggrediens ſigna ipſa uias: omniſque ruebat
Mixtus æques: nec diſcretis leuia arma maniplis.

CEperat hetruſcos occulto milite colles: annibal autore Liuio quod agri eſt inter cortonam & traſimenum oĩ clade belli uaſtauit: ut uires romanoꝝ ad uĩdicãdas ſocioꝝ iniurias excitaret: & cũ ad Traſimenũ caſtra metatus eſſet baleares cæteráque leuem armaturá poſt montes circũduxit; equites ad ipſas ſaltus fauces tumulis apte tegentibus locat: ut ubi ĩtraſſent romani obiecto equitatu clauſa oĩa lacu ac montibus eẽnt: & ſub ictu hoſtiũ haberent̃ anguſtiis locoꝝ circũuenti atque inſidiis. pugna tũ ẽ utrique acriter & tanto ſtudio: ut terremotus qui totã italiam concuſſit minime depræhenderet̃: ſed annibal memorabili clade romáos affecit: quã hoc uolumĩe poeta deſcribit: in cuius calce fortem aĩum generoſamque mortem romanoꝝ celebrat. Occulto: locato ad inſidias ad clauſtra & fauces. Sidonius ductor: annibal pœnus. Anfractus: circuitus: qm̃ annibal leuẽ armaturã poſt montẽ circunduxit. Cæcis armis: militibus illic ad inſidias locatis. Anno faunigenæ: annus fauni filius regnauit circa traſimenum: & fuit rex pelaſgoꝝ qui in hetruriam commigrarũt. Voluente die: poſt multa tẽpora Traſimenus dictus ẽ a traſimeno filio Tyrrheni rapto in lacum ab agylla nympha: quod nomen dotale fuit. Lydius: pater traſimeni fuit tyrrhenus lydius qui uenit ex meonia: ubi ẽ tinolus mons. ideo dicit tinoli decus. i. ipſius meoniæ & lydiæ. Terris: qm̃ hetruriã a ſe appellauit tyrrheniá. Inſueta tuba: tyrrhenus ĩuenit tubá æneã: ſed Plinius dicit tyrrhenũ piſeum ad quẽ poeta alludit: Meoniam pubẽ: ex lydia ſupradixit meonios colonos. Nec modicus uoti. i. magna deſiderans. Agylle: nympha: & hoc nomen deduxit poeta ab agylla urbe: quæ nũc cere dicitur: & nomẽ accepit ab omĩe quodá: cũ a pelaſgis oppugnaret̃. Lubrica mentẽ: habẽs mentẽ lubricá & proná ad amorẽ: ut facile caperet̃. lubricus locus ẽ ĩ quo nõ poſſumus conſiſtere: aut ambulare: ut ſũt herbæ aq̃ perſuſæ: marmora læuia: & cætera id genus. inde ꝑ tráſlationẽ adoleſcẽtia dicit̃ lubrica: ĩ qua q ſũt uelut ĩ glacie facile labunt̃. unde agylla hẽbat lubricã mẽtem. i. procliuẽ ad amores. Idalia: uenerea. i. amor̃ cuius mater ẽ uenus. Idaliũ eſt nemus cypri ubi uenus colebat̃. Hinc: ex hoc raptu lacus dictus eſt traſimenus: & fuit dos quá illi dedit agylla nympha. Et iá curriculo: deſcribit crepuſculũ quo flãinius properauit ĩ hoſtẽ. Curriculo: curru ſuo. ponit̃ ẽt pro curſu. Nigrá metá: finẽ noctis. Roſcida: qm̃ in aurora cadũt rores. Strĩgebat: tãgebat. Titonia coniũx: aurora. In prĩo limĩe: in prĩcipio diei. Cũ minus ãnuerit uiator. i. cũ minus affirmaret aut finitá eſſe noctẽ: aut cœpiſſe diẽ: & ſic exprimit crepuſculũ tẽpus dubiũ inter diẽ & noctẽ. Conſul carpebat iniquas: Liuius ait. flaminius cũ ad lacũ perueniſſet ĩexplorato poſtero die uix dũ ſatis certa luce anguſtiis ſupatis poſtq̃ in patentiorẽ campũ pandi agmen cœpit id tantũ hoſtium quod ex aduerſo erat aſpexit. a tergo & ſuper caput detectæ inſidiæ. pœnus ubi id quod petierat clauſum lacu montibuſque & circũfuſum ſuis copiis habuit hoſtem ſignum omnibus dat inuadendi. Iniquas: plenas inſidiis: quas romani non animaduerterunt temeritate conſulis: qui ſine conſilio ruebat in hoſtes. Ipſa ſigna: uexilla. Læuia arma: ideſt milites leuis armaturæ non erant diuiſi ab aliis: ſed omnes mixti properabant ad pugnam ſine ordine.

Globo:turmæ equeſtri. Lyxaꝝ uulgus:lyxæ dicunť qui exercitū ſequunť queſtus gr̄a:& ſūt proprie qui aquā miniſtrant exercitui:ut ſcribit Nonius.nā lyxam antiqui aquā dicebant. Præſago tumultu:quia uidebanť præſagire eo tumultu futurā calamitatem. Implere:ĩplebant. Exhalans:emittens:qm̄ nebula nil aliud ẽ:niſi uapor aquæ aut terræ humidæ. nebulæ quidẽ ut inq̄t philoſophus ſūt relliquiæ nubiū reſolutaꝝ ex aqua fluẽte. Amictu:obſcuritate. Præſſum:obſcurum propter nebulas. Picæa:obſcura. Nec pœnū:pœnoꝝ. Liquere doli:non patuerūt fraudes annibalis:& pœnoꝝ propter nebulas:ꝗ properantẽ flaminiū ab ingreſſu faucium non arcebāt permittẽtes ire:ut eos ĩcluderent:ut piſces ĩ naſſa. Properantẽ:flaminiū cum exercitu. Mox:paulo poſt. Irremeabile:qm̄ non poterāt redire ꝓpter hoſtes quos a tergo ĩ inſidiis relinquebāt. Fauces:ĩgreſſus ad lacū inter montes. Geminū:quoniā ante hẽbant aquā:a tergo clauſtra cuſtodita ab hoſtibus. Vndæ:aquæ traſimeni.

Refugos:redeūtes romanos ad fauces per quas ĩtrauerant. Haud ſecus ac uitreas:clauſtra ad lacū peruſinum & annibalis aſtus cōparat piſcatori:& naſſæ qui piſcator ſcit piſcem includere tutoque capere. Naſſa ĩſtrumentū eſt uimineū ad capiẽdos piſces:hẽns os patens:& deſinẽs in caudā ex qua nō poſſunt piſces redire. Patulo:apto. Faſtigās:acuẽs. Nectit:ligat. Excuſſus mentẽ:ideſt qui urgẽte fato prudẽtiam amiſerat. Diluerat:expulerat. Tūc ales:romani ductores inituri pugnā aduocabāt pullariū:ut offas gallis obiiceret:quibus ſi ĩtegris ueſcerenť ratū erat auſpiciū:ſi aliquid excidiſſet ex ore minime:& tūc dicebať terripudiū ſoliſtimū:quādo.ſ.eſca in ſolo cadebat.pauire.n.percutere ẽ:inde pauimẽta Plinius loquẽs de gallis ait. hi faſces romanos ĩpellunt:aut retinẽt:iubent acies:aut prohibẽt. lege Cice.libro.ii.de diuinatione:qui talia cōfutat:flaminius ſpreta religione ĩfeliciter pugnauit. Ales:gallus gallinaceus. Luctus:calamitatis futuræ noluit comedere. Plāctu:alaꝝ percuſſione. Nec rauco taurus:aliud oſtẽtum.nā ductus taurus ut ĩmolareť incuſſa bipẽni:in collū aufugit:quod ĩfœlicitatẽ portendebat. Signa ẽt affuſa:aliud portentū:qm̄ uexilla terræ affixa non poterāt euelli. hoc ſcribit ẽt Liuius:& Cice. libro.i. de diuinatōe his uerbis:cū terripudio flaminius auſpicareť pullarius diem prœlii cōmittẽdi differebat:& paulo poſt.Itaque ſigna cōuelli & ſequi iuſſit. quo tẽpore cū ſignifer ſignū nō poſſet mouere loco:nec quicq̄ proficereť plures cū accederent:flaminius renunciata ſuo more neglexit. Itaque tribus his horis conciſus exercitus atque ipſe ĩterfectus eſt. Affuſa mole:magna ui & cōatu. Hūo lacera:ſciſſa. Teter:niger. Nitẽtū:eoꝝ ꝗ nitebanť euellere ſigna. Parẽs:terra. Atra:nigro ſāguĩe habūdās.

Inſertique globo pedites et inutile marti
Lyxarum uulgus præſago cuncta tumultu
Implere:et pugnam fugientum more petebant.
Tum ſuper ipſe lacus denſam caligine cæca
Exhalans nebulam late corruperat omnem
Proſpectum miſeris:atque atræ noctis amictu
Squalebat preſſum picea inter nubila cœlum
Nec pœnum liquere doli:ſedet enſe repoſto
Abditus:et nullis properantem occurſibus arcet.
Incuſtoditum mox irremeabile littus.
Nāque ſub anguſtas arctato limite fauces
In fraudem ducebat iter:geminūque receptis
Exitium hic rupes:hinc undæ clauſtra premebāt.
At contra umbroſo ſeruabant uertice montis
Hoſtilem ingreſſum refugos habitura ſub ictu.
Haud ſecus:ac uitreas ſolers piſcator ad undas:
Ore leuem patulo texens de uimine naſſam
Cautius interiora ligat:mediamque per aluum.
Senſim faſtigans compreſſa cacumina nectit.
Ac fraude arctati remeare foraminis arcet
Introitu facilem quem traxit ab æquore piſcem.
Ocius interea propelli ſigna iubebat
Excuſſus conſul fatorum turbine mentem.
Donec flammiferum tollentes æquore currum
Solis æqui ſparſere diem:iamque orbe renato
Diluerat nebulas titan:ſenſimque fluebat
Caligo intereas nitido reſoluta ſereno.
Tunc ales priſcum populis de more latinis
Auſpicium cum bella parant:menteſque deorum
Explorant ſuper euentu:ceu preſcia luctus
Damnauit ueſci:plantuque alimenta refugit.
Nec rauco taurus ceſſauit flebile ad aras
Inmugire ſono:præſſamque ad colla bipennem
Incerta ceruice ferens altaria liquit.
Signa etiam affuſa certant dum uellere mole
Teter humo lacera nitentum erupit in ora
Exultans cruor:et cædis documenta futuræ
Ipſa parens miſeris gremio dedit atra cruento

Ac ſuper hæc diuū genitor:fingit poeta iouem tūc fulminaſſe. Cice.libro.ii.de diuinatione ait: Itaque ī noſtris cōmentariis ſcriptū hémus ioue tonante:fulminante: comitia populi hr̄e neſas:& poſtea: Quod idem oībus rebus optimū auſpicium hémus:ſi ſiniſtrū fuit. tñ negat Cice. ex ſenté tia ſtoicoꝶ iouē fulminare ut aliqd prædicat:ſed naturale eé. placet quippe ſtoicis anhelitus terræ frigidos cū fluere cœperit eſſe uētos:cum aūt ſe in nubé induerīt:eiuſque tenuiſſimā quanque partem cœperit diuidere: ac diſrumpere:idque crebrius facere:& uehemétius: tū & fulgores:& tonitrua exiſtere. ſi auté nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit: id eſſe fulmé. Heu uani monitus:exclamat poera in amétiam conſulis qui tales monitus ac ꝓdigia ſpnebat magna cū clade populi romani. Parcas: fatū illud:& calamitaté futuram. Morantia.i.quæ fruſtra prædicebant:& remorabant cædes futuras:quas parcæ parabant. Minores certare fatis.i.qui non poreſtis repugnare diſpoſitioni fatoꝶ. Coruinus.L.furio & Appio claudio conſu. M.Valerius tribunus militū adoleſcés ut autor é Liuius pugnauit ī agro pomptino ſingulari certamīe cū duce gallorum:& auxiliāte coruo qui roſtro: unguibus:planctu alaꝶ os galli īpetebat. uictor fuit:& coruius cognomiatus eſt: & coruinoꝶ familia; quæ romæ nobiliſſima fuit:multo noīe ac ſtémate clara. ex hac familia erat hic coruinus de quo nūc agitur. Egregius linguæ:eloquens. Phœbea ales: coruus phœbo dicatus ꝓpter diuinationé: quoniā futura ſignificare putabat cantu:& uolatu. Plinius ait: corui ī auſpiciis ſoli uident intellectū habere ſignificationū ſuaꝶ. Proauitæ pugnæ:illius q pugnauit cū gallo:& coruius cognomiatus é.

Plenus deū:diuinationis.uā uidebat præſagire futurā calamitaté. Sociū: ſocioꝶ:qui iā timebant. Iliacas te per flāmas:orō coruini ad flaminiū quem obteſtat per ſacra romana:& templum capitolini iouis: ne uetātibus auſpiciis pugnā ineat. Flāmas iliacas:igné ueſtalem aduectū ex ilio ab ænea. Saxa tarpeia: téplum iouis capitolini. Cædas ſuperis: oramus te ut uelis parere diis monétibus. Dextrū:propitiū:fœlix: aptū. Ales:gallus. An te præſtanté:captat beniuolétiā a flaminio: ante cuius oculos picula proponit: ſuadetque ab utili pugna eé abſtīendū. An te fugit: an ignoras tu qui hés rei militaris præſtātiam:& pugnādi arté calles. Tramite tenui: uia anguſta. Si certare dolis: quaſi dicat pugnādū eſt aīo:cōſilio: atque,dolis cū annibale:q aſtu exuberat.

Seruilius:erat collega flaminii:q toti dé legiōes hébat.hic romæ remāſerat: ut oībus rite pactis ad hoſté cōtéderet. flaminius aūt ſtatim iiuſſu patrū in prouīciā abiit:& collegā expectare noluit. Bellandū eſt aſtu: gerendū eſt bellū magis conſilio q̄ uiribus corpis. nam uirtus aī maioré laudem meret q̄ dextræ.

Indice dextræ:uiribus quæ indicantur manu: ideſt maior laus eſt pugnare conſilio q̄ manu cum hoſte confligere: quoniam res magnæ conſilio non corporis uiribus aguntur. & locus eſt ab honeſto:ut oſtendat flaminium non ſeruare decorum prudentis imperatoris qui non relinquit locum pœnitentiæ ſi uellet pugnare ſolum uiribus corporis: & non uti conſilio: & prudentia.

Ac ſuper hæc diuum genitor terraſque fretūque
Concutiens tonitru cyclopum rapta caminis
Fulmina tyrrenas thraſimeni torſit in undas:
Littuſet ætheria per ſtagna patentia flamma
Fumauit lacus:atque arſerunt fluctibus ignes.
Heu uani monitus fruſtraque morantia parcas
Prodigia:heu fatis ſuperi certaſſe minores.
Atque hic egregius linguæ:nomenque ſuperbum
Coruinus phœbea ſedet cui caſſide fulua
Oſtentans ales proauitæ inſignia pugnæ
Plenus et ipſe deum:ſocium terrente pauore
Immiſcet precibus mōita: atque his uocibus īſit.
Iliacas te per flammas tarpeiaque ſaxa
Per patrios conſul muros ſuſpenſaque noſtræ
Euentu pugnæ natorum pignora: cedas
Oramus ſuperis:tempuſque ad prœlia dextrum
Opperiare dabunt iidem tempuſque diemque
Pugnandi tantum ne dedignare ſecundos
Expectare deos:cum fulſerit ora cruentam
Quæ ſtragem lybiæ poſcet:tum ſigna ſequentur
Nulla uulſa manu ueſcique interitus ales
Gaudebit:nulloſque uomet pia terra cruores.
An te præſtantem bellis fugit improba quantum
Hoc poſſit fortuna loco?ſedet obuius hoſtis
Aduerſa fronte:ac circa nemoroſa minantur
Inſidias iuga:nec leua ſtagnantibus undis
Effugium patet:et tenui ſtant tramite fauces
Si certare dolis et bellum ducere cordi eſt.
Interea rapidis aderit ſeruilius armis
Cui par imperium:et uires legionibus æquæ.
Bellandum eſt aſtu:leuior laus indice dextræ
Talia coruinus:primoreſque addere paſſim
Orantum uerba:et diuiſus quiſque timori
Nunc ſuperos de flaminio:nunc deinde præcari

Ne perſtet:ne perſeueret repugnare uolūtati numinum. Acrius:uehemētius accēdebaꝉ propter uerba coruini & alioꝶ:qui pugnā diſſuadebāt. Siccine nos īquit:uerba flaminii ſuos īcrepātis q ſe hoīem bellādi peritū pugna hortabanꝉ abſtīere:& a præterita felicitate arguit eē pugnandū:oſtenditque facilē fore uictoriā:cum prius boios gētem īmanē & efferatā ut quondā fuerūt gigantes nati ex terra irata diis magno prælio ſuparit:eoſque uictos ī triumphū duxerit. Siccine:ſic ne:ideſt an cognouiſtis me degenerē:& imprudentē ī bello contra boios. Lues:peſtis:& magnū malum.i.ipſi boi qui erāt tanq̄ lues. Ingrueret:imineret nobis. Paueret:tīeret ne iteꝶ caperet. Irata tellure.i.quæ irata uideꝉ produxiſſe boios īmanes & horrēdos:ut quondā produxit gigantes. Scilicet has ſera ad laudes:ironice loquiꝉ:& ex ſtomacho.q.d.debeo ne ego q tot laudes adeptus ſū contra boios expectare ſeruilium qui partē gloriæ meæ accipiat. Decoris:honoris & laudis. Quippe monēt ſuperi:confutat ſentētias coruini qui dixerat expectādos eē deos ꝓpitios:& ait. nolite arbitrari deos eē ſimiles uobis:q non mō prælia & hoſtes tīetis:ſed claſſica etiam.i.ſigna belli & tubaꝶ clāgores:& ſic arguit eos timiditatis. enſis īquit ē augur optīus contra hoſtē non debēus timere ſi gallus gallinaceus ueſci recuſat. nā dignum auſpiciū romano milite quod dextra armata præſtat. ſeruat poeta decorū uiri fortis:& ſpernētis religionē. Latio milite:romano:cuius ars militia ē:locus ab honeſto. An coruine ſedet:locus ē primo ab honeſto:cū dicit non decere romanū militē contineri caſtris tanq̄ pauidū & ignauū cum hoſtis uageꝉ:& inſultet. Inde ab utili ne.ſ.annibal diruat muros & arces ſocioꝶ:apud Liuium ſic ait.quinīmo arretii ante mœnia ſedeamus. hic.n.patria & penates ſūt.annibal emiſſus e manibus depopuletur italiam:uaſtādo & urēdo oīa ad romana mœnia perueniat:nec ante nos hic mouerimus:q̄ ſicut olī camillū a ueiis C.flaminium patres acciuerīt. An ſedet:placet. Arces corithi:cortonā appellat corithū:quæ eſt prope lacū ut dictū eſt:& adhuc retinet nomen. cluſium ēt retinet nomē ubi regnauit porſena. Vana ſupſtitio:ſeruat decorū hoīs impii:& ī arma furētis. ſic capaneus apud Papiniū ſpretis auguriis dicit: Prīus in orbe deos fecit timor.turpe inquit flaminius eſt hoī armato:propter aliquā religionē nolle pugnare. Superſtitio diciꝉ uana religio. non ſolum inquit Cice. in libris de natura deoꝶ philoſophi ueꝶ etiā maiores nr̄i ſupſtitionē a religione ſeparauerūt. nā qui totos dies precabanꝉ & īmolabant ut ſibi ſui liberi ſuperſtites eēnt ſupſtitioſi ſūt appellati:quod nomē patuit. poſtea latius.i.ad alia permulta tr̄aſlatū eſt:qui aūt oīa quæ ad cultū deoꝶ pertinerēt diligēter retractarēt:& tanq̄ relegerēt ſūt dicti religioſi ex relegēdo. alias definitiōes religionis lege apud Gelliū:& Macro. non decet īquit flaminius armatos eē ſupſtitioſos:& tīere uanā religionē. nā in pectore militū nulla dea ē præter uirtutem.i.ipſā fortitudinē magnitudinēque aī. Capaneus apud Papiniū ait: Virtus mihi numē:& enſis quē teneo. Aquis eridani:qm̄ trebia emittit ī padum. Aere atque æquorei:deſcribit arma flaminii. Aequorei iuuēci:uituli marini:cuius pellis non tangiꝉ fulmine. Crine ſueuo:rubicundo:& horrido:qualem hēnt ſueui populi germaniæ qui nunc montes incolunt:& quia flaminius boios:ligures:& ſueuos uicerat. ideo dicit poeta ipſū habuiſſe crines ſueuos ī caſſidis iuba.

Flaminium ne cœlicolis contendere perſtet.
Acrius hoc accenſa ducis ſurrexerat ira.
Auditoque furens ſotias non defore uires
Siccine nos inquit boiorum in bella ruentis
Spectaſtis:cum tanta lues uulguſque tremendū
Ingrueret:rupeſque iterum tarpeia paueret.
Quas ego nunc animas dextraque corpora fudi
Irata tellure ſata:et uix uulnere uitam
Reddentis imo:iacuere ingentia membra
Per cāpos magniſque premūt nūc oſſibus arua
Scilicet has ſera ad laudes ſeruilius arma
Adiungat:niſi diuiſo uiciſſe triumpho
Vt nequeam:et decoris contentus parte quieſcam
Quippe monent ſuperi ſimiles ne fingite uobis
Claſſica qui tremitis diuos:ſat magnus in hoſtem
Augur adeſt enſis pulchrumque et milite dignū
Auſpicium latio:quod in armis dextera præſtat
An coruine ſedet clauſum ſe conſul inerti
Vt teneat uallo pœnus nunc occupet altos
Arreti muros corithi nunc diruat arcem.
Hinc cluſina petat poſtremo ad mœnia romæ
Illeſus contendat iter deforme ſub armis.
Vana ſuperſtitio:dea ſola in pectore uirtus
Bellantum uiget:umbrarum me noctibus atris
Agmina circunſtant:trebiæ qui gurgite quique
Eridani uoluuntur aquis inhumata iuuentus
Nec mora iam medio cetu ſigniſque ſub ipſis
Poſtrema aptabat nulli exorabilis arma
Aere:atque æquorei tergo:flauente iuuenci
Caſſis erat munita uiro:cui uertice ſurgens
Triplex criſta iubas effundit crine ſueuo.

Sylla: monſtrū erat in freto ſiculo hēns inguine tenus canes latrantes: ſcyllam portabat pro inſigni flaminius in cono galeæ. Pondera remi: alludit ad naufragia quæ fiebant ad ſcyllam: quæ eſt ſcopulus in freto ſiculo hēns ſub ſe antra & cauernas: ad quas aquæ impulſu uentoꝝ illiduntur: & imitantur latratus canum. ideo locus datus eſt fabulæ. Home. in odyſſea ſic ait. Duo ſūt ſcopuli cacumen nubes exupat: in quod nemo mortalium aſcēdit unquam. In medio ſcopulo ſpelunca he rebi inſtar hītat illic ſcylla monſtrū immane: cui præter deū occurreret nemo. aſpectu triſtis. xii.

Scylla ſuper fracti contorquens pondera remi
Inſtabat: ſæuoſque canum pandebat hiatus
Nobile gergeni ſpolium: quod rege ſuperbus
Boiorum cæſo capiti illacerabile uictor
Aptarat: pugnas decus portabat in omnis
Loricam induitur: tortos huic nexilis hamos
Ferro ſquama rudi: permixtoque aſpera tauro
Tum clypeū quatit: aſperſum quē cædibus olim
Celticus ornarat cruor: humentique ſub antro
Ceu fœtū lupa permulcens puerilia membra
Ingentem aſſaraci cœlo nutribat alumnum.
Hinc enſem lateri dextræque accōmodat haſtā
Stat ſonipes uexatque ferox humentia frena.
Caucaſeam inſtratus uirgato corpore tigrim.
Inde exceptus æquo qua dant anguſta uiarum
Nunc hos: nūc illos adit: atque hortatibus implet.
Veſtrū opus eſt: ueſtrūque decus ſuffixa ꝑ urbē
Pœni ferre ducis ſpectanda parentibus ora.
Vnū hoc pro cunctis ſat erit caput? aſpera qſque
Hortamenta ſibi referat meus: heu meus acris
Ticini frater ripis iacet: ac meus alta
Metitur ſtagna eridani ſine funere natus.
Hæc ſibi quiſque: ſed eſt ueſtrū cui nulla doloris.
Priuati rabies is uero ingentia ſumat
E medio fodiant quæ magnas pectus in iras
Perfractas alpes: paſſamque īfanda ſagunthum.
Quoſque nephas ueriti tranſcendere nomen iberi
Tangere iam tybrin: nā dum uos augur et extis
Queſitæ fibræ uanuſque moratur aruſpex
Solum iam ſupereſt tarpeio imponere caſtra.
Turbidus hæc uiſoque arctis in milibus atras
Bellatore iubas aptante: eſt orphitæ munus
Eſt ait hoc certare tuum: quis opima uolenti

hēt pedes: colla perlonga ſex: totidem capita: dentes triplici ſerie pectinatos: capita exerens: beluas ingētes piſcatur. Spolium gargeni: gargenus fuit dux boiorum: cui ademerat galeam flaminius inſignitam ſcylla. Squama nexilis hamos tortos: ideſt habēs hamos & annulos innexos: ex quibus lorica intexta eſt. erat inquit illi loricæ ſquama: ut eſt illa eminentia parua in piſce: habens hamos tortos: nexiles: nā alter alterum connectit. Rudi: duro: & impolito. Permixto tauro: quoniam in interiore parte loricæ erat corium bubulum. Lupa: erat cælata ī clypeo flaminii: quæ ſub rupe capitolina præbuit lac romulo & remo illic expoſitis iuſſu amulii. Aluminum aſſaraci: romulum oriundū ab aſſaraco per æneam. Cœlo: quoniam romulus poſt mortem fuit relatus ī numerum deorum: & ſacra illi inſtituta: & flamen quirinalis. Sub antro: Dionyſius alicarnaſſeus ait libro primo antrū cum ſcaturiēte fonte coniunctum palatio oſtendit: in quo eſt imago lupæ præbentis ubera pueris. Ingentem alumnum: alludit ad magnitudinem urbis & famam: cuius ille fundamenta iecit & nomen dedit. Inſtratus: hēns ſuper dorſum ſtratam pellem tygridis: quæ capitur ī caucaſo monte ſcythiæ. Virgato: maculoſo. eſt enim diſtincta maculis tygris. Anguſta uiarum: fauces quibus erat eūdum ī hoſtem. Veſtrum opus eſt: uerba flaminii hortātis ſuos ad pugnam: & locus ē ab honeſto & utili. Ora ducis: caput annibalis affixum haſtæ. Aſpera hortamenta: quiſque īquit pro coī ſalute reuocet in mentē ea quæ nos incitare debent ad pugnam: ne ignaui & obliti dignitatis auitæ: ac fortitudinis uideamur. Meus heu meus: duplicatio eſt ad maiorē dolorem exprimendum de morte fratris: & locus eſt ab honeſto: & pio. dicit enī ſe impelli ad arma: pietate quā erga fratrem habebat: & amore quo filiū proſequebat: quos ulciſci decet. Sine funere: ſine honore ſepulturæ: & ſic mouet affectus. Hæc ſibi quiſque: ſcilicet referat: cuius aliquis affinis & propīquus occiſus eſt ab hoſtibus: ſed ſi eſt aliquis ueſtꝝ cui nulla ſit rabies priuati doloris ſumat iram in hoſtes a cauſa publica. ſ. perfractas eſſe alpes munimēta italiæ: euerſam eſſe ſagunthū: & pœnos iam tāgere tybrim: quibus erat uetitū tranſcendere Iberum. Ingentia. ſ. hortamēta. E medio: ex cauſa publica: & damno: quoniā patriæ oīa debemus: pro qua uitæ nō eſt parcēdū. ergo locus ab hōeſto: decet. n. propulſare iniuriā. Trāſcēdere nephas: qm̄ terminus īperii ut dictū ē erat ānis iberus. Turbidus: iratus flāinius hæc dixit. Eſt orphite munus: uerba flāinii ad orphitū ſe ſe pugnæ aptātē: quē hortatus ē ad cædē ānibalis ut referret opīa ſpolia ioui feretrio.

+ Ex Virgili. Æn. lib. IV. v[er]s. [illegible]

Feretro:ramo aut trunca haſta.nam feretrum ſignificat quicqd ſuſtinet.Inde mãus poteſt appellari feretrum. detracta ſpolia duci:feretro ſuſpẽdebant & portabãt ad quercum capitolinam. feretrum etiam ſignificat lectulũ:ſiue ſandapilam: qua mortuoꝝ cadauera efferuntur. Romulus autore Liuio fabricato ad id apte feretro ſpolia opima ioui rettulit:quẽ feretrum appellauit: & ad quercum paſtoribus ſacram depoſuit. Cruento: perfuſo hoſtili ſanguine. Quis portet:quis ĩquit hẽbit hanc gloriam:ut referat ſpolia opima. Alia dextra: q̃ tua o orphite. Martius clamor:bellicoſus. nã muranus hortabat̃ milites ad pugnam:quem hortatus eſt flaminius: ut clauſtra illa & fauces aperiret. Satum ſoracte:ſoracte mons eſt apud ſabinos dicatus quondã apollini cuius ſacerdotes nudis pedibus & illæſis ibant per prunas:ſed Strabo dicit:ſacra illic ſolita celebrari ſub noĩe feroniæ deæ:non apollinis.feroniam ĩquit finitimi magno dignant̃ honore: quo in loco ipſius templũ eſt mirificum habens ſacrum. nã qui eius numĩe afflantur: nudis pedibus prunas inambulãt ſub hac demone:& copioſum nulla læſione cinerem. Pius arcitenens:phœbus:qui fuit pius ĩ matrem Latoniam: & utit̃ arcu. Aceruis: accenſa ſtrue lignorum ĩ ſacrificio. Victor uaporis: caloris:q nõ lædit pedes ſacerdotum.

Serenato: placato: & læto. Ad aras: quoniã aris undique obſeſſis incendio per medios ignes exta ad arã portabantur. Turbæ cyniphiæ: libyſſæ. Feralia: allatura mortem. Claſſica: ipſæ tubæ dederunt ſignum pugnæ: quod erat ferale: ac peſtiferũ romanis legionibus. Fregit auras:percuſſit aerem. ſuo clãgore. Heu dolor:exclamat poeta:& mouet affectus Nec fere:quaſi dicat adhuc plorar̃ debemus calamitatẽ illam:& ego nunc horreſco referẽs: ac ſi illa clades romanis impenderet.
Aſtur: hiſpanus miles locatus ad inſidias. Torta habena:funda qua utebãtur balearci. eruperũt etiam inacæ garamantes & nomades. Tum quo non alius:eruperunt etiã ipſi cantabri q habent dextrã uenalem:& gaudent cõduci ad militiam. Vaſco:uaſcones populi hiſpaniæ galeã ſpernebant. ſupra dixit:uaſco inſuetus galeæ. Sola appẽnini:fingit poeta numĩa auertiſſe oculos a tãta crudelitate: & ſolã iunonem ſpectaſſe cædes reſidentẽ in uertice appennini:& eſt imitatio Virgilii q fingit iunonẽ ſpectaſſe pugnã æneæ ac turni.

Primæ picentum:picentes ſunt in calabria:quorum metropolis uocabatur picentia: de quo ſuo loco dicetur.

Dona ioui portet feretro ſuſpenſa cruento
Nam cur hæc alia pariatur gloria dextra.
Hinc prouectus æquo poſtquã inter prœlia notã
Accepit uocem:procul hinc te martius inquit
Murranæ oſtendit clamor:uideoque furentem
Iam tyria te cede:uenit laus quanta:ſed oro
Hæc anguſta loci ferro patefacta relaxa.
Tum ſoracte ſatum præſtantem corpore et armis
Equanum noſcens patrio cui ritus in aruo
Cum pius arcitenens accenſis gaudet aceruis.
Exta ter innocuos latum portare per ignes
Sic in apolinea ſemper ueſtigia pruna
Inuiolata teras:uictorque uaporis ad aras
Dona ſerenato referas ſolemnia phœbo
Concipe ait dignum factis equane furorem
Vulneribuſque tuis:ſocio te cœdis et iræ
Non ego marmaridũ mediã penetrare phalangẽ
Cinyphiæque globos dubitarim irrũpere turmæ
Nec iam ultra monitus et uerba morãtia martem
Ferre ualet longo æneadis quod flebitur æuo.
Increpuere ſimul feralia claſſica ſignum
At tuba terrificis fregit ſtridoribus auras:
Heu dolor:heu lachrymæ:nec tot poſt ſæcula feræ
Horreſco ut pendente malo:ceu ductor ad arma
Excitet tyrius latebroſis collibus aſtur
Et libys et torta balearis ſæuus habena
Errũpũt multuſque maces garamaſque nõaſque
Tum quo non alius uenalem in prœlia dextram
Ocior attulerit conductaque bella probarit
Cantaber:et galeæ contempto tegmine uaſco.
Hinc pariter rupes lacus hic:hinc arma ſimulque
Conſona uox urget:ſignum clamore uiciſſim
Per collis tirya circunfundente corona.
Auertere dei uultus fatoque dederunt
Maiori non ſpõte locum:timet ipſe tiranni
Fortunam libici mauros diſiectaque crinen.
Illachrymat uenus et delum peruectus apollo
Triſtem merẽti ſolatur pectine luctum.
Sola appennini reſidens in uertice duras
Expectat cædes inimico pectore iuno.
Et uelut erecto metuendi libera cœlo
Ipſa ſuis manibus præſumpta piacula mittit.
Primæ picentum e rupto ceu turbine fuſa

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Agmina et annibalem ruere ut uidere cohortes.
Inuadunt ultro et pœnas pro morte futuras
Turbato uictore petunt: accenſa iuuentus
Funditur unanimo niſu et concordibus auſis.
Pilorum in pœnos nimbus fixoſque repulſi
Submittunt clypeos curuato pondere teli.
Acrius hoc rurſum libys et præſentia ſeui
Extimulat ducis: hortantes ſe quiſque uiciſſim
Incumbunt: preſſoque impellunt pectore pectus
Ipſa facem quatiens ac flauam ſanguine multo
Sparſa comam medias acies bellona pererrat.
Stridit tartareæ nigro ſub pectore diuæ
Læthiferum murmur: feralique horrida cantu
Buccina lymphatas agit in certamina mentes
His iras aduerſa fouent cruduſque ruente
Fortuna ſtimulus ſpem proieciſſe ſalutis.
Hos dexter deus et læto uictoria uultu
Arridens acuit: martiſque fauore fruuntur.
Abrectus pulchro cædum lateranus amore
Dum ſeqtur dextrā ī medios penetrauerat hoſtis
Quem poſtquam florens equali lentulus æuo
Conſpexit nimium pugnæ nimiumque cruoris
Infeſtas inter non æquo marte cateruas
Fata irritantem niſu ſe concitat acri.
Immitemque bagam qui iam uicina ferebat
Vulnera pugnantis tergo uelocior haſta
Occupat: et ſocium duris ſe canibus addit.
Tūc alacres arma aglomerāt. geminaque coruſci
Fronte micāt paribus fulgent capita ardua criſtis
Actus in aduerſos caſu namque obuia ferre
Arma quis auderet? niſi quem deus ima colētum
Damnaſſet ſtygiæ nocti perfracta gerebat
Syrticus excelſo decurrens robora monte.
Et quatiens acer nodoſi pondera rami.
Flagrabat geminæ nequiquam cædis amore.
Non hic egates infidaque littora nautis
O iuuenes motumque nouis ſine marte procellis
Fortunam bello pelagus dabit: equoris olim
Victores media ſit qualis diſcite terra
Bellator libys et meliori cedite regno
Ac ſimul infeſto lateranum uulnere trunce
Arboris urgebat iungens conuitia pugnæ
Lentulus hic frendens ira traſimenus in altos

Turbato uictore: laceſſitis hoſtibus q
uidebantur uictores. Libera metuen-
di: ac ſi nullum haberet timorem. ipſa
iuuentus tanq̄ erepta ſpe uitæ ruebat
in hoſtes: & ſuis umbris piacula præſu-
mebant. eos quippe in piaculum futu-
ræ mortis mactabant. Erepto cœlo:
erepta uita & luce. Manibus: umbris.
Vnanimo niſu: concordi conatu.
Submittunt: ad terrā declinant: & ſter
nunt clypeos hoſtiles confixos terræ
pondere teli: quod curuato ferro repel
lebatur. Fixos: perforatos. Curuato
pondere teli: ideſt curua pondere teli:
quod a ſe repellebant. nam pondus &
ictus teli incuruabant clypeos. Bello
na: eſt dea belli quæ uagabat̃ per utraſ
que acies portans facem. nam cum ad
manus & arma uentum eſt: ſanguis cir
ca præcordia feruet: & furor accendit
animos ad pugnam. Diuæ tartareæ:
bellonæ infernæ. Ferali cantu: mor-
tali. Lymphatas: furentes ardore bel-
li. His: romanis res aduerſæ dabant
iras: & pœni accendebant̃ uictoria.
Crudus ſtimulus ruente fortuna: quo
niam extrema neceſſitas animos īpel-
lit ad fortia. Spem proieciſſe ſalutis:
Sic Virgi. Vna ſalus uictis nullam ſpe
rare ſalutem: & qui nullam ſpem ha-
bet ſalutis: magis ac magis accenditur:
cum ſciat ſe moriturum ut honeſte ca
dat Hos: ideſt hoſtes acuit uictoria: &
romanos ultima neceſſitas: & deſpera-
tio. Lateranus: erat italus: cui ſe præ-
buit ſocium lentulus. Dum ſequitur
dextram: manum ſuam cædentem ho
hoſtes. Nimium pugnæ: ualde appe-
tētem pugnā: & cruorem. Non æquo
marte: qa erat ſolus. Bagam: hic erat
pœnus. Pugnantis: laterani. Aduer
ſos: lateranū & lentulum. Deus: plu-
to. Ima: loca inferna. Nocti: morti:
quæ eſt nox perpetua. Syrticus: erat
afer: nomenque a ſyrtibus deductum.
Præfracta robora: dura. nam præfra
ctum dicit̃ durum & inflexibile: ideo
dicit Cicero in officiis catonem nimis
præfracte defēdiſſe ærarium. Gemi-
næ cædis: laterani: ac lētuli. Non hic
egates: uerba ſyrtici: quibus inſultat ro
manis iuuenibus dicens: Non ſumus
nunc in mari: & pelagus non dabit uo-
bis uictoriam: ut habuiſtis primo bel-
lo punico ad egates: ſed diſcite qualis
ſit bellator libys in terra. Regno: ſci-
licet noſtro libyco conuicia probra:
& contumelias Traſimenus in altos:
uerba Lentuli ad Syrticum.

Roret: aſperſus ſit romano ſanguíe. Subſidens: inclinás ſe ſe ad ictum inferendum. Suſpéſa: erecta: quoniam ille erexerat ſe in pedes ut romanos robore impeteret. Hiertes: erat pœnus. Nereus erat italus: qué interemit hiertes. Generoſæ: nobilis & hés claros natales. Patrio ebore: quoniá í aphrica ſút elephanti: ex quoꝝ dentibus fit ebur: quo regiæ ornabantur & poſtes. Vnde dicit Propertius: : Et ualuæ lybici nobile dentis opus. Quid rapta iuuant: uerba poetæ in auaritiá. Rapta: ablata aliis. Nudú: ſine opibus quas reliquit tanto ſtudio quæſitas. Nauita: charon portitor ad ſtygiá paludem.

Appius: erat romanus. Appioꝝ familia cognominata eſt a corona Appii: quam. L. appius in achaia meruit: quoniam in certaminibus nemeis in honorem archenori uictores apio coronabátur. Vnde Iuuenalis: Graiæque apium meruiſſe coronæ. Vbi pluríа uirtus: ideſt irruebat in conferctiſſimas acies: & inde petebat famam: quo cæteri penetrare non poterant: ut fortitudinem oſtentaret ſuá quæ circa difficilia uerſatur. Extremæ harenæ: maris athlátici accola. Impetit: uulnerat os ipſius apii: ſed leuiter. Generoſum: nobilé cruorem appii genoroſi: & alti ſtématis. Diffulminat: diſſipat íſtar fulminis. deſcribit iratum appium. Commendat: ornat: & maioris pulchritudinis facit. Martia: bellicoſa. Iuuené: athlantem qui iam timebat appium in ſe ruétem. Ceu tygride cerua: athlantem iras appii timétem & latebras quærentem comparat ceruæ fugienti tygridem: & columbæ accipitrem: ac lepori aquilam. In æthra: ipſo aere. Librantem uiſus: deſpicientem hinc inde ut deſiliat í leporem. Colla uiri: athlantis. Succeſſu: bona fortuna: quoniam ſtrauerat hoſtem: & iam properabat in alium. Iſalces cyniphius: aphes: & accola cyniphis fluuii hic erat gener magonis: quem appius interemit. Sydonia ſponſa: filia magonis fratris annibalis. Vano fœdere: quoniam mortuus eſt: & uxore potiri non potuit: ideo fœdus promiſſæ tædæ fuit uanum. Tædæ: matrimonii ac nuptiarum in quibus præferebant tædæ accenſæ. Aere in cyniphio: ideſt galea ipſius iſalcis cyniphii. Nec diſpar ſortis: ideſt habuit iſalces eandem ſortem. futilis dicitur ignauus: & nullius momenti. futilis dicit ab effundendo. ná quemadmodú illud uas oía effundit: ſic etiá homo uanus & debilis & qui ſilenda tacere nequit. nunc iſalces erat futilis: ideſt ſine uiribus contra Appium.

Aſcendet citius collis quam ſanguine roret
Iſte pio ramus ſubſidens ilia niſu
Conantis ſuſpenſa fodit: tum feruidus atro
Pulmone exundat per hiantia uiſcera ſanguis
Nec minus accenſis in mutua funera dextris
Parte alia campi ſeuit furor altus iertes
Obtruncat nerium rullo: ditiſſimus agri
Occumbis generoſæ uolunx: nec clauſa repoſtis
Pondera theſauris patrio nec regia quondam
Præfulgens ebore et poſſeſſa mapalia ſoli
Profuerint: quid rapta iuuant? quid gentibus auri
Nunquá extincta ſitis? modo qué fortúa fouédo
Congeſtis opibus doniſque referſit opimis
Nudum tartarea portabit nauita cymba.
Iuxta bellator iuuenibus appius auſis
Pandebat cápum cede: atque ubi plurima uirtus
Nullique aſpirare uigor: decus inde petebat
Obuius huic atlas atlas a ſanguine ibero
Nequiquam extremæ longinquus cultor harenæ
Impetit os haſta: leuiterque e corpore ſummo.
Deguſtat cuſpis generoſum extrema cruorem.
Intonuere minæ: uiolentaque lumina flammis
Exarſere nouis furit et diffulminat omnem
Obſtantum turbá: et clauſum ſub caſſide uulnus
Martia commendat mananti ſanguine membra.
Tum uero aſpiciens pauitantem: et códere ſemet
Nitentem ſociis iuuenem ceu tigridæ cerua
Hircana cum preſſa tremit: uel territa pennas
Colligit accipitrem cernens in nube columba
Aut dumis ſubit albenti ſi ſenſit in æthra
Librantem uiſus aquilam lepus ore citato
Enſe ferit tum colla uiri dextramque micantem
Demetit: ac mutat ſucceſſu ſeuior hoſtem
Stabat fulgentem portans in bella bipennem
Cinyphius ſoceriqué miſer magonis inire
Optabat pugnam ante oculos ſpe laudis iſalces
Sidonia tumidus ſponſa uanoque ſuperbus
Fœdere promſſæ poſt dardana prœlia tedæ
Huic immittit ouans uiolentas appius iras.
Conantique grauem fronti librare ſecurim
Altior inſurgens galeam ſuper exigit ictum.
Et fragilis ualido conamine ſoluitur enſis
Ere in cinyphio nec diſpar ſortis iſalces

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Vmbonem incerto detorſit futilis ictu.
Tum quod humo haud unq̃ ualuiſſet uellẽ ſaxũ
Ni uires trux ira daret:torquebat anhelans:
Appius:et lapſu reſupina in terga cadentem.
Mole præmit ſcopuli:perfractiſque oſſibus urget.
Vidit coniuncto miſcens certamina campo:
Labentem ſocer:et lachrymæ ſub caſſide fuſæ
Cum gemitu rapiduſque ruit data fœdera nuper
Accendunt animos:expectatique nepotes.
Iãque aderat clypeũque uiri atque ĩmania mẽbra
Luſtrabat uiſu propiorque a fonte coruſcæ:
Lux galeæ ſeuas paulum tardauerat iras
Haud ſecus e ſpecula preceps delatus opaca.
Subſidens campo ſummiſſos contrahit artus:
Cum uicina trucis conſpexit cornua tauri:
Quãuis longa fames ſtimulet leo:nunc ferus alta
Surgentes ceruice toros nunc torua ſub hirta:
Lumina miratur fronte:ac iam ſigna mouentem
Et ſparſa pugnas meditantem ſpectat harena.
Hic prior intorquens telum ſic appius infit.
Siqua tibi pietas ictum ne deſere fœdus.
Et generum comitare ſocer:per tegmina uelox
Tunc eriſque moras leuo ſtetit haſta lacerto.
At contra non dicta libys ſed feruidus haſtam.
Perlibrat magni donum memorabile fratris.
Ceſo quam uictor ſub mœnibus ille ſagunthi
Abſtulerat durio:ac ſpectare nobile pugnæ
Germano dederat portare in prælia pignus
Telum ingens perque arma uiri ꝑque ora doloris
Adiutum niſu lœtalem protulit ictum
Exangueſque uiri conantis uellere ferrum:
In uulnus cecidere manus iacet æquore nomẽ
Clarum meonio atque italæ pars magna ruinæ:
Appius incremuere lacus corpuſque refugit.
Contractis thraſimenus aquis telum ore cruento.
Expirãs præmit:atque admorſæ ĩmurmurat aſtæ
Nec fati melior mamercus corpore toto
Exoluit penas nulli non ſaucius hoſti.
Nanque per aduerſos qua luſitana ciebat.
Pugnas dira manus raptum cum ſanguine teli
Signiferi magna uexillum mole ferebat:
Et trepida infœlix reuocabat ſigna ſuorum.
Sed furiata cohors auſiſque accenſa ſuperbis.

Detorſit umbonem:perſtrinxit umbonem appii uano ictu:atque ĩ certo:& quia non penetrauit umbonem ideo dixit deterſit ergo utrique fuit eadẽ ſors. appius enim fregit enſem in umbone iſalcis & iſalces debili ictu deterſit umbonem appii & ſic neuter alteri nocuit.

Saxum:imitatur Virgilium qui canit turnum ieciſſe in æneam ſaxum ingentis magnitudinis. Socer:mago. Fœdera:pactum matrimoniũ. Coruſcæ:fulgentis:& hæſit paruper mago cũ eẽt prope appiũ ut facit leo. Haud ſecus:magonem comparat leoni qui ruens in taurum q̃uis famæ ſtimuletur tamẽ cõſpecta ferocitate tauris paulum immoratur & taurum ſeſe ad pugnam expedientem ſpectat:ſic mago ſpectabat appium qui contra tantum hoſtẽ animos præparabat. Toros:tori ſunt plicæ & eminẽtiæ in collo taurorum & muſculi lacertorum dicuntur tori. Inde toroſus dicit̃ lacertoſus:& Valerius flaccus canit herculem fuiſſe cõſpicuum toris & tori oſtendunt robur. Molli iuuenes fundunt̃ in alga inquit conſpicuuſque toris tirynthius. Sparſa:q̃ ſpargit pedibus uolens inire pugnã. Siqua tibi pietas:uerba appii ad magonem quem uulnerauit in ſiniſtro brachio. poſtea mago appium interemit. Ictũ fœdus:matrimonium cũ iſalce. Moras æris.i.p impedimenta ferri ꝓpter loricã & galeam. Stetit:infixa eſt. Perlibrat:torquet in appiũ. Fratris:annibalis. Libys:mago. Dario cæſo:quẽ interemit apud ſagunthũ:& eſt nomen deductũ a durio fluuio hiſpaniæ. Spectate:i. ſignis & clar̃. Adiutũ niſu doloris:q̃a dolor amiſſi generi ſui dabat uires magoni. Læthalẽ:mortalem. Aequore meonio:cãpo hetruſco quoniam meonii tenuerunt hetruriã duce tyrrheno ut dictum ẽ. Admorſæ haſtæ:quã mordebat murmurando. Mamercus:interfectus fuit a luſitanis. Nec melior fati:ideſt par fatum:quoniam cecidit ut appius. Nulli non ſaucius:ideſt a multis uulneratus q̃ luſitanis dictũ ẽ ſupra

Signiferi:ferentis ſignũ.i. aquilã æxilium romanoꝝ. Cohors:luſitanorũ.

Pluresque in corpore nulli:ideſt nulli fuerunt plures haſtæ in corpore. Vix peruia telis:ideſt uix capax telo℞ propter multitudinem. Aduolat interea: annibal accurrit cum audiuiſſet uulneratū eſſe magonem fratrem:illāque referri ad caſtra iuſſit ac curari. Geſtamine:propria ueſte. Synali: ſynalus erat chyrurgus in caſtris primi medici fuerunt chyrurgi q uulnera in bello curabant ſuccis herbarum inde alii medici extiterunt. Archagatus lyſaniæ filius ex peloponneſo ut autor ē Plynius primus romā uenit. L. æmilio. M. liuio conſul. eique ius quiritium datū & taberna ī compito accilio empta;gratus fuit primo mox a ſæuitia urēdi & ſecandi carnifex appellatus ē. Cantu: incantationibus. Exigere:extrahere. Torto:in ſe replicato: paretonium ē ꝑpe ſyrtes ut dictum eſt uerſus ægyptum. Ipſe olim antiquo: repetit originem huius artis quā & ſynalus callebat. Hammon garamanticus: ideſt iuppiter qui colebatᷣ apud garamantes. Atque is ſynalus docuit hanc artem filiū ſuum & ſic p ſucceſſionis gradū propagata eſt. Haud læuior fama: quaſi dicat hic ſynalus nō erat leuioris famæ q̄ fuiſſent maiores ſui in hac arte, hoc nomen deductū eſt a ſynalo oppido. Solers:diligens. Augebat mōſtrata garamantica: ideſt ipſā artem monſtratā ab hammone garamātico. Celeſtia dona:medicas artes:datas a ioue hammone. Vetuſtū patrē: illū primū ſynalū quem iuppiter docuit. Multa imagīe: quoniam apud antiquos ut dictū ē maiorum uultus cera expreſſi diſpōebantᷣ in armariis & atriis & is gaudebat & cēſebatᷣ multa imagīe qui habebat claros natales & altū ſtemma maiorū. Leni dextra:miti chyrurgus ut ſcribit cornelius celſus debet eſſe iuuenis: & habere manum lenem ne. ſ. tremēdo aut nimium premendo uulnus ultra q̄ oporteat reſcindatᷣ aut uexetᷣ. Mulcebat lympha:imitatᷣ Virgilium canentē mezentium lauiſſe uulnera aquis tiberinis. Cæſi hoſtis:appii. Leuabat caſū:magnitudine laudis adeptæ quia ſtrauerat appiū uulnus acceptū compēſabat. Leuabat:leuiorē faciebat: & tolerabiliorē ꝑpter laudem q̄ erat aſſequutus morte appii. Parce metu: uerba magonis ad fratrem:qbus lætatᷣ ſe īterfeciſſe appiū multi noīs:ut iā non ſit dolendū ſi moriatᷣ uulneratus a tali hoſte: quē iā præmiſerat ad ſtygios lacus:& ē magna laus appii ex ore hoſtis. Metu: dandi caſus eſt & inclinatur metus: metus metu ut dandi caſus non ſuperet caſum gingendi ſic Vir. curruque uolans dat lora ſecundo. aliter ſic inclinabatur nomen huius formæ autore gellio: metus: metuis:metui:& ideo poetæ ātiquitatis ſtudioſi:metu in caſu dādi uruntᷣ. nunc dicimus metui. Maiora: q̄ ſit laus parta quoniā ſtraui appium uirū fortiſſimū Quæ:ſupradicta uulnus. ſ. magonis. Penum:annibalem linquentē pugnā.

Quodcunque ipſa manu geſtabat miſſile quicq̄d
Præbebat tellus ſparſis uix peruia telis.
Iniecit pariter:pluresque in corpore nullo
Aduolat interea fraterni uulneris ira.
Turbatus libyæ ductor uiſoque cruore.
Num lateri cuſpis num toto pondere telum
Sediſſet:fremitque amens ſocioſque rogabat:
Vtque metum læthi procul et leuiora pauore.
Cognouit proprio tectum geſtamine præceps:
Ex aciæ rapit:et tutis a turbine pugnæ
Conſtituit caſtris:medicas hinc ocius artes.
Et ſenioris opem ſinali uocat:ungere uulnus
Herbarum hic ſuccis ferrumque e corpore cantu:
Exigere:et ſomnum toto miſiſſe chelydro
Anteibat cunctos nomenque erat inde per urbes
Perque parethoniæ celebratum littora ſyrtis.
Ipſe olim ātiquo primum garamanticus hāmon
Scire pater dederat ſinalo morſuſque ferarum
Telorumque graues ictus ſedare medendo.
Atque is deinde ſuo moriens celeſtia dona
Monſtrarat nato:natuſque hæredis honori
Tranſmiſit patrias artes:quem deinde ſequutus
Haud leuior fama ſinalus garamantica ſollers
Monſtrata augebat ſtudio multaque uetuſtū
Ammonis comitem numerabat imagine patrē.
Tum proauita ferens leni medicamina dextra
Ocius intortos de more aſtrictus amictus.
Mulcebat lympha purgatū ſanguine uulnus.
At mago exuuias ſecū ceſique uolutans
Hoſtis mente necem:fraternas pectore curas
Pellebat dictis:et caſum laude leuabat.
Parce metu germane meis medicamina nulla
Aduerſis maiora feres: iacet appius haſta
Ad manes pulſus noſtra ſi uita relinquat
Sat nobis actū ē: ſequar hoſtem letus ad ūbras
Quæ dū turbatos auertūt equore campi
Ductores:ualloque tenent ex agmine pœnū
Cedentem conſul tumulo ſpeculatus ab alto.

Atque atram belli caſtris ſe condere nubem.
Turbidus ex templo trepidātes milite mœſto:
Inuadit cuneos:ſubitoque pauore relaxat
Iam rareſcentis acies tum uoce feroci:
Poſcit equum:ac mediæ ruit in certamina uallis.
Sicubi torrentem crepitanti grandine nimbum
Illidit terris molitus iupiter altas
Fulmine nunc alpes:nunc mixta coraunia cœlo
Intremuere ſimul tellus et pontus et ether.
Ipſaque commoto quatiuntur tartara mūdo
Incidit attonitis inopino turbine penis.
Haud ſecus improuiſa lues:gelidusque ſub oſſa.
Peruaſit miſeris conſpecti conſulis horror
It medius ferroque ruens dēſiſſima latum.
Pandit iter:clamor uario diſcrimine uocum.
Fert belli rabiem ad ſuperos et ſydera pulſat.
Ceu pater oceanus cum ſeuior ethere calpen
Herculeam ferit:et exeſa in uiſcera montis:
Contortum pelagus latrantibus ingerit undis.
Dāt gemitum ſcopuli:fractaſque ī rupibus undas
Audit tarteſſos latis diſcrimina terris
Audit non paruo diuiſus gurgite lixus
Ante omnis iaculo tacitas fallente per auras
Occumbit bogus infauſtū qui primus ad amnē:
Ticini rapidam in rutulos contorſerat haſtam.
Ille ſibi longam cloto turbamque nepotum
Crediderat uanis deceptus in alite ſignis:
Sed non augurio parcarum impellere metas
Conceſſum cuiquam:ruit inter tela cruentis:
Suſpiciens oculis cœlum:ſuperoſque repoſcit
Tempora promiſſæ media iam morte ſenectæ.
Nec bagaſo exultare datur:ne impune relictum:
Conſulis ante oculos uictum ſpoliaſſe libonem
Laurigeris decus illud auis uanaque iuuenta
Florebat:ſed maſylus ſucciderat enſis.
Pubeſcente caput mala properoque uirentes
Delerat lœto bellator barbarus annos
Flamminium imploraſſe tamē iā morte ſuprema.
Haud fruſtra fuit auulſa eſt:nam protinus hoſti.
Ore ſimul ceruix:iuu it punire feroci.
Victorem extemplo mōſtratum reddere læthum
Quis deus o muſæ paribus tot funera uerbis
Euoluens tantiſque umbris in carmine digna.

Atram nubem belli: ipſū annibalem qui magnā caliginem hoſtibus offūdebat īſtar nubis. Mœſto milite: propter uulgus magonis. Cuneos: acies penorum. Sic ubi torrentē: flaminiū inopinato irruentem ī hoſtes comparat ioui demittenti ſubitos nimbos: & fulmine decutienti cacumina montium. Molitus: ideſt concutiens & feriens. ceraunia ſunt montes epyri. Tartara: loca inferorum. Pœnis: ipſis hoſtibus. Lues īprouiſa: magnū malū. i. ipſe flaminius qui erat pœnis magna lues: atque pnicies. Ruens denſiſſima: diſſipans confectiſſimas acies: & globos hoſtiles. Ceu pater oceanus clamorē pugnantū comparat mugitui maris cōmoti a uētis: aut īpulſi tridente ipſius neptuni: calpe ut dixi mons eſt ad fretū gaditanum: ubi erāt herculis colūnæ ideo herculeā calpē dicit. Tarteſſus: ē urbs prope fretū ɗ qua ſupra. Diſtermina: ideſt quæ diſterminat & diuidit aphricā ab europa: quoniā fretū gaditanum medium ē īter europā & lybiā. Gurgite: freto gaditano. Lyxus: urbs pr̄ia anthei ad fretum uerſus mauritaniam tarteſſus eſt ī europa. Lyxus in aphrica ſupra dixit rapido mittebat ab æquor̄ lyxus. Bogus: erat augur annibalis q ad ticinū interpretatus eſt auguriū & ueluti ſuadente deo primus in romanos iecit haſtam. Longā cloto: longam uitā quā diſpēſāt parcæ quarum una eſt cloto. In alite: augurio. Parcarum: metas: ideſt extēdere & dilatare terminos fixos a parcis: iō una dicitur atropos quia uerti non pōt: & dicūtur parcæ filiæ neceſſitatis & appellantur fata. Martialis lanificas nulli tres exorare ſorores contigit obſeruant quem ſtatuere diem. Laurigeris auis: ideſt triūphalibus. nam triumphantes lauro coronabanť: quæ ē apollini ſacra celebrat claros natales libonis: & pauorum ſtemmata. hūc interemit bagaſus: ſed ne impune qdem fuit hoc illi relictum. flaminius quippe mortē libonis ulctus eſt. Hoſti: bagaſo. Monſtratū læthum: ideſt mortē quā ipſe bagaſus mōſtrauerat. q caput liboni abſciderat ideo cōſul bagaſo ceruicem ademit: ut ſuo crudeli exēplo puniret. Quis ɗus o muſæ: repetit uotū poeta narraturus tātā ſtragē: & caſū flāinii cōſulis mouetque affectus ipſa ad dubitatōne. Vir. qs cladē illius noctis qs funera fādo explicet aut poſſit lachrimis æquar̄ dolorē.

Crudæ:aſperæ. Alternus hoſtis:nūc romanus:nunc pœnus. Miſcebat campū:deſcribit uaſtitatem corporis quam habebat otrys marmarides. Robur mēbrorum celſius humano: ideſt maius q̄ ſit iuſtum robur hominis.i.qui tranſcēdebat humanā ſtaturam & gigas uidebatur. Viſa mole:magnitudīe corporis. Marmarides: libycus marmaride ut dictū eſt ſūt populi aphricæ. Alas: romanas acies uertebat in fugā. Lati humeri:deſcribit ſtaturā corporis huius hoſtis. Hirta: horrēda & piloſa coma & barba quæ erat longa ut crines. Aſpirare uiro:ideſt ue contra uirū talē nemo audebat. Propiorem martē:cominus cū illo pugnare. Cuiq̄:alicui.i. ab aliquo. Inceſſebat̃:impetebatur ab omnibus. Veſanos uultus: horrendos & furentes. Palantū:romanoꝝ effuſe fugientiū quos otrys inſequebat̃. Lumen toruū:horrēdū oculū. Gortinia harundo: cretenſis ſagitta. nā gortina ſiue cortina eſt urbs cretæ. Fugientis: otrys qui fugiebat ad agmina ſuorum.

Nudas tegmine:ſine lorica & clypeo.

Primū mucronem:primam partē haſtæ. Naſci: extare quoniam apparebat ī pectore. Spiritus:idē aīa ipſius otrys egrediens ꝓpter ſuā magnitudinē perflauit campū tanq̄ uētus mouitque pulucrem:atque in auras diſperſit nubem puluercam:& ſic deſcribit ingētem ſpiritum illius. Nec minor interea:dum flaminius ī plano ſic fulminaret ſycheus nepos annibalis inſequat̃ romanos ꝑ ſaxa & dumos. Rorātes:reſperſos cruore cæſorum. Perculerat:ſtrauerat uulnere muranum qui muſicen adeo callebat ut orphei æmulus uideretur.

Eagrios neruos: lyram qualis uſus eſt orpheus filius eagri regis thraciæ & calliopes muſæ. Pectine: plectro.

Quis lamenta ferat?certantis laude cadendi.
Primæ uos iuuenes mortiſque in lumine crudæ
Facta uirum:et fixis rabiem ſub pectore telis.
Sternitur alternus uaſtis concurſibus hoſtis
Nec ſpoliare uacat:prædæque aduertere mentem.
Vrget amor cædum clauſis dum detinet hoſtem
Fraternum caſtris uulnus funditque ruitque
Nunc iaculis:nunc enſe modo inter milia conſul:
Bellantum conſpectus equo:modo marte feroci.
Ante aquilas et ſigna pedes fluit impia riuis
Sanguineis uallis tumulique et concaua ſaxa
Armorum ſonitus flatuſque imitatur equorum
Miſcebat campum membrorum in prælia portans
Celſius humano robur uiſaque pauentes:
Mole gigantei uertebat corporis alas
Othrys marmarides lati ſuper agmen utrunque
Ingens tollebant humeri caput:hirtaque toru
Frontis cæſaries et crinibus æmula barba
Vmbrabat rictus:ſqualore huic hiſpida diro
Et uilloſa feris horrebant pectora ſetis
Aſpirare uiro propioremque addere martem:
Haud uiſum cuiquam laxo ceu belua campo.
Inceſſebatur cunctis ex agmine telis:
Tandem ueſanos palantum in terga ferenti.
Cum fremitu uultus tacita per nubila penna
Intrauit toruum gortynia lumen arundo:
Auertitque uirum. fugientis ad agmina conſul
Intorquet tergo iaculum:quod tegmine nudas.
Irrumpit coſtas hirtoque a pectore primum
Mucronem oſtentat rapidus conuellere tētat
Qua naſci ferrum fulgenti cuſpide cernit
Donec ambundanter defuſo ſanguine late
Procubuit moriens:et telum uulnere preſſit
Spiritus exundans uicinum puluere moto
Perflauit campum:et nubem diſperſit in auras.
Nec minor interea tumulis ſiluiſque fremebat
Diuerſus mauors:uariaque per ardua pugna:
Et ſaxa et dumi rorantes cæde nitebant:
Exitium trepidis lætique et ſtragis acerbæ:
Cauſa ſicheus erat:murranum ille eminus haſta
Perculerat: quo non alius cum bella ſilerent
Dulcius oeagrios pulſabat pectine neruos.

SLUB Wir führen Wiſſen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Primos montes: ſurrentinos. Sub ipſo letho: in morte Vir. mouēs reminiſcit̃ argos. Aequana fe
licia baccho: æquana ſūt mōtes ſurrētini ubi naſcit̃ uinū quod a ſurrentino ſurrentinū appellarūt:
de quo Ply. Itē ſurrentina in uineis tantū naſcentia conualeſcētibus maxīe ꝓbata ꝓpter tenuitatem
ſalubritatēque. Martialis in diſtichis. Surrentina bibis: nec myrhina picta: nec aurū. Sumes dabūt ca
lices. hæc tibi uina ſuos. Surrentū ē oppidū autore ſtrabone e regione a ſyrenas inſulas ī cāpania hīc
fœlix illa campania inqt Ply. Inde conſurgunt maſſici ſurrentinique montes. Vinū ſurrentinū au/

Occubit ſylua in magna patrioſque ſub ipſo
Queſiuit montes lœto: ac fœlicia baccho.
Equana et zephyro ſurrentum molle ſalubri
Addiderat miſero comitem: pugnæque ferocis:
Gaudebat triſti uictor nouitate ſicheus
Pallantis nam dum ſequitur: peruaſerat altam
In ſyluam: et priſcæ recliuis ab ictibus ulmi.
Terga tuebatur trunco: fruſtraque relictos
Tauranus comites ſuprema uoce ciebat.
Tranſegit iuuenem: ac perfoſſis incita mēbris
Hæſit in oppoſito cuſpis ſidonia ligno
Quid uobis quæ nam ira deum uel mente ſiniſtra.
Quæ ſedit formido uiri? qui marte relicto
Romarum quæſiſtis opem? non equus in arctis
Nimirum rebus ſuaſor metus arguit aſper
Exitus euentu praui conſulta timoris
Annoſa excelſos tēdebat ad æthera ramos.
Eſculus umbroſum magnas ſuper ardua ſyluas
Nubibus inſertans altis caput inſtar aperto
Si ſtaret campo nemoris lateque tenebat
Frondoſi nigram tellurem roboris umbra
Par iuxta quercus longum monita per euum
Vertice canenti proferre ſub aſtra cacumen
Diffuſas patulo laxabat ſtipite frondens.
Vmbrabatque coma ſummi faſtigia montis
Huc ætnea cohors triquetris quam miſerat oris
Rex arechtuſa tuus: defendere neſcia morti:
Dedecus et mentem nimio mutata pauore.

tore ſtrabone cū oībus certabat. Mol/
le ſurrentū: amenū & delectabile allu/
dit ad uinū qd̃ uetuſtatē accipiebat ze/
phyrus ſaluber ē. Inde dictus fauonius
qm̄ ſatis fuerat & aqlo ſaluberrimus oi
um eſt. Auſter uero noxius & peſtilēs: &
quoniā ſurrentū a ſyrenibus nomen ac
cepit quæ ſuauiſſime cantabāt ut fabu/
læ canuut. iō dicit muranū cātilenis &
lyra ualuiſſe ut ad ſyrenaꝝ ſuaues mo/
dos alludat. Miſero: murano. Comi
tē: tauranū quē poſt muranū īterfecit.
Palantes: romanos fugientes. Iuue/
nē: tauranū. Cuſpis ſydonia: haſta ſy/
thei ſydonii affixa ē ligno cui adhære
bat tauranus. Quid uobis quæ nā ira
deū: uerba poetæ accuſantis ignauiā fu
gientiū & querentiū ſalutē non dextra
ut fortes uiros decet ſed ope arboꝝ. Si
niſtra mente: pauida & aliena ab oī pru
dentia & fortitudine. Relicto marte:
pugna in qua ſi non uincitis poteſtis ta/
men honeſte cadere. Non æquus ſua/
ſor: ideſt non bene ſuadet metus ī rerū
difficultate & in aduerſa fortuna quo/
niā ſuadente metu præter decorū fuga
arripit̃: amittit̃que uera fortitudinis la
us. Rex aſſyriorū ut ē apud xenophon/
tem li. iii. adhortās ſuos ad pugnam di/
xit ſtultus ē ſiqs uitæ appetēs ſe fugæ cō
miſerit cū nōſ t ignarus uictoria parari
ſalutē ac mortē fugiētes potius oppete/
re q̄ manētes. Nō æquus: nō bonus qm̄
īpellit hoīes ad turpia: & id qd̃ eſt præ
ter decoꝝ. Arctis rebus: anguſtis & dif
ficilibus in qbus debet oſtēdi fortitudo
iō dixit ſupra explorant aduerſa uiros.
Arguit: ideſt repræhēdit ipſe malus fi
nis ea quæ fiūt cū timore quoniā ea ſua
det timor quæ ſt̃ præter honeſtatē quæ
ē finis cuiuſcūque uirtutis. Aſper exi
tus: durus finis: & inhoneſtus. Conſul
ta: conſilia timoris. Praui: deducentis
homines ad praua quoniā ſuadet fugere qd̃ eſt contra fortitudinē quæ eſt quædā mediocritas circa
difficilia inter metū & audaciā. Annoſa: excelſos deſcribit eſculū cuius opē petierant romani fugiē
tes ſycheū. Inſtar nemoris: ideſt ſimilis nemori. Si ſtaret campo: ideſt ſi fuiſſet in plano propter
amplitudinem ramorum ipſa ſola uideretur nemus. Late: diffuſe & ample. Tenebat: occupa/
bat: ideſt quæ multum telluris occupabat nigra umbra ſui roboris. Nigra: opaca. Canenti: albi/
canti. Laxabat: diffundebat. Huc ethnea cohors: ideſt ſicula ab ethna monte ſiciliæ hos ſiculos
miſerat hyeron rex ſyracuſius ſocius & amicus populi romani ſicilia dicta eſt trinacria: a forma tri/
angulari quam habet lucretius triquetram appellauit. loquēs enim de empedocle ſic ait inſula quē
triquetris terrarū geſſit in oris. Quā fluitat circū magnis anfractibus æquor ioniis glaucis aſpgit li
tus abundis. Triquetris: ſiculis arethuſa eſt fons ortygiæ paruæ inſulæ ante ſyracuſas: ex quo emer/
git alpheus labens ex elide peloponneſi per ſubterraneos meatus: nec miſcetur undis marinis. De/
fendere dedecus: ideſt repellere infamiam & potius mori q̄ turpiter fugere. defendere in hac ſignifi
catione ſignificat auertere & depellere. Vir. ſolſtitiū pecori defendite: Oratius iſermonibus & toga
quæ defendere frigus q̄uis craſſa queat &. Qu. claudius autore gellio a pinis hoſtes defendebāt facil
lime: defendere igitur dedecus morti eſt honeſte mori. hi ſiculi morituri erāt ſed neſciebāt honeſte

ac fortiter mori in acie. ſ. & pugna ſed ignaua morte abſumpti ſunt cum in arborem ſe recepiſſent. Nimio pauore: qui mouet mentem e loco ſuo & efficit ut hõ decori ſeruandi obliuiſcat᷑. unde dixit ennius pauor ſapiam omnẽ ex aĩo meo expectorat. Tulit ſeſe huc: in hãc arborẽ. Ima peſte: idẽ reſcindere quercũ ab imo. nam quercum ſecuri deiecit quod poeta oſtendit dicẽs corripit bipẽnem mutatus tela. i. cum tela mutaſſet: depoſuit clypeũ & haſtã ſumpſitque ſecurim. Conſumere: ſiculos ima ruina & calamitate deiiciendo quercũ. Fluctuat: agitat᷑. Ceu zephyrus: nutantes & fluctuantes ſiculos in cacumine arboris cõparat aui quæ reſidẽs in ſũmitate arboꝝ a uẽtis una cũ nido agitat᷑. Flamine: flatu. Inhoſpita: quæ malum præbuit hoſpitiũ ſiculis. Eliſit: cõpræſſit & atriuit membra uiroꝝ ſua ruina

Inde aliæ cladũ facies: nunc dicit de eſculo incẽſa. Cõtermina: uicina quercui ubi fuit cædes & ruina ſiculorum.

Gliſcens: creſcens. Verticibus ſæuis: flãmarum ſũmitate. Vulcanus: incendiũ. Conſul: flaminius ruebat ut ignominiã ſuorũ ulciſceret᷑ morte ſychei q primus torſit telum in conſulẽ: & cum nihil proficeret interfectus ẽ. Iuuenis: ſycheus. Euentu: aliquo ſucceſſu pugnæ & uictoriæ q̃ ſperabat. Cui: flaminio. In ora æris: idẽ extremitate clypei arati. Oppoſitas crates: arma & cætera corpis muimẽtaq̃ crates cõſul noluit haſtã iacere ĩ ſycheũ ne fruſtraret᷑ ſed cominus enſe iteremit. Cõcreder᷑: cõmitter᷑ fortunã: & euẽtũ ictus haſtæ.

Haurit: pforat. Crudæ parmæ: aſpi ſcuti ac duri. Frigore ſtygio: ideſt morte. Longo ſõno: morte. Atque ea dũ uariis: dũ talia agerent᷑ a flaminio & hoſtibus annibal: & mago redierũt ad pugnam. Alternat: uiciſſim facit. nã ceciderãt ſiculi: ceciderat ẽt ſycheus. Auebant: optabãt. Reponere: reſtituere & reſarcire id qđ pp uulnus magonis ceſſando a pugna intermiſerãt. Virum: uiroꝝ. i. cæde hoſtili. Pẽſare: repẽder᷑ tpus ceſſatũ multa cæde romanorum.

Certatim ſeſe tulit aſcendenſque uiciſſim
Preſſit nutantes incerto pondere ramos
Moxque alius ſuper atque alius conſiſtere tuto.
Dum certant: pars excuſſi nam fragmine putri
Ramorum et ſenio malefida fefellerat arbor
Pars trepidi celſo inter tela cacumine pendent
Turbatos ima properans conſumere peſte
Corripit æratam iamdudum ĩ colla bipennem
Depoſito clypeo mutatus tela ſicheus.
Incumbunt ſociæ dextræ: magnoque fragore:
Pulſa gemit crebris ſuccumbens ictibus arbos
Fluctuat infœlix concuſſo ſtipite turba.
Ceu zephyrus quatit antiquos ubi flamine lucos
Fronde ſuper tremuli uix tota cacuminis hærens:
Luctatur nido pariter luctante uolucris.
Procubuit tandem multa deuicta ſecuri
Suffugium infœlix miſeris et inhoſpita quercus
Eliſitque uiros ſpatioſa magna ruina.
Inde aliæ cladum facies contermina cedis
Collucet: rapidoque inuoluitur eſculus igni
Iamque inter frondes arenti robore gliſcens
Verticibus ſeuis torquet uulcanus anhelos.
Cum feruore globos flammarum et lumĩa torret.
Nec tela interea ceſſant ſemiuſta gementum
Atque amplexa cadunt ardentes corpora ramos
Hæc inter miſeranda uirum certamina conſul
Ecce aderat uoluens iram exitumque ſycheo
At iuuenis ſubito tantæ diſcrimine pugnæ:
Occupat euentu telo temptare priorem
Cui medio leuiter clypeo ſtetit aeris in ora.
Cuſpis et oppoſitas uetita eſt tranſmittere crates
Sed non et conſul miſſo concredere telo
Fortunam optare cedis parat ac latus enſe.
Haurit nec crudæ tardarunt tegmina parmæ
Labitur infœlix atque oppetit ore cruento
Tellurem expirans tum diffundente per artus
Frigore ſe ſtygio manantem in uiſcera mortem
Accipit: et longo componit lumina ſomno.
Atque ea dum uariis permixtus triſtia mauors:
Caſibus alternat: iam caſtris mago relictis
Iam libyæ ductor properantia ſigna citato:
Raptabat curſu et ceſſata reponere auebant
Tempora cede uirum: ac multo penſare cruore

It globus intorquens nigranti turbine nubem
Pulueris:et ſurgit ſublatis campus harenis:
Quaque ferens greſſum flectit ueſtigia ductor
Vndanti circum tempeſtas acta procella:
Voluitur:atque altos operit caligine montis
Occubuere femur fontanus:buca canorum
Tranſfixi guttur:preſſoque e uulnere cuſpis:
Proſpexit terga:hunc triſtes miſere fregellæ
Multiplicem proauis hunc mater anagnia fleuit.
Haud diſpar fortuna tibi leunie ſed auſo
Non eadem neque enim tyrio concurrere regi
Temptas:ſed lectus par ad certamen hiremon
Autololum moderator erat:quem poplite ceſo
Dum ſpoliat:grauis immiti cum turbine coſtas
Fraxinus irrumpit:collapſaque membra ſub ictu:
Hoſte ſuper fuſo ſubita cecidere ruina
Nec ſidicina cohors deſit uiridaſius armat.
Mille uiros:nulli melius uel ponere caſtra
Vel iunxiſſe ratem:duroque reſoluere muros.
Ariete:et in turrim ſubitos immitere pontes
Quem poſtq̄ libyæ ductor uirtute feroci:
Exultare uidet:nāque illi uulnere præceps.
Terga dabat leuibus diffiſus auraricus armis:
Acrius hoc pulchro mauorte accenſus in iram.
Et dignum ſeſe ratus in certamine ſeuo
Cominus ire uiro referenti e corpore telum
Aduolat:et fodiens pectus laudande labc rum
Quiſquis es:haud alia decuit te occumbere dextra
Ad manes leti perfer decus itala gentis
Ni tibi origo foret uita donatus abires
Hinc fadum petit:et ueterem bellare labicum
Cui ſiculis quondam terris congreſſus amilcar
Clarum ſpectato dederat certamine nomen
Immemor annorum ſeniumque oblitus in arma
Ille quidem cruda mente et uiridiſſimus iræ
Ibat:ſed uani frigentem ī marte ſenectam
Prodebant ictus ſtipula crepitabat inani
Ignis iners craſſamque dabat ſine robore flāmā
Quem poſtq̄ accepit patrio monſtrante ſuperbus
Armigero penum ductor certamina primæ
Hic lue nunc inquit pugnæ te notus amilcar
Hac trahit ad manes dextra:tum librat ab aure
Intorquens iaculum et uerſantem in uulnere ſeſe

It globus:deſcribit annibalis aciem ꝓperanté ad pugnam:& ornat ipſū ducē poeta ne ab ignauo imperatore romanī uiderentur uicti. Buca:eſt oppidū cāpaniæ a quo nomen hoc finxit poeta q̄uis dicat ipſū fuiſſe fregellanū quoniā fregellæ non multum diſtāt a buca. Multiplicē ꝓauis: habentem claros natales:& auos multi & alti nominis Anania eſt urbs ꝓpe ferentinū caput quōdā hernicorū. Non eadē:quæ buca & fontanus qui appetebant annibalem a quo cæſi ſunt. Regi:annibali nolebas inqt o leuine pugnare cū annibale ſed elegiſti hiremonē tibi parem. hiremon autē erat ductor autololū. Fraxinus:haſta fraxinea ipſius annibalis. Sidicina cohors:ſidicini populi cāpaniæ ubi nunc eſt theanū quod quondā theanum ſidicinum uocabatur.uiriaſius erat ductor ſidicinorum. Auraricus:erat penus q fugiebat uiriaſium. Referēti: uiriaſio qui educebat telū e corpore rauraci a ſe cæſi. Landande laborum: uerba annibalis in laudē uiriaſi quem interemit.
Haud alia dextra: q̄ mea quoniā eras uir fortis & ſtrenuus. Decus læthi: glorioſam mortē quoniam cadis manu annibalis. Ad manes:ad inferos. Labicum:erat oppidū ꝓpe romam uia præneſtina:unde hoc nomen finxit.hic labicus primo bello punico ſingulari certamine pugnauerat cū amilcare: in cuius ulctionē annibal eum nunc mactauit. Oblitus ſenium: quoniam erat ſenio confectus animo tantū uiridis: ſed uiribus corporis frigebat ī martē. Cruda:forti & audaci. Vani: minime nocentes hoſti Prodebant:decipiebant: quoniam nō nocebant cum eſſent ſine uiribus. Inani ſtipula:tranſlatio eſt ab igne debili q deficiente nutrimento ſtatim extinguit.hic labicus uerbis tantū iam ualebat corpore effecto: & exhauſto tot laboribus ac ſenio. Prīo: q fuerat armiger amilcaris prīs & cognoſcebat labicum oſtēditque annibali. Certamina primæ:uerba annibalis ad labicum:ſenſus eſt patere nunc pœnā certaminis tui cū prē amilcare in prīo bello punico. Lue:ſolue certamina ideſt da pœnā quia auſus fuiſti cū prē cōgredi.

Præſago luctu:quia ex luctu eoꝝ qui
portabāt ſycheū annibal præſagiuit ali
quod malum. Qui nam inqt dolor:
uerba annibalis ad ſocios referentes ſy-
cheum mortuū. Properato funere: ce
leri morte. Autor: ipſe flaminius.
Mœrentibus:ab his qui retulerāt ſyche
um cum lachrymis. Cerno ait:laudat
morté ſychei ānibal qui uulnus ī pecto
re exceperat a flaminio illatum ſic facit
æneas de pallante cæſo a turno. Cuſpi
dis iliacæ:haſtæ romanæ. Seroque em
ptum:ideſt roma uolet ſed fruſtra poſ-
ſe magno prætio emere nō fuiſſe uiola-
tum corpus ſychei qppe multos in illi-
us ulctionem mactabo. Vt multo ac-
cenſis:annibalem ira æſtuantē compa-
rat aquæ frigidæ & incluſæ ī uaſe æneo
ſubdita flamma. Exuberat: æſtuat e-
bullit:et habundat. Aeno:uaſe æneo
calefacto ſubdita flāma. Cū ſubditus
per ſaxa fragor:deſcribit motū terræ q
fuit tunc cū ad traſimenū pugnatum ē
qué romani non ſenſere aut non cura-
uerunt ꝓpter ardoré animoꝝ quo ī ho-
ſtes ferebant.meminer huius rei liuius
& Ply.& ante hos fabius annalium ſcri-
ptor qué liuius ſequutus eſt cauſa terre
motus uenti ſunt incluſi in uiſceribus
terræ. Tantus fuit ardor aīorum inqt
liuius adeo intentus pugnæ animus ut
cum terremotus q multarum urbiū ita
liæ magnas partes ꝓſtrauit auertitque
curſu rapido amnes fluminibus mare ī
uexit montes lapſu ingenti ꝓruit nemo
pugnantiū ſenſerit tres fermе horas pu
gnatum eſt & ubique atrociter. Diſſili
ens: diuidés ſeſe. Faucibus patulis:ma
gno apertoque hiatu. Antiquū diem:
lucē quā quōdā habuerūt. Lacus ater:
īfectus tabo. Sede auita: ꝓprio ſtagno.

T rānſigit extracta fedauit cuſpide ſanguis.
C aniciem:et longos finiuit morte labores.
N ec minus herminium primis obtruncat ī armis
A ſſuetum thraſimene tuos prædantibus hamis
E xaurire lacus patriæque alimenta ſenectæ
D ucere ſuſpenſo per ſtagna latentia lino.
I nterea exanimē mœſti ſuper arma ſicheum.
P ortabant peni:corpuſque in caſtra ferebant.
Q uos ubi conſpexit triſti clamore ruentis
D uctor præſago percuſſus pectora luctu
Q ui nam īquit dolor o ſocii:quæ ue cura deorum.
E ripuit nobis: nū te dulcedine laudis
F lagrantem:et nimio primi mauortis amore.
A tra ſicheæ dies properato funere carpſit?
A tque dato gemitu lachrymæ aſſenſere ferentum
E t dictus pariter cedis merentibus autor
C erno ait aduerſo pulchrum ſub pectore uulnus
C uſpidis iliacæ:dignus carthagine dignus
H aſdrubale ad manes ibis nec te optima mater
D iſſimilem lugebit auis ſtygia ue ſub umbra
D egenerem cernens noſter uitabit amilcar.
A t mihi flaminius tam mœſti cauſa doloris
M orte ſua minuet luctus:hæc pompa ſequetur
E xequias: ſeroque emptum uolet impia roma
N on uiolaſſe mei corpus mucrone ſichei
S ic memorans torquet fumantem ex ore uaporē:
I raque anhelatum perturbat pectore murmur:
V t multo accenſis feruore exhuberat undis
C lauſus ubi exuſto liquor indignatur aheno
T um præceps ruit in medium celumque fatigat
F laminium inceſſens:nec dicto ſegnius ille
B ella capeſſebat propiorque inſurgere mauors
C epœrat:et campo iunctus iam ſtabat uterque
C um ſubitus per ſaxa fragor motique repente
H orrendum colles et ſumma cacumina totis
I ntremuere iugis: nutant ī uertice ſiluæ
P inifero fracta quæque ruunt ſuper agmīa rupes.
I mmugit penitus conuulſis una cauernis
D iſſiliens tellus: nec paruos rumpit hiatus
A tque umbras late ſtygias immenſa uorago.
F aucibus oſtendit patulis maneſque profundi
A ntiquum expauere diem:lacus ater in altos
S ublatus montis et cede excuſſus auita

Tyrrhenas: hetruſcas ſpargẽdo ſuas aq̃s. Reflui: retrofluentes ad ſuos fontes. Fluctus. ipſorum fluminũ: quæ in mare emittunt. Tamen: quis omnia motu terræ quaterent. Vecordia belli: inſania & furor bellandi: Titubante: mouẽte ſeſe & agitata terra. Subducta: ſubtracta ipſis pedibus: ut ẽ in motu terræ. Daunia pubes: romana a dauno rege ardeatiũ. Illata ſtagnis: nã ut ait Liuius pars magna: ubi locus fugæ deerat per prima uada paludis in aquã ꝓgeſſi: quoad capitibus: hũeriſque extare poſſent ſeſe immergunt, fuere quos inconſultus pauor nandi etiã capeſſere fugam impulerit.

Lauit tyrrhenas ignota aſpergine ſiluas
Ianque eadẽ populos magnorũque oppida regũ
Tempeſtas: et dira lues ſtrauitque: tulitque:
Ac ſuper hæc reflui pugnarunt montibus amnes:
Et retro fluctus torſit mare monte relicto
Appenninicolæ fugere ad littora fauni
Pugnabat tamen heu belli uecordia miles
Iactatus titubante ſolo: tremebũdaque tela
Subducta tellure ruens torquebat in hoſtem
Donec pulſa uagos curſus ad littora uertit
Mentis inops: ſtagniſque latebat daunia pubes
Quis conſul terga increpitans: nam turbine motæ
Ablatis terræ inciderat: quid deinde quid oro
Reſtat io profugis? uos en ad mœnia romæ
Ducitis annibalẽ uos in tarpeia tonantis
Tecta faces ferrumque datis: ſta miles et acris
Diſce ex me pugnas: uel ſi pugnare negatum
Diſce mori: dabit exemplum non uile futuris
Flaminius ne terga libys: ne cantaber unquã
Conſulis aſpiciat: ſolus ſi tanta libido
Eſt uobis rabieſque fugæ tela omnia ſolus
Pectore conſumo: et moriens fugiẽte per auras
Hac anima ueſtras reuocabo ad prælia dextras
Dũque ea cõmẽorat: dẽſoſque obit obuius hoſtis:
Aduolat ora fretus mentemque ducarius acri
Nomen erat gentile uiro: fuſiſque cateruis
Boiorum quondam patriis antiqua gerebat
Vulnera: barbaricæ mẽtis noſcenſque ſuperbi
Victoris uultus: tu ne inquit maximus ille
Boiorum terror: libet hoc cognoſcere telo
Corporis an tanti manet de uulnere ſanguis
Nec uos pœniteat populares fortibus umbris
Hoc mactare caput: noſtros hic curribus egit
Inſiſtens uictos alta ad capitolia patres.
Vltrix hora uocat: pariter tunc undique fuſis
Obruitur telis nimboque ruente per auras
Contectus nulli dextra iactare reliquit

Quis: quibus. Inciderat. i. ipſe Flaminius caſu quodã iuciderat in ipſos fugientes & conſternatos aĩo ꝓpter motum terræ. Ablatis: quos terruerat: ſibique ipſis abſtulerat motus terræ. ordo ẽ: qs ablatis turbine motus terræ ĩciderat cõſul increpitans terga quæ hoſti iã uerterant milites fugiẽtes ad lacum. Quid deinde: qd oro: uerba Flaminii increpantis ſuos fugientes. Quid reſtat: q̃ſi di. nil reſtat nobis uictis. & arguit ſuos timiditatis: eoſque hortaẽ ad pugnam ſuo exẽplo: & ad mortẽ honeſtam: ſi uĩcer̃ negatũ ẽ. Futuris: poſteritati & nepotibus. Aduolat ducarius ferus ora: circa conſulẽ inquit Liuius acrior: infeſtiorque pugna erat: eũ & robora uiroꝝ ſequebanẽ: & ipſe quacũque in ꝑte premi ad laborẽ ſenſerat ſuos impigre ferebat opẽ inſigniſque armis & hoſtẽ ſumma ui petebat & tuebatur ſuos ciues: donec inſuper eques: cui ducario nomẽ erat: faciemque noſcitãs conſul inq̃t hic ẽ popularibus ſuis qui legiones nr̃as cecidit: agroſque & urbẽ depopulatus ẽ. Iã ego hanc uictimã manibus peremptoꝝ ſede ciuium dabo: ſubditiſque calcaribus equo per confertiſſimã hoſtiũ turbam impetũ facit: obtruncatoque prius armigero: q ſe infeſto uenĩeti obiecerat conſulem lancea tranſfixit. ſpoliare cupiẽtem triarii obiectis ſcutis arcuere. Syllius. autẽ propenſus in laudẽ ſuorũ canit Flaminiũ obrutũ multitudine telorũ. quippe indecorum uidebaẽ tantũ uirum cecidiſſe manu unius eq̃tis. Ferus ora mentemque: ideſt præſe ferens crudelitatem: & mente etiam ferus. Nomen gentile: quoniam eius maiores ducarii appellati ſunt. Vulnera barbaricæ mentis: dolorem quẽ conceperat tempore quo Flaminius boios attriuit. Tu ne inquit: uerba ducarii ad Flaminium: quibus ironia quadã conſulem deridet: placet inquit expiri hoc telo an ex uulnere tui corporis ſanguis fluat: ut fluxit ex uulneribus boiorum: quos uiciſti. Nec uos peniteat: uertit ſermonem ad ſuos populares ducarius quos ad cædẽ conſulis hortatur: cũ ipſe ſolus non auderet: hoc cãit poeta in laudem conſulis. Nec pœniteat: non parum uideatur mactare Flaminium in ulctionem noſtrorum: & inferias.
Fortibus umbris: animabus illorum qui ceciderunt in bello contra Flaminium. Nimbo: multitudĩe telorũ.

Cecidiſſe dextra ſua:imitatio ē Virgilii:qui idē de æneа uulnerato canit:cū ſagittam crure exce‑piſſet.cæſo autē Flaminio oēs fugere & primores iuuenum iam inſenſi ſuperis & dextris:qa non po‑terant amplius pugnare:cū Annibalē uictorē cernere peius eē arbitrarenť: & grauius ipſa morte oēs ſe ſtrauerūt ſuper Flaminiū quē ſuis cadaueribus tanq̄ tumulo quodā ꝓtegētes tumulauerūt in hac pugna.xv.milia romanoꝝ cæſa ſunt.corpus Flaminii inuentū non fuit ab Annibale cū magna cura funeris cā inqri iuſſiſſet.hæc ē nobilis ad Traſimenū pngna;atque intra paucas mēorata po.ro.cla‑des annibal poſt uictoriā comitāte fra‑tre magone cæſos contēplatus ē: & mor‑tes romanorū laudauit:ut canit poeta.

Primores:primi ad ſubeūda pericula belli ac pugnæ. Pœnus:ānibal. Quas mortes inqt:uerba annibalis laudantis decorā mortē romanoꝝ. Quas.q̄ fortes & decoras. Quæ uulnera: excepta in pectoribus.ſ.ut decebat romanos milites:& a marte oriūdos. Premit:ſtringit & retiet. Hos obitus:tā claras mortes:nam circa hoc genus mortis fortitudo laudať. Et uereor: uaticinať:ſiue ominať annibal romanis imperiū totius orbis,cū Roma tā claros:fortes:& magnanimos uiros procrearet.& his dictis nox īfuſa finē cædibus impoſuit.

F laminium cecidiſſe ſua:nec pugna perempto
V lterior ductore fuit:nanque agmine denſo
P rimores iuuenum ſæua ad diſcrimina martis
I nſenſi ſuperis:dextriſque et cernere pœnum
V ictorem plus morte rati:ſuper otius omnes
M embra ducis:ſtratoſque artus certamine magno
T elaque corporaque:et non fauſto marte cruētas
I niecere manus:ſic denſi cædis aceruo
C eu tumulo texere uirum:tū ſtrage per undas
P er ſiluas ſparſa:perque altā ſanguine uallem
I n medias fratre inuectus comitante cateruas
C æſorum iuuenū pœnus:quæ uulnera cernis
Q uas mortes inquit: premit omnis dextera ferrū?
A rmatuſque iacet ſeruans certamina miles
H os en hos obitus noſtræ ſpectate cohortes
F ronte minæ durant :et ſtant in uultibus iræ.
E t uereor ne quæ tanta creat indole tellus
M agnanimos fœcunda uiros hinc fata dicarint
I mperium atque ipſis deuincat cladibus orbē
S ic fatus ceſſit nocti locumque dedere
C ædibus infuſæ ſubducto ſole tenebræ.

PETRI Marſi interpretatio in.vi.uolumen Syllii Italici.

IAm tarteſſiaco quos ſoluerat æquore titan:Poſt infœlicē pugnā ad Traſimenū romāi quibus belli fortuna pepercerat:fuga hinc īde ſalutē ꝑ uarios ſiluarū anfractus ſibi compantes Romā peruenerūt Luctūque matronis renouauere. Seranus filius.M.Attilii Reguli ſaucius: ſoluſque caſu diuertiť ad Marum comitē quondā pr̄is ſui habitantē in agro peruſino:a quo ſumma caritate ſuſceptus & curatus ē.Romāque reductus poeta nactus oportunitatē introducit Maꝝ narrantē partē primi belli punici: & Reguli ſuppliciū ānibal iterea mouit a Traſimeno:& agrū picenū depopulatus in cāpaniā peruenit:& apud Linternū picturā primi belli punici magna aī moleſtia conſpexit.Iuſſitque porticū illā ſolo æq̄ri:qđ fingit poeta. Tarteſſiaco: deſcribit principiū diei q primus illuxit poſt ſtragē. Tarteſſiaco:hiſpāo:& iberico:ubi ē tarteſſus: ubi phœbus emēſus cœlū diurno curſu uideť ſoluere equos ſuos:& refouere;ideo ait:diffuſus in noctē.Inde rediēs ſub terra emergit in orientē:ubi uideť iteꝝ iūgere equos ad currū ut itereť curſus. Eois:oriētalibus.i.iā erat dies. Nouo phœtōte:primo ſolis ſplēdoř phœtontē ꝑ ſole ponit.& ſtella iouis phœton dř. Retecti:illuſtrati. Seres populi oriētis q ab occaſu hēnt ſcythiā: ab ortu & ſeptētrione terrā īcognitā a meridie īdos: iuxta gangem hēnt arbores ferentes lanuginē quā perfuſa aq̄ depectūt:ea fila quondā Romā allata rurſus a matronis diſponebantur:& texebantur:fiebantque inde ueſtes tenuiſſimæ quibus matronæ in foro pellucebant:ut auctor eſt Ply.Seres mites quidē ſunt:ſed & ipſis feris perſimiles:cœtum reliquorū mortaliū fugiūt.Virg.Velleraque ut foliis depectāt tenuia ſeres.ideo ait lāigeris lucis. Soluerat:ī fine iā diei. Diffuſus ī noctē:ī occaſu. Iūgebat:admōebat oriēti & ad currū. Inſāi mauor.furētis pugnæ

IAm tarteſſiaco quos ſoluerat
æquore titan
In noctem diffuſus equos
iungebat eois
L ittoribus:primique nouo phœtonte retecti
S eres lanigeris repetebant uellera ſuccis.
E t fœda ante oculos ſtrages propiuſque patebat.
I nſani mauortis opus:ſimul arma uirique
A c mixtus ſonipes dextræque in uulnere cæſi
H ærentes haſtis paſſim clypeique tubæque:
A tque artus trunci capitū:fractuſque iacebat

Orbata tumulis:iſepulta. Nec tamen aduerſis:q̄ſi dicat:q̄uis romani ea clade affecti eēnt: tamē habebāt priſtinā uirtutē:quæ in aduerſis cognoſcit̄:& hoc dicit maxīe ꝓpter hunc Bruttiū: qui occulerat uexillū:ne in maūs uēiret hoſtiles:& illico expirauit:Bruttius hoc erat Volſcus:Volſci ſūt populi latini:quorū caput ē priuernū de bruttitiis populis dicet̄ loco ſuo. Non æquū martē: iiquā pugnā & aduerſā romanis. Neruis inter labentibus:ſoli nerui retinebant artus: cū caro eſſet abſciſa:& oſſa fracta:colliſaque. Tenuis opū:pauper nec hēbat claros natales:nec erat eloquens:ſed clarus ī re militari: & ī bello contra boios ſpectatus a Flaminio donatus fuit cura uexilli. Redemit plus æui: ideſt nēo plus laudis comparauit ſibi & nōis uirtute bellica:q̄ erat adeptus gloriā īmortalem:ille redimit multū æui: q rebus geſtis memoriā ſui in longū æuū extendit:cū diu uiuere hoībus non concedatur. Nec magnanima gena puer.i.ipſe magnanimus: cū pubeſceret noluit abdere ſeſe caſtris: ſed prodire in aciē: & puluerē bellicū. Acri: forti. Spectatus:cognitus ꝑ uiro fortiſſimo. Arma celtica:cū uicit boios gentē gallicā: quæ & celtica appellat̄. Diuis melioribus: quia tunc fauebant Flaminio. Nunc autem aduerſi fuerant. Sacræ alitis aq̄læ:ideſt uexilli in quo erat effigies aq̄læ: & id inſigne præcedebat legiones: ſequebant̄ autē lupi:equi:apri: mīotauri.& hæc ſigna pilis affixa erant. Subſidere:inclīari fata romanorū militū: & uinci.& iā non poſſet pœnos ab aq̄la ꝓhibere uiribus affectis abſconder̄ tentauit:& ſubito uulneratus ſtrauit ſe ſuper aquilā. Illecta morte:ſimulata: & ficta:nā uidebat̄ mortuus. inde cū illuxiſſet aquilā terræ mandauit ab illiciēdo illectus.illicere eſt in fraudem deducere ac decipere:inde mors illecta:ſimulata & ficta. Facilem diſcedere: ideſt quæ facile fodiebatur propter teporem ſanguinis & ipſas harenas: quæ facile diſcedunt:ideſt aperiuntur.ideo dixit æquas harenas. Iuxta cernere erat:nunc deſcribit Leuinum priuernatem centurionem: qui hoſtis ora corroſerat:ut fecit Tydeus Menalippo a quo fuerat uulneratus in bello thebano honore latiæ uitis: ideſt qui erat cēturio: qui habebat uitem pro inſigni apud romanos. Vnde Plynius: Centurionum in manu uitis. Et Lucanus: longo latiā gerit ordine uitem. Martialis: Vare parethonias latia modo uite per urbes. Et Iuuenalis cum uellet oſtendere Mariū fabrum caſtrenſem ſub Centurione dicit: Nodoſam poſt hæc frangebat uertice uitē:Si lētus pigra mūiret caſtra dolabra. Priuerno:oppido uolſcoꝝ. Ipſe:leuius. In arctis:rꝫ difficultatibus.

Oſſibus in duris enſis:nec cernere deerat
Fruſtra ſeminecum quærentia lumina cœlum
Tum ſpumans ſanie lacus et fluitantia ſummo
Aeternum tumulis orbata cadauera ponto
Nec tamen aduerſis fuerat fracta itala uirtus
Bruttius ingenti miſerandæ cædis aceruo
Non equum oſtentans confoſſo corpore martem:
Extulerat uix triſte caput:truncoſque trahebat
Per ſtragem neruis interlabētibus artus
Tenuis opum:non patre nitēs:linguaue:ſed aſper
Enſe nec e uolſca quiſquā uir gēte redemit
Plus æui:nec magnanima puer abdere ſeſe
Pubeſcente gena caſtris optarat:et acer
Flaminio ſpectatus erat:cum celtica uictor
Obrueret bello diuis melioribus arma
Inde honor ac ſacræ cuſtodia marte ſub omni
Alitis hinc cauſam nutriuit gloria lœti
Nanque necis certus captæ prohibere nequiret
Cum pœnos aquilæ poſtquam ſubſidere fata
Viderat:et magna pugnam inclinare ruina
Occulere interdū:et terræ mandare parabat.
Sed ſubitis uictus telis labētia membra
Proſtrauit ſuper atque illecta morte tegebat.
Verū ubi lux nocte e ſtygia miſeroque ſopore
Reddita uicini de ſtrage cadaueris haſta
Eſtigitur ſoloque ingens conamine late
Stagnantem cæde:et facilem diſcedere terram
Enſe fodit:clauſamque aquilæ iſœlicis adorās
Effigiem palmis languentibus æquat harenas.
Supremus feſſi tenuis tum ceſſit in auras
Halitus:et magnam miſit ſub tartara mētem
Iuxta cernere erat merito ſibi poſcere carmen.
Virtutis ſacram rabiem leuinus ab alto
Priuerno uitis latiæ perſignis honore
Exanimum naſamona tyren ſuper ipſe iacebat
Exanimis:non haſta uiro:non enſis in arctis
Abſtulerat fors arma:tamen certamine nudo
Inuenit marti telum dolor ore cruento

Hiatus:os Lauini. Saucia turba:quoniā decē milia diuerſis itineribus euaſerunt. Ablati: erepti hoſtibus clam. Metant̄:luſtrāt & perābulant.metari ē metas:ideſt terminos conſtituere: ſiue aliq̄d locare ad metā:inde dicimus metari caſtra:aſſignare cuique locū caſtroꝝ: & ponere metā: & metari agros idē eſt ꝙ menſurare:& peragrare. Solos:deſertos & ſine colonis:nā fugiebāt per ſiluas. Agit annibal:ideſt uidebat̄ iſtis fugiētibus:ꝙ annibal aut mago eos inſequeret̄: haſtaque urgeret:ac pre‐meret. Seranus clarū nomen:Seranus hic filius erat.M.Attilii Reguli clari ꝓpter fidē hoſtibus ſer‐uatam in prīo bello punico. Regule: appoſitiue clarū nomē uulneratus ad traſimenū ſeranus fugiens per arua pu‐ſina:caſu quodā uēit noctu domū ma‐ri q fuerat Reguli comes ī prīo bello pu‐nico:q uicem ſerani indoluit:& uulne‐ribus mederi non ceſſauit: cuius rei pe‐ritus erat:cū diu uerſatus eſſet in bello ubi chyrurgia exercebat̄:ut dictum eſt.

Qui:tu o Regule. Gliſcēte: creſcen‐te. Primo flore:adoleſcētia & prīa iu‐uenta. Patriis auſpiciis: ideſt infœlici‐tate pr̄na:quoniā militia utrique male ceſſerat:ea igit̄ infœlicitate ſeranus in‐greſſus erat ſecundū bellū punicū:qua pater ingreſſus fuerat primū. Miſerā parentē:matrē noīe Martiā. Triſti ſor‐te:quoniā erat uulneratus:nec habebat aliquē q ferret opē uulneribus:ſed ha‐ſta ſuſtinens greſſus ibat in arua peru‐ſina. Peruſia uero diſtat a Traſimeno xii.milibus paſſuum. Hic:in aruis pe‐ruſinis. Quæcunque fata: ſiue īde ex‐pectaret auxiliū:ſiue mortē: q̄ſi dicat: pulſauit fores non curans:etiā ſi īde ho‐ſtis erūperet:& ſe uulneratū penitus cō‐ficeret.Quippe iā deſperauerat aggra‐uante uulnere. Non tarda: quoniam erat īduſtrius ſenex:& hēbat corpus ro‐buſtū q̄uis eſſet ſenex.in iuuenta enim tēperate uixerat: & non effœminaue‐rat corpus:nā intemperantia tradit cor‐pus effœtū ſenectuti. ideo Ply. lib.iii. epiſtolaꝝ loquens de frugalitate ac tem‐perātia Spurinnæ ait inde illi poſt.vii. & lxx.annū auriū oculorūque uigor ī‐teger:inde agile ac uiuidū corpus:ſola‐que ex ſenectute prudētia. Haud ſur‐da fama:ideſt celebri & memoranda. Paupere ueſte:quoniā marus erat frugi & parcus.ut decebat bonū uirū: & uete‐ranū militē.& ſic ueſtis erat pauper: q̄ prætendebat lumina: Nā ueſte lumina tegebat:ne extīguerent̄:ut fit. Aegꝝ: uulneratū ſeranū. Fulctum lapſantis greſſus:qui ſuſtinebat ſuos greſſus labē‐tes propter dolorē trunca haſta fulcire ſuſtinere eſt: inde fulcra dicunt̄ pedes lecti:quia ſuſtinent. & quicquid ſuſtiet aliquid poteſt appellari fulcrum. Iā ſaucius aures rumore: qui iam audie‐rat romāos eē ſuperatos ad traſimenū

Quod ſcelus:uerba mari ad ſeranū q‐bus de ſua infœlicitate qui diu uiuēdo has infœlicitates uidebat. Vnde dicit Iuuenalis hanc pœnam eſſe datam diu uiuentibus:ut nigra in ueſte ſeneſcant:& domus aliqua noua clade afficiatur.ego inquit genitus ſum ad nimium atque ni‐miū perferēda incommoda uitæ. Te maxime ductorū:regule q oīs ductores tua uirtute ſupabas:

P gnatum:ferrique uicem dens præbuit iræ.
I am laceræ nares:fœdataque lumina morſu.
I am truncum raptis caput auribus ipſaque diris:
F rons depaſta modis:et ſanguine abundat hiatus:
N ec ſaties donec mandentia linqueret ora
S piritus:et plenos rictus mors atra teneret:
T alia dum præbet triſtis miracula uirtus:
D iuerſo interea fugientes ſaucia turba
I actantur caſu:ſiluiſque per auia cæcis.
A blati furtim multo cum uulnere ſolos
P er noctem metantur agros: ſonus omnis et aura
E xterrent pennaque leui commota uolucris.
N on ſopor aut menti requies agit aſper acerba
N unc mago attonitos:nūc arduus ānibal haſta
S eranus clarum nomen tua regule proles:
Q ui longum ſemper fama gliſcēte per æuum
I nfidis ſeruaſſe fidem memorabere pœnis
F lore nitens primo patriis heu punica bella
A uſpiciis ingreſſus erat: miſeramque parentē
E t dulcis triſti repetebat ſorte penates
S aucius haud illi comitum ſuper ullus et atris
V ulneribus qui ferret opem:per deuia fractæ
I nnitens haſtæ: furtoque ereptos opacæ
N octis iter tacitum peruſina ferebat in arua
H ic feſſus parui quæcunque hic fata darentur:
L imina pulſabat tecti:tum membra cubili
E uoluens non tarda marus uetus ille parētis
M iles et haud ſurda tractarat prælia fama
P rocedit renouata focis:et paupere ueſte.
L umina prætēdens:utque ora agnouit et ægrū
V ulneribus duris ac lamentabile uiſu
L apſantis fulctum trūcata cuſpide greſſus:
F uneſti rumore mali iam ſaucius aures:
Q uod ſcelus o nimium uitæ:nimiumque ferēdis
A duerſis genitus cerno:te maxime uidi

Captiuo uultu: magna laus Reguli: qui etiā captiuus pœnos terrebat. Occidere: mori. Crimen culpāque tonātis: ait poeta mortē Reguli magnā fuiſſe culpā: & crimen iouis: qui nunq̄ debuit pati: ut tantus uir a perfidia pœnoꝝ necaret̄. ordo ē: Vidi occider̄ te appoſitiue crimē tonātis. Hauſi: accepi. Sidonia tecta euerſa. i. ipſa carthago fūditus euerſa: non leniret dolores meos: quos tunc hauſi: cū Regulus ſupplicio afficeret̄. Eſtis ubi: uertit ſermonē ad deos. ſenſus ē: iteꝝ o dii gaudetis īſectari: & urgere romāos: & ſtirpē Reguli. Stirpē: Seranū reguli filiū. Tantæ domus: q̄ta fuit: & erat domus reguli clara non opibus: ſed uirtute: ac fide. Nec rudis: n̄ ignarus chyrurgiæ. Quippe calebat bellis: quoniā nouerat curare uulnera: & fouere medicaminibus: cū ab ineūte ætate in bellis uerſatus eēt: in q̄bus uulnera curabātur. Vellera: lanā ſuccidā: quæ ē optima uulneribus curandis. Ply. ait: Succidæ lanæ plurima præſtāt remedia ex oleo: uinoque; aut aceto luxatis m̄bris dolētibuſque neruis īpoſitæ: & crebro ſuffuſæ: laudatiſſima ē: ex collo ſuccidam imponūt: pcuſſis. liuidis: contuſis: colliſis: contritis: deiectis. Molli: miti: q̄m māus chyrurgi: ut dictū ē debet eē leīs. Marus q̄uis ānis eēt ſenex: tamē peritia medendi hēbat mollē tactū. Torpentes: frigidos cōtractos dolor̄. Parca mēſa: frugi cibo. Poſtquā ꝑperata. ſ. fuerunt: ideſt celeriter pacta. Gratum teporem: calorē. calefaciebat enī quæ uulneribus īponebat: ut moris ē. Si culmina nondū: uerba Serani: q̄bus iouē precatur: ut Annibalē furentē ſiſtat: reprimatque: & tueat̄ romanū imperiū: qđ ruere uidebat̄ o iuppiter inq̄t ſi nondū penitus dānaſti romanū imperiū & capitoliū: ſedē tuā r̄ſpice ꝑpitiis oculis romā labantē. Sceptra quirini: romanū imperiū. Aequos oculos: benignos: & ꝑpitios. Tandē: poſt tot labores: & clades. Iliacis: romāis. Amiſimus alpes: quæ erāt munimēta italiæ. Nec ē modus: non ē finis: & enūerat clades ad Ticinum: trebiā: tranſimenū: ac mortem Flaminii. Eridanus: padus in quem emittit Trebia. Tropheis ſidoniis: uictoria punica. Tellus: hanni: hetruria ī q̄ regnauit Hannus dux pelaſgorum.

Virū. uiroꝝ qui demerſi ſūt in lacū.

Teſtor mea numīa māes. ſ. pr̄nos qui mihi ſūt tanq̄ numīa. Iurat Seranus p manes pr̄nos ſe non effugiſſe mortem: ſed fata noluerūt ut cederet: ut facit æneas apđ Virg. in. ii. Iliaci cineres & flāma extrēa meoꝝ: Teſtor in occaſu uro nec tela nec ullas uitauiſſe uices danaū:

Quæſiſſe necē ſtrage hoſtis: necando hoſtes: iq̄t quæſiui illoꝝ māu mortē. Dignā nobilitate pr̄næ pœnæ. i. mortem talem: qualis fuit patris mei Reguli: qui clarus fuit pœna: qua eſt a pœnis affectus. & illic fortitudinem oſtendit ſuam. ideo Seranus ne uideretur degeneraſſe: dicit ſe quæſiſſe mortem dignam nobilitate paterni ſupplicii. Non enim decebat Seranum mortem ſubterfugere pro patria: cum haberet ante oculos exemplum patris. Triſtia: infœlicia nobis. Patri: Regulo; qui non cecidit in prœlio: ſed uiuus peruenit in manus hoſtiles.

Ductorum cum captiuo carthaginis arcem
Terreres uultu crimen culpamque tonantis
Occidere: atque hauſi quem non ſidonia tecta
Expulerint euerſa meo de corde dolorem
Eſtis ubi en iterum ſuperi dat pectora ferro
Regulus at ſtirpem tantæ periura recidit
Surgentem carthago domus inde ægra repōit
Mēbra toro: nec ferre rudis medicamina quippe
Callebat bellis: nunc purgat uulnera lympha
Nunc mulcet ſuccis: ligat inde ac uellera molli
Circundat tactu: et torpentes mitigat artus.
Exin cura ſeni triſtem depellere feſſo
Ore ſitim: et parca uires arceſſere mēſa.
Quæ poſtquā properata ſopor ſua munera tandē
Applicat: et mitem fūdit per membra quietem.
Necdum exorta dies: marus inſtat uulneris æſtus.
Expertis medicare modis: gratumque teporem.
Exutus ſenium trepida pietate miniſtrat.
Hic iuuenis mœſtos tollēs ad ſidera uultus
Cum gemitu: lachrymiſque ſimul ſi culmia nōdū
Tarpeia exoſus damnaſti ſceptra quirini
Extremas italum res auſoniamque ruentem
Aſpice: ait genitor: tandēque aduerte procellis.
Aequos iliacis oculos: amiſimus alpes
Nec deinde aduerſis modus eſt ticinus et ater
Stragibus eridanus: tuque inſignite tropheis
Sidoniis trebia: et tellus lachrymabilis hanni
Sed quid ego hæc? grauior quāto uis ecce malorū:
Vidi creſcentis tranſimeni cædibus undas
Proſtrataque uirum mole inter tela cadentem
Vidi flaminium: teſtor mea numina manes
Dignam me pœnæ tum nobilitate paternæ
Strage hoſtis quæſiſſe necem ni triſtia lœtum.
Vt quondam patri nobis quoque fata negaſſent.
Cætera acerbantem queſtu lenire laborans

Patrio fortiſſime ritu: uerba Mari ad Seranũ: cuius fortitudiné laudat: eũque hortať ad dura: & aduerſa toleráda: cũ lege quadá diuina & fatali oía eueniát. & forté uiæ frangi calamitatibus non deceat. Patrio ritu: ut erat tuus pater. Duri. i. aduerſá fortuná: & inclinatá tolereus. Rerum inclinata: res ipſas nobis aduerſas: & non eũtes recto curſu: nec fluentes nobis ad libidiné ſiue uotum. Rota æui: curriculus uitæ nſæ uoluiť præceps per uarios caſus: & p accliuia. Sat tibi: exéplo paterno hortatur illũ ad tolerandos labores: & reæ incliata. Nullo numíe: q̃ſi di. oía numina æq̃bat ſua uirtute heroica. i. quæ tranſcendebat naturá humaná: & uidebať eſſe diuina. Decora alta: magná gloriá cum forti aío pateret aduerſa. & quouſque uixit nullá depoſuit uirtuté. Reluctátes: repugnátes oíbus aduréſis ꝑ decoro ſeruádo.

Vix puerile mihi: nactus oportunitaté poeta inducit marũ recenſenté Reguli captiuitaté & ſuppliciũ í prío bello punico. uix inqt egreſſus erá e pueris: cum Regulus habebat primá lanuginé: & erat in adoleſcétia: & ſic erant iſti æq̃les ferè. Primo æuo: pría lanugine faciei. & fuimus ſimul inqt uſque ad Reguli morté. Cuius ſub pectore fides: quoniá pectus Reguli erat q̃ſi ſacellũ fidei. Menté: ipſius Reguli. Virtutis ergo. ideſt cá uirtutis: ideſt in præmiũ uirtutis. Sordétia: denigrata ꝓpter fumũ. Ollis. illis frenis. Nec cuiq̃ eſt non prælatus: ideſt multis é prælatus & áte poſitus ꝓpter hæc dona: cenſebar inqt his donis quæ uirtutis. ergo accepi a Regulo: quoniá in necando ſerpéte operá nauaui. Eques: ego marus eques donatus talibus frenis. Haſta: qua uulnera ui ſerpenté ſecundus poſt Regulum.

Cui: haſtæ marus ſacrificabat: Ná ní marus uulneraſſet ſerpenté actũ de regulo fuiſſet: ut paulo poſt dicet: & nactus occaſioné narrat ubiná fuerit ille ſerpens. Latices lyei: uinũ dicatũ baccho q lyeus dř. Turbidus arétes: narratio é bragada fluuius aphricæ ꝓpe uticá magnitudíe exuperás omnis libyæ fluuios: & léto curſu fluit. ideo ait: léto pede. Turbidus: harenoſus. Arétes: qa maior ps libyæ ſicca é: & laborat penuria aq̃æ. Extédere: p cápos. ſ. í quos reſtagnat aliq̃ndo. Vado: aq̃ ſtagnáte parua. Hic: apđ bragadá. Laticũ: aq̃rũ. Tellus: aphricæ ps: quæ uergit ad meridié. Lucus iners: íutilis erat iuxta bragadá qđ ſeruabat nemus ſtygiũ. i. obſcurũ: ut ſũt loca íferna: qm̃ ligna illic nõ cedebanť. & ideo hébat opacá ũbrá: iccirco dicit: Pallétibus ũbris. i. diris: & afferétibus pallore atque tioré ingredientibus. Virgilius: Pallétes umbras herebi. Halitus: fœtor. Craſſus: impurus: & peſtilens. Intus: in luco. Dira: infernalis: feraliſque. Specus: cauerna. Triſtes: obſcuræ: & afferentes mœrorem. Horror mente redit: auget ré & facit auditorem attétũ. Virgi. ait: horreſco referens. Monſtrũ: ſerpens horrédæ magnitudinis. Centũ ulnas: brachia. Liuius huius ſerpétis meminit. Gellius ait li. vi. Tubero in hiſtoriis ſcriptum reliquit bello punico primo Attiliũ

Effatur ſenior patrio fortiſſime ritu
Quicquid adeſt duri: et rerum inclinata feramus.
Talis lege deum cliuoſo tramite uitæ
Per uarios præceps caſus rota uoluitur æui.
Sat tibi ſat magna: et totum uulgata per orbem
Stant documéta domus: ſacer ille et numíe nullo:
Inferior tuus ille parés decora alta parauit:
Reſtando aduerſis: nec uirtutem exuit ullam
Ante reluctantes liquit quá ſpiritus artus:
Vix puerile mihi tempus confecerat ætas:
Cum primo malas ſignabat regulus æuo
Acceſſi comes: atque omnis ſociauimus ãnos:
Donec diis italæ uiſum eſt extinguere lumen
Gentis in egregio: cuius ſibi pectore ſedem
Cœperat alma fides: menteque amplexa tenebat.
Ille éſem nobis magnorum en inſtar honorũ
Virtutiſque ergo dedit: et ſordentia fumo
Quæ cernis nunc frena: ſed eſt argenteus ollis
Fulgor: nec cuiquam marus é poſt talia dona
Non prælatus eques: uerum ſuperauit honores
Omnis haſta meos. cui me libare lyei
Quod cernis latices: dignum eſt cognoſcere cãm.
Turbidus arentis léto pede ſulcat harenas?
Bragada: non ullo libycis in finibus amne
Victus limoſas extendere latius undas.
Et ſtagnante uado patulos inuoluere campos
Hic ſtudio laticum: quorũ é haud prodiga tellus
Per ripas lœti ſæuis conſedimus aruis.
Lucus iners iuxta ſtygium pallétibus umbris?
Seruabat ſine ſole nemus: craſſuſque per auras.
Halitus erumpens tetrum expirabat odorem.
Intus dira domus curuoque immanis in antro
Sub terras ſpecus: et triſtes ſine lucra tenebræ
Horror mente redit monſtrum exitiabile et ira
Telluris genitum: cui par uix uiderat ætas
Vlla uirum ſerpens centum porrectus in ulnas

Loetalem ripam:et lucos habitabat auernos
Ingluuiem immenſi uentris:grauidāque uenenis
Aluum deprenſi ſatiabant fonte leones.
Aut acta ad fluuium torrenti lampade ſolis
Armenta:et tractæ fœda grauitate per auras
Ac tabe afflatus uolucres:ſemeſa iacebant
Oſſa ſolo inforni lateque repletus et aſper
Vaſtatis gregibus nigro ructabat in antro.
Iſque ubi feruenti concepta incendia paſtu
Gurgite mulcebat rapido : et ſpumantibus undis:
Nondum etiam toto demerſus corpore in amnem
Iam caput aduerſæ ponebat margine ripæ
Imprudens tantæ peſtis gradiebar aquino
Appenninicola:atque umbro comitatus hauēte.
Scire nemus:pacemque loci explorare libebat.
Ianque propinquātum tacitus penetrauit in artus
Horror:et occulto riguerunt frigore membra.
Intramus tamen:et nymphas:numenque precāur
Gurgitis ignoti:trepidoſque et multa pauentis.
Arcano greſſus audemus credere luco.
Ecce e ueſtibulo primuſque e faucibus antri
Tartareus turbo :atque inſano ſæuior euro
Spiritus erumpit:uaſtoque e gurgite fuſa
Tempeſtas oritur:mixtam ſtridore procellam.
Cerbereo intorquens:pauefacti clade uiciſſim
Aſpicimus reſonare ſolum:telluſque moueri
Atque antrum ruere: et uiſi procedere manes.
Quantis armati cœlum petiere gigantes
Anguibus:aut quantus lernæ laſſauit in undis.
Amphitroniadem ſerpens:qualiſque comātes
Auro ſeruauit ramos iunonius anguis:
Tantus diſiecta tellure ſub aſtra coruſcum
Extulit aſſurgens caput :atque in nubila primam
Diſperſit ſaniē:et cœlum fœdauit hiatu.
Diffugimus tamē:atque metu conamur anheli
Tollere clamorem fruſtra:nam ſibila totum
Implebant nemus:ac ſubita formidine cæcus.
Et facti damnandus auens:ſed fata trahebāt
Antiquæ quercus ingenti robore ſeſe
Occulit:infandum:ſi poſſet fallere monſtrum.
Vix egomet credo ſpiris ingentibus arctæ
Arboris abſtraxit molem penituſque reuulſam
Euertit fundo:et radicibus eruit imis.

Regulum conſulem in aphrica caſtris apud Bragadam flumen poſitis præliū grande atque acre feciſſe aduerſus ſerpentem in illis locis ſtabulantem inuſitatæ immāitatis:eumque magna totius exercitus conflictione baliſtis atque catapultis oppugnatū: eiuſque interfecti longum corium pedes cētum &.xx.romam miſiſſe:hoc idē dicit Plynius lib. viii.additque pellem & maxillas uſque ad bellum numātinum duraſſe Romæ in tēplo. Lucos auernos: peſtilentes & auibus contrarios.auerna enim dicunt loca perniciosa ipſis auibus. Vnde Lucretius in.vi.ſic ſcribit pricipio ꝙ auerna uocantur loca:nomen id ab re impoſitum eſt:quia ſūt auibus contraria cūctis e regione:eo ꝙ loca cum uenere uolantes remigio oblitæ pēnarum uelare mittunt:continuoque cadūt molli ceruice profuſæ. Ingluuiem : eſuriem: & uoracitatem. Fœda grauitate: graui fœtore.& ideo locus dicebatur auernus.

Hac tabe afflatus:graui fœtore afflatus ipſius ſerpentis:& etiam loci auerni

Cœpta incendia: ſitim quæ oritur ex cibo:qui feruet in ſtomacho:cum perficitur. Appenninicola: qui appenninū incoluerat. Vmbro: ex umbria hauens & aquinus erant comites mari. Turbo:impetus inferno ſimilis. Inſano:magno. Māes:ſpiritus & demones inde uidebantur exire. Quantis armati:hunc ſerpentem comparat gigantibus habentibus pedes ſerpentinos: & hydræ atque draconi: qui poma aurea heſperidum cuſtodiuit : pugnauitque cum Hercule in gratiam Iunonis : quæ parabat Herculem lædere: obiiciens ipſum monſtris. ideo illum dracōnē appellat anguem iunonium. Serpēs lernæ:hydra : quæ Herculem defatigauit ad lernam paludem. Vndis:aquis lerneis. Coruſcum : uibrans. Primā ſaniem : putredinem alui ſui & halitus

Cæcus:neſcius quid faceret ſubito pauore correptus. Dānādus facti: uitupādus ꝙ uoluerit ſe abſcōdere ī trūco arboris. Ingētibus ſpiris: magnis reuolutionibus ſpiræ dicuntur reuolutiōes ſerpētū.

Vidi reſpiciés: rei uiſæ atteſtatõe mouet affectũ. Sic Virg. Vidi egomet duo de numero: cũ corpora modo frãgeret ad ſaxum. Ductori: regulo. Igneus: concitatus & acer. Planta: calcaribus. Scutata manus: multitudo eorum: q gerebant ſcuta. Iuſſo: præcepto Reguli: nunc dicimus iuſſu & iuſſo ſignificabat iubeo. Virgilius: Cætera qua iuſſo mecum manus inferat arma. Muralia tormenta: apta ad deiiciendos muros. Baliſtas: quæ ſaxa & haſtas emittebãt. Haſtam ſuetam mouere turres: phalaricam de qua dictum eſt. Imméſæ cuſpidis: longitudine trium pedum. Feralem: peſtiferam. Aulam: antrum in quo erat ſerpens. Cornea equina. i. ipſi equi. Percitus: commotus. Stygios æſtus: nam uidebatur emittere quoſdã ardores ſtygios & infernales. & oculi uidebantur fulgurare: & criſtæ ſerpentis arbores proceras ſuperabant. Trifido motu: quoniam lingua ſerpétis trifida eſt: lacerti bifida: & duplex uituli marini: auctoribus Ariſtotele: ac Plynio. Tergo reſidens: firmans ſe in tergũ ſuum. Cætera: reliquã ptẽ corpis uerſus caudã ĩuoluebat reuolutionibus: ut melius ſeſe erigeȓ poſſet. Sinuatis: curuatis. Reſolués: explicãs ſeipſũ ĩuolutis gyris. Vtroque: in utranque partem.

Tum trepidum ac ſocios extrema uoce cientem
Corripit: atque hauſtu ſorbens: et faucibus atris
Vidi reſpiciens obſcœna condidit aluo.
Infœlix fluuio ſeſe: et torrẽtibus undis
Crediderat: celerique fuga iam nabat aquinus:
Hunc medio inuaſit fluctu: ripæque relatus
Heu genus infandum: lœti depaſcitur artus
Sic dirum nobis et lamentabile monſtrum
Effugiſſe datur: quantum mens ægra ſinebat.
Appropero greſſum: et ductori ſingula pando
Ingemuit caſus iuuenum miſeratus acerbos.
Vtque erat in pugnam: et martẽ: et prælia: et hoſtẽ
Igneus: et magno audendi flagrabat amore
Ocius arma rapi: et ſpectatum marte ſub omni
Ire iubet campis equitem ruit ipſe citatum
Quadrupedem planta fodiens ſcutataque raptim
Conſequitur iuſſo manus: et muralia portat
Baliſtas tormẽta grauis: ſuetamque mouere
Excelſas turres immenſæ cuſpidis haſtam.
Iamque ubi feralem ſtrepitu circũtonat aulam
Cornea gramineum perſultans ungula campum
Percitus immani ſerpẽs euoluitur antro.
Et ſtygios æſtus fumãti exhalat ore.
Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis.
At nemus arrectæ: et procera cacumina ſaltus
Exuperant criſtæ: trifido uibrata per auras
Lingua micat motu: atque aſſultans æthera lãbit.
Vt uero ſtrepuere tubæ conterritus altæ
Immenſum attollit corpus: tergoque reſidens
Cætera ſinuatis glomerat ſub pectore gyris.
Dira dehinc in bella ruit: rapideque reſ oluens
Contortos orbes directo corpore totam
Extẽdit molem: ſubitoque propinquus in ora
Lato diſtantum ſpatio uenit omnis anhelans.
Attonitus ſerpentis equus: frenoque teneri
Impatiẽs crebros expirat naribus ignes.
Arduus ille ſuper tumidis ceruicibus altum
Mutat utroque caput: trepidos inde incitus ira
Nunc ſublime rapit: nunc uaſto pondere gaudet
Eliſiſſe premẽs: nunc fractis oſſibus atram
Abſorbet ſaniem: et tabo manante per ora
Mutat hians hoſtem: ſemeſaque mẽbra relinquit
Cedebãt iam ſigna retro uictaſque cateruas

Longius auectas afflatus peſte præmebat:
Cum ductor propere reuocatam in prælia turmã
Vocibus impellens ſerpenti:ne itala pubes
Terga damus::libyciſque parem non eẽ fatemur
Anguibus auſoniam:ſi debellauit inertes
Halitus ac uiſo mens ægra effluxit hiatu
Ibo alacer: ſoluſque manus componere monſtro
Sufficiam:clamans hæc: atque interritus haſtam
Fulmineo uolucrem torquet:primamque lacerto.
Venit in aduerſam:non uano turbine frontem
Cuſpis:et haud paulum uires adiuta ruentis
Contra ardorem feræ capiti tremebunda reſedit.
Clamor ad aſtra datus:uoceſque repente profuſæ.
Etherias adere domos furit ilicet ira
Terrigena impatiens dare terga: nouuſque dolori
Et chalybem longo: tum primum paſſus in æuo.
Nec fruſtra rapidi ſtimulante dolore fuiſſet
Impetus:alato ni regulus arte regendi
Inſtantem eluſiſſet equo:curſuque ſequutum
Cornipedis gyros flexi curuamine tergi
Detortis leua celer effudiſſet habenis.
At non ſpectator marus inter talia ſegni
Torpebat dextra:mea tanto in corpore monſtri
Haſta ſecunda fuit iam: iamque extrema triſulca
Lambebat lingua;feſſi certamine terga
Quadrupedis torſi telum:atque ingentia uelox.
In memet ſæui ſerpentis prœlia uerto.
Hinc imitata cohors certatim ſpicula dextris
Congerit:alternaſque ferum diducit in iras.
Donec murali baliſta cohercuit ictu.
Tum fractus demum uires:nec amplius ægra
Conſuetum adniſus.ſpina præſtante uigorem
Et ſolitum in nubes tolli caput acrius inſtat.
Iamque aluo penitus demerſa phalarica ſedit.
Et geminum uolucres lumen rapuere ſagittæ
Iam patulis uaſto ſub uulnere faucibus aer
Tabificam exſpirat ſaniem ſpecus ultima:iamque
Ingenti cauda:et iaculis:et pondere conti
Hæret humi:laxoque tamen minatur hiatu.
Donec tormentis ſtridens:magnoque fragore
Diſcuſſit trabs acta caput:longoque reſoluens
Aggere ſe ripæ tandem exalauit in auras
Liuentem nebulam fugientis ab ore ueneni.

Victor:ſerpens. Serpenti ne:uerba reguli incepantis milites ſuos fugientes ſerpentem. Effluxit mens:cecidit uobis animus uiſo ore ſerpentis. Inertes: uos ignauos. Primam frontem:in primam partem frontis. Non uano turbine:non fruſtra:quoniam uulnerauit ſerpentem:qui ſuo impetu haſtam adiuuit:quoniam altius inſedit. Terrigena:ſerpens terræ filius. Chalybem: ferrum:quoniam nũquam fuerat uulneratus. Ablato equo:fugiente. Cornipedis gyros:reuolutiones equi currẽtis:ut ſpina ipſius ſerpentis frangeret.

Curuamine tergi;equo in gyros acto: ut diſtineretur ſerpens illis reuolutionibus. Extrema terga:poſtremã partem clunium. Diducit:diuidit & efficit;ut modo ad hunc: modo ad illum ſe uoluat. Ferum:ſerpentem: ſic Virgilius in latus feri dixit: ideſt equi.

Ictu murali:percuſſione quæ murũ deiicere potuiſſet. Ad niſus:ad conatus. Specus ultima: poſtrẽa cõcauitas alui ipſius ſerpenti. Conti;ligni.

Trabs: emiſſa ſcilicet e tormentis: & maxĩe baliſta. Tãdẽ:poſt multos ictus

Luimus prœlia:expēdimus ſupplicia pp mortē ſerpētis.nam uicti fuimus:& regulus captus:& tādē necatus. Pii:caſti.& pii erga deū:plenique religione.
Naiadū:nympharū. Princeps:pria. Sacro:dicato naiadibus. Huic ſi uita duci:uerba ſerani ĩ laudē pris. Duci:regulo non habuiſſemus has clades:q̃s romāo nōi Annibal intulit. Tot nōia:claros ciues:& multi nōis. Tūc ſenior:Marus ſic locutus ē. Præcepit:pſumpſit ante.ſ.q̃ caperet. Tyrio:punico.
Mortis:ſuæ futuræ:ideſt mactauerat aphros:q fuerāt q̃ſi piaculū & inferiæ mortis futuræ. Terāpne:urbs ē laconiæ pria xātippi:quā appellat aīoſam p pter bellicā pſtantiā lacedæmonioꝝ:& aī uigorē inſuperabilē. Defecta:deſtituta & uacua uiris q ceciderāt ĩ bello.
Sydere dyro:malo omine. Agenoreis:carthaginēſibus. Ductorē:xātippū q erat horridus ĩ aſpectu:nec aliquam ſpém:aut decorē habebat:eratque breuis ſtaturæ:ſed adeo robuſtus:ut proceros hōies uinceret. Niſu:conatu.i.q robore coporis exigui procera corpora alioꝝ facile ſuparet. Ciere martē:parare pugnam.inſtruere acies:& aſtu pugnare:qm̃ impator exercitus:ut ē apud Xenophontē li.i.debet eſſe inſidiator:diſſimulator:doloſus:deceptor:fur & raptor:& omni ĩ re hoſtibus pualere.
Per inhoſpita:loca aſpera & difficilia facilē uitā agere. Haud iſti.i.nō cederet Annibali:q ē ĩ bello ſollertiſſimus.& omniū incōmoditatū patiētiſſimus.& laudat xātippū,pp̃ter regulū:qui ab eo captus fuit:ut oſtendat fuiſſe ſuperatū a ſollertiſſimo:fortiſſimo:atque fraudulentiſſimo ductore:ordo eſt:Haud iſti Annibali cederet ciere Martem:adiungere aſtus ferro & ducere facilem uitam p inhoſpita:hæc eni erat laus Annibalis:q nulla difficultate opprimebatur. Taigeta triſtia:infelicia nobis de taigeto mōte laconiæ dictum eſt:& etiam eurota:cuius aqua durabā tur infantes:ut eēnt robuſtiores. Phœniſſæ:carthaginis:quam phœniſſa Dido condidit. Fata:horrendū ſupplicium reguli. Conſertæ campis acies:narrat prœlium:quo captus fuit regulus a Xantippo. Laxabat:patefaciebat diſſipabatq; acies hoſtiles enſe:& quoſcūque uulnerabat interficiebat. Sic ubi nigrantem:Regulum ruentem in hoſtes:& omnia ferro ſternentem comparat tempeſtati:qua terrentur agricolæ:paſtores ac nautæ in medio mari.
Turbo:tēpeſtas. Subductis:amotis.& ligatis ad malum. Nectens:parans ipſe Xantippus:uertit terga:& hoſtes inſequentes traxit ad loca:in quibus milites in inſidiis occultauerat.

Erupit triſti fluuio mugitus:et imis
Murmura fuſa uadis ſubito et lucus et antrum
Et reſonæ ſyluis ulularunt flebile ripæ
Heu quantis luimus mox triſtia prœlia damnis
Quantaque ſupplicia:et qualis exhauſimus iras.
Nec tacuere pii uates:famulumque ſororum
Naiadum tepida quas bagrada nutrit in unda
Nos uiolaſſe manu ſeris monuere periclis.
Hæc tunc haſta decus nobis:preciumque fœcūdi
Vulneris a ueſtro ſerrane tributa parente.
Princeps quæ ſacro bibit e ſerpente cruorem.
Iam dudum uultus lachrymis:atque ora rigabat
Serranus medioque uiri ſermone profatur
Huic ſi uita duci noſtrum duraſſet in æuum
Non trebia infauſtas ſuperaſſet ſanguine ripas:
Nec traſimene tuus premeret tot nomina gurges
Tunc ſenior magnas inquit de ſanguine pœnas
Præcepit tyrio:et præſumpta piacula mortis
Nam defecta uiris:et opes attrita ſupinas.
Aphrica tenebat palmas:cum ſydere diro
Miſit agenoreis ductorem animoſa teramnæ
Nulla uiro ſpecies:decoriſque et frontis ægenum
Corpus at exiguis uigor admirabile membris.
Viuidus et niſu magnos:qui uinceret artus
Iam martem ciere:atque aſtus adiungere ferro
Et duris facilem per inhoſpita ducere uitam.
Haud iſti:quem nunc penes eſt ſolertia belli
Cederet annibali uellem hunc o triſtia nobis
Taigeta hunc unum non duraſſetis opacis
Eurotæ ripis uidiſſem mœnia flammis
Phœniſſe ruere:aut certe non horrida fata
Fleuiſſem ducis:et nulla quos morte:nec igni
Exutos ſeruans portabo in tartara luctus:
Conſertæ campis acies:multuſque per arua
Feruebat mauors:nec mens erat ulla ſine ira.
Hic inter medios memorandis regulus auſis
Laxabat ferro:campoque pericla ruebat
Nec repetenda dabat lætali uulnera dextra.
Sic ubi nigrantem torquens ſtridentibus auſtris
Portat turbo globum:piceaque e nube ruinam
Pendentem terris pariter:pontoque minatur
Omnis et agricola:et nemoroſo uertice paſtor
Et pelago trepidat ſubductis nauita uelis.

At fraudem nectens ſocios ubi concaua ſaxa
Vertice claudebant uertit ſubito certamine gyros
Et dat terga celer ficta formidine ductor
Haud ſecus:et ſtabilis procurans ocia paſtor
In foueam parco tectam uelamine frondis
Ducit nocte lupos poſitæ balatibus agnæ
Abripuir:traxitque uirum fax mentis honeſtæ
Gloria:et incerti fallax fiducia martis
Non ſocios:comitũue manus non arma ſequẽtũ
Reſpicere:inſano pugnæ tendebat amore
Iam ſolus:nubes ſubito cum denſa laconum
Saxoſis latebris intendens prœlia circum
Funditur:et pœnæ inſurgit uis ſæua uirorum
O diram latio lucem:faſtiſque notandam
Dedecus o gradiue tuum:tibi dextera:et urbi
Nata tuæ triſti damnatur ſorte cathenæ
Haud unquam abſiſtam gemitu te regule uidit
Sydonius carcer: tuque huic ſat magna triũpho
Viſa eſt carthago ſuperis.quæ pœna ſequetur
Digna ſatis tali pollutos marte laconas:
At noua ilifei iurato fœdera patres
Conſultant mandare duci:paciſque ſequeſtrem
Mittere:poſcentes uictam inter prœlia pubem.
Captiuamque manum ductore rependere noſtro
Nec mora:iam ſtabat primus in littoris undis
Nauali propulſa ratis:iam nautica pubes.
Aut ſyluis ſtringunt remos:aut abiete ſecta
Tranſtra nouant his in tortos aptare rudentes
His ſtudium erecto componere carbaſa malo.
Vnca locant rora curuati pondera ferri
Ante omnis doctus pelagi:rectorque carinæ:
Puppim aptat:clauũque cothon:micat æreus alta
Fulgor: aqua trifridi ſplendentis in æquore roſtri
Tela ſimul: uariamque ferunt contra aſpera põti.

Haud ſecus:xãtippũ aſtu trahentẽ romãos ĩ cladẽ cõparat paſtori:q agnæ balatu lupũ in foueã illicit. Ocia:ſecuritatẽ ipſis gregibus:quos lupus ĩfeſtat. Velamĩe:frõdibus. Poſitæ agnæ:ligatæ ad foueã.Balatus pprie ouiũ ẽ.rugitus leonũ.mugitus boũ.barritus elephãtoꝝ. ruditus aſinoꝝ.grũnitus porcoꝝ.gãnitus uulpiũ. Fax:ſtimulus:& quoddã incitamentũ ad gloriã cõſequendã. Mẽtis honeſtæ:generoſæ & quærẽtis laudẽ cũ uirtute:& gloriã ad quã nati ſumus:&quiſqȝ a natura bene inſtitutus ad illã omni conatu:ſtudioqȝ contẽdit.Gloria igiť ẽ fax mẽtis honeſtæ.unde Ouidi.Laudataque uirtus creſcit ĩ immẽſum gloria calcar hẽt.& Cice.dicit: Trahimur oẽs laudis ſtudio: & optimus quiſqȝ maxime gloria duciť: & ideo gloria conſequenda traxit Regulũ ad inſidiarũ loca. Nõ reſpicere:non reſpiciebat ſuos: ſed ardore ĩ hoſtes de induſtria fugientes ferebať. Dẽſa nubes:multitudo lacedæmoniorũ:q erãt in inſidiis. xãtippus rei bellicæ peritiſſimus inſtructo egregie exercitu elephãtos ĩ hoſtes immiſit:inde ſimulata fuga pduxit romanos ad inſidias:quos circũuentos attriuit:cœpitqȝ Regulũ cũ quingentis eqtibus. Inſugit pœnæ:ad pœnam & ſupplicium Reguli. Vis:uiolẽtia lacedæmonioꝝ. O dirã latio lucẽ:exclamat marus præ dolore. O dirã:infelicẽ diem ipſi italiæ. Notandã faſtis: referendã inter dies atros:ac mali ominis.Faſti erãt libri in qbus ſacra ſcribebanť.Dies feſti & ẽt nefaſti: in qbus ppter malum omen nihil auſpicabanť romani:& oẽs poſtridiani dies.i. poſt nonas idus & calẽdas atri habebanť:hic igiť dies: ĩ quo Regulus captus fuit erat numerãdus inter atros & infelices. Gradiue:mars q tuo regulo fauere debuiſti. Nata tibi: ad tuã gloriã:qm̃ erat bellicoſa. Tuæ urbi:romæ cõditæ a romulo filio tuo.
Sydonus:punicus. Hinc:ex captiuitate Reguli. Sat magna triũpho.i.numina putauerũt carthaginem eẽ nimis magnã:de qua romani triũpharent:cũ tantã gloriã habuiſſet de Regulo captiuo. Tali marte:inſidioſo. Laconas: Xantippũ & eius milites. At noua eliſei: Carthaginẽſes cupientes pmutare ſuos captiuos cum regulo ipſum ſacramẽto aſtrictũ romã miſerũt: ut de permutatione ageret: & re infecta rediret ad ſuppliciũ: ille cũ Romã ueniſſet pmutationẽ ĩ ſenatu tãq̃ pniciolam reipu.diſſuaſit:aĩoque forti ad ſuppliciũ reuerſus ẽ. Eliſei: carthaginẽſes ab eliſa Didone. Noua fœdera:pacta. Iurato duci:Regulo:quẽ iureiurãdo aſtrixerũt:ut rediret. Sequeſtrẽ:mediũ ſequeſter:ut habeť in libris digeſtoꝝ dr̃: is apd̃ quẽ plures eãdẽ rẽ:d̃ q cõtrouerſia ẽ:depoſuerũt. Victã:a regulo añ captiuitatẽ.& ẽt ĩ Sicilia. Rependere:pmutare. Nauali:portu.hoc nauale cõdidit dido autore Stra. Ratis:qua uectus ẽ regulus. Stringũt:dolãt.& pparãt ad remigãdũ:ſic Vir.Et ſtrĩgere remos. Trãſtra:ſũt ſedilia nauiũ ĩ trãſuerſo locata. Curuati ferri.i.anchorã ĩpam ĩ prora locabãt. Cothõ:ẽ pua inſula añ portũ carthagis:iõ poeta hũc nauis gubernatorẽ cothonẽ appellauit alludẽs ad inſulã:& nauale qꝺ ẽ circa ĩſulã. Clauũ:temonẽ:quo regiť nauis. Aereus fulgor:nã roſtra fiebãt ex ære. remũ inuenit copas. latitudĩe eius plãtæ. Vela icarus:Malũ:& antẽnã dædalus:roſtra addidit piſeus.Tyrrheni anchorã:admini

Rerũ ad tẽpus opem: mediæ ſtat margine puppis
Qui uoce alternos nautarum temperet ictus
Et remis dictet ſonitum: pariterque relatis
Ad numerum plaudat reſonantia cerula tonſis
Poſtquam confectũ nautis opus: horaque curſus
Atque armata ratis: uentique dedere profundum
Omnis turba ruit: matres: puerique: ſeneſque
Per medios cætus trahit: atque inimica per ora
Spectandum fortuna ducem: fert lumina contra
Pacatus frontem: qualis cum littora primum
Attigit appulſa rector ſydonia claſſe.
Acceſſi comes haud ipſo renuente: ratique
Impoſitus mœſtis ſocium me caſibus addo.
Illuuiem: atque inopes menſas: durumque cubile
Et certare malis urgentibus hoſte putabam
Deuicto maius. nec tam fugiſſe cauendo
Aduerſa egregium: quam perdomuiſſe ferendo
Spes tamen una mihi: quãq̃ bene cognita et olim
Atrox illa fides urbem: muroſque: domumque
Tangere ſi miſeris licuiſſet corda moueri
Poſſe uiro: et ueſtro certe miteſcere fletu
Claudebã ſub corde metus: lachrymaſque putabã
Eſſe uiro: et noſtræ ſimilem inter triſtia mentem
Cum tandem patriæ tyberino allabimur amni
Seruabam uultus ducis: et prodentia ſenſum
Lumina: et obtutu perſtabam intentus eodem
Si qua fides unum puer inter mille labores:
Vnum etiam in patria: ſæuaque in agenoris urbe
Atque unum uidi pene: quoque tempore uultum
Obuia captiuo cunctis ſimul urbibus ibat
Auſonia: et campum turba uincente propinqui
Implentur colles: ſtrepit altis albula ripis
Ipſi pœnorum proceres immitia corda
Ad patrios certant cultus reuocare: togæque
Addebatur honos: ſtetit illachrymante ſenatu
Et matrum turba: iuuenumque dolore profuſo
Inter tot gemitus immobilis aggere conſul
Tendebat dexteram: et patria ueſtigia primus
Ponentem terra occurſu celebrabat amico.
Collegit greſſum: monituſque recedere conſul

cula gubernãdi typhis: claſſe princeps depugnauit Minos. Cõtra aſpa põti: fortunã & tẽpeſtatẽ. Ad numerũ: ad cõſonãtiã & ordinẽ. Tõſis: remis. Vẽti dedere pfundũ. i. poſtq̃ cœperẽt flare uẽti utiles ad nauigandũ. Ducẽ: regulũ. Pacatus frontẽ: deſcribit fortẽ animũ reguli: cuius uultus nõ mutabat̃ in aduerſis. Littora ſydonia. i. eo uultu erat captiuus: quo fuerat cũ in aphricã traiiceret: & claſſẽ appulit littoribus libycis. & laus ẽ reguli a cõſtãtia & oĩum affectuũ: atq; pturbationũ uacuitate: ſic Socra. eodẽ uultu ſemp fuiſſe dicit̃.
Illuuiẽ atq; iopes mẽſas: ſenſus ẽ: Putabã plus eſſe ac maiori laude dignũ pati oẽm calamitatẽ cũ ipo regulo q̃ uincer̃ hoſtes. & ſic laus ẽ mari a fortitudĩe: q̃ circa dolores uerſat̃ & res arduas: laboriſq; plenas. Illuuiẽ: ſordes & ſqualorẽ q ĩ naui cõtrahit̃. Certare malis: repugnar̃ aduerſis: ut decet uirũ fortẽ. Maius: maioris laboris: & laudis fortiter tollerare aduerſa q̃ uincere hoſtes: nec eẽ tã egregiũ mala prudẽter cauere: q̃ ipſa forti aĩo tollerare. Spes tñ una mihi: q̃uis inqt uiderẽ regulũ eo uultu: ut nõ uideret poſſe flecti: & atrox fides & cõſtãs mihi eẽt cognita: tamẽ putaui lachrymas ũras: & martiæ uxoris ac ipam domũ ab eo cõſpectã poſſe mouer̃ corda ipius reguli: ut uellet potius in pr̃ia remanere: q̃ ad hoſtiũ ſupplicia redir̃.
Atrox: cõſtãs & inflexa. und' dicit Ho. ĩ car. pter atrocẽ aĩum Catonis. i. ſtoica grauitate ſubnixũ. Vrbẽ: romã. Mẽtẽ ſimilẽ ĩter triſtia: ĩ aduerſis hr̃e mẽtẽ q cito mouet̃: ut ẽ mẽs nr̃a: q aduerſis frãgimur: & lachrymis nr̃oꝝ mouemur. Lumĩa pdẽtia ſenſũ. i. animũ q indicat a uultu & oculis. und' dicit Pli. pfecto ĩ oculis aĩus hitat: & neque ulla ex pte maiora indicia aĩ cũctis aĩalibus ſed maxĩe hõi. i. moderatiõis & clæmẽtiæ miſericordiæ odii: amoris: triſtitiæ lætitiæ. regulus non emittebat lachrymas & ſignũ erat aĩum nõ moueri. Eodẽ obtutu: defixo aſpectu & intẽtis oculis. Vir. Obtutuq; hæret defixus ĩ uno. Si q̃ fides: hẽt̃. ſ. mihi inqt marus eiuſdẽ uultus fuit cũ erat puer: & ĩ pr̃ia & ĩter labores: & ĩter pœnos: & tpe ſupplicii: & ſic laudat̃ fortitudo & cõſtãtia reguli: q ĩ aduerſis nõ frãgebat̃: nec pſpa fortuna efferebat̃: ſed ſemp eũdẽ tenorẽ ſeruabat: ut grauẽ: cõſtãtẽq; decet uirũ. Vrbe agenoris: carthagĩe cõdita ab agenoreis. Tẽpore pœnæ: cũ ſupplicio afficiebat̃. Auſonia. i. oẽs roman: & itali pdiere obuiã regulo nauigãti romã uadis tyberinis. Vincẽte: implente: qm̃ campus nõ capiebat turbã. Albula: tybris: q a colore aquæ cenoſæ albula prius dicebat̃. Ad pr̃ios cultus: punicos induerũt regulũ ueſte punica. Abdebat̃ honos togæ: qm̃ ſup togã indumẽtũ romanoꝝ induxerũt ueſtẽ punicã: tãq̃ pœnoꝝ captiuo. Cõſul. L. Mãlius collega ipius reguli: quẽ ſenatus ex aphrica reuocauerat: ãbo. n. illuc trãſmiſerãt. Celebrabat: ornabat occurrẽdo illi: cõſul primus regulũ e naui

Egredienté:amplecti uoluit. Collegit greſſum:regulus retroceſſit:monuitque cõſulé:ut recederet:ne uiolaret. Decus ſummũ:dignitaté cõſularẽ:quæ uidebat uiolari & imminui ſi captiuo iũgeret:& nõ eẽ e dignitate uidebat romana conſulé ornare:amplectique captiuũ. Ferebat inuidiã cœlo:qm̃ oẽs oderãt ſuperos ac deteſtabãt:q ĩ tãto:tãq̃ fido ĩpatore talia pmittebãt. Martia:erat uxor reguli. Geminũ pignus:duos filios:Serranũ & Regulũ. Poetæ filios pignora parentũ appellãt. Magni mariti:reguli q magna rigiditate:atque cõſtãtia ĩ ſua uirtute pſtabat:& mẽtis ppoſito.

Nec ſummum uiolare decus cingente ſuperba
Pœnorum turba:captiuoque agmine ſeptus
Ibat:et inuidiam cœlo:diuiſque ferebat.
Ecce trahens geminum natorum martia pignus.
Infœlix nimia magni uirtute mariti
Squalentem crinem:et triſtis lacerabat amictus.
Agnoſcis ne diem? an teneris non hæſit in annis?
Atque ea poſtquã habitu iuxta et uelamina pœno
Deformem aſpexit fuſis ululatibus ægra
Labitur:et gelidos mortis color occupat artus
Si qua deis pietas tales carthago uidere
Dent tibi ſydonias matres me uoce quieta
Affatus iubet:et ueſtros:et coniugis una
Arcere amplexus:patet impenetrabilis ille
Luctibus:et nunquam ſubmiſſus colla dolori.
Hic alto iuuenis gemitu: lachrymiſque cohortis
Magne parens inquit:quo maius numine nobis
Tarpeia:nec in arce ſedet ſi iura querelis
Sunt conceſſa piis:cur hoc matrique mihique
Solamen? uel cur decus hoc o dure negaſti
Tangere ſacratos uultus:atque oſcula ab ore
Libauiſſe tuo? dextram mihi prẽdere dextra
Non licitum? leuiora forent hæc uulnera q̃tum
Si ferre ad manes infixos mente daretur
Amplexus uenerande tuos:ſed uana recordor
Nimirum nam primo tunc hærebamus in æuo.
Humana maior ſpecies erat:horrida cano
Vertice deſcendens ingentia colla tegebat
Cæſaries frontique coma ſqualente ſedebat
Terribilis decor:atque animi uenerabile pondus
Nil poſt hac oculis ſimile incidit:excipit inde
Iã marus:atque inhibẽs cõuellere uulnera queſtu
Quid cum præteritis inuiſa pœnatibus inquit
Hoſpitia:et ſedes pœnorum intrauit acerbas:
Affixi clypei:curruſque et ſpicula nota

Agnoſcis ne dié: uertit Marus uerba ad Seranũ. Nõ hæſit:nõ ẽ infixus ille dies:quo patri obuiã cũ matre pdiiſti. Si q̃ deis pietas:ſẽſus ẽ.ſi deus mouet aliqua pietate præcor ut carthago:quæ tũc ĩ regulũ ſæuiebat:& Martiã tãto luctu afficiebat: det mihi ſpectãdas ſuas matronas. Tales .i. eo habitu oris & merore:quo erat Martia: cũ uidit regulũ punica ueſte indutũ. Seruit poeta affectui mari loquẽtis: q Martiã ſic affectã uiderat. Impenetrabilis:q nõ mouebat luctu uxoris & filiorum. Nũq̃ ſubmiſſus colla dolori: q nunq̃ dolori ſuccũbebat:ut uirũ fortiſſimũ decebat:& quoddã fidei ſacrum. Hic:tũc. Magne parés: uerba Serani:ad p̃rem: qué adorat:æquatque Ioui capitolio iã motus erat ad lachrymas uerbis mari: & q̃ritur modeſtiſſime tñ ſi queri fas eſt filio de p̃re:q filio amplexus negauerit. Querelis piis:meis q de te queror: ſi iure poſſum de te queri:aut fas ẽ. Decus hoc:tuos amplexus:& tãgere uultus tuos ſacratos:q maximo decori & ſolatio nobis fuiſſet. Dure:q nõ mouebaris ad affectũ o pater. Mẽte:mea .i. ſi recolerẽ te p̃buiſſe mihi tũc amplexus tuos. Ad manes:ad inferos. Sed uana recordor:qm̃ inqt erã puer: nec plane recordor. Vana:nõ certa: & rem quaſi uanã. Humana maior:uidebat inqt Serranus:ſi uera recordor eẽ deus & multũ ſupra hominẽ eius aſpectus: & ſic erat in regulo heroica illa uirtus: q̃ trãſcẽdit naturã hũanã. Terribilis decor dignitas: q̃ ſua maieſtate alios terrebat: & ſic deſcribitur ĩ regulo imago ĩpius uirtutis. Põdus aĩ:grauitas:prudẽtia:fortitudo:magĩtudo aĩ :q̃ hoẽm ornãt & aĩum celſiorẽ cæteris rebus faciũt. Virtus nõ hẽt aliã formã:q̃ hæc q̃ a poeta regulo tribuit: de uirtute ac uoluptate alibi dicet. Excipit:incipit loqui. Inhibẽs: phibẽs eũ flere ne læderet uulnera. Cõuellere:uexare. Queſtu:querelis.& lachrymis. Quid cũ p̃teritis:uerba mari dicẽtis:qd diceres ſi uidiſſes eũ p̃tereũtẽ domũ ſuã:unde cõſul pceſſerat: & ubi erãt ſigna triũphi: quẽ geſſit p̃io conſulatu domitis non nullis populis italiæ & audientẽ uerba uxoris ĩmobilẽ. Præteritis: cũ p̃teriiſſet ſuos pœnates:& ĩgrederet hoſpitiũ punicũ. Acerbas:crudeles pp ĩpos pœnos acerbos. Magni triũphi:bis cõſul fuit.M.regulus ĩ p̃io cõſulatu domuit ſalẽtinos:& quoſdã alios latios populos:de qbus triũphauit.& hæc ſpolia pœnatibus affixa rettulerat:ſed re uera apd antiquos talia ſpolia nõ ſuſpẽdebant:niſi in tẽplis:nec reſtituebant uetuſtate labentia:ut poſteri cernentes interiere priſtinã ſuorũ gloriam nouã ipſi compararent: & ut oſtenderetur diſcordias tandẽ ceſſare oportere.

Paruis ædibus:domo parua:ut laudet téperātiā:& modeſtiam reguli:hoc dicit:q nō quæſierat domū laxā:& magnificā:ſed pauper domi diues aūt ī repu.eé uoluit. Quo fers greſſus:uerba martiæ ad regulū ſpernétem ꝓprios lares. Patriū laré:geniū huius domus:ideſt hæc é domus tua inuiolata. Pollutū:erratū:& uiolatū. Ingés:conſpicuus & cōſul purpura indutus. Oſtro:purpura:qua cōſules utebant. Latios faſces:hinc ꝓdiiſti cōſul:q habebat duodecim faſces.& totidé ſecures. Fœdera tædæ ſanctæ:inuiolati matrimonii quaſi dicat nō quero:ut uenias tāq̄ maritus:ut uelim cōcubitum ut uxor:ſed oro ne dānes domū tuā. Abſiſte:deſine aſpernari ꝓprios lares:q tibi fuerūt honeſtiſſimi. Fas duc:puta eſſe fas.

Seduxit:remouit ſuos pedes e limine tyrio.i.ingreſſus eſt domū punicā relictis querelis martiæ. Pœnis:carthaginéſibus:q regulū circūſtabát. Vix dū clara dies:cū illuxiſſet legatis pœnoꝝ ſenatus datus é ī templo ut moris erat.

Oetha:é mōs inter theſſaliā:& macedoniā:ī quo Hercules cōbuſtus é:ideo dicit illic eé monuméta rogi Herculei cuius numini mōs hic poſtea dicatus fuīt:icc irco canit Luca. Si tota é herculis œtha:deſcribit igit poeta principiū diei:quo ſol luſtrat montiū cacumina.

Conſul.L.Mālius. Quæ conſultata ſenatus:ſenſus eſt:regulus ipſe retulit mihi oīa quæ cōſultata fuerūt:& quid ipſe dixerit:& ſic narrarat:q̄ a regulo maurus acceperat. Curia mœrés:ipſi ſenatores mœſti:q erāt ī curia:quā ædificauit Tullus hoſtilius. Li.ait li.i. Téplumq; a ſe auctū curiā fecit:q̄ hoſtilia uſq; ad patrū nr̄oꝝ ætaté appellata é. Extremū:ī fine oōnis. Solitā ſedé:cōſularē:ī qua prius ſederat:quē locum recuſauit:quaſi eēt nefas hoiém captiuū illic ſedere. Non ſetius:nō minus.

Prenſare:prēſabāt. Ductoré:regulū tāti noīs:ac famæ. Pēſari:ꝑmutari cū captiuis. Iuſtitiæ rectique dator:oōo reguli in ſenatu ꝓ utilitate cōi:qua diſſuaſit fieri ꝑmutationé arguēs ab utili.

Dator iuſtitiæ:iuppiter. Nec leuior diua:non minoris numinis:ac uenerationis:q̄ ſit iuppiter. Serana iuno:q̄ ſupſtitioſe coleris a ſeranis.i.carthaginéſibus:& illis faues peroſa nomé æneadū. Saluo fœdere pœnæ:hac conditione:ac pacto uenerat:ut ſi re infecta rediret ſupplicio afficeretur. Non ſegnior:nō pigrior q̄ huc ueneri. Stāte:non uiolata fide reditus mei ut iuraui.

Rerū exitio:cū detriméto pīæ:& calamitate reipu. Tot bellis:confirmatio é. Fuit ille regulus.q.d.non ſum amplius regulus:ſed confectus ſenio.& captiuus:cuius membra torpent.

Aedibus in paruis magni monuméta triūphi
Pulſabant oculos:coniunxque in limine primo
Clamabat:quo fers greſſus:non punicus hic eſt
Regule quem fugias cancer ueſtigia noſtri
Caſtra tori:domus et patriū ſine crimine ſeruat
Inuiolata larem ſemel hic:iterumque quid oro
Pollutum eſt nobis:prolem gratante ſenatu
Et patria ſum enixa tibi tua reſpice ſedes
Hæc eſt:unde ingens humeris fulgentibus oſtro
Vidiſti latios conſul procedere faſces
Vnde ire in martem:quo capta referre ſolebas
Et uictor mecum ſuſpendere poſtibus arma
Non ego complexus:et ſanctæ fœdera tædæ
Coniugium ue peto:patrios damnare pœnates
Abſiſte:ac natis fas duc concedere noctem.
Hos inter fletus iunctus ueſtigia pœnis
Limine ſeduxit tyrio:queſtuſque reliquit
Vix dum clara dies ſumma luſtrabat in œtha
Herculei monumenta rogi cum conſul adire
Acciri que iubet libycos:tum limina templi
Vidimus intrantem:quæ conſultata ſenatus:
Quas ue uiri uoces extremum curia mœrens
Audierit:placido nobis ipſe ædidit ore.
Intulit ut greſſus:certatim uoce:manuque
Ad ſolitam ſedem:et ueſtigia nota uocabat
Abnuit:antiquumque loci aſpernatus honoré eſt
At circunfuſi non ſecius undique dextram
Prenſare ac patriæ ductorem nomine tanto.
Redderet:orabant:captiua poſſe redemptum
Penſari turba ac tyrias:tum iuſtius arces
Arſuras dextra:fueritque uincta cathenis.
Tum palmas ſimul attollens:ac lumina cœlo
Iuſtitiæ:rectique dator:qui cuncta gubernas.
Nec leuior mihi diua fides:ſerranaque iuno
Quos reditus teſtes iurata mente uocaui:
Sit mihi fas me digna loqui:latioſque tueri
Voce focos:ibo ad tyrios non ſegnior inquit
Stante fide reditus:et ſaluo fœdere pœnæ
Sic nobis rerum exitio deſiſtite honorem
Tendere tot bellis:totque annis fregimus æuum.
Nunc etiam uinclis:et longo carcere torpēt
Captiuo in ſenio uires:fuit ille:nec unquam?
Dum fuit a duro ceſſauit munere martis.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Regulus: exangui ſpectatis corpore nomen
At non carthago fraudum domus inſcia: q̄tum
E nobis reſtet iuuenes parat aſpera ferro
Pectora captiuos noſtra penſare ſenecta.
Ite dolos contra: genſque aſtu fallere læta
Diſcat me capto quantum tibi roma ſuperſit.
Nec uero placeat: niſi quæ de more parentum
Pax erit: expoſcunt libyci: nobiſque dedere
Hæc referenda pari libeat ſi pendere bellum
Fœdere: et ex æquo geminas conſcribere leges.
Sed mihi ſit ſtygios ante intrauiſſe pœnates
Talia quam uideam ferientis pacta latinos.
Hæc fatus tyriæ ſeſe iam reddidit iræ.
Nec monitus ſpernente graues: fidoſque ſenatu
Pœnorum dimiſſa cohors: quæ mœſta repulſa
Ac minitans capto patrias properabat ad oras.
Proſequitur uulgus patres: ac planctibus ingens
Perſonat: et luctu campis reuocare libebat
Interdum: et iuſto raptum retinere dolore.
At trepida: et ſubito ceu ſtans in funere coniunx
Vtuidit puppim properantem intrare: tremendū
Vociferans celerem greſſum referebat ad undas
Tollite me libyci comitem: pœnæque: neciſque
Hoc unum coniunx uteri per pignora noſtri
Vnum oro: liceat tecum quoſcunque ferentem
Terrarum: pelagique pati: cœlique labores.
Non ego amycleum ductorem in prœlia miſi.
Nec noſtris tua ſunt circundata colla cathenis
Cur uſque ad pœnos miſeram fugis? accipe mecum
Hanc prolem. forſan duras carthaginis iras
Flectemus lachrymis: aut ſi præcluſerit aures
Vrbs inimica ſuas: eadem tunc hora manebit:
Teque: tuoſque ſimul: uel ſi ſtat rumpere uitam
In patria moriamur: adeſt comes ultima fati
Has inter uoces uinclis reſoluta moueri
Paulatim et ripa cœpit decedere puppis.
Tum uero infelix mentem furiata dolore
Exclamat feſſas tendens ad ſydera palmas
En qui ſe iactat libyæ: populiſque nephandis:
Atque hoſti ſeruare fidem data fœdera nobis
Ac promiſſa fides thalamis: ubi perfide nunc eſt?
Vltima uox duras: hæc tunc penetrauit ad aures.
Cætera percuſſi uetuerunt noſcere remi.

Exangui: iam affecto. At nō Carthago: ab utili ſuadet non debere fieri permutationem. E nobis reſtet: ideſt quā parum ſim uicturus confectus iam ſenio. Regulus in ſenatu dixit: datum ſibi a pœnis eſſe uenenum non præſentaneum: ſed ad tēpus ut paulatim corpus tabeſceret: ut facta permutatione īteriret. Aſpera ferro: apta bellis. Nec uero placeat: locus eſt ab honeſto. Non debetis inquit inire pacē cum pœnis: ut ſeruetur decorum ueſtrum: niſi ſitis ſuperiores in conditionibus: ut maiores noſtri ſemper cōſueuerunt. De more parentum: quoniā romani ſemper percutiebant fœdera honeſtis conditionibus: ut maieſtas romani nominis ſeruaretur. Expoſcunt libyci: hæc fuerant mandata pœnorum data Regulo. Pari fœdere: æquis conditionibus: ut ſint pares uobis: non inferiores quod nullo modo agendū ēſt: ne degeneraſſe a maioribus uideamur. Ex æquo: ut pari lege ſitis cōiuncti. Sed mihi ſit ſtygios: quaſi dicat potius uolo mori q̄ uidere romanos percutientes talia fœdera: & cum hoc dixiſſet reddidit ſe ſe pœnis iratis: quos dimiſit ſenatus: cū non ſperneret monitus Reguli graues & fidos.

Repulſa: ꝓpter repulſam quippe neque permutationē: neque pacem æquā uolebant romani. Capto: Regulo: quē uulgus interdum rapere cogitabat præ dolore: qui iuſtus & pius erat. Tollite me: uerba Martiæ orantis pœnos: ut ſe una cum Regulo in naui acciperent.

Per pignora: filios noſtros. Liceat tecū: hoc dicebat Regulo marito. Amycleum: Xantippum lacedæmonium.

Vſque ad pœnos: gentem immanem & infidam. Eadem hora: idem exitus & mors. Si ſtat: fixum ē in animo. mori omnino: moriamur hic in patria.

En qui ſe iactat: uerba Martiæ furentis dolore accuſantiſque Regulum perfidiæ cum uiolaret fidem connubii. fœdera genialia. & ſacras tædas. Perfide: q mihi fidem iugalem uiolas. Duras: non admittentes preces & lachrymas.

Ludibriū necis:timens inqt Marus ignominioſam mortē quæ Regulū manebat : optabam ut te[...] ſtas nos obrueret:ſed uenti ſecūdo flatu nos ad carthaginis portū impulerūt. Horreſcēs : timēs[...] inqt marus. Reuerti.ſ.Regulū carthaginē. Dura mercede:acerbiſſimo ſupplicio. Narrator [...] næ: ut narrarē romanis Reguli ſuppliciū remiſſus fui a pœnis romā. Nec tibi nūc ritus:ſenſus [...] narrarē tibi o Serane gentē punicā crudeliſſimā ritu ferarū : ſi aliqua uirtus dediſſet maius ex[...] plū fidei & cōſtātiæ:ut fecit uirtus Reguli.q.d.Nunq̄ fuit audita talis fides & cōſtātia : ideo ē hoc [...] plū ſingulare.& laus ē reguli a fide conſtātia & fortitudine. Pygmalioneam: carthaginēſem.pygmaliō fuit frater Didonis:q̄ cōdidit carthaginē. Pudet addere quæſtus.q.d.pudor ē deflere ſuppliciū reguli q̄ ille placido uultu tolerauit.& ob id magnā laudē cōſecutus ē. Tu quoque care puer:hortat̄ Seranū marus:ut ſeſe ad imaginē tāti p̄ris effingat.& eā fortitudinē atque magnitudinem i aduerſis aſſumat. Præfixo paribus ligno:deſcribit armariū mucronibus circūfixū:i quo regulus cruciatus ē cōfectū erat ex tabulis ligneis intus infixi:erāt acuti ſtimuli:ut neque iacere neque ſtare: neque adherer̄ ſine moleſtia & cruciatu poſſet. & cū defeſſus labore cecidiſſet a tortoribus trahebat̄ : ut acutis clauis motū corpus figeret̄. Tubero ait regulū a pœnis excruciatū fuiſſe nouis exēplorꝫ modis.In atras inqt & p̄fūdiſſimas tenebras eum claudebāt: & aduerſus ictus ſolis appoſitum cōtinebāt: palpebras quoque eius ne cōniuere poſſet ſurſū ac deorſū diductas inſuebāt. Tuditanus ait ſōno diu p̄hibitū: atque ita uita priuatū:idque ubi romæ cognitū ē nobiliſſimos pœnorꝫ captiuos liberis reguli a ſenato deditos & ab his i armario muricibus p̄fixo deſtitutos:eadēque i ſōnia cruciatos interiiſſe.Sene.de ſupplicio reguli loquēs ait: figunt cutē claui.& ad uigiliā ſuſpēſa lumīa. Mucrōibus:clauis acutis. Crates laterū:tabulæ ipius armarii. Dēſus ſtimulus:dēſi mucrones & claui ferrei. Ex ordīe: p ordinē. Stātis ferri: extātis & fixi claui. Hac fraude:armarii.ſ.& clauorꝫ.

Perducto tp̄e: ad poſtremū cū nō poſſet amplius ſtare. Tortor iners:ille cui datū erat hoc negociū:ut regulū torq̄ret. Iners:iutilis & turpe miniſteriū exercēs. Ad uiſcera:p̄cordia.uiſcus dr̄ qc qd latet ſub cute. Abſiſte lachrymis:i qt marus ſerano dolēti uicē p̄ris. Dux inclyte:o regule. Calcata:ſuperata forti aīo:qm̄ nihil ē tolerātius malorꝫ uiro forti. Minores:poſteri. Interea rapidas:dū talia agerēt̄ circa traſimenū. & arua peruſina tātæ cladis fama p̄uenerat ad urbē.& imitat̄ Vir. in q̄rto famā deſcribētē. Allia & īfādi ſenones.i.calamitas accepta ad alliā flu. & urbis romæ captiuitas.M. Pōpo. p̄tor paulo an̄ ſolis occaſum e roſtris : ut ait Polibyus: elata uoce p̄clamauit:Quirites magna pugna uicti ſumus. Captæ:obſeſſi a gallis capitolii & pene capti. Excuſſit habēas:paſſī uagat̄. Luctificus:nā poſt pauorē ſeq̄t̄ luctus. Tēpeſtas:hæc calāitas q̄ tior̄ augebat̄. Hic aliqs:d̄ſcribit t̄ṕidationē q̄ ī urbe fuit ad primū nūtiū cladis

Tum fluuio raptū ad pelagi deuoluimur oras.
Ac legimus pontum:pinuque iuuante cauata
Aequor et immenſas curua trabe findimus undas.
Ludibrium necis horreſcens uis aſpera ponti
Obrueret:ſcopuliſque ratē furor improbus euri
Frangeret optabam:moderato flamine lenes
Vexerūt zephiri:tyrioque dedere furori.
Infelix uidi:patriamque remiſſus in urbem
Narrator pœnæ dura mercede reuerti.
Nec tibi nunc ritus imitantem:iraſque ferarum
Pygmaleoneam temptarem expromere gentem:
Si maius quicquā toto uidiſſet in orbe
Gens hominum q̄ quod ueſtri ueneranda parentis
Edidit exemplum uirtus.pudet addere quæſtus
Suppliciis quæ ſpectaui placido ore ferētem.
Tu quoque care puer dignum te ſanguine tanto
Fingere ne ceſſa:atque humentis comprime fletus.
Præfixo paribus ligno mucronibus omēs.
Armantur laterum crates:denſuſque per artem
Texitur erecti:ſtantiſque ex ordine ferri
Infelix ſtimulus:ſomniſque hac fraude negatis
Quoſcunque inflexus producto tempore tactor
Incinauit iners fodiunt ad uiſcera corpus:
Abſiſte o iuuenis lachrymis patientia cunctos
Hos ſuperat caſus.lōgo reuireſcet in æuo
Gloria dum cœli ſedem:terraſque tenebit
Caſta fides dum uirtutis uenerabile nomē
Iuuet:eritque dies tua quo dux inclyte fata
Audire horrebūt a te calcata minores.
Hæc marus:et mœſta refouebat uulnera cura:
Interea rapidas perfuſa cruoribus alas
Sicut ſanguinea thraſimeni tinxerat unda
Vera ac ficta ſimul ſpargebat fama per urbem
Allia.et infandi ſenones:captæque recurſat.
Attonitis arcis facies excuſſit habenas?
Luctificus pauor:et tempeſtas aucta timēdo.
Hic raptum ruit in muros uox horrida fertur

H oſtis adeſt:iaciunt ſudes et inania tela.
A ſt aliæ laceris canentes crinibus alta
V ertunt tecta deum et ſeris poſt fata ſuorum.
S ollicitant precibus requiem tenebræque dieſque
A miſere.iacent portis ululante dolore
D iſperſum uulgus.remeantumque ordine longo
S eruat turba gradus:pendent ex ore loquentum
N ec letis ſat certa fides.iterũque morantur
O rando:et uultu interdum ſine uoce precati
Q uod rogitant.audire pauent. hic fletus ubi aures
P ercuſſæ grauiore malo. metus inde negatum
S i ſcire et dubius reſponſi nuncius heſit.
I amque ubi conſpectu redeũtis uiſa propinquo
C orpora ſollicite læti funduntur et ipſis
O ſcula uulneribus figunt:ſuperoſque fatigant.
H ic inter ſtrepidos curæ uenerandus agebat
S erranũ matus:atque olim poſt fata mariti
N on egreſſa domũ uitato martia cetu.
E t lucem cauſa natorum paſſa ruebat.
I n luctum ſimilem antiquo turbata repente
A gnoſcenſque marum fidei comes inclyte magnæ
N unc certe mihi reddis ait:leue uulnus an alte
V ſque ad noſtra ferus penetrauit uiſcera mucro?
Q uicquid adeſt:dũ non uinctum:carthago catenis
A bripiat:pœnæque inſtauret monſtra paternæ
G ratum eſt o ſuperi.quotiens heu nate petebam
N e patrias iras animoſque in prælia ferres.
N ec te belligeri ſtimularet in arma parentis
T riſte decus.nimiũ uiuacis dura ſenectæ
S upplicia expẽdi.quæſo iam parcite:ſiqua
N umina pugnaſtis nobis.hac cladis acerbæ
D iſcuſſa ceu nube patres conquirere feſſis
I am rebus meditantur opem atque ad mũera belli
C ertatur pulſuſque dolor grauiore periclo.
M axima curarum rectorem ponere caſtris
C ui latium et moles rerum quaſſata recumbat
S pectante occaſum patria.iouis illa ruenti
A uſoniæ atque italis tempus protendere regnis
C ura fuit.nam tyrrhenos penumque ſecundis
A lbana ſurgens reſpexerat arce tumentem.

Inania:irrita. Canẽtes:canæ.i.matronæ ibant ad templũ ut pro imperio labanti precarent. Vertũt:adeunt templa deoꝝ. Seruant turba gradus remeantiũ: poſtridie q̃ clades nũciata eſt ac deinceps aliquot diebus ad portas maior mulierũ prope q̃ uiroꝝ fuit copia: ut ait liuius quæ aut ſuoꝝ aliquem aut nunciũ de his expectabãt: circũfundebantur obuiis ſciſcitantes neque auelli undique a notis priuſq̃ oĩa ordine inq̃ ſiſſent poterant inde uarios uultus digrediẽtiũ ab nũciis cerneres ut cuique aut læta aut triſtia nunciabant fœminaꝝ præcipue et gaudia inſignia erant & luctus unã in ipſa porta ſoſpite filio repente oblato in cõſpectu eius expiraſſe ferunt alterã cui mors filii falſo nunciata erat meſtam ſedentẽ domi ad primũ conſpectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatã. Sine uoce:nã nutu querebant & expaueſcebant audire id quod querebãt timẽtes malũ nunciũ.

Grauiore malo: audita nece ſuorum plorabant. Metus inde.ſ.erat ſi nuncius interrogatus heſitabat:dicebatque neſcire. Sollicite leti:quæ fuerant prius anxiæ timentes mortem eorum qui nunc redibant. Fatigant. laſſant uotis & precationibus q̃ pepercirent illis in bello. Venerandus curæ: laudandus quoniam ſeranus fuit illi curæ.

Agebat: reducebat romam. Cauſa natorum: id eſt quæ ſolum propter filios uiuebat; nam niſi filios habuiſſet poſt fatum reguli uitam damnaſſet.

Lucem:uitam. Antiquo:tempore reguli. Fidei comes inclyte: uerba martiæ ad marum. Fidei comes: reguli q̃ fuit clarus fide pœnis ſeruata. Hunc: ſeranũ filium. Noſtra uiſcera; quaſi dicat: nõ penetrauit in uiſcera filii ſed mea. Quicquid adeſt:ſenſus: gratum eſt mihi hoc q̃uis magnum malum ſit dummodo carthago nequeat uincire cathenis filiũ ut fecit de regulo patre.

Monſtra pœnæ paternæ:horrendum ſupplicium & monſtro ſimile. Quotiens heu natæ:uertit ſermonem ad filium. Animos:audientiã ſiue magnanimitatem. Triſte decus:gloria illius & fortitudo atque laus q̃ nobis triſtitiæ fuit:ſed aĩus reguli nũq̃ ẽ deiectus. Expendi ſupplicia .i.diu uiuẽdo hæc ſupplicia paſſa ſum.at ſenatores inquit poeta hãc cladẽ aĩo pollẽtes ꝑ ſalute patriæ conſultabant. Feſſis rebus:reipu. labanti & attritis uiribus romanorum.

Grauiore periclo: qm̃ maiora iam timebant patria minitãte ruinã. Protendere tempus:extẽdere & prorogare romanum imperiũ qđ tũc ruere uidebat. Albana arce:qm̃ iupiter latialis albæ colebat cuius templũ autore & ſuaſore tarquino latini erexerũt & celebritatẽ in illius honorẽ quã quot ãnis recolebãt ferias latinas appellarunt:qm̃ conueniebãt latini quibus illic carnes dabãt.unũ Cicero ĩ orõe ꝑ plãco uolẽs oſtẽdere paucitatẽ latioꝝ dicit:Quibus.ſ.mũicipiis uix iã q carnẽ latinis petãt ĩueniũt Iouis latialis meminit Luca. Tumẽtẽ:ſupbiẽtẽ clade illata romãis.

In muros.ſ.romanos. Haud unq̃.uerba iouis de annibale quẽ abſentẽ alloquiẽ. Fas fuerit: eſto inquit ꝙ tibi licuerit romano ſanguine hetruſcas ualles repleuiſſe. Exire:habũdare. Muriſque aſpirare ueto.i.tangere muros romanos. Meonidum tellus:hetruſcorũ qui uenerunt ex meonia. Mentem:prudentiã. Tandẽ:poſt clades acceptas. Habenas:regimẽ & dictaturã quæ reipu.labãti ſaluti fuit,unde dixit Ennius:unus homo nobis cunctãdo reſtituit rem.Fabius maximus in illa trepidatione romanoꝝ creatus eſt dictator a populo quod nunq̃ ante illũ diem acciderat. Non hunc inquit:uerba iouis in laudem fabii. Inuidia: alludit ad id quod poſtea fuit, nam propter inuidiã populus æquauit imperiũ Minutio magiſtro equitũ cũ fabio dictatore quã iuidiã fabius ciuili æquoque animo tulit,immo cum opus fuit minutiũ e manibus annibalis eripuit nec etiam gloria popularis blãdo fuco eum corrupit quippe nulla inani gloria mouebatur. totus erat intentus ſaluti patriæ quam prope collapſã cunctando reſtituit. paulo poſt dicet: Nec non patrum ſaturnia mites inuidiæ ſtimulo fodit & popularibus auris. Blando fuco:coloratis blanditiis.Fucus accipiẽ pro colore: & fucare colorẽ adderẽ.

Non aſtus fallax:quoniã contra fabiũ non ualuerunt aſtus annibalis. Alius cupido.alia cupiditas genere maſculĩo protulit ut ſupra. Vetus bellandi:diu in militia ueriatus. Quieta mente.i. qui fortiſſime ac prudentiſſime aduerſam proſperamque fortunam ferebat. magnanimus.n. nec aduerſa fortũa deprimitur:nec proſpera extolliẽ ſed mediũ ſemper tenet æquo animo ad utrãque fortunam paratus. Quieta:tranquilla ſecura conſtanti. & ut decet magnũ uirum & prudentia ſubnixũ. Caſtris & togæ:domi foriſque. Circumſpectus:prouidus & cum ratione mala declinans qualem deſcribit Horatius ĩ ſermonibus his uerbis,hic fugit omnis ĩſidias:nullique malo latus obdit aptũ cum genus hoc inter uitæ uerſetur ubi acris inuidia atque uigẽt ubi crimina.

Reuerſus domum.ſ. ab ipſa militia.

Stirpe clarum genus: repetit celebratque originem fabiorum. Affinis cælo propter herculẽ relatum in naturã deoꝝ. Longis oris: hiſpanis ubi gerionẽ occiderat cuius armẽtũ in italiã abegit

Triplicis mõſtri;gerionis tricorporis.

Egit:duxit. Ductor arcadius: euãder filius mercurii & nicoſtrates quã poſtea carmentẽ appellauerũt romani ꝑpter uaticinia,euander ex arcadia profugus cũ matre in italiã nauigauit. Regia uirgo:uinduna filia euandri:quam aliqui appellant launã;ex qua hercules ſuſcepit fabium a quo fabioꝝ familia propagata eſt: q̃uis aliqui teneant pallantem natũ fuiſſe ex uinduna & hercule. Hoſpite ſacro:hercule qui erat deificãdus

Læto crẽe:cõcubitu. Semis:herculei.

Arcas:puella arcadici euãdri filia. Vẽtura mẽ: q̇ erat futura mẽ. In nepotes herculeos:fabioꝝ fãiliã q erant nepotes et poſteritas herculis et ipſius uidunæ

Qui ferre in muros uictricia ſigna parabat.
Tunc quaſſans caput haud unquã tibi iupiter inq̃
O iuuenis dederit portas tranſcendere romæ.
Atque inferre pedem.tyrrhenas ſternere ualles
Cedibus: et ripas fluuiorũ exire latino
Sanguine fas fuerit.tarpeium aſcendere collem
Muriſque aſpirare ueto.quater inde coruſcum
Contorſit dextra fulmen quo tota reluxit
Meonidum tellus atramque per æthera uoluens
Abrupto fregit celo ſuper agmina nubem
Nec penum auertiſſe ſatis.dat numine magno
Aeneadis mentem gremio deponere tuto
Romuleã tandem.fabioque ſalutis habenas
Credere ductori.cui poſtq̃ tradita belli
Iura uidet.non hunc inquit ſuperauerit unq̃
Inuidia aut lybico popularis gloria fuco.
Non aſtus fallax.non præda aliuſue cupido.
Bellandi uetus ac laudum cladumque quieta
Mente capax par ingeniũ caſtriſque togæque.
Sic genitor diuum recipitque ad ſydera greſſum
Hic circunſpectis nulli deprenſus in armis
Laudatuſque ioui fabius mirabile tantum
Gaudebat reducem patriæ adnumerare reuerſus
Duxerat egrediens quam ſecũ in prælia pubem
Nec membris quiſq̃ nato ue pepercit amato.
Acrius aut uidit ſocium per bella cruorem
Triſtior atque idem perfuſus ſanguine uictor
Hoſtili plenis repetebat moenia caſtris
Stirpe genus clarum celoque affinis origo
Nam remeans longis olim tirynthius oris
Et triplicis monſtri famã et ſpeſtacula captas
Mira boues hac qua fulgent nũc moenia romæ
Egit ouans.tunc arcadius ſic fama:locabat
Inter deſertos fundata palatia dumos
Paupere ſub populo ductor. cum regia uirgo
Hoſpite uicta ſacro fabium de crimine leta
Procreat:et:magni cõmiſcet ſeminis ortus
Arcas in herculeos mater uentura nepotes.

Tercentum domus hæc fabios armauit ĩ hoſtem
Limine progreſſos uno: pulcherrima quorum
Cunctãdo fabius ſuperauit facta: ducẽque
Annibalem æquando tantus nunc pœne fuiſti.
Dum ſe perculſi reuouant in bella latini
Turbatus ioue et exuta ſpe mœnia romæ
Pulſandi colles umbros atque arua petebat
Annibal excelſo ſummum: qua uertice montis
Deuexum lateri pendet tuder atque ubi latis
Proiecta in campis nebulas exhalat inertes
Et ſedet in gentem paſcens meuania taurum
Dona ioui: tum palladios ſe fundit in agros
Picænum diues prædæ atque errantibus aruis
Quo ſpolia ut mutet trãſfert populantia ſigna.
Donec peſtiferos mitis campania curſus
Tardauit: bellũque ſinu indefenſa recepit.
Hic dũ ſtagnoſi ſpectat templũque domoſque
Linterni ductor uaria ſplendentia cernit
Pictura belli patribus monumenta prioris.
Exhauſti: nam porticibus ſignata manebant
Quis inerat longus rerum et ſpectabilis ordo.
Primus bella truci ſuadebat regulus ore.
Bella neganda uiro: ſi noſcere fata daretur
Ac princeps pœnis indictæ moræ parentum
Appius aſtabat pugnæ: lauroque reuinctus.
Iuſtum ſarrana ducebat cedæ triumphum.
Equoreum iuxta decus et nauale trophœum

Domus hæc: fabioꝝ. ſẽſus ẽ fabius dictator cũctãdo & æq̃ ãnibalẽ ſuperauit oĩa geſta maioꝝ ſuorum tãtæ molis erat æq̃re ne dũ uicere ãnibalẽ quẽ laudat poeta: ut maior laus accedat fabio q̃ eũ tãto ſucceſſu tumẽtẽ cũctãdo fregit. Tercentũ: q perierũt apud cremerã ĩ pugna contra uehiẽtes ut dictũ ẽ. Pœne: annibal tãti momẽti eras: ut te æq̃re eẽt ſnperare præclara alioꝝ facta. Dũ ſe perculſi: fabio dictatori datũ ẽ negociũ: ut muros urbis turreſque firmaret: & præſidia diſponeret annibal: ĩterĩ recto itinere per umbriã ſpoletũ uſque uenit: ĩde cũ populato agro urbem adortus eẽt oppugnare cũ magna cæde ſuoꝝ r̃pulſus ẽ coniectãs ex unius coloniæ haud nimis ꝓſperæ tẽtate uiribus quãta moles romanæ urbis eẽt ĩ agrũ picænum: uertit iter auiditate prædæ: demũ ĩ cãpaniã peruenit ubi picturã primi belli punici apud linternũ uidit: ut a poeta ĩgenioſe fingit̃. Perculſi: conſternati accepta clade. Tuder: adhuc retinet nomẽ oppidũ umbriæ porrectũ ĩ dorſo montis: ſupra meuaniã ꝓpe quã eſt clitumnus: ĩ plano ẽ meuania ꝓpe fulginiã & ĩ ualle umbriæ quæ nũc ſpoletina dicitur cuius longitudo ẽ a peruſia ſpoletũ uſque dextra: læuaque ſũt montes. Inertes: ĩutiles obſcuras. In gẽtẽ taurũ: qui mactabat̃ a triumphãtibus ioui capitolĩo. Agros palladios: picænos oliuiferos: inde oliuæ picenæ celebrãtur a poetis: & cũ traieciſſet ãnibal truẽtum: marrucios & morſos: : atque pelignos depopulatus ĩ cãpaniã ſe effudit. Errãtibus: diſcurrentibus ad prædã. Signa populãtia: ſuos milites qui oĩa depopulabãt̃. Mitis: pacifica & fertilis: magiſque apta paci q̃ bellis.

Indefenſa: qm̃ romani nõ poterãt ferre opẽ tribus cladibus iam attriti. Stagnoſi linterni: linternũ ẽ oppidũ campaniæ claꝝ exilio aphricani maioris: & iõ poeta finxit illic fuiſſe picturam primi belli punici: fuit ibi ſcipionis ſepulchrũ auctore ſtrabone: cuius ruĩas ſe uidiſſe liuius teſtat̃: in quo tale fuit epigrãma. d'uicto ãnibale capta carthagine: & aucto, imperio hos cineres marmore tectus habes: cui non europæ nõ obſtitit aphrica quondã. Aſpice res hominũ q̃ breuis urna præmit: lĩternũ ẽ ꝓpe mare poſt ſinueſſã. Stagnoſi: qm̃ prope erãt paludes: unde dicet poſtea undoſis ſqualida riuis hic linterna palus: adde ꝙ linternũ alluit̃ fluuio eiuſdẽ noĩs. Tẽplũ: hoc fingit poeta: qm̃ ĩ tẽplis talia pingebãtur: ut de hiſtoria troiana fingit Virgilius in templo carthaginis. Exhauſti: finiti: quod durauerat per. xxiiiĩ: annos. Primus bella truci: Mamertini: de q̃bus dictũ ẽ natio campana: & tũc meſſanã freto ſiculo incũbẽtẽ habitãtes ĩplorauerũt opẽ romanoꝝ contra hyeronẽ regẽ: a quo obſidebant̃: & poſt uarias ſententias ĩ ſenatu populus cenſuit & plebs ſciuit ſuadẽte. M. attilio regulo illis ĩplorãtibus opẽ eẽ ferẽdã. Negãda uiro: quæ regulus debuiſſet negare ac diſſuadere ſi ſciuiſſet fatoꝝ uolũtates: q̃ppe ĩ eo bello petiturus erat. Indictæ moræ parẽtũ: qm̃ bellũ ĩdicebat̃ a romanis per feciales priſco ritu: ut habunde dixi ĩ commentariis officioꝝ: Appius claudius contra hyeronẽ: & pœnos ĩ auxiliũ mamertinoꝝ primus in ſiciliam exercitum romanum traiecit: & pœnos ſicilia expulit: & appellatus ẽ claudius caudex: huius apii memĩt ſuetonius in tyberio. Reuĩctus: corõatus laurea corona ut moris erat triũphantiũ. Sarrana: punica: qm̃ pœnos ſicilia expulit. Tropheũ: colũna ĩ q̃ erãt ĩſignia uictoriæ naualis: & roſtra nauiũ ſuſpẽſa. C. cornelius: & . C. duilius collegæ ĩ cõſulatu militauer̃ ĩ ſiciliã: ĩ prĩo, bello punico. terreſtribus copiis præerat Duilius & annibal claſſi pũicæ. rõanæ ãt cornelius q fraude pũica captus ẽ: & ad ãnibalẽ ꝑductus duilius relicto exercitu tribunis claſſem adiit: & ad mylas nauali prœlio pœnos uicit: & . l. naues cæpit: conceſſumque illi a ſenatu fuit ut reuertenti a cœna tibicines canerent & funale præferretur.

Alto: mari ſiculo. Sacer: qm̄ ĩ ſacris utebãt tibicinibus romãi. Cãtus: ipſoꝝ tibicinũ. Læti: iucũdi Scipio. L. cornelius Scipio cõſul ĩ ſardinia & corſica cõtra ſardos corſos: & hãnonẽ pœnoꝝ ducẽ proſpere pugnauit: & hãnoni exeqas celebrauit. Ciuis: hãnonis ciuis carthaginenſis. Extrẽos honores: exequias: & funeris põpa: q̃ eũ ſcipio honeſtauit. Videt ĩde ruẽtẽ: uidebat Attiliũ regulũ appellẽtẽ claſſẽ littoribus libycis & pubẽ romanã diſcurrẽtẽ per agmĩa pœnoꝝ fuſa. Autololes & Homades ſũt populi aphricæ quod ĩ prĩo bello punico regulus uexauit: priuſq̃ caperet: hãmones ẽt & garamãtes. Bragada: nũc de ſerpẽte ĩterfecto ad bragadã. Proiectũ puppi: carthaginẽſes cupiẽtẽ redire in p̃riam xantippũ pelago merſerunt fruſtra ĩuocãtẽ numĩa: qppe non pepercerũt pœni atque poeta illũ dediſſe pœnas mortis reguli ſed ſeras: nã debuit mori priuſq̃ regulus caperetur. merſerũt xantippũ pœni redeũtẽ ĩ p̃riam ĩ medio mari ne gloriã de regulo capto totã ſibi aſſumeret. Rectorẽ amycleum: xantippũ lacedæmõiũ. Perfida manus: ipſi pœni q eũ ĩ p̃riam reducere ſimulauerãt. Pẽdebat: perſoluebat

Digni læthi: nã merebat talẽ mortẽ ꝑpter uiolatũ regulum. Egates: ĩſulæ duæ ſũt in mari ſiculo apud q̃s luctatius uicit claſſẽ punicã cẽtũ &. xx. naues amiſere pœni ad egates. q̃ꝝ duæ de. l. ſubmerſæ ſunt luctatius nauibus captis quæ ſupererant rediit ad lilybeũ cũ quo amilcar pœnoꝝ legatus fedus percuſſit. Prona aura: ꝓſpero uẽto: & ferẽti. Ad littora: ipſius ſicyliæ ꝓpe lilybeũ. Legatus amilcar: poſt uictoriã luctatii ad egates carthaginẽſes ut ſcribit polybius miſſo ad amilcarẽ q̃ celerrime nũtio poteſtatẽ illi dedere quicqd e re pu. uideret faciendi: & ſic fœdus cũ luctario percuſſit. Ductoris annibalis. Verterat ora ĩ ſe. ſe: oĩum oculi relictis aliis imaginibus ĩtuebãt amilcarem. Pacis faciẽ: condictiones pacis de qbus dictũ ẽ. Pollutas. uiolatas ꝑpter rupta fœdera. Iouẽ: ĩuocatum. ſ. ĩ fœdere. Dictãtes iura: condictiones pacis. Strictas: expeditas & paratas ad ſupplicia nocentium. Horrebat: timebat. Irrita: quæ non ſeruauerunt pœni: excitãtes poſtea bellũ hoc punicum ſecũdũ. Hæc erice e ſũmo: fingit poeta illic fuiſſe depictã uenerẽ quæ uidebãt oĩa ſpectarẽ ex eryce monte ſicilyæ ubi colebatur: unde erycina dicitur uenus: dictus autẽ eſt eryx mons ab eryce filio ueneris & butæ illic ſepulto quẽ cæſtibus hercules interemit. Dionæ: uenus poſuit nom̃ m̃ris ꝑ filia. Læta: qm̄ romani erãt uictores ĩ mari ſiculo.

Percẽſuit contẽplatus ẽ & oculis perlegit. Lenta ira: quæ paulatim cuncta oculis luſtrãdo aucta erat. Non leuiora dabis: uerba ãnibalis ad carthaginẽ i. ñ miora q̃ ſint hæc a romãis depicta ĩ dedecus noſtrum. Captam ſaguthũ: enumerat ſuas uictorias annibal quas uult depingi in tectis carthaginis templiſque in dedecus romanorum.

Roſtra gerens niuea ſurgebat mole columna.
Exuuias marti donum quæ duilius alto.
Ante omnes merſa pœnorum claſſe dicabat.
Cui nocturnus honos funalia clara ſacerque
Poſt æpulas tibicen adeſt: caſtoſque pœnates
Inſignis læti repetebat murmure cantus
Cernit et extremos defuncti ciuis honores.
Scipio ductoris celebrabat funera pœni
Sardoa uictor terra: uidet inde ruentem
Littoribus libycis diſperſa per agmina pubem.
Inſtabat criſta fulgens et terga præmebat
Regulus autololes nõadeſque et maurus et ãmõ
Et garamas poſitis dedebant oppida telis.
Lentus arenoſo ſpumabat bragada campo
Viperea ſaniæ: turmiſque minantibus ultro
Pugnabat ſerpens: et cum duce bella gerebat.
Nec non proiectum puppi fruſtraque uocantem
Numina amyclæum mergebat perfida ponto
Xantippum manus: et ſæras tibi regulæ pœnas.
Xantippus digni pendebat in æquore læthi
Addiderant geminas medio conſurgere fluctu
Egates laceræ circũ fragmẽta uideres
Claſſis et effuxos fluitare in gurgite pœnos.
Poſſeſſor pælagi pronaque luctatius aura
Captiuas puppes ad littora uictor agebat.
Hæc inter iuncto lægatus in ordine amilcar
Ductoris genitor cunctarum ab imagine rerum
Totius in ſeſe uulgi conuerterat ora
Sed pacis facies et pollutas fœderis aras
Deceptũque iouem. ac dictantes iura latinos
Cernere erat: ſtrictas trepida ceruice ſecures:
Horrebat libys: ac ſubmiſſis ordine palmis
Orantes ueniam iurabant irrita pacta.
Hæc eryce e ſummo ſpectabat læta dionæ
Quæ poſtq̃ infeſto percenſuit omnia uultu:
Arridens pœnus lenta proclamat ab ira:
Non leuiora dabis noſtris inſcribere tectis
Acta meæ dextræ: captã carthago ſaguntum

Da ſpectare: pĩge ut ſit ſpectaculũ oĩbus. Patres: nã ut habuĩus ſagunthini ſe inicẽ trucidarũt: & neque pater filiis: neque filii patribus pepcerũt. Alpes: ĩacceſſas & ſupatas a nobis. Exiguus locus: occupabãt inqt alpes depictæ magnũ locũ in tẽplo: cũ ipſæ ſint maxĩæ. Ardua: iuga alpiũ ſupata a nobis. Adde ẽt ticini. i. uictoriã partã a nobis ad Ticinũ: & trebiã. Noſtrũ. i. nobis fauentẽ. fauit quippe trebia pœnis: ut habuĩus. Fugiat cõſul: ſcipio quẽ filius ad ticinũ humeris ĩ caſtra uulneratũ rttulit: & ſic ſub uno aſpectu ſyllius oĩa poſuit: quæ hactenus annibal ĩ italia geſſerat: & prius ĩ hiſpania. Hæc: has meas uictorias ſpge p orbẽ uulgata pictura. Effinges: poteris depĩgere. Facibus libyſſis: ĩcẽdio a nobis iniecto. Tonãtẽ. iouẽ capitolinũ & ſeruat poeta decoꝝ uiri ab oĩ pietate alieni. Quoꝝ dextris: captat aĩos ſuoꝝ quos tãtaꝝ cladũ autores dicit: & iuſſit porticũ ĩcẽdio abſumi: rdigiqꝫ ĩ cineres: picturæ initia autore plinio ĩcerta ſũt: & ea ĩquirere ſuperfluũ ẽ ægyptii ſex milibus ãnoꝝ apud ipſos ĩuentã affirmabãt priuſq̃ ĩ græciã tranſirẽt: græcoꝝ aliqui dicunt apud ſicyonẽ urbẽ achaiæ: aliq apud corynthũ repertã oẽs ab umbra hoĩs linæis circũdata: hæc fuit pĩa: ſecũda ex ſingulis coloribus: & eo tẽpe quo Demarathus corĩthius ĩ italiã uẽit abſolutiſſĩa apd romanos pictura erat. & pictor templi quod erat ardeæ donatus ẽ ciuitate: & in pictura tale fuit carmẽ. Dignus: digna loco picturis cõdecorauit regiæ iunonis ſupremæ coniugis tẽplũ: Marcus ludius ælotas ætolia oriõdus. Quẽ nũc & poſt ſẽper ob artẽ hãc ardea laudat: & hæc erãt ſcripta ãtiquis lr̃is latinis: honor huic arti maturæ apud rõanos contigit. Siquidẽ ex ea cognomĩa pictoꝝ traxerũt fabii gẽtis clariſſimæ & prĩceps eiuſdẽ cognominis ædẽ ſalutis pĩxit ãno urbis conditæ. cccel. quæ pictura durauit ad mẽoriã plinii. Troianis tpibus pictura ñ erat: non tñ mirari debemus Virgiliũ ceciniſſe picturã ap̃ carthaginẽ: poetæ qppe ad tempora ſua plerũque reſpiciũt. Monumẽta: hoc templũ cum tali pictura: monumẽta dicuntur oĩa quæ nos alicuius rei præteritæ monent.

D a ſpectare ſimul flamma ferroque ruentem.
P erfodiant patres natorum mẽbra: nec alpes
E xiguus domitas capiat locus. ardua celſis
P erſultet iuga uictor eqs garamaſque nomaſque
A dde etiam ticini ſpumantes ſanguine ripas
E t noſtrum trebiã et traſimeni littora thuſcis
C lauſa cadaueribus: ruat ingens corpore et armis
F laminius: fugiat conſul manante cruore
S cipio: et ad ſocios nati ceruice uehatur.
H æc mitte ĩ populos: et adhuc maiora dabuntur
F lagrantem effinges facibus carthago libyſſis
R omam: et deiectum tarpeia rupe tonantem.
I nterea uos ut dignum eſt iſta ocius ite
O iuuenes quorũ dextris mihi tanta geruntur:
I n cineres monumẽta date: atque ĩuoluite flãmis.
INterea trepidis fabius ſpes unica rebus
Ille qdẽ ſocios: atque ægrã uulnere præceps
A uſoniã armabat: uiridique ad dura laborum
B ellator ſenio iã caſtra mouebat ĩ hoſtem.
S ed mens humana maior nec tæla nec enſem
N ec fortes ſpectabat æquos: tot milia contra
P œnorum inuictũque ducem tot ĩ agmina ſolus
I bat: et in ſeſe cuncta arma uiroſque gerebat.

¶ Petri Marſi interpretatio in. vii. uolumen Syllii italici.

INterea trepidis fabius ſpes unica rebus: fabius dictator a populo creatus: habita ĩ primis cura ſacrorum uotis ẽt ædibus ut fatales libri monebãt: ut ille. ſ. uoueret: cuius maximũ ĩperiũ in ciuitate eẽt de bello atque re pu. rettulit ut quibus quot ue legionibus uictori hoſti obuiam eundũ eẽt pr̃es cenſerent. Inde uia flaminia profectus otriculos uenit: & cum accepiſſet ãnibalẽ uertiſſe iter ĩ apuliã accepto exercitu cõſulis a flacco per agrum ſabinum tibur quo die ad conueniendũ nouis militibus edixerat uenit. Inde præneſte ac trãſuerſis itineribus ĩ uiã latinã tranſgreſſus eſt. Inde itineribus ſumma cura exploratis ad hoſtem contendit nullo loco niſi quantum neceſſitas cogeret fortunæ ſe commiſſurus: & eo animo ut cum hoſte tam fauſti martis niſi neceſſario manus non confereret: aſſequutus eſt igitur annibalem in apulia: & non procul ab arpis conſedit annibal cum fabium ad pugnam elicere non poſſet in campaniam mouit: & deceptus errore nominis clauſus eſt a fabio in falernis: euaſit tamen uir ſolers nouo commento: Inde fabius romam rediit ſacrorum cauſa relicto exercitu Minutio magiſtro æquitum: cum quo poſtea æquatũ habuit imperium temeritate plebis. Sed Minutius tandem e manibus hoſtis a fabio ereptus ius ſuum fabio reſtituit: & fabio ſacrificans eum patrem appellauit. Interea: dum talia agerentur ab hoſtibus. Rebus trepidis: trepidãti rei pu. romãæ. Vnica: ſola magna laus fabii. Aegrã uulnere: affectã & debilitatam calamitate accepta. Præceps: feſtinus ſine aliqua cunctatione quippe res & tempus non patiebantur moram. Viridi ſenio: adhuc apto laboribus caſtrenſibus. Mens: fabii eroica: quia tranſcendebat humanam mentem. Fabius quippe ſolus prudentia qua erat ſubnixus reprimere annibalem in armis furentem & iuueniliter exultantem uidebatur.

Sacra uis:hoc aĩ robur:& ſentẽtia. Siſtere : firmare. Fouentẽ aduerſa.i.ipſos hoſtes quibus tũc
fortuna belli arridebat.ni fabius ĩquit cũctando annibalẽ fregiſſet:actũ penitus fuiſſet de romano
noĩe. Dardanii:romani.fuiſſet deletũ a pœnis nomẽ romanũ. Modũ:finẽ:qm̃ iuno fauebat pœ
nis. In punica caſtra:pro carthaginẽſibus. Statuit:finiuit:ſiue firmauit. Lento moderamĩe:cũ
ctando annibalẽ tot cladibus ſupbientẽ repreſſit. Heſperiis:italis. Pœnũ:annibalẽ. Sũme du/
cũ:uerba poetæ ĩ laudẽ fabii:quĩ rẽ romanã cunctando reſtituit. Iterũ labentia:hoc dicit,ppter ex
cidiũ troianũ itẽꝝ uidebaꝛ troia ruere
ſi roma que inde hũit originẽ a pœnis
capta fuiſſet. Fluxas res:ipſam rẽ pu.
labantẽ & ſpectãtẽ occaſũ. Maiorũ la
bores : oĩa quæ maiores nr̃i magnis la/
boribus cõpararũt. Carmẽtis opes:ro
manas. a carmẽte mr̃e euãdri. Emeri
to cœlo:quod tuis rebus geſtis ac uirtu
te mereris. At lybiæ ductor: Annibal
audito noĩe dictatoris:optabat ſciꝛ qd
nã eẽt dictatura:& q̃ fortũa prius uſus
eẽt is qui nũc ĩ tãto reꝝ turbĩe tãq̃ uni
cũ ſubſidiũ creatus erat:& a cilino quẽ
captiuũ hẽbat oĩa accepit. Vigẽt:cele
branꝛ & ſũt ĩ ore oĩum. Quod decus:
quã famã gloriãque hr̃et & quæ maio/
rũ ſtẽmata:& an eẽt pſtãs in re militari
& an fœlici euẽtu pugnauerit:ut ipſũ ĩ
tãto reꝝ diſcrimĩe annibali uictori op
poneret. Vltia anchora : ultimũ ſub
ſidiũ & pfugiũ. Procellas: calamita/
tes pſtat ĩ trãſlatõe:qm̃ dixerat ãchorã
In aperta:quæ ñ poterat decipi pp lõ
gã reꝝ expiẽtiã. Ritus ducis:mores fa
bii:& natales. Labores dextræ:res a fa
bio geſtas ĩ bello. Tyrrhẽis:hetruſcis:
qm̃ arretiũ ẽ ĩ hetruria clarum adhuc.
Leua hora:mala fortuna: nã fuit cap
tus ad ticinum excuſſus ab equo cuius
dorſo ĩſidebat. Hic:cilinus arretinus
Ardẽs extrẽa malis:cupiẽs mortẽ pro
pter mala quæ ĩ uĩculis patiebaꝛ. Nõ
cũ flaminio uerba cilini ad annibalẽ ĩ
laudẽ fabii:qbus annibalẽ ad ſuã necẽ
ꝓuocabat poſus uitã ĩ tãtis malis. Fer
uida cõſulta:temeraria conſilia: & ipe
tus ſempronii gracchi. Tirynthia:na
ta ab hercule:unde iuuenalis : Natus ĩ
herculeo fabius lare. Per ſingula: oĩa
geſta fabioꝝ:ſed uno certamĩe illorũ
aĩos:& uires cognoſces. Vehiẽtum po
puli. Narrat pugnã fabioꝝ cũ uehiẽti
bus. Conſul:cõſules erãt gneus fabius
cæſo : & titus uerginius. Delectus ue/
titi:qm̃ ñ poterat hr̃i delectus militũ
ppter ĩopiã ærarii & alia bella quæ ĩſta
bãt:fabius cõſul ĩ ſenatu ꝓ gente ſua lo
quutus ẽ:cũ q̃ paludatus exiuit ad bel/
lũ contra uehiẽtes ĩfœlici ſydere : quo
niã ad unũ oẽs cæſi ſũt ad cremerã flu
uiũ. Pœnates hercule:domus fabioꝝ
Rexiſſes bella:ideſt fuiſſet optimus ĩ
perator exercitus quilibet illorum: un
de Ouidius in faſtis:Egreditur caſtris
miles generoſus ab hiſdem Equis
dux fieri quilibet aptus erat.

A cni ſacra ſeni uis impreſſumque fuiſſet
S iſtere cuntando fortunam aduerſa fouentem
V ltima dardanii tranſiſſet nominis ætas.
I lle modum ſuperis in punica caſtra fauoris
A ddidit:et libyæ finem inter proſpera bella
V incendi ſtatuit:tumefactum cladibus ille
H eſperiis lento pœnum moderamine luſit
S umme ducum:qui regna iterum labentia troiæ
E t fluxas latii res maiorumque labores:
Q ui carmentis opes : et regna euandria ſeruas:
S urge age:et emerito ſacrum caput inſere cœlo
A t libyæ ductor poſtquam noua nomina læto
D ictatore uigent raptim mutata latinis
I mperia haud fruſtra reputãs:cognoſcere auebat
Q uæ fortuna uiro : quod nam decus ultima feſſis
A nchora cur fabius:quem poſt tot roma procellas
A nnibali putat eſſe parem:feruore calentes
A ngebant anni:fraudique inaperta ſenectus
O cius accitum captiuo ex agmine poſcit.
P rogeniem ritusque ducis:dextræque labores
C ilinus arreti tyrennis ortus in oris
C larum nomen erat:ſed leua adduxerat hora
T icini iuuenem ripis:fuſuſque ruentis
V ulnere equi libycis præbebat cola cathenis.
H ic ardens extrema malis et rumpere uitam.
N on cum flaminio tibi res:nec feruida gracchi
I n manibus conſulta inquit tirynthia gens eſt
Q uam ſi fata tuis genuiſſent annibal oris
T errarum imperium carthaginis arce uideres
N on ego te longa ſerie per ſingula ducam:
H oc ſat erit:noſces fabios certamine ab uno.
V ehiẽtum populi uiolata pace negabant.
A cceptare iugum:ac uicino marte furebat.
A d portas bellum:conſulque ciebat ad arma.
D electus uetiti:priuataque caſtra penates
H erculei impleuere:domo mirabile ab una
P atricius iunctis exercitus ibat in armis
T ercentum exilire duces:quocũque liberet
V no non pauidus rexiſſes bella magiſtro.

Dirū omen:malū & infœlix.ſ.fuit. Scelerata limina portæ; qm̄ infœlici uia dextro iano portæ carmētalis profecti ad cremerā fluuiū peruenerūt. ex eo tēpore porta illa ſcelerata & mali ominis hita eſt. Ouidius ī faſtis: Carmētis portæ dextra ē uia ꝓxia iano Ire ꝑ hāc noli quiſqs es omen hēt. Illa fama refert fabios exiſſe trecētos Porta uacat culpa ſed tn̄ omen hēt. dicta ē porta carmētalis a carmēte matre euādri:cui matronæ ſacrificabāt ſub capitolio ad portā carmentalē:q̄ in ea ſors generationis eē exiſtiabat. euādro latini ſacrificabāt ad portā Trigeminā. Maxia ara:arā extemporalē inqt Dionyſius erexit euāder herculi:& ipſe hercules ioui inuentori mactauit iuuencū:& populo epulū dedit. hæc ara fuit ī capite circi maximi: ubi ſupioribus annis effoſſa fuit ſtatua herculis aurea:& alia illius aræ monumenta:quæ nūc ī capitolio uiſūt. Mortales huic aræ decias ſoluebāt:& prius q̄ hāc cōſuetudinē introduxit: hercules fuit: qui ex oī præda decias ioui dedit. perſuaſū quippe erat ditiſſios eos fieri: q̄ herculi decias ſoluiſſet. hic opes luculli factæ arbitrant̄:& ipſe hercules putatur theſauroꝝ deus. a qbuſdam icubo appellatus:quia īcubat theſauris:& cura ſacroꝝ herculis demādata fuit potitiis & pinariis:quæ familiæ ī latio nobiliſſimæ erāt. unde appius claudius oculis captus ē:cū huic ſacro ſeruos publicos præpoſuiſſet. Aſpa uirtus:fabioꝝ non permittebat ipſos poſſe numerari nā tanta erat ī illis uirtus:ut uiderēt̄ hi pauci exercitus īnumerabilis:& plures interficiebāt q̄ ipſi eēnt: & nullus īter eos uidebat̄ ſecūdus:ſed oēs erāt uirtute pares. Vices:uiciſſitudies pugnæ. Nulli ſecūdus ducere triūphos.i.quilibet uidebat̄ eſſe prius q̄ mereret̄ triumphū. Ad tarpeia tēpla:iouem capitolinū. illuc.n.curru uidebant̄ triūphantes. Spes heu fallaces:exclamat poeta. Caducū.ſ.eſſe:& momētanū quicqd eſt ī rebus hūanis: quibus nullo modo fidēdū eſt:cū ſint caducæ & ſpes fallaces: qm̄ nihil certi hēmus. Publica:a toto populo. Vnus:fabius dictator certabit pro oībus:cōſilio.ſ.& prudētia. Sollertia:diligētia fabii. erat tecta cauta quiete.i.erat ſollertiſſimus cū opus fuiſſet:& cuntator ut tēpus poſcebat. Nec uero:ſēſus ē.q̄uis fabius ſit ſenex o ānibal:tu tn̄ non es ita expeditus ad pugnā:& concitatus ſup equū:ut ille ē q̄q̄ es iuuēis:& ſāguis ī te feruet. Momorderis ora frenis.i.agitaueris & laceraueris ora equi:uoluēdo illū frenis huc & illuc:quod dexteritatē quandā & agilitatē requirit.i.tu nō agilius tractas habenas:quæ equū mordēt ꝓpter frenū cum cōtrahunt̄. Qué: cilinū annibal uidens cupidū mortis dixit. Nequiq̄:fruſtra elicis mihi iram:ut te ꝑdam.uolo.n.te uinculis detineri:ut magis crucieris:cū mors ſit tibi ſolatiū. Hæc iuuenis:annibal dixit ꝓſpera fortuna elatus. At patres latiaſque nurus:Qu.fabius dictus a populo dictator:ad ſenatū rettulit peccatū eſſe a.C.flaminio ī auſpiciis iuſſi id īſpicere decēuiri:rettulerūt ex fatalibus libris de ītegro ſoluendū marti uotū:& Megaleſia ioui:& ueneri ericinæ ac mēti uouēdas ædes:& uer ſacrū uouendū. Res delegata ē.M.æmilio prætori:qm̄ belli cura fabiū tenebat. hita triduo lectiſternia ſūt:& puluinaria facta ioui:& iunoni:neptuno:mineruæ:& marti:& ueneri ericinæ:apollini:& dianæ:uulcano:& ueſtæ. fabius ueneri ericinæ ædē uouit. Attilius prætor marti:matronæ iunoni ueientani ī auētino uotū fecere. Latias nurus:matronas romanas:& latias. Huc ades:preces matronaꝝ ad iunonē:& imitatio eſt Virgilii.

Sed dirum egreſſis omen ſcelerata minaci
Stridentis ſonitu tremuerunt limina portæ
Maximaque herculei mugiuit numinis ara.
Inuaſere hoſtem:numerarique aſpera uirtus
Haud eſt paſſa uiros:et plures milite cædes.
Sæpe globo denſi ſæpe:et per deuia paſſim
Diſperſi ſubiere uices:meritique labore
Equato nulli quiſquam uirtute ſecundus
Ducere tercentum tarpeia ad templa triumphos
Spes heu fallaces:oblitaque corda caducum
Mortali quodcūque datur:grex ille uirorum
Qui fabia gente incolumi deforme putabat
Publica bella geri:pariter cecidere deorum
Inuidia:ſubitis circunuenientibus armis
Nec tamen occiſos eſt cur letere:ſuperſunt
Quod tibi ſit libyæque ſatis certauerit unus:
Tercentum dextris: tam uiuida mēbra laborque
Prouidus:et cauta ſollertia tecta quiete
Nec uero calidi nunc tu cui ſanguinis ætas
Foderis in pugna uelocius ilia planta
Bellatoris æqui:freniſque momorderis ora.
Quem cernens auidum læti poſt talia pœnus.
Nequiquam noſtras demens ait elicis iras.
Et captiua paras moriendo euadere uincla
Viuendum eſt:arcta ſeruentur colla cathena.
Hæc iuuenis:diuiſque tumens:auſiſque ſecundis
At patres:latiaſque nurus raptabat ad aras.
Cura deum:mœſto ſuffuſæ lumina uultu.
Fœmineus matres graditur chorus ordine lōgo
Iunoni pallam conceptaque uota dicabant.
Huc ades o regina deum gens caſtra præcamur

Quæcūque eſt.i.oés matronæ latinæ ferimus tibi hoc donū:& hāc pallam:quæ eſt honeſtæ mulieris ueſtimētum. Sub tegmīe fuluo.i.auro. Virgi. Pallam ſignis auroque rigētem. Acu:quoniā acu erat ītextū au℞ in palla ut nūc fit:quod phryges īuenere:& ad id poeta alludit ꝑpter romanos a phrygia oriūdos.ſubtemen ī tela dicit̃ id quod ſubit ſtamini. dicit̃ etiā trama id.ſ.quod per trāſuerſū nauicula illa textoria īmittit̃. ſtamen aūt dicit̃ longitudo ipſius telæ: & filū liciis īnexum. poetæ īterdū iſta confundūt:& ſubtemen pro filio. alīa ue re quæ pāno ſiue telæ ītexit̃ accipiunt.

Marmaricā nubē: ipſos pœnos q oīa cōfundūt:& italiā lacerant.dabimus tibi coronā ex auro & gēmis. Præſſa: ornata:& hēns gēmas īſertas & īpræſſas. Proprio dono:peplo. eſt.n.palladis ueſtū. Virgi. Peplūque ferebāt ſuppliciter triſtes. Dionē:uenerē ericinā. Tanta adeo cū res:ſenſus ē.in aduerſis religioſi ſumus & pii:& deū inuocāus. ī felicitate aūt pietatis obliuiſcīur; qm̄ pauci utranque fortunā nouerūt ferre moderate:& aduerſa contēptū ſolēt generare:proſpera uero inſolētiam. Fœlicibus.ſ.rebus:qm̄ tunc non curāus numē flatu ꝓſperæ fortūæ euecti. Præcluſerat uias:nā fortuna iā contra romanos nihil poterat & hoſtis. tanta erat fabii prudentia. Vnde Iuue. Nullū numen hēs ſi ſit prudentia: ſed te nos facimus fortuna deā. Summū decus:qm̄ militaris diſciplīa erat ars romana:& romano℞ gloria inde orta ē:qui īperiū propagarūt ſeruata diſciplīa & parēdo ducibus. Ioſepus li.iii.de bello iudaico romano℞ militiā deſcribēs ait. Siquis romano℞ militarē diſciplinā reſpexerit: ꝑfecto cognoſcet tm̄ eos īperiū nō fortunæ munere: ſed ꝓpria uirture cōparaſſe.Maior inqt romanis militibus diligentia ex tiore eſt. Nāque leges apud eos ēt minimæ negligētiæ capitales ſūt duceſq; magis q̄ ipſæ leges terribiles. tāto āt obſeqo rectoribus parēt: ut ī pace ornamēto ſint:& in acie corpus unū totius cōſpiciat̃ exercitus. ſic eo℞ copulati ſūt ordīes:ita circūduci ſūt mobiles: & acutis auribus ad p̄cepta oculiſque ad ſigna:& ad opa manibus. qd mi℞ ſi euphrates ab oriēte:& oceanus ab occidente.itēque a meridiano tractu lybiæ fertiliſſīa regio: & ſeptētrione rhenus atque iſter ſūt impii limites:cū minorē eē poſſidētibus poſſeſſionē recte qs dixerit. Torquatus certe ī bello latino ad ueſerim filiū ſuū q̄q̄ uictorē ſecuri ꝑcuti iuſſit cū iniuſſu ſuo pugnaſſet ne militaris diſciplīa ſolueret̃;quā nūc fabius prudētiſſime ſimul & ſeueriſſīe regebat. In mōtibus altis:quos ſēp occupabat fabius:ut tutior eēt eius exercitus. Signa:uexilla romana & fabii exercitus. Arrectæ ſpes ſydōiæ:ipſe ānibal cōcepit magnā ſpē uictoriæ uiſis caſtris fabii:q prope arpos caſtra poſuerat nō ꝑcul ab ānibale. Iuuenis:ānibal ardebat pugnā ꝓſpera fortūa ſupbiēs. Clamat:ānibal:& ſeruat deco℞ feruidi ducis: & moræ īpatientis. Ad umbras:ad mortē.i.tātū diſtāt milites romani a morte:q̄tū nos diſtāus ab ipſis: cū primū poterīus cōſerer̃ māus actū erit de illis:& ſic oſtēdit facilē uictoriā. Reſides ad bella uocant̃:detrahit fabio ut oſtēdat romāos milites ſub tali duce iā ſenio cōfecto:& pigro ī martē facile ſupatū iri; & trahit fabiū in contēptū ꝑꝑ ætatē iā ingraueſcentē. Quis: qbus. Hoc reliquū ē: hi tantū inqt milites iam romanis ſuperſunt:q tanq̄ inutiles prius domi remanſerant. Heu ubi nunc gracchi:ut magis detraheret fabio:& ſuos accenderet:ait. utinam daretur nobis uincendus gracchus:& ſcipio atque flaminius: qui uictori gloriam afferrent. nam fabius inquit: qui eſt prope mortem: quid decoris mihi afferre poteſt. Scipiadæ: gneus & publius ſcipiones; qui tunc erant in hiſpania.

Et ferimus digno quæcūque eſt nomine turba
Auſonidū pulchrumque: et acu ſub tegmīe fuluo
Quod noſtræ neuere manus uenerabile donum
Acdum decreſcit matrum mœtus:hoc tibi diua
Interea uelamen erit:ſi pellere noſtris
Marmaricam terris nubem dabis:omnis in auro.
Preſſa tibi uaria fulgebit gemma corona
Nec nōn et proprio uenerantur pallada dono.
Phœbūque armigerūque deū:primāque dionē
Tanta adeo cū res trepidæ reuerentia diuum
Naſcitur:et raræ fumant fœlicibus aræ
Dum roma antiquos templis indicit honores.
Iam fabius cauto præcedens agmine:et arte:
Bellandi lento ſimilis præcluſerat omnis
Fortunæque hoſtique uias: diſcedere ſignis.
Haud licitū:ſūmūque decus quo tollis ad aſtra
Imperii romanæ caput parere docebat.
Verum ubi prima ſatis conſpecta in mōtibus altis
Signa procul:fulſitque nouis exercitus armis:
Arrectæ ſpes ſidoniæ:feruetque ſecundis
Fortunæ iuuenis:uincendi ſola uidetur
Quod nōdum ſteterit acies mora:pergite clamat.
Ite citi ruite ad portas:propellite uallum
Pectoribus:quātum campi diſtamus ad umbras
Tantum hoſti supereſt:reſides ad bella uocantur
Quis pudeat certare ſenes:quodcūque uideris
Hoc reliquū eſt:primo damnatum et īutile bello.
Heu ubi nūc grachi?aut ubi ſūt nūc fulmīa gētis
Scipiadæ?pulſi auſonia non ante pauentes

Ad ultima mũdi: hiſpaniá quæ eſt ultima ad occaſũ. Oceanum: beticũ. ſ. & hiſpanum. Noſtris titulis: laudibus & uictoriis quoniá erat bellicoſus unde illius mors mihi gloria fuit nulla uero ſupare ignauũ ſené: ſeruat decorũ magnanimi ducis: & ardua quæque apptẽtis p decoro ſeruádo. Crudũ nomen: terribile in bello. Quot demere annos; quaſi dicat paucos: cũ ſit iá in limine mortis. Saxo: efficiá ut fabius poſthac non poſſit arma cape. Rapit rapti ducit in hoſtes quos ad pugná elicere non potuit. Vt thetidis ples: annibalem irritanté romanos uoce manuque ad pugná accuſantéque illoꝝ ignauiam ꝙ ſe uallo continerent comparat achilli qui in bello troiano cõſpicuus armis a uulcano elaboratis præcibus thetidis magna uoce troianos terruit in cuius clypeo erat depictus mundus. in clypeo inqt homerus i .xviiii. iliados inſerebat uulcanus terrá cœlũ mare: & ſolem indefeſum & plenum orbé lunæ. Maternũ fretũ: quoniam thetis achillis mr̃ erat maris nympha. In imagine: illa cælatura clypei.

Caſſarum irarũ: quoniá in caſſũ iraſcebatur annibal Liuius ait. Vbi quieta oĩa apd' hoſtes nec caſtra ullo tumultu mota uidet: quid tandé increpans quos martios aĩos romanis debellatũ & conceſſum ppalam de uirtute & gloria eſſe in caſtra rediit cæterũ tacita cura angebatur. Corda exultantia: ipſum annibalem iuueniliter exultanté & milites pœnos. Infractas: inſanas minas annibalis. Dilato marte: mora pugnádi & cunctatione. Sollers: peritus. ſollers dicitur in omni re prudens. Ceu nocte ſub atra: fabiũ eludenté uanas iras ánibalis compat paſtori qui ſic claudit ouilia ut lupis noctu aſpirare non detur. Munitis: bene clauſis & ſeptis. Impauidus ſomni: non timens etiá ſi dormiret quoniá ouilia munita ſũt. Effera: crudelis & rapida. Impaſta: exuriés. Truces: ululatus terrentes ipſa ouilia. Reſtantia: repugnantia lupis uolentibus irrũpere ad oues. Legit arua appula: uagatus eſt p apuliá lento tamé paſſu. Dictatoris inqt liuius prudétiá & cõſtátiá timuit ánibal: & ſæpe caſtra mouendo agros ſocioꝝ populabať mõ cito agmíe e conſpectu abibat modo repente í aliquo flexu uiæ ſi excipe digreſſũ hoſté poſſet obſidebat. Fabius p loca alta agmen ducebat modico ab hoſte interuallo ut neque omitteret eũ; neque congrederet caſtris niſi q̃tum uſus cogeret tenebatur miles pabula & ligna nec pauci petebant: nec paſſim. Legit: perrat circuit. Præcipitare: traheř in íſidias.

Qualis mœnia: flexuoſa & uaria ánibalis itinera cõparat flexuoſis curſibus meádri fluminis meoniæ a quo oẽs flexiones dicũť meádri: unde Vir. í qnto. Quã plurtma circũ purpura meandro duplici melibea cucurrit. Sicut aquæ ſplendor: annibalis mentem uibrãtem & uaria cogitantem comparat fulgori qui excitatur radiis ſolaribus agẽtibus í aquã & diſſultat p tecta. Tremula: uibranti. Et laquearia trabes ipſius tecti.

Dimiſere fugam q̃ terror ad ultima mundi
Oceanumque tulit profugus nunc errat uterque.
Nomina noſtra tremens: et ripas ſeruat iberi:
Eſt etiam cur flaminio mihi gloria ceſo
Creuerit: et titulis libeat cur figere noſtris
Crudum marte uiri nomẽ quot demere noſter
Hinc annos fabio gladius ualet: et tamẽ audet
Audeat: haud ultra ſaxſo ſpectetur in armis.
Italia uociferans uolucri rapit agmina curſu.
Ac preuectus equo nunc dextra prouocat hoſtem
Nunc uoce increpitat: miſſa nunc eminus haſta
Fertur ouans pugnæque: agitat ſimulacra futuræ
Vt thetidis proles phrygus uulcania campis:
Arma tulit: clypeo amplexus terramque polũque
Maternumque fretum totũque ĩ imagine mũdũ.
Caſſarum ſedet irarum ſpectator: et alti
Celſus colle iugi domat exultantia corda.
Infractaſque minas dilato marte fatigat.
Sollers cunctandi fabius: ceu nocte ſub atra
Munitis paſtor ſtabulis per ouilia clauſum
Impauidus ſomni ſeruat pecus: effera ſeuit
Atque impaſta trucis ululatus turba luporum
Exercet: morſuque quatit reſtãtia clauſtra
Irritus incepti mouet inde atque apula tardo
Arua libys paſſu legit: ac nunc ualle reſedit
Conditus occulta: ſi præcipitare ſequentem.
Atque inopinata detur circundare fraude
Nunc nocturna parat cecæ celantibus umbris
Furta uiæ: retroque aditum: fictoſque timores
Aſſimulat nunc craſtra citus deſerta relicta
Oſtentat præda: atque inuitat prodigus hoſtem.
Qualis meonia paſſim meandrus in ora
Cum ſibi gurgitibus flexis reuolutus oberrat.
Nulla uacant icepta dolis ſimul omnia uerſat.
Miſcetque exacuens uaria ad conamina mentem
Sicut aquæ ſplendor radiatus lampade ſolis.
Diſſultat per tecta uaga ſub imagine uibrans
Luminis et tremula laquearia uerberat umbra.
Iamque dolore furens ita ſecũ immurmurat ire:

Obuia ſi primus:uerba annibalis quibus querit̃ ſibi eſſe rē gerendā cū fabio quē inuitus laudat inq/ens ſi nobis deſcendētibus ex alpibus romani oppoſuiſſent fabiū nullū locū inſignē clade hoſtili fe/ciſſemus liuius ait cæterū tacita cura aīum incēſus ꝙ cū duce non flaminio ſempronioque ſimili fu/tura ſibi res eſſet ac tum demū edocti malis romani parē annibali ducē queſiſſent. Phaetōtius am/nis:padus ī quē cecidit phaeton.hoc dicit ꝓpter cædē ad trebiā q in padū emittit. Decolor:īfectus romanoꝝ ſanguine. Inuētū.ſ.ē genus uincēdi cūctādo:& mora pugnæ. Diſtinxit:diſſoluit nr̄as fraudes. Ratione:prudētia quæ ī hoīe dicit̃ recta rō. Hæc ſecū.ſ.dixit & media nocte mouit caſtra ī cāpaniā relicta poſt tergū apuliā:ubi r̄gnauit daunus.

Excubias:uigilias. Iniqs:quoniā tūc eſt tēpus dormiendi & ſic tertia uigilia mouit īde pœnus. Tertius uigil:ille q debebat uigilare & facer̄ excubias abrupto ſomno. Notus populator:qm̄ illic iterū fuerat cū apud linternū uidit picturā. Vberis:fertilis falernus eſt ager campanus uini ferax & tritici hinc Ply. inqt fœlix illa cāpania.ab hoc ſinu īcipiunt uitiferi colles:& temulentia nobilis ſucco per oīs terras inclyto:atque ut ueteres dixere ſummū liberi p̄ris cū uenere certamē. Colono:q inde habuit triticū & uinū. Ramis frugiferis:arbuſtis annibal īcēdit oīs agros præter agrū fabii cui pepcit ut eū traheret in inuidiam romanoꝝ & ut eum eliceret ad pugnā uolentē hāc maculā delere:qđ minime aſſequutus ē. Haud fas bacche:fingit poeta bacchū euntē ī hiſpaniā ꝓduxiſſe falernū uinū & nomē accepiſſe a falerno ſene q bacchū magna ſedulitate hoſpitio excepat. Sacri laticis:uini falerni. Nectare:optio uino prælū eſt torcular quo uinū præmit̃. Maſſica:maſſici cāpi ſūt in cāpania. In æuo meliore:ætate argētea Ply. ait falernus ager a ponte cāpano incipit. fauſtianus autem circiter quattuor miliaria a uico ꝓpe ſinueſſā:nec ulli uino maior autoritas tria eius genera:auſterū:dulce:tenue:quidā ita diſtīguūt ſūmis collibus gauranū gigni:mediis fauſtianum imis falernū. Enſibus ignotis::qm̄ tūc non erat uſus armoꝝ. Nondū una:cū non dum eſſet una & cū nondū uiridis pampinus texebat ūbras ī aruo.i.cū nondū eſſent uites. Succis lyei:uino Vir.pocula que īuētis acheloia miſcuit uuis. Pura:nō admixto uino. Defendere:repellere. Ad littora calpes:ad fretū herculeū & mare gaditanū. Extremū diē:ultimū quo illđ nectar ꝓduci debebat.

Dexter:fœlix. Nec pigitū:nō piguit bacchū ſubire domum falerni. Ritu paupis æui:ut eo tp̄e conſueuerāt. De more parētū:ſecundū cōſuetudinē āntiquoꝝ & hoſpitalitatē q̄ plurimū illa ātiqtas gaudebat. Inſtabat ſenectæ:pugnabat cū ætate:& adeo ſedulus erat circa hoſpitem ut iuuenis pene uideret̃.

Rorantes dapes:hortēſes herbas rore perſuſas. Nullo cruore:qa non apponebāt carnes.primus qui īteremit animal fuit hyperbius martis filius bouē,ꝓmetheus. Cerealia dona:triticea:& pultē qua romani diu uixerunt ut ſcibit Ply.

O buia ſi primus nobis hic tela tuliſſet:
N ulla eſſent trebiæ et traſimeni nomina:nulli
I ngererent tituli:nunq̄ phaetontius amnis
S anguinea pontum turbaſſet decolor unda.
I nuētum dum ſe cohibet:terimurque ſedendo.
V incendi genus:quotiēs uelut obuius iret:
D iſcinxit ratione dolos:fraudeſque reſoluit.
H æc ſecum mediam ſomni cum buccina noctem
D iuideret:iamque excubias ſortitus iniquas.
T ertius abrupta uigil iret ad arma quiete.
V ertit iter daunique retro tellure relicta
C ampanas remeat notus populator in oras.
H ic uero intrauit poſtq̄ uberis arua phalerni
D iues ea et nunq̄ tellus mentita colono:
A ddunt frugiferis inimica incendia ramis.
H aud fas bacche tuos tacitū trāſmittere honores
Q uāquā magna incepta uocāt:memorabere ſacri
L argitor laticis:grauide cui nectare uites
N ulli dant prælis nomen præferre falernis.
M aſſica ſulcabat meliore falernus in euo
E nſibus ignotis ſenior iuga:pampinus umbras
N ondum una uirides nudo texebat in aruo
P ocula nec norant ſuccis mulcere lyei:
F onte ſitim et pura ſoliti defendere lympha
A ttulit hoſpitio pergentem ad littora calpes:
E xtremumque diem pes dexter et hora lyeum.
N ec pigitum paruoſque lares humiliſque ſubire
L imina:cælicolam tecti cepere uolentem
F umoſi poſtes:et ritu pauperis eui
A nte focos menſe:letus nec ſenſerat hoſpes
A duenisſæ deum ſed enim de more parentum
G rato curſabat ſtudio:inſtabatque ſenectæ
D onec opes feſtas puris nunc corna caniſtris
C ompoſuit nūc irriguis citus extulit hortis.
R orantes humore dapes:tum lacte fauiſque
D iſtinxit dulcis epulas:nulloque cruore
P ollitua caſtus menſa cerealia dona.

Honorem ueſtæ:ignē ueſtæ dicatū. Deterſit:amouit diſſipauit ut poſſet iacere in mediū liba:& maſſam triticeā ſiue hordeaciā admixtis:melle; lacte; & herbis. populus romanus ferre tātū & frumento. ccc. annis uſus ē & pulte:non pane:longo tpe uixiſſe romanos manifeſtū ē quoniā inde pulmentaria tēpore plinii dicebanť:& ennius antiqſſimus uates obſidionis famē deſcribēs offā ereptā fuiſſe plorātibus īfantibus commemorat. Libamina:offam ex rebus ſupradictis compoſitā ſiue placentā. Captus:delectatus diligentia ſenis & hoſpitalitate.

Attulit:ac primum ueſtæ deterſit honorem
Vndique et in mediam iecit libamina flammam.
Deeſſe tuos latices hac ſedulitate ſenili
Captus iacche uetas:ſubito mirabile dictu
Fagina pampineo ſpumarunt pocula ſucco.
Pauperis hoſpitii præcium uiliſque rubenti
Fluxit mulctra mœro: et quercu in cratera cauata
Dulcis odoratis humor ſudauit ab uuis.
En cape bacchus ait nondum tibi nota ſed olim
Viticole nomen peruulgatura falerni:
Munera:et haud ultra latuit deus:inde nitentem
Lumine purpureo frontem cinxere corymbi.
Et fuſæ ꝑ colla comæ dextraque pependit.
Cautharus:ac uitis thyrſo delapſa uirenti
Feſtas niſeo redimiuit palmite menſas.
Nec facilis lœto certaſſe falerne ſapori
Poſtq̄ iterata tibi ſunt pocula:iam pede riſum,
Iam lingua titubante moues patrioque lyeo
Tempora quaſſatus grates et præmia digna
Vix intellectis conaris reddere uerbis.
Donec compoſuit luctantia lumina ſomnus.
Somnus bacchis tibi comes additus:hinc ubi prīo
Vngula diſperſit rores phaetontia phœbo.
Viniferis late florebat maſſicus aruis
Miratus nemora et rorantis ſole racemos
Id monti decus:atque ex illo tempore diues
Tmolus:et ambroſiis aruiſia pocula ſuccis
Ac metymna ferax latiis ceſſere phalernis.
Hæc tum uaſta dabat:terriſque infeſtus agebat
Annibal:et ſicci ſtimulabant ſanguinis enſes:
Ludificante ducem fabio:iamque improba caſtris
Auſoniis uota et pugnandi praua libido.

Fagina:ex fago arbore facta non. n. habebant tunc æra corinthia immo luxurioſoꝝ furores nō uaſa anaglipta & cætera id genus quæ mores ꝑdiderť. Tuos latices:uinū a baccho reptum. Vilis mulctra: uile uas ex ligno mulctra dr̄ uas quo lac mulgetur. Vir. bis uenit ad mulctrā binos alit ubere fœtus. Vuis: quas expreſſit ī craterē factū ex quercu cauata. Mero rubēti:falerno uino qm̄ falernū dictum ē quaſi flauernū autorē Varrone. En cape:uerba bacchi ad falernū ſenē hoſpitēque ſuū. Falerni uiticolæ:tui qui es agricola & iā poteris ex colere uites. Haud ultra latuit đus: ſuum numē oſtendit:& deus appuit. Nitentē:quoniā bacchus erat formoſus; & hēbat comas demiſſas Martialis ſic denique non ſint tam longe bromio q̄ tibi phœbe comæ. corymbus ē fructus hederæ q̄ bacchi frōs redimiť. cātarus erat poculū bacchi. Scyphus herculis autore Macrobio: Thyrſus ē haſta bacchi pāpinis obuoluta. habēs ēt alligatā inſtitam unde papinius in thebayde dicit pallentes hederæ nyſeaque ſerta coronāt. Cādida pampineo ſubnectiť inſtita pilo.

Nyſeo palmite:uitigineo & bacchico a nyſa urbe baccho ſacra:a q̄ ipſe dionyſius dictus. Nec facilis certaſſe. i. non ualēs certare cū ſapore uini. Læto:qm̄ uinū generat lætitiā. Quaſſatus tpa: quoniā aſcēdēs uapor uini ad caput īducit ebrietatē. Vix ītellectis: quoniā factus iā ebrius non poterat uerba exprimere. Sōnus:ē comes bacchi qa nimio potu generať ſōnus pp uaporē uini ebetantē cerebrū:& iō ebrii ꝓfunde dormiunt. Luctantia:repugnātia ſomno. Vngula phaetōtia. i. currus ſolaris & æq phœbei. i. illuceſcēte die. Prīo phœbo:maturīo ſole. Maſſicus:mons. It; ſerpit ipſa uitis quæ mōtē illū ornabat.

Diues timolus:mons lydiæ uini ferax de quo ſupra dictū ē. Methymna ē urbs leſbi habūdās uini copia Vir. q̄ methymneo carpit de palmite leſbos: & Oui. Gargara quot ſegetes quot habet methymna racemos Ply. ait leſbiū ſponte ſua mare ſapit. Nec tmolio per ſe gr̄a ut uino ſed cuius dulci admixto reliquoꝝ duritia ſuauitatē accipiat ſimul & ætatē: quoniā uetuſtiora ꝓtinus uidenť. Diues:pp uinū & crocū unde Vir. croceos ut tmolus odores. Aruiſiū ē uinū chiū. Ambroſiis:dulcibus & prætioſis. Hæc tū uaſta dabat:ānibal ex arpis ī ſānium trāſiit beneuētanūque depopulatus ē agrū. Theleſia expugnata fabiū ad pugnā trahere non potuit. Inde cāpanoꝝ uaſtatis agris ad uulturnū caſtra ponit dimiſſo ad prædādū falernū agꝝ. Maharbale:ſed dictator ꝑ iuga maſſici mōtis ducebat exercitū. Dabat uaſta:deuaſtabat & populabať. Improba uota caſtris auſoniis fabius nō ānibalē magis īfeſtū tā ſanis cōſiliis hēbat q̄ minutiū magr̄m eqtū q nil alid' q̄ ꝗ nō impabat more ad rē. pu. præcipitādā hēbat:ferox rapiduſque ī conſiliis ac līgua īmodicus. prīo īter paucos deide ꝓpalā ī uulgus ꝓ cūctatorē ſegnē ꝓ cauto timidū affigēs uicia uirtutibꝫ uitia cōpellabat

Gliſcebat proni decurrere monte parabant.
Da famæ da muſa uirum cui uincere bina
Conceſſum caſtra:et geminos domitare furores.
Feruida ſi nobis corda abruptumque putaſſent
Ingenium patres:et ſi clamoribus inquit
Turbari facilem mentem non ultima rerum:
Et deplorati mandaſſent martis habenas.
Stat penſata diu belli ſententia:uincam
Seruare inuitos:urgentiſque ultima fata.
Nulli per fabium e uobis cecidiſſe licebit.
Si lucis piget:et ſupremis eſſe cupido eſt
Nominis auſonii:tedetque in tempore tali
Nullum clade noua claræque fragore ruinæ
Inſignem feciſſe locum:reuocandus ab atris.
Flaminius uobis eſt ſedibus:ille ruendi
Iam dudū properās ſignū auſpiciūque dediſſet
In nondum præceps uicinaque fata uidetis
Vna ut debellet:ſatis eſt uictoria pœno.
State uiri:et ſentite ducem:cum optabile tempus
Depoſcet dextras:tunc iſta ferotia dicta
Frequentur factis:non eſt mihi credite:non eſt
Arduus in pugnas ferri labor:una recluſis
Omnes iam portis in campum effuderit hora.
Magnum illud ſoliſque datum quos mitis euntes
Iuppiter aſpexit:magnum eſt ex hoſte reuerti
Fortunæ libys incumbit:flatuque ſecundo
Figit agens puppim dum deſinat aura:ſinuſque
Deſtituat tumidos ſubducto flamine uentus:
In rem cuntari fuerit:non ulla peremni
Amplexu fortuna fouet:iam copia quanto
Arctior eſt nullo tyriis certamine?quantum
Detritum eſt famæ:quin inter cætera noſtra
Haud laude abfuerit:modo qui ſed parcere dictis:

Proni:deorſum currentes. Monte:maſſico in cuius iugis fabius caſtra poſuerat. Da famæ da muſa uirū:repetit uotū poeta fabii prudentiā magnitudinē aī & conſtantiā narraturus quē laudat quoniā bina caſtra uicerat ſua.ſ.& hoſtilia:da inqt o muſa famā & nomē fabio ꝑ totum orbē. Geminos furores:annibalis & romanoꝝ militū:qui pugnā ardebant. Feruida ſi nobis:uerba fabii ad milites pugnā affectantes:qbus eos hortať ut pugna abſtineant arguens ab utili & confutās militū libidinē ait.Si pr̄es & ſenatores putaſſent me feruidū & ruentē in prælia ꝓfecto non dixiſſent me dictatorem:neque mādaſſent mihi bellū iam deploratū & de quo iam deſpauerant ut oſtendat illos iniuſſu ſenatorū & contra cōe commodū pugnā affectar̄ & ſe non differre pugnā qa timeat ſed quoniā tēpus ita poſcebat:& in rē erat cūctari. Abruptū:præceps ad pugnā. Martis deplorati:deſperatæ iā pugnæ & uictoriæ.Inde dicius corpora deplorata.i.mortua. Habenas:regimē periculoſiſſimi belli. Penſata:diligenter conſiderata. Inuitos:uos q optādo pugnā ruitis ad mortē:& urgetis ultima fata:& ſic arguit ſuos temeritatis. Nulli e uobis:captat beniuolentiā a militibus dicēs ſe nunq̄ paſſurū ut aliqs cadat in pugna ſe autor̄. Si lucis:ſi tedet uos uitæ reuocetis ab inferis flaminiū q ſe & ſuos detrahit in cladē & taxat imprudētiā militū q optabāt id a quo uel maxīe cauere debuiſſent calamitate præterita edocti. Supremis:ultimis ex romanis īdeſt ſi uultis penitus delere nomen romanū.Sic horatius ī ſermonibus. atqui licet eſſe beatis:& mihi licet eē deſerto dicimus. Quibus non liceat eē ingratis inqt Ci.in officiis. Fragore ruinæ:ſtrepitu & calamitate magna fragor a frangēdo diciť:& ꝓprie ī aliq̄ ruina diciť. Inſignē:notabilē & memorabilē aliq̄ calamitate. Ruendi:cadendi ī prælio magna ruina. Properās:feſtinans ad præliū ſine conſultatione:& electione ut bonū impatorē decet qui debet eſſe prudentiſſimus. Auſpiciū:pricipiū. Præceps.i.præcipitiū & ruinā quæ nobis īminet. Vicina fata:ꝓximū exitiū nr̄um. Vt debellet:ut expugnet penitus una uictoria īqt ſatis ē ānibali ut ſit dominus urbis & italiæ & locus ē ab utili. Optabile:aptū pugnæ. Nō ē mihi credite:ad illd̕ minutii reſpondet q fabiū ſegnē & cūctatorē ꝓ dictator̄ appellabat. Arduus:difficilis īmo libēter arma īduo ſed nūc e re.pu.ē cūctari. Magnū illd̕:cōfutatio ē potuiſſet dici ꝗde cuſ ē ſedere ac numerare milites ne aliqs īterficiať īmo ait fabius hoc magnū ē & paucis a ioue cōceſſū poſſe.ſ.ab hoſte reuerti. Fortunæ libys incūbit:ab utili ſuadet:ꝓponēs difficultatē ī prælio cū faueat ānibali fortuna & illius hūeris uehať. Libys:ānibal incūbit humeris fortunæ. Agens ex puppi:metaphorice loquiť. Figit:firmat naui ipſius ānibalis & agit ut uult. Dū deſinat aura:expectemus inqt mutationē fortunæ & tunc pugnabimus quoniā fortuna nil fouet ꝑpetuo āplexu ſed mutabilis ē. Sinus tumidos:uela īflata uēto ferēti loqť ꝑ trāſlationē nautaꝝ q ꝓſpera nauigatione utunť. Deſtituat:derelīquat. Subducto:amoto uēto. In rē fuerit:ꝓderit differre pugnā. Arctior copia:q̄ fuerit prius. Detritū:ablatū. Inter cætera.i.alia quæ geſſimus non deerit hoc a laude nr̄a:& hoc inqt nr̄is titulis aſcribeť. Modo q:laudi mihi dabiť fregiſſe annibalē nullo certamine

Sic melius:iã uos acies et prœlia et hoſtẽ
Poſcitis:o maneat ſuperi fiducia talis.
Interea excluſa maioris ſorte pericli
Me ſolum quæſo toti me opponite bello
His dictis fractus furor:et rabida arma quierunt
Vt cũ turbatis placidum caput extulit undis
Neptũnus:totumque uidet:totoque uidetur
Regnator ponto:ſeui fera murmura uẽti
Dimittunt:nullaſque mouent in frontibus alas.
Tum ſenſi ĩfuſa tranquilla per æquora pace
Languẽtes tacito lucẽt in littore fluctus.
Senſit cura ſagax peni.fraudiſque ueneno
Aggreditur mentes.pauca atque hæc ruris auiti
Iugera:nec multis fabius uertebat aratris.
Maſſicus uuiferis addebat noĩa glebis
Hinc peſtẽ placidã moliri.et ſpargere cauſas
In caſtra ambiguas:ferro flãmiſque pepercit
Suſpectamque loco pacẽ dedit arte maligna.
Seu clandeſtino traheretur fœdere bellum.
Intellectus erat fabio tyrioſque uidebat
Dictator ſeuire dolos at non uacat egre
Inuidiam gladios inter lituoſque timere.
Et dubia morſus famæ depellere pugna.
Donec reptantẽ et nequiq̃ ſepe trahendo
Huc illuc caſtra et ſcrutantem prœlia penum:
Qua memoroſa iuga et ſcopuloſi uertice colles
Exurgunt:clauſit ſparſa ad diuortia turma.
Hinc leſtrigoniæ ſaxoſo monte premebant
A tergo rupes:undoſis ſqualida terris
Hinc literna palus.nec ferri aut militis uſum
Poſcebat regio:ſeptos ſed fraude locorum
Arcta fames penas miſere exactura ſagunti
Vrgebat.finiſque aderat chartaginis armis.
Cuncta per et terras et lati ſtagna profundi
Condiderat ſomnus:poſitoque labore dierum
Pacem nocte datã mortalibus orbis agebat.
At non ſidonium curis flagrantia corda
Ductorem uigileſque metus haurire ſinebant
Dona ſoporiferæ noctis:iam mẽbra cubili
Erigit.et fului circundat pelle leonis
Qua ſuper inſtratos proiectus gramine campi

q paulo ante oĩa uexabat obuios quoſq̃ fũdebat:& cui nẽo poterat obſiſterẽ: ſed uriẽ fabius ĩticẽtia ut ↄ̃uitet arrogãtiã: Sic Vir.ĩ gnto.Quãq̃.o.ſed ſupent q̃bꝰ hoc neptũe ↄ̃diſti. Sed pere dictis.i.uitarẽ arrogãtiã & tacerẽ melius ẽ. Interea: dũ fortũa fauet pœno. Excluſa:rmota fortũa & piculo tali cũctatione. Me ſolum:q̃ſi dicat ſinite me ſolũ regere & cũctando frãgere annibalẽ iuueniliter exultãtẽ. Vt cũ turbatis:fabiũ cõponẽtẽ furores militũ grauiſſima orõne cõparat neptũo mitigãti uentoꝝ iras. In frontibus:qm̃ alæ uentoꝝ ſũt circa tẽpora & frontẽ. Lãguẽtes: remiſſi. Senſit cura ſagax pœni:cũ a pfugis ãnibali mõſtratus ager dictatoris eẽt oĩbus uillis circa ſolo æquatis fabii agello pepcit ut occulti alicuius pacti ea merces uideri poſſet. Sagax:aſtuta cura annibalis.

Mẽtes.ſ.romanorum.In quorum odium:atque iuidiã adducere fabiũ uolebat. Auiti: maioꝝ ipſius fabii. Maſſicus addebat noĩa:nã dicebatẽ ager maſſicus a maſſico mõte. Glebis uuiferis: uino fertilibus. Moliri:moliebatẽ:parabat. Placidã peſtem: fraudem qua fabio inuidiã faceret. Loco:agris fabii ĩtactis ab hoſte. Clãdeſtino:occulto pacto iter fabiũ & annibalẽ qđ fabius cũ eẽt prudẽtiſſimus optime ĩtellexit. At nõ uacat:nõ placet fabio. Egre:grauiẽ & moleſte timere inuidiã ĩter arma:q̃ſi dicat nõ egre ferebat id qđ annibal moliebatẽ fretus uirtute ſua & cõſciẽtia.

Morſus fãe:ĩfamiã quã illi apđ romãos annibal faciebat parcẽdo agris. Dubia incerto euentu pugnæ:& iõ cõi utilitati intẽtus:malos de ſe rumores non curabat. Vnde de ipſo ſcripſit Ennius. Non ponebatẽ.n.rumores añ ſalutẽ. Dõec reptantem clauſo in falernis ãnibal dictator modicis preſidiis occupat gallicanũ & caſilinũ occupãdi fauces uerſus tarracinã minutio dat curã ipſe inuia poſuit caſtra q̃ pœnus egreſſurus erat. Vbi cũ ui exitũ tẽtaret hoſtis:reſtitit romana acies:q̃re eũ nõ fefellit ſuis ſe artibus peti:itaque coactus ẽ:terribile quoddã cõminiſci cõſilia maturare ppinqua: hiẽs cogebat deficiẽte cõmeatu quẽ romãis abũde capua & ſãniũ ſuppeditabant. Scrutantẽ:ĩquirẽtẽ pugnã fabius ĩcluſit

Sparſa turma:eq̃tibus poſitis ad cuſtodiã locoꝝ & uias ne hoſtis exire poſſet.

Ad diuortia:uias. Hic leſtrigõiæ formianæ leſtrigones tenuerũt formias oppidũ cãpaniæ:unde dicit plinius deſcribẽs oppida quæ ſũt ĩ ſinu cãpano. oppidũ formiæ ãtiq̃ leſtrigonũ ſedes. Linterna palus đ literno dictũ ẽ ſupra:clauſus erat ãnibal cũ obſtarẽt a tergo mõtes formiãi & caietãi & ab alia pte literna palus:& cũ oĩum reꝝ ĩopia laboraret ĩ tẽra hoſtili:tenebatẽ ẽt hyeme q̃ iã appetebat. Sq̃lida:ĩculta pp aq̃s illic ſtagnãtes. Exactura pẽas:acceptura ſuppliciũ ex hoſte ob euerſã ſagunthũ q̃ obſidiõe pſſã ↄ̃leuerũt. At ñ ſidõiũ:

nox erat:ĩquit & oīa qeſcebant:ſed ānibal præ dolore qetem capere n̄ poterat.

Dona noctis:ſomnū quē nox affert.

Fratris:magonis. Belligeri ritus:militiæ.nā ipſe quoque delitias aſpernabatur:& iacebat ſup corium bibulū. Triſtia:dolorem quē habebat qm̄ erat clauſus exercitus. Dira:horrenda. Telū baleare:funda cuius fuerat maxius uſus apud baleares inſulas. Pepulere: expulerūt ſomnum magōis ueſtigia annibalis. Heus ĩquit:uerba magonis ad annibalem. Conſtiterat:e ſtrato ſurrexerat. Ad mūera caſtroꝝ:ad officia & exercitationes caſtrenſes. Incuſſa plāta:admoto pede: quo dormientes excitabat. Fabius me noctibus:Verba ānibalis ad fratrē quibus dolet uicē ſuam.oppoſitum ſcilicet eē fortunæ ſuæ: fabium cunctatorem et ĩ re militari prudētiſſimū:& ē magna laus fabii ex ore hoſtis. Fabius fabius: ex ſtomacho loqͣ̄ excandeſcēs q̄ fabius iā ſenio confectus eū opprimat:& obſtet ſuis uictoriis: fatiſque currētibus. Meis fatis:quæ impedit curſum meæ fortunæ. In orbe:ĩ circuitu. Verū age:aperit mentem ſuam annibal. Res arcte:ideſt qm̄ in tāta rerū difficultate conſtituti ſumus. Porro:certe. In nectere ramos: ludibrium oculorum inquit liuius ſpecie terribile ad fruſtrandum hoſtes cōmētus ē:principio noctis furtim ſuccedere ad montes ſtatuit:fallacis conſilii talis appatus fuit faces undique ex agris collectæ faſceſque uirgarum atque arida ſarmēta prælligāt cornibus boū quos domitos in domitoſque multos ĩter cæteram agreſtem predā agebat aſdrubalique negocium datum ut primis tenebris noctis: id armentū accenſis cornibus ad montes ageret. Edicam :mandabo. Maniplos:faſciculos ſarmētoꝝ. Laxabit: aperiet uiam āguſtam qua nobis eundū ē ſi uolumus euadere. Iniquas excubias:uigilias nobis aduerſas. Maiora:grauiora pericula propter noctem. Si cordi.ſ.ē ideſt ſi placet conſilium. Extrema conſulta:ultima conſilia & poſtrēa neceſſitas non patitur moram. Ad tentoria:ipſius maraxis:qui erat dux ĩ exercitu annibalis. Vt diſpulit: poſtq̄ dimouit ſomnū inquo ille agitabat ſimulachra pugnæ. Tenebris fortiſſime ductor:uerba magonis ad maraxem. Tenebris:in nocte.

Presserat ante toros tūc ad tentoria fratris.
Fert greſſus uicina citos nec degener ille
Belligeri ritus taurino mēbra iacebat
Effulctus tergo:et mulcebat triſtia ſomno.
Haud procul haſta uiri terræ defixa propinquæ.
Et dira e ſumma pēdebat cuſpide caſſis.
Et clypeus circa loricaque et enſis et arcus
Et telum baleare ſimul tellure quieſcunt.
Iuxta lecta manus iuuenes in marte probari:
Et ſonipes ſtrato carpebat gramia dorſo.
Vt pepulere leuē ĩtrantis ueſtigia ſomnum
Heus inquit:pariterque manus ad tela ferebat:
Quæ te cura uigil feſſum germāe fatigat
Ac iā conſtiterat:ſocioſque in ceſpite fuſos.
Icuſſa reuocat caſtrorū ad mūera planta.
Tū libyæ ductor fabius me noctibus egris.
In curas fabius nos excitat:illa ſenectus
Heu fatiſque ſola meis currentibuſ obſtat
Cernis ut armata circunfudare corona
Et uallet clauſos collectus miles in orbe
Verū age nūc quoniā res arcte nūc pcipe pòrro
Quæ meditata mihi latos correpta p agros
Armenta aſſueto belli de more ſequūtur.
Cornibus arentes edicam innectere ramos:
Sarmētique leues fronti religare maniplos.
Admotus cum feruorē diſpſerit ignis:
Vt paſſim exultent ſtimulante dolore iuuenci:
Et uaga per collis ceruice ĩcendia iactent.
Tum terrore nouo trepidus laxabit iniquas.
Cuſtos excubias:maioraque nocte timebit.
Si cordi conſulta moras extrema recurſant:
Accingamur ait.gemino tētoria greſſu
Inde petunt:igēs clypeo ceruice repoſta.
Inter equos interque uiros interque iacebat.
Capta manu ſpolia et rorātia cede maraxes
Ac dirum in ſomno ceu bello capeſſeret amens
Clamorē tum forte dabat:dextraque tremente
Arma toro:et notum querebat feruidus enſem.
Huic mago inuerſa quatiens ut diſpulit haſta
Bellātem ſōnum:tenebris fortiſſime ductor
Iras compeſce:atque in lucem prœlia differ.
Ad fraudem occultāque fugam tutoſque receptus
Hunc nocte utendum ē arentis nectere frondes

Cornibus et latis accēſa īmittere ſiluis
Armenta oppoſiti reſerent quo clauſtra manipli
Germanus parat: atque obſeſſa euellere caſtra.
Emergamus: et hic fabio perſuadeat aſtus
Non certare dolis. nihil hic cunctante ſed acris
Incepti leto iuuene: ad tētoria acherræ
Feſtināt: q̄ parca q̄es minimūque ſoporis.
Nec notū ſōno noctes æquare: feroci
Peruigil īſeruibat æquo: feſſumque leuabat.
Tractādo: et frenis ora exagitata fouebat.
At ſotii renouāt tela: arētemque cruorē.
Ferro detergūt: et dāt mucronibus iras.
Quid fortūa loci poſcat: q̄d tēpus: et ipſi
Quæ nā agitēt: pādunt: et ceptis ire miniſtrū
Haud ſegnē hortātur: diſcurrit teſſera caſtris
Intētique docēt. quæ ſint propanda monētque
Quiſque ſuos: īſtāt trepidi: ſtimulātque ruētes
Nauus abire timor dū ceca ſilētia. dumque
Maiores umbræ. rapida iā ſubdita peſte
Virgulta atque altis ſurgūt e cornibus ignes.
Hic uero ut gliſcēte malo et quaſſātibus egra
Armētis capita adiute pigueſcere flāmæ
Cepe: et uincens fumos erumpere uertex.
Per colles dumoſque lues agit atra p̄ altos
Saxoſi ſcopulos mōtis lymphata ferūtur:
Corpora anhela boū atque obſeſſis naribus igni
Luctātur fruſtra rabidi mugire iuuēci
Per iuga p̄ uall:s errat uulcania peſtis.
Nuſq̄ ſtāte malo: uicinaque littora fulgēt.
Quā multa affixus cœlo ſub nocte ſerena
Fluctibus e mediis ſulcator nauita ponti
Aſtra uidet: q̄ multa uidet feruoribus atris
Cum calabros urunt ad pinguia pabula ſaltus
Vertice gargani reſidēs incēdia paſtor.
Hac facie ſubita uolitātū ī montibus altis
Flāmarū: q̄s tūc cecidit cuſtodia ſorti:
Horrere: atque ipſos nullo ſpargēte uagari
Credere: et īdomitos paſci ſub collibus ignes
Cœlo ne exciderint: et magna fulmina dextra
Torſerit omnipotens: an cecis rupta cauernis

Manipli: milites diſpoſiti a fabio ad cuſtodiam uiarū. Euellere: liberare cū ſint obſeſſa. Hic aſtus: quo nūc utēur pſuadeat fabiū ſe nō poſſe certare nobiſcū dolis. Acris: aſtuti conſilii ānibalis. Iuuene: maraxe. Achere. q erat alter dux annibalis. Minimū ſoporis. parum q̄ppe dormiebat: ut decebat ſolertem ducē. iō dixit ſupra. Virg. ſtāt bella magiſtro. Equare noctes. i. non erat ei notū dormire p totā noctem. Inſeruibat: inſeruiebat & demulcebat ipſum æquū manu: & ipſius ora exagitata refouebat. i. fracta pp frenū. Leuabat: fouebat mulcebat. Fouebat: curabat aq̄s aut uino: ut moris ē: aut aqua mellita.

Dant iras: exacuūt ut magis ledāt hoſtes. Teſſera: ē ſignū: & imperiū ducis quo militibus præcipit̄ ut arma capiāt: aut ut mutent caſtra. Quod ducis: imperiū q nūciabāt militibus teſſerarii dicebātur plinius ait. Signi dationē. Teſſeras: Vigilias inuenit palamedes in bello troiano. Timor nauus. i. q facit homines īduſtrios & ſolertes. Nauus dicit̄ ſtrenuus: & diligens inde nauare operā i. ſtrenue facere nauo āt ignauus opponitur & timor abire cogit. Vir. pedibus timor addidit alas. Rapida peſte. igni oīa raptim conſumēti. Egra capita: primis tenebris ſilentio mota ſunt hoſtiū caſtra boues aliquanto ante ſigna acti: ubi ad radices montiū, uiaſque anguſtas uētū ē ſignū exēplo dat̄ ut accenſis cornibus armenta in aduerſos concitētur montes: & metus ipſe relucentis flāmæ ex capite calorque: iam ad uiuum: ad imaque cornuum aduenīēs uelut ſtimulatos furore agebat boues. id ait ſyllius lymphata corpora. Lues atra: incendium. Adiutæ flammæ: nam concitatio bouum: capitumque quaſſatio flammam excitabat: & hominum paſſim diſcurrētium ſpeciē præbebat. Anhela. curſu defatigata. Luctātur: conantur mugire: & nō poterant ꝓpter ignem. Quam multa affixus: hos ignes paſſim. lucentes cōpat ſtellis & incēdiis agrorū q̄bus terræ pingueſcunt. garganus eſt mōs apuliæ. Ad pīguia: q̄m īcendio fit ſolū pīguius: q̄d Vir. ī georgicis cecinit.

Hac facie: tali apparētia igniū. Sorti: p ſortē. i. illi q cuſtodiebāt & excubabāt uiſo īcēdio timuerūt. Credere credebant. Accenſo ſulphure: nā cū montes ſunt concaui: & hēnt ſulphur illic accēdit̄ ignis naturalit̄: ut ē in ethna ſicula uētis. ſ. ītus incluſis flantibus: & flante auſtro pp hūiditates egredit̄ fumus: flāte āt aq̄lone pura flāma: cum ſit frigidus & ſiccus: huius rei diligētiſſimus obſeruator fuit eolus: & iō deus uētoꝝ fingit̄ a poetis. īpante Tito Veſbius mōs cāpaniæ hoc modo arſit: q̄d īcendiū plinius q id tēporis claſſi apud miſenum præerat ſpectatū profectus ē: & ad uillam pōponiani: æſtu ſuffocatus et aqua balnearum calida eſt quoniam tranſit per uenas ſulphureas. Ideo dicit poeta illos dubitaſſe: unde habuerint originē illi ignes.

Egeſtas:emiſſas egerere ē euacuare & extra gerere. Infelix:damnata incēdiis. Iamque abeunt:qui ad tranſitus cuſtodiēdos locati erant:ubi in ſūmis montibus ac ſupra ſe quoſdam ignes conſpexerūt circunuentos ſe eſſe rati preſidio exceſſere:qua ingens emicabat flamma uelut tutiſſimum iter petētes ſūma montiū iuga fugerūt. Abeunt:diſcedūt ipſi cuſtodes locorum romani diſpoſiti a fabio. Fauceſque uiæ:ānibal traducto per ſaltum agmine:& qbuſdam in ipſo ſaltu hoſtium oppreſſis ī agro aliſano caſtra poſuit:hunc tumultum ſenſit fabius cæterum & inſidias eē ratus a nocturno utique abhorrens certamine ſuos munimento tenuit:luce prima ſub iugo mōtis præliū fuit:fabius mouit caſtra tranſgreſuſque ſaltum ſup aliſas loco alto ac mūito cōſedit:ānibal romā petere ſe ſimulās uſque in pelignos populabundts rediit:fabius mediis intra hoſtium agmē urbēque romam iugis ducebat exercitū : nec abſiſtens nec congrediens ſacrorum cā romam reuocatus:ſed īperio modo ſed cōſilio ēt ac prope præcibus egit cū minutio magſ̄ro eqtū ut bello abſtineret. Agros:aliſanos,i.ab oppido. Hucuſque:ad hoc īquit puenerat fabius ſua prudentia ut annibali tot uictoriis elato ſatis eēt iā fugere romanos quos prius temeritate ducum tam facile profligebat & inſectabat̄. Pulſi: annibalis.

Iuuenē:minutiū magr̄m æquitū q abſente dictatore reg̃ habebat habenas.

Mos:conſuetudo & patrius ritus. Si factis nondū minuti.uerba fabii ad minutiū qbus cum mouet ſuadēs ab utili ut bello abſiſtat:dicens nō parū eē rōanos iā uinci deſiiſſe ab hoſte totiens uictore & ab aſſiduis cladibus reſpirare:ſenſus ē.Si nōdū es edoctus laudare cūctatōem meā:nec mea uerba ualuerunt ducere te ad uerā laudem & a prauitate abducere:& ſi mihi nō credis opibus crede meis & me abſente pugna abſtineas. Ale:acies nr̄æ:nam ego ſolus clauſi

Teſtor te:uoco te huius rei teſtem.

Libare dapes:ſacrificare. Solemnia.i.ſacra.ſolēnia āt ſacra dicūt̄ quæ certis temporibus ānuiſque fieri ſolēt. Interea dum ego abero. Egris r̄bus:afflicto romano impio. Eſt ſalus nil mouiſſe:ideſt nō cōſerere manus cū hoſte tali:& locus ē ab utili hēns in ſe confutatōem.

Creditur:cōmittit̄ tuo impio. Gloria:reddere mihi milites ītactos & hæc pars ēt habet cōfutatōem. Iam cernes:libycū:tanq̄ uates fabius prædicit futura minutio cum eēt prudētiſſimus ut ille magis cauere poſſet qd' minime fecit.

Leonē:ipſum ānibalē. Adeo:certe.

Reſpectantē : reſpicientem ut in inſequentes impetū facere poſſit. Coquentem:miſcētem & meditātē. Oranti mihi uero te tanq̄ dictator capere arma.

Pio:ſacroſācto qm̄ nō erat prouocatio a dicto dictatoris & oēs magiſtratus ceſſabant tēpore dictaturæ preter tribunitiā poteſtatē:& nō licebat ultra ſex menſes pferre dictaturam:ſed hāc diſciplinā Sylla & cæſar frangētes ppetui dictatores eſſe uoluerunt. Vallarat: muniērat uerbis & prudentia.

Fuderit egeſtas accēſo ſulfure flāmas
Infœlix tellus media in formidine querūt.
Iamque abeunt:fauceſque uiæ citus occupat armis
Pœnus:et ipatulos exultās emicat agros.
Huc tamē uſque uigil proceſſerat arte regendi
Dictator trebiam et thuſci poſt ſtagna profundi
Effet ut annibali fabium romanaque tela
Euaſiſſe ſatis:quin et ueſtigia pulſi
Et greſſus premeret caſtris ni ſacra uocarēt
Ad patrios ueneranda deos: tū uerſus ad urbem
Alloqtur iuuenē:cui mos tranſmittere ſigna
Et belli ſummā primaſque iubebat habenas.
Atque his præformat dictis:fingitque monēdo
Si factis nō dum minuti te cauta probare
Erudiit fortuna meis:nec ducere uerba
Ad uerū decus: ac prauis arcere ualebant:
Vidiſti clauſum ānibalē nil miles et alæ.
Iuuere:aut denſis legio conferta maniplis.
Teſtor te ſolus clauſi : nec deinde morabor
Diis ſine me libare dapem et ſolēnia ferre
Nūc iterū atque iterū uinctum uel montibus altis
Amnibus aut rapidis mō pugna abſiſtite tradam.
Interea crede experto non fallimur:egris
Nil mouiſſe ſalus rebus ſit gloria multis.
Et placeat:quippe egregiū proſternere ferro
Hoſtē:ſed fabio ſit uos ſeruare triūphus
Plena tibi caſtra atque intactus uulnere miles
Creditur:hos nobis erit hæc tibi gloria redde.
Iam cernes lybicum huic uallo aſſultare leonem.
Iam predas offerre tibi:iam uertere terga
Reſpectantē adeo atque iras cū fraude coquētem
Claude oro caſtra:et cūctas ſpes eripe pugnæ
Hæc monuiſſe ſatis:ſed ſi compeſcere corda
Non datur oranti:magno te iure pioque:
Dictator capere arma ueto:ſic caſtra relinquens
Vallarat monitis:ac ſe referebat ad urbem.

Ecce autem flatu claſſis pheniſſa ſecundo
Littora caietæ leſtrigonioſque receſſus
Sulcabat roſtris: portuſque intrabat apertos.
Ac totus multo ſpumabat remige pontus
Cum trepide fremitu uitreis e ſedibus antri
Equoreæ pelago ſimul emerſere ſorores.
Ac poſſeſſa uident infeſtis littora proris.
Tum magno percuſſa metu nereia turba
Attonite propere refluunt ad littora nota.
Teleboi medio ſurgunt qua regna profūdo.
Pumiceæque procul ſedes immanis in antro
Conditur abrupto proteus: ac ſpumea late
Cautibus obiectis reiectat cerula uates
Is poſtquam ſat gnarus enim rerumque metuſque
Per uarias luſit formas et terruit acri
Serpentis ſquamis horrendaque ſibila torſit:
Aut fremuit toruo mutatus membra leone:
Dicite ait quæ cā uiæ: quis ue ora repente
Peruaſit pallor? cur ſcire futura libido?
Ad quæ cymodoce nympharum maxima natu
Italidum noſti noſtros præſage timores
Quid tyriæ claſſes ereptaque littora nobis:
Portendunt num migrantur rheteia regna
In libyam ſuperis: aut hos ſarranus habebit
Nauita iam portus? patria num ſede fugate
Atlantem et calpen extrema habitabimus antra?
Tum ſic inuoluens repetita exordia retro
Incipit ambiguus uates: reſeratque futura
Laomedonteus phrygia cum ſedit in ida
Paſtor et errantis dumoſa per auia tauros:
Arguta reuocans ad roſcida paſcua canna
Audiuit ſacræ lentus certamina formæ.
Tum matris currus niueos agitabat olores
Tempora ſollicitus litis ſeruaſſe cupido.
Paruulus ex humero coritus et aureus arcus
Fulgebat: nutuque uetans trepidare parentem:
Monſtrabat grauidam telis ſe ferre pharetram.
Aſt alius niuea comebat fronte capillos.
Purpureos alius ueſtis religabat amictus:
Cum ſic ſuſpirans roſeo uenus ore decoros

Ecce autē flatu: claſſis punica uēit ad litus caietæ in ſubſidiū annibalis. Vnde poeta fabulat᷑ nymphas tyrreni maris illa claſſe territas adiuiſſe ꝓtheū qui tūc apud capreas erat ut cām huius nauigationis ſciſcitarent᷑ q ēt huius belli cauſā euētūque apuit. Pheniſſa: punica caieta ciuitas cāpaniæ ad mare adhuc retiet nomē. Leſtrigonios receſſus: ſinus formionos: quoniā leſtrigōes tenuerūt formias oppidū. Infeſtis: inimicis libycis.

Ad limina nota. i. ad capreas: ubi ꝓtheus habitabat ut fingit poeta ad imitationē Virgilii canētis Ariſteū ductū a mr̄e ad protheū qui tūc patriā pallenē ītheſſalia reuiſerat. Teleboi regna: capreaꝝ inſula non ꝓcul a neapoli ubi regnauit thelebous. Vir. ait Theleboū capreas cū regna teneret inſula capreaꝝ tyberii ſeceſſu celebrata ē Taphius: & thelebous frater fuerunt & reges apud theleboas īſulas & taphias: quæ ſunt inter ætoliā & Achaiā: q non contenti paterno regno īter ſe pugnarunt ea lege: ut uictor r̄gnaret. Taphius uicit: thelebous capreas nauigauit illicque ſedē poſuit: ideo capreas r̄gna theleboi appellat. Pumiceæ ſedes: antra ex pumice. Abrupto: magno & præcipiti. Sat gnarus: ſciēs: cui opponitur ignarus. Formas: protheus tranſmutabat ſe in uarias formas. In hoc figmento imitat᷑ poeta Vir. in georgicis & homerum ī odyſſea. Mutatus mēbra: ideſt cū mutaſſet ſe in leonem: hæc ē loquutio frequēs apud ſylliū ſupra mutatus tela ſycheus. Dicite ait: uerba ꝓthei ad nymphas. Cymothos: nympha. nā cyma dicitur unda inde cymothos quoniam maris nymphæ nil aliud ſunt niſi ūdæ. Noſti noſtros: uerba cymodoces ad protheum Menelaus apud homerū li. iiii. odyſſeæ ſic protheum alloquitur Noſti ſenex cur hæc diſſimulas. Migrātur: tranſferuntur regna ad carthaginēſes: rheteia romana. Sarranus: punicus athlas ē in finibus mauritaniæ calpe aut ī finibus hiſpaniæ de quibus dictum ē. Extrema: in ultima parte terrarū ad occaſum poſita. Ambiguus: perplexus & ambagibus uera inuoluens. Laomedōteus: narrat protheus iudicium paridis ī ida ſylua troiana quod cauſa fuit ruinæ ilii: & bellorum quibus romani ab ænea originem habentes uexati ſunt urgente iunone. Paſtor: paris qui fuit paſtor in ida troiana. eſt enim alia ida in creta inſula. Errantes: paſcentes. Arguta canna: ſonora fiſtula harūdinea & paſtorali. Sacræ: diuinæ. Lentus: ocioſus.

Niueos olores: q̄m olores trahebāt currū ueneris. Coritus pharetra & ſagittæ. Eſt alius. ſ. cupido q̄m plures erāt.

Comebat: ornabat. Roſeo: pulchro.

Teſtis certiſſima: uerba ueneris ad cupidines filios quos hortatur ut ſuam pietatem erga matrē oſtēdāt. Inde cōmemorat oia quæ illis tribuit ut ſi hoc neglexerit ingrati atque ĩpii cē uideant̃: & poſſibilitatē oſtendit dicēs illos etiā iouē cogere poſſe. petere qppe debemus poſſibilia: & quæ is preſtare poſſit a quo aliqd cōtendimus. Quis credere ſaluis: mouet illos ad affectū cū hoc dicit. ne mr̃em reliqſſe præter decoꝝ & pietatē uideant̃ certantē & forma: cū ipſa ſit dea pulchritudinis & gratiæ. Saluis: uiuentibus. Forma: pulchritudine totius corpis. Ore: uultu. Quid ultra iā ſupeſt reꝝ: ex rei indignitate mouet filios. Indignū qppe erat uenerē formoſiſſimā d' forma certare q̃ſi dicat qd mihi ſupeſt ſi uicor in forma. Omnia paruis: beneficia in filios collata uenus affert. Tela: amoris. ſ. Blando ueneno: amor̃. Auus: Iuppiter pr̃ ueneris. Qui ſancit: firmat. Cū uultis: qm̃ oia ſubiiciunt̃ amori. Vnde ouidius oia uicit amor. Cypron: qm̃ cyprus erat ſacra ueneri: ubi illa primū ĩſtituit lupanar. Palmas idumeas: uictoriā quæ p palmas ſignificat̃: cuius ē magna copia ĩ idumea regione iudeæ. Vir. primus idumeas referam tibi mantua palmas. Paphos: ē urbs cypri ueneri ſacra. iō canit: Vir. Ipſa paphum ſublimis abit. Aligeris: cupidinibus alatis. Inſtat: inſtando dicit. Bellica uirgo: pallas quæ depoſuerat egida. i. ſcutū in quo erat caput meduſæ ut pulchrior & uenuſtior uideretur. Pacē: tranqlitatem cū ipſa ſit dea belli: nunc ut mitis uideret̃ pacē oculis non toruis ſed tranqlis atque uenuſtis oſtēdebat. Cōniſcēs. i. ſignificās pacē iucūdo motu oculoꝝ: cū prius toruo obtutu bella minaret̃ cōniuere eſt oculos mouer̃: & itē cōniſcer̃. Luco predicto: nā conuenerat inter eas de loco. i. in ida phrygia. Iuſſis ſyluis: in ſyluas ut iuſſerat paris iudex. Iuno putabat ſe oio iudiciū habiturā cū eēt ſoror & cōiūx iouis: & tanto magis a pallade ſpreta excāduit. Phrygis: troiani paridis. Faſtus: omnē paridis ſupbiā aĩ elationē & ſniam q̃ ferret p iunone ſine aliquo tiore cū maxĩa ābitōe ut illā ſibi deuĩciret. Et idā: illud iudiciū qd' debebat eē in ida. putabat inqt ſe oia cōmouere poſſe ſua maieſtate. Poſt fr̃is toros: cū eēt ſoror & cōiūx iouis. Traxerūt odorē: acceperunt odorē qui ſpirabat e ſacro uertice ipſius ueneris. Vir. Diuinū uertice odorē ſpirauer̃ pedes ueſtis d̄fluxit ad imos. Nec iudex ſediſſe ualet: nō poterat reſiſtere tāto ſplēdori & oculi caligabāt tāto ſplēdor̃ uicti. lumē qppe maius offuſcat minus. Metuit dubitaſſe uideri. i. ſtatĩ iudiciū tulit paris uictus pulchritudĩe ueneris: nec uolebat uideri d' preſtātia formæ dubitaſſe: cū nulla eſſet ĩter illas cōpatio: quapp uictæ deæ cōmouerūt græcos ad excidiū troianū. Tū: poſt euerſionē ilii. Itala tellure: ĩ latio. Vir. ĩferretque deos latio. Dū cete ĩnabūt pōto: uaticinat̃ ꝓtheus ĩperiū romanū for̃ ppetuū: ſic Vir. His ego nec metas reꝝ nec tpa pono. Impiū ſine fine dedi. Cete piſces. ponit cete ꝓ oibus piſcibꝫ. Indo litor̃: oriētali. i. dū orieт̃ & occidet ſol. Nullæ metæ: nulli termini. At uos o natæ: uertit ſermonē ad nymphas ꝓtheus illiſque p̄dicit cladē cānēſē: & huius belli euētū. Immobile filū: fatū ĩmutabile. Infauſtas: ĩfelic s & dānatas cruore futuro: quo unda inficiet̃: ſaſſon eſt ĩſula ĩter epyrū & brunduſiū in mari adriaco in quod emittit aufidus in cuius ripis futura erat memorabilis clades. Tumidus: repletus ſanguine ac cadaueribus.

Alloquitur natos teſtis certiſſima ueſtræ
Ecce dies pietatis adeſt quis credere ſaluis
Hoc auſit uobis? de forma atque ore: quid ultra:
Iam ſupereſt: rerum certat uenus: omnia paruis
Si mea tela dedi blando medicata ueneno:
Si ueſter cælo ac terris qui fœdera ſancit:
Stat ſupplex cum uultis auus uictoria noſtra:
Cypron idumeas referat de pallade palmas.
Et iunone paphos centum mihi fumet in aris:
Dumque hæc alligeris inſtat cytherea: ſonabat
Omne nemus gradiente dea: iam bellica uirgo
Egide depoſita: atque aſſuetum caſſide crinem
Inuoluit tum compta tamen: pacemque ſerenis
Conniſces oculis ibat: lucoque ferebat:
Prædicto ſacræ ueſtigia concita plantæ.
Parte alia intrabat iuſſis ſaturnia ſiluis.
Iudicium phrygis et faſtus paſtoris et idam
Poſt fratris latura toros: poſtrema nitenti
Affulſit uultu ridens uenus: omnia circa:
Et nemora et penitus frondoſis rupibus antra.
Spirantem ſacro traxerunt uertice odorem:
Nec iudex ſediſſe ualet: feſſique nitore
Luce cadunt oculi: metuit dubitaſſe uideri:
Sed uictæ feras bella deæ uexere per æquor
Atque exciſa ſuo pariter cum iudice troia eſt:
Tum pius æneas terris iactatus et undis:
Dardanios itala poſuit tellure penates.
Dum cete innabunt ponto: dum ſydera cælo
Lucebunt: dum ſol indo ſe littore tollet:
Hic regna et nullæ regnis per ſecula metæ.
At uos o nate currit dum immobile filum:
Adriaci fugite infauſtas ſaſſonis harenas
Sanguineis tumidus ponto miſcebitur undis.

Per carmīa deū.i.carmīa ſibyllina quæ monebāt cauēdū eē ab apulia & cāpis ætolis pollybius deſcribēs pugnā cānenſē ait. Affectus.n.grauibus ac recētibus cladibus populus romanus nimium in futura uerebaẗ.unuſqſque ītra ſe quæ futura ciuiū romanoꝝ fortuna eēt delero ꝓfligatoque exercitu cogitabat:quæ libri ſibyllini minabanẗ ī ore oīum erāt. Cāpo:appulo:& diomedeo quē ſybilla dānauerat pſpiciēs cladē illā cānenſē. Etolæ ūbræ:diomedeæ illic.n.cōſedit diomedes. Teucris: romanis irūdis a troia ꝑ æneā inimicū quondā diomedis cū quo ſingulari certamīe pugnauit. Mox:poſt pu

Aufidus:et rubros impellet ī equore fluctus.
Damnatoque deū quondam per carmina cāpo
Etolæ rurſus teucris pugnabitis umbræ.
Punica romuleos quatient mox ſpicula muros.
Multa quoque aſdrubalis fulgebit ſtrage metaurus
Hic ille e furto genitus patruique piabit:
Idem uultor patriſque necem:tum littus eliſæ.
Implebit flammis. auelletque itala penum.
Viſcera torrentem:et propriis ſuperabit in oris
Hinc carthago armis hinc africa nomine cedet
Hic dabit ex ſeſe q tertia bella fatiget:
Et cinerem libyæ ferat in capitolia uictor.
Quæ dum arcana deū uates euoluit ī antro:
Iam monita et fabiū bellique equitūque magiſter
Exuerat mentem ac præceps tendebat ī hoſtem.
Paſcerē:nec pœnus prauum ac nutrire fauorem:
Deerat:et ut paruo maiora ad prælia damno
Elicere:dabat interdum ſimulātia terga:
Non aliter quā qui ſparſa per ſtagna profundi
Euocat eliquidis piſcē penetralibus eſca:
Cūque leuem ſumma uidit iam nare ſub unda:
Ducit ſinuato captiuū ad littora lino.
Fama furit uerſos hoſtis pœnumque ſalutē.
Inueniſſe fuga:liceat ſi uīcere finem.
Promitti cladum.ſed enim ditione carere
Virtutē:et pœnas uincētibus eſſe repoſtas
Clauſurum iam caſtra ducem rurſuſque referri
Vagina iuſſurū enſes:reddatur in armis
Vt ratio purget miles cur uicerit hoſtem
Hæc uulgus: nec non patrū ſaturnia mentes
Inuidiæ ſtimulo fodit:et popularibus auris

gnā ad cānas ānibal cōtēdet ad urbē: cuius portā aſta ꝑcuſſit:& iaculū ītra mœnia cōtorſit. Romuleos:romāos. Metaurus:fluuius ſecat appenninū & labiẗ nō ꝓcul ab urbino apud quē īterfectus fuit aſdrubal frater annibalis a claudio Nerone: & Liuio ſalinatore cōſulibus.

Ille:Scipio. Genitus furto:occulto cōcubitu iouis cū pōponia mr̄e Scipiōis q: poſtea cognomīatus ē africanus maior. Scipio natus ē ex pōponia & ioue mutato ī anguē & ī ꝑtu pōponia piit: quæ ſic filiū apud īferos alloqẗ. Sola die caperē medio cū forte petitos ad requiē ſomnos. Subitus mihi mēbra ligauit āplexus deīde ſubiūgit. Vidi crede iouē:nec me mutata fefellit forma dei ꝙ ſq̄lentē cōuerſus ī anguē Ingēti traxit curuata uolumina gyro. Sic ēt cōceptus ē Alexāder magnus. Patris & patrui.P. Cornelii Scipionis & gnei patrui q ī hiſpania occubuerūt. Implebit litus eliſæ:quoniā Scipio ī africā traiiciēs ſyphacē aſdrubalēque uicit incēſis caſtris q̇ erāt ex harūdinibus.iō ait īplebit flammis. Auellet pœnū:abſtrahet ānibalē ex italia & reuocabit in africā. Torrentē: adurentē uiſcera romanoꝝ & totius italiæ. Propriis oris: libycis.nā uicit illū ad zamā magno prælio. Hinc:poſtea ob hāc uictoriā. Armis:nā uictis pœnis ex cōditionibus a Scipione aceptis naues īcēſæ ſūt & arma depoſita ut ſuo loco habebimus. Africa cedet nomīe: quoniā africanus cognominabiẗ a deuicta africa.

Hic dabit ex ſeſe:de Scipione æmiliano ītelligit q fuit adoptatus ī familiam cornelioꝝ filius qppe ſupioris africani ualitudīarius & ī becillis Scipionē filiū pauli æmilii adoptauit.unđ ſcipio æmilianus dictus eſt.hic tertio bello punico carthaginē deleuit: & africanus minor cognominatus eſt. Tertia bella: tertiū bellū punicū. Vates:protheus. Magiſter:minutius oblitus erat mandatoꝝ fabii. Paſcere nec penus: ideſt nō deerat annibal ad paſcendū nutriendūque furorē prauū ipſius minutii q hēbat militū fauorē & plebis:q prauus erat:uolebat.n.pugnare īiuſſu dictatoris. Nō aliter:ānibalē ſimulata fuga & ꝑua iactura ſuoꝝ militū & īpedimētoꝝ eliciētē minutiū ad pugnā cōparat piſcatori q eſca piſces allicit & r̄te iacto īuoluit trahitque ad litus. Liqdis penetralibꝫ:aqs. Sinuato:r̄te ī ſinū ducto. Fama furit:diuulgabaẗ fama rei bn̄ geſtæ a minutio q cū hoſte abſente Fa.manus cōſeruit. Sex milia hoſtiū ceſſa ſſ:qnque romāoꝝ:nūtiatū ē tn̄ ut īqt Li.ī tā pari ꝑpe clade fama egregiæ uictoriæ cū uanioribꝫ līīs magr̄i æqtū romā ꝑlata đ his rebus pſæpe & ī ſenatu & in cōtiōe actū ē. Tū.M.Metellus tribunus plebis ī fabiū inuectus rogationē de īperio æquando tulit. Furit:uulgaẗ. Virtutē:ipſius minutii. Ditōne:īperio ac poteſtate. Repoſtas:ꝑatas & irrogādas a Fabio cuius iniuſſu minutius pugnauerat. Ducem:fabium cum ad exercitum redierit & iuſſurum gladios recondi īuagina. Referri:recondi. Saturnia:iuno quæ romanos dare peſſum uolebat. Popularibus auris:fauoribus populi ī minutiū.

Pœno: annibali. Ne penderet: daret pœnas. Patria inconſulta: roma quæ temeritate quadam minutium fabio æquauerat. Partitus ſocias uires: prima & quarta legio minutio ſecunda: & tertia minutio euenerũt. Item eq̃tes pari numero ſocioꝝ & latini nōis diuiſerũt caſtris ſe quoque ſepare magiſter equitum uoluit quod annibali gaudio fiũt. Nam & liberam minutii temeritatem ſe ſuo modo captarũ & ſolertiæ fabii dimidiũ uiriũ diſceſſiſſe uidebat. Propiq̃s iugis: nã loca ædita fabius ſemp̄ eligebat & tumulus q̃dã erat īter caſtra minutii & pœnoꝝ. Vecordia minuti. i. ipſe īſanus minutius ſuos emiſſit ī hoſtē. Diſiecto: ſine aliq̃ cõſultatione apto. Perdēdi: ut ſuos p̄deret. Pereũdi: ut ipſe p̄iret. In ſubitũ: rē repētinã. Auſonius: minutius Romanus emiſit ī hoſtē oīs copias & idē fecit annibal. Dũ dictator abeſt: uerba annibalis hortãtis ſuos ad pugnã cũ magna laude fabii: quo præſente nil ſe poſſe annibal plane fatet̃. Sitũ: rubiginē. Dabit improbus inq̃t: loq̃tur filius dictatoris: q̃ gaudebat minutiũ dare pœnas ſui erroris. Suffragia cæca: iconſulta & temeraria populi ſuffragia: q̃bꝫ æquatũ erat illiſa īperiũ. Noſtros faſces: dignitatē & īperiũ. Inſanæ tribus: quæ minutiũ fabio æq̃ſtis ſpectate hãc pugnam & ex ſtomacho loq̃t̃. Proh lubrica roſtra: o leuis & īcõſtans multitudo quæ ī foro uerſaris. Viris uanis: leuiſſimis: & ſine aliq̃ grauitate aut prudētia. Munera martis: officia belli regēdi & ius æquũ in caſtris regēdis. Imbelles: nullã ī armis peritiã habētes: & ē conceſſio p̄ q̃dã ſtomachationē. Sciſcant: iudicēt & ſtatuant ſcire ē iudicare & decernere ũde legĩus apud Liuiũ populus ſciuit: & plebiſcita plebiſcito minutius habuerat īperiũ fabio æq̃tũ: Vnde dicit apđ Liuiũ reſtituens fabio dignitatē. plebiſcitũ quo magĩs oneratus q̃ oneratus ſũ tibi reſtituo & depono. Solē cõcedere nocti. i. iudicēt fabiũ p̄rem meũ tanq̃ ſolē cedere minutio q̄ ē tanq̃ nox: q̃ppe nullã hēt prudentiã. Piabũt p̄ſoluent: & purgabunt hũc errorē magna calamitate. Sãguīe pœnoꝝ: reſpõdet fabius qui e naturæ atque boni uiri p̄ſcripto uiuēs nũq̃ p̄riæ ſuccēſendũ putauit. Liuius ait. Tũc Fabius p̄rio clamore pauētiũ audito: deinde cõſpecta p̄cul turbata acie ita ē inq̃t: nõ celerius q̃ timui dep̄rehēdit fortuna temeritatē. Fabio æq̃tus īperio annibalē & uirtute & fortũa ſup̄iorē uidet: ſed aliud iurgãdi ſuccēſendique tēpus erit: nunc ſigna extra uallũ p̄ferte uictoriã hoſti extorqueamus cõfeſſionē erroris ciuibus relinq̃mus. Iuuenis o fili cæde hoſtis delet̃ debes id q̃đ cõtra p̄riam dixiſti. Triſtia dicta: patriæ triſtitiã afferētia. Patiar ne: locus ē ab honeſto. nõ enī decebat fabiũ pati añ eius oculos deleri acies romanas. Nos æq̃uiſſe miori: ſēſus ē ſi p̄miſerimus nr̃os p̄ire hoc q̃đ romãi īprudēter egerit̃ purgabit̃ nr̃a culpa. ergo melius eſt ſuccurrere noſtris p̄pe oppreſſis: ut iure de populi romani īcõſtãtia & temeritate quæri poſſimus.

Tunc indigna fide cenſent optandaque pœno
Que mox haud paruo luerēt damnata p̄ido
Diuiditur miles: fabioque equitumque magiſtro:
Imperia equantur. penitus cernebat et exp̄s
Irarum ſenior magnas ne penderet alti
Erroris pœnas patria inconſulta timebat:
Actum multa putans ſecum ut remeauit ab urbe
Partitus ſocias uires: uicina propinquis
Signa iugis locat: et ſpecula ſublimis ab alta
Non romana minus ſeruat q̃ punica caſtra.
Nec mora diſiecto minuti uecordia uallo
Perdendi ſimul et pereundi ardebat amore:
Quem poſtq̃ rapidum uidit procedere caſtris.
Hinc libys hinc fabius ſimul accendere ſagacis:
Īn ſubitum curas propere capere arma maniplis
Edicit: nulloque tenet munimine turmas.
Auſonius torquet totas in prælia uires:
Pœnorum ductor: propellitque agmina uoce
Dum dictator abeſt rape miles tempora pugnæ:
Non ſperata diu plano certamina campo
Offert ecce deus: quoniam data copia longum
Detergete ſitum ferro: multoque cruore:
Exatiate uiri plenos rubiginis enſes.
Atque ea cuntator penſabat ab aggere ualli:
Perluſtrans campos oculis tantoque periclo
Diſcere quis nam eſſet fabius te roma dolebat.
Cui natus iuncta arma ferens dabit improbus inq̃t:
Quas dignum penas: qui per ſuffragia cæca.
Inuaſit noſtros hæc ad diſcrimina faſces:
Inſanæ ſpectate tribus proh lubrica roſtra
Et uanis fora læta uiris nunc munera martis
Equent imperio: et ſolem concedere nocti
Sciſcant imbelles magnas mercede piabunt
Erroris rabiem: et noſtrum uiolaſſe parentem.
Tum ſenior quatiens haſtã lachrymiſque cohortis
Sanguine pœnorum iuuenis ta[illegible]: triſtia dicta
Sunt abolenda tibi: patiar ne ante ora manuſque
Ciuem deleri noſtras? aut uincere penum
Me ſpectante ſinam? nos æquauiſſe minori.

Talia corda:eadē ſnīa quæ tibi ē:nolle.ſ. opē ferr̄. Succēſer̄ nefas pr̄iæ: uerba digna Fabio ſalutis patriæ ſtudioſo:quā etiā rūoribus de ſe malis ſēper præpoſuit,patria enī oīum caritates complectit̄ cui etiā uitā debēus:& nullo modo ſuccēſendū eſſe patriæ oſtendit exēplo Camilli:q poſt captos ueiosa.L.Apuleio accuſatus fuit tribuno.pl.ꝙ apud eū eēnt portæ æneæ:q̄s tacuiſſet: cū prædæ bellicæ ratione redderet pr̄bus:& ꝙ decimā partē mittendā apollini delphico cēſuiſſet:unde dānatus ardeā ī exiliū miſſus ē.Inde poſtea romāis in capitolio obſeſſis reuocatus patriā aſſeruit: fugatis: trucidatiſque gallis ſenonibus.

Soluetur culpa ſi ſint mihi talia corda.
Ianque hoc ne dubites longeui nate parentis
Accipe:et æterno fixum ſub pectore ſerua.
Succenſere nefas patriæ:nec fœdior ulla
Culpa ſub extremas fertur mortalibus umbras
Sic docuere ſenes:quantus:qualiſque fuiſti
Cum pulſus lare:et extorris capitolia curru
Intrares exul tibi corpora cæſa camille
Damnata quot ſunt dextra pacata fuiſſent.
Ni conſulta uiro menſque impenetrabilis iræ.
Mutaſſentque ſolum ſceptris æneia regna.
Nullaque nunc ſtares terrarum uertice roma.
Pone iras o nate meas:ſotia arma feramus.
Acceleremus opem ianque intermixta ſonabant
Claſſica:procurſuſque uiros colliſerat acer
Primus clauſtra manu portæ dictator et altos
Diſiecit poſtes:rupitque in prælia curſum.
Non grauiore mouent uenti certamina mole.
Odryſius boreas:et ſyrtim tollere pollens
Africus obnixi cum bella furentia torquēt.
Diſtraxere fretum:ac diuerſa ad littora uoluūt
Aequor quiſque ſuum ſequitur ſtridente procella
Nunc huc:nunc illuc raptim mare et intonat ūdis.
Haud prorſus darēt ullus honos:telluſque ſubacta
Phœnicum:et carthago ruens iniuria quātum
Orta ex inuidia decoris tulit:omnia nanque
Dura ſimul deuicta uiro metus annibal iræ
Inuidia atque una fama:et fortuna ſubactæ.
Pœnus ab excelſo rapidos decurrere uallo
Vt uidit tremuere iræ:ceciditque repēte
Cum gemitu ſpes haud dubiæ præſumpta ruinæ.
Quippe aciem denſo circūuallauerat orbe.
Hauſturus clauſos coniectis undique telis.
Atque hic dardanius paruo certamine ductor.
Iam ſtyga et æternas intrarat mente tenebras.
Iam fabiū:auxiliumque uiri ſperare pudebat.
Cum ſenior gemino complexus prælia cornu
Vlteriore ligat pœnorum terga corona.

Fœdior: turpior:& magis uituperāda: quoniam patriæ oīa debēus pro q̄ uir bonus nū q̄ dubitauit occūbere:ſi illi ſit ꝓfuturus.

Lare:domo. Extorris:extra terram ꝓpriā:ideſt Romā ſitus. Curru: triūpho:quē egit de gallis. Dānata: in exiliū acta. Viro:Camillo. Pacata: ſine ira.i.ſi fuiſſet iratus patriæ ob dedecus acceptū Roma penitus corruiſſet. Iras meas:q̄s ego haber̄ deberē q ſū læſus. Claſſica tubæ:iā inqt conſertæ erāt acies:& māus. Poſtes:ianuas caſtroꝝ. Nō grauiore mouēt:Fabiū magno īpetu in plana decurrērē:ut Minutiū e faucibus hoſtiū eripet: compat uētis q ſæuo flatu in diuerſos fluctus mare diſtrahūt. Odryſius:threicius: nā odryſæ ſt̄ populi Thraciæ. Pollens:potēs. Aequor: ūdas. Haud ꝓrſus:ſēſus ē:Fabius non eēt aſſecutus maiorē laudē deuicta carthagine:q̄ adeptus ē prælio quo minūtianos milites liberauit: nā Annibalem metū:irā:inuidiā:&fortunā uno prælio uicit:& eſt magna laus Fabii. Iniuria:q̄ romāi affecerāt Fabiū ob īuidiā. igit̄ hæc iniuria cā fuit ut Fabius aī ſui magnitudinē oſtēderet:quæ īiuriæ illatæ n̄ memīt: ꝓniorque ē ad ignoſcēdū: q̄ ulciſcendū: ſi magnaīus fueris: inqt Sene.Nūq̄ iudicabis tibi contūeliā fieri ab īimico:dices: non nocuit mihi:ſed animū nocēdi hūit: & cū illū ī poteſtate tua uideris:uīdictā putabis uīdicare potuiſſe.Scito enī honeſtum & magnū genus uīdictæ eē ignoſcer̄. Decoris:honoris:&gloriæ. Metus: quoniā nō timuit irruere ī hoſtes. Iræ:quoniā depoſita ira:ī Minutiū hoſtes repreſſit: & ſic uicit īuidiā aliorū in ſe:famā ēt & rūores de ſe ī alios.dicebāt enī īuidi Fabiū ſētire cū annibale:uicit ēt fortunā:quoniā Fabio ruēti ad pugnā:aut cūctāti nihil nocere potuit. Pœnus ab excelſo: Annibal uiſo Fabio ruente ad pugnā timuit :cecinitque receptui profeſſus minutium quidē ſe uiciſſe: ſed a Fabio ſe eſſe ſuperatū. Orbe:corona militum. clauſerat minutiū & ſuos. Hauſturus: conſūpturus. Dardāius du.minutius.

Iā ſtyga:īferos apđ quos ē ſtyx palus: iā inqt minutius mēte mortuus erat:& eū pudebat opem Fabii implorare:quē læſerat. Mente: animo ſuo:iam enim deſperauerat de uita. Gemino cornu: alis utrinque locatis. Vlteriore corona: ideſt circunuallauit acies hoſtiles: quæ minutianos milites clauſerant:

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Claudentis:hoſtis. Extima: ultimas acies:ideſt ipſos extremos clauſit: ab extra fit exterior:inde extimus:ideſt ultimus qui eſt extra. clauſit igitur hoſtes ab extra qui iam erāt medii inter minutianos milites:& fabianos. Tirynthius:hercules Fabio iam ſeni uires & animum augebat. Ingerit: iacit in hoſtē: tanq̄ in flore ætatis. Nubibus: multitudine. Qualis poſt iuuenē: Fabium iuuenili uigore hoſtes laceſſētem comparat Neſtori in ſecunda ætate. Neſtor filius Nelei fuit ex Clori filia Amphionis thebani. In prima ætate agrum eleum īuaſit:ut ipſe narrat Patroclo apud Homerum. In media ætate bellum geſſit cum centauris. In tertia profectus eſt ad bellum troianum: trecētos annos uixit Neſtor:ſi Ouidio credimus. Poſt iuuenem:poſt primam ætatem. Inde ruens thuryn :deſcribit poeta quos Fabius interfecit. Conferre manus: auſum pugnare cum Fabio. Decus inſigne:quoniam appetiit Fabium cuſpide quod erat illi magnū decus. Aeris ſtridore:ſono tubæ. Cornus: haſta ex corno arbore. Hic:tunc bibulus cupiens uitare ſaxum reſupinus cecidit: & ferrū quod ex uulnere occiſi extabat: eius lateri īfixū ē:& ſic piit. Sociū: ſociorum

Laxata: aperta. Morſus: coniunctionem : & nexus ubi ligatur lorica cum ipſis fibulis. Adegit : immiſit: impulit. Heu ſortem necis :exclamat poeta ī tali ſorte necis. Niger ſōnus:mors.

Et mō claudentes:aciē nunc extima cingens:
Clauſos ipſe tenet:maiorem ſurgere in arma:
Maioremque dedit cerni tirynthius alte
Scintillant criſtæ:et mirum uelocibus ingēs
Per ſubitum membris uenit uigor:ingerit haſtas:
Aduerſumque premit telorum nubibus hoſtem.
Qualis poſt iuuenē nondum ſubeunte ſenecta
Rector erat pylius bellis ætate ſecūda.
Inde ruens thurin::et buten:et marin:et arſen:
Dat lœto:fiſumque manus conferre maleon:
Cui decus inſigne:et quæſitum cuſpide nomē.
Tum garadū largūque comæ conſternit adherbē
Et geminas acies ſuperantem uertice tylin
Qui ſummas alto prenſabat in aggere pinnas.
Eminus hos:gladio ſapharū:gladioque moneſū.
Et morinū pugnas æris ſtridore cientem
Dexteriore gena ſedit cui lœtifer ictus.
Perque tubam fixæ decurrens uulnere malæ.
Extremo fluxit propulſus murmure ſanguis.
Proximus huic iaculo naſomonius occidit idmō.
Hanque ſuper tepido lapſantē ſāguine et ægra
Lubrica nitentem:ne quicquā euadere planta
Impacto proſternit equo:trepideque leuantē
Membra afflicta ſolo:preſſa uiolentius haſta
Implicuit terræ:telumque in cæde reliquit.
Hæret humi cornus motu tremefacta iacentis
Et campis ſeruat mandatum affixa cadauer.
Nec non exemplo laudis furiata iuuentus
Sylla ruunt:craſſuſque ſimul iūctuſque metello
Fannius ac melior dextræ torquatur inibant
Spectati fabio:miſer hic ueſtigia retro
Dum rapit:et molem ſubducto corpore uitat
Intorti bibulus ſaxi:atque in terga refertur:
Strage ſuperlapſus ſotium qua fibula morſus.
Loricæ crebro laxata reſoluerat ictu
Accepit lateri: penituſque in uiſcera adegit.
Extabat fixo quod forte cadauere ferrum
Heu ſortem necis euaſit garamantica tela
Marmaridumque māus:ut inerti cuſpide fuſus
Occideret telo non in ſua uulnera miſſo.
Voluitur exanimis:turpatque decora iuuenta
Ora nouus pallor:membris dimiſſa ſolutis
Arma fluunt:erratque niger per lumina ſomnus:

Venerat ad bellū:canit poeta uẽiſſe ex Sidone urbe phœniciæ Cleadā in auxiliū annibalis:quem Brutus interemit. Nepotū:carthaginenſiū oriūdis ex phœnicia. Ala eoa:militibus quos duxerat ex phœnicia:quæ ē ad orientē. Tumidus:ſuperbiēs. Gens cadmi. Cadmus fuit filius Agenoris regis phœniciæ:ad quē hic Cleadas ſuos natales & ſtemma referebat. Fulua:aurea. Valis: ubi oceani:cleadā auro:purpura:& gēmis conſpicuū compat lucifero:qui ē ſtella ueneris: hanc comparationem ab Homero accepit qui in Iliade in hanc ſentētiā de Lucifero ſic ait:Qualis phoſphorus nouo ortu fulgēs olympū aſcēdit:& Veneri placet. Renouatus:nā uident̃ reſumere uires & ſplendorē ſtellæ: cū tendunt ad oceanū:fictio tamē ē poetica.tantūdem.n.diſtant ab aqs cū occidūt:& cū oriunt̃:& cū ſunt in medio cœlo maioribus aſtris.ideſt certat ſuo ſplēdore cū ſole & luna. Agenoreis ahenis:uaſis tyriis:& colore:nā in tyro purpura tingebat̃. Tyria purpura inquit Strabo optīa oīum perhibet̃:ac piſcatio ipſa proxīa ē:& cætera omnia quæ ad inficiēdas ueſtes pertinent:abunde hēt.& quæque maxima huiuſmodi officinarū multitudo urbē reddūt paulo grauiorē: tamē ob hāc uirtutē locupletior efficit̃.& tyrii a regibus & romanis libertate donati ſunt. Micabat:fulgebat. Tā clarū nomē:quoniā cleadas ſignificat glorioſū. Ludificatus:cū eluſiſſet. Per terga.i.emiſit ſagittam Cleadas poſt terga ſua quæ Caſtam Bruti armigerū interemit. Achemenio ritu:parthico.parthi enī fugientes poſt terga emittūt ſagittas:quoniā ut Trogus ſcribit diu in pugna ſtare nequeūt.alibi canit Syllius Pennaque citatior ibat:Quæ redit ī pugnas fugiētis harūdine parthi.Achemenii dicunt̃ parthi ab Achemene rege & Achemenide:atque magi q honeſtum quoddā uiuendi genus ſectabant̃ nationes parthorū erāt auctore Strabone.

Detrectās:uitans:fugiēs. Nec dānata:non fuit irrita:ſed ictū intulit. Hæſit:fixa eſt. Subrecta: ſurſum erecta ad palatū. Vuēti:hūido. Auſū multa uirū:Cleadē auſū appetere Brutū ſagitta. Nodo:amēto. Sūmū:ſūmā ptem pectoris.i.ppe guttur inter monile:& pectus. Laxa:larga. Trāſmittit:pforat. Intēto cornu:arcu parato:ad excutiendā ſagittā. Vda:pfuſa ſanguine. Non tā triſti:tā aduerſo & īfœlici.

Phœbei:ſoractis:nā ſoracte ut dictū ē apollini dicatum erat:cuius ſacerdotes nudis pedibus p prunas īpūe ābulabāt

Honor:hoc dicit,ppter nom̄:nā charmelus ſignificat pugnacē. Bragada:nom̄ uiri ē ddductū a flu. Iubæ po.mauroꝝ:nā Iuba ptolemei pr̃ prius utrique mauritāiæ īpauit. Eidē:ab eodē charmelo. Zeuxis:q erat filius phalāti. Stirps īpa.q erat turbulētiſſius. Amyclei pha.lacedæmonii:nā traiecerat in aphricā cū Xantip.ī.ī.bel.pu.& alludit ad illū phalā.quo duce lacedæmōii amplīauerūt tarētū.Vñ Hora.ī carmibus:

Et r̃gnata petā lacōi iura phalāto. Mr̃ phœ.carthaginēſis. Lacōi:phalāto:q carthaginēſē duxerat uxorē ut ſupra ē̄t cecinit d̄ xātip.& barce ſidōia. Talia:q̄lia paſſi fuerāt braga.& zeuxis. In ho.char.

Venerat ad bellum tyria ſidone nepotum.
Excitus prece:et auxilio ſotia arma ferebat
Eoa tumidus faretrati militis ala
Gens cadmi cleadas fulua cui plurima paſſim
Caſſide et aurato fulgebat gemma monili:
Qualis ubi oceani renouatus lucifer unda
Laudatur ueneri:et certat maioribus aſtris:
Oſtro ipſe ac ſonipes:oſtro totūque per agmen
Purpura agenoreis ſaturata micabat ahenis.
Hic auidum pugnæ:et tam clarū excindere nomē
Brutum exoptantem uariæ nunc læuus in orbē
Nunc dexter leuibus flexo per deuia gyris
Ludificatus equo uolucrem per terga ſagittā.
Fundit achemenio detrectās prælia ritu.
Nec damnata manus medio:ſed flebile mento
Armigeri caſce penetrabilis hæſit harundo
Obliquumque ſecās ſubrecta cuſpide uulnus
Vuenti ferrum admouit tepefacta palato:
At brutus diro caſu turbatus amici:
Auſum multa uirū:et ſpargētē in uulnera ſæuos.
Fraude fuge calamos:iā nullis curſibus inſtat
Prendere cornipedis:ſed totam pectoris iram
Mandat atrox haſtæ:telumque uolatile nodo
Excutit:et ſummū qua laxa monilia crebro
Nudabant curſu:tranſmittit cuſpide pectus:
Labitur intento cornu tranſfixus et una
Arcum læua cadens dimiſit dextra ſagittam.
At non tam triſti ſortitus prælia marte
Phœbei ſoractis honor charmelus agebat
Sanguine quippe ſuo iā bragada tinxerat enſem
Dux rectorque iubæ populi iam fuſus eidem.
Zeuxis amyclei ſtirps impacata phalanti.
Quem tulerat mater claro phœniſſa laconi.
Talia dum metuit:nec pugnæ fiſus in hoſte
Tam rapido:nec deinde fugā ſuadēte pauore
Per dumos miſer et uicina cacumina quercus.
Repſerat:atque alta ſeſe occultabat in umbra.
Nampſicus inſiſtens tremulis ſub pondere ramis:

Hunc:nampſicũ interemit haſta qui repſerat in quercũ. Vt q uiſcatos:Charmelũ haſta deiiciẽtem nampſicũ comparat aucupi deiicięti uolucrẽ uiſcata canna. Subtracta meta:ſuperato iã ſpatio inter auẽ & haundinẽ:tũc ſubtrahiť meta cũ ad il lam perueniť:& ſubtrahiť meta inter auẽ & harũdinem:cũ harundo uiſcata auẽ attingit:& ipſã deiicit uiſco irretitã. Calamo ſurgẽte: nũc declarat ſe.i.harundine attollente ſeſe uerſus auẽ erigente mãu aucupis:ut auis improuida tangať. Palãtes: fugiẽtes. Terrificus:incutiẽs terrorẽ mole ſua horrenda:& nigro colore. Fului:cornipedis equi nigri. Concolor:eiuſdẽ coloris qppe oia erant nigra. Arte nouæ formidis: hoc qppe ad hoſtiũ formidinẽ excogitauit.

Liuentia:nigra. Aequabat:in coloř: quoniã currus erat uiger: & pẽnæ in galea nigræ erãt. Ater amictus:pulla ueſtis. Ceu quondã æternæ: maurum nigrũ:nigroque curru uectũ compat Plutoni qui rapuit proſerpinã ex Enna ſicula. Aeternæ noctis:iferoꝝ ubi eſt æterna caligo. Stygia caligĩe:inferna:& nigra:talis quippe color diis ĩferis dicatus ẽ.ũde in alicuius morte pullam ueſtem induimus. At cato.M.Cato q poſtea cenſorius cognoĩatus ẽ Tuſculanus fuit:& priuſq̃ ad rẽpu. atque militiam ſe conferret in agro pr̃no circa ſabinos uixit: priſcus uocabať :poſtea Cato appellatus ẽ:Mã romani eũ in quo multa rũ reꝝ uſus & experiẽtia eẽt Catonẽ uocabant:hic fuit q̃ſi uiua imago uirtutũ & optimus orator: optimus agricola:optimus ſenator:ſcripſit etiã origines: & principiũ nobilitatis:& famæ gẽti portiæ dedit:ab hoc uticẽſis Cato habuit originem :ſeriẽ generis lege apud Gellium. Circeo dorſo:tuſculão colle: qm̃ Tuſculũ oppidum non longe ab urbe condidit. Telegonus filius Vlyxis & circes & nepos Laertis patris Vlyxis: Propertius de Tuſculo loquens dicit: & eei mœnia Telegoni. Nepoti: Telegono.

Turbata fronte: quoniam turbati erant omnes latini horrendo aſpectu ipſius mauri. Ferrata calce: calcaribus.

Alipedem currum:uelocem. Cato ex equo deſiliẽs ſaltu currum mauri aſcẽdit:& ipſum a tergo occupatum interemit:& caput abſciſſum haſta circuntulit. Volanti:mauro celeriter currenti:& ſtatim maurus amiſit lora & ſtimulum:quo equos impellebat. Ferrum: enſem Fabii ſuper caput ſuum timuit maurus. Ora:cupit: abſcidit. Ductorem:Minutium. Fœda:quæ non decebant romanum imperatorem. Genis:per genas ipſius Fabii dolentis uicẽ Minutii. Hanc labem:hoc dedecus:& ĩfamiam qua nos Annibal affecit: cum noſtris agellis pepercit:ut nos in ſuſpitionem populi traheret. Ob mitia facta:ironice loquitur:quoniam annibal non tanquam mitis pepercit agris Fabii:ſed ut illũ faceret ſuſpectũ romãis.

Hunc longa multa orãtem charmelus et altos
Mutãtem ſaltu ramos : tranſuerberat haſta.
Vt qui uiſcatos populatur arundine lucos
Dum nemoris celſi procera cacumina ſenſim
Subtracta certat tacitus contigere meta
Sublimem calamo ſequitur creſcẽte uolucrem
Effudit uitam:atque alte manãte cruore
Membra pependerũt curuato exanguia ramo.
Ianque in palantes ac uerſos terga feroces
Pugnabant itali ſubitus cum mole pauẽda
Terrificus nigris prorumpit maurus in armis:
Nigra uiro membra:et fului iuga celſa trahebant.
Cornipedes:totuſque nouæ formidinis arte
Concolor æquabat liuentia currus equorum
Terga:nec erectis ſimiles imponeř criſtis
Ceſſarat pennas: aterque tegebat amictus.
Ceu quõdam æternæ regnator noctis ad imos.
Cum fugeret thalamos:ennea uirgine rapta
Egit nigrantem ſtygia caligine currum.
At cato tum prima ſparſus lanugine malas
Quod pepere decus circeo thuſcula dorſo
Mœnia laerte quondam regnata nepoti
Quanquã tardatos turbata fronte latinos.
Collegiſſe gradum uidet:imperterritus ipſe
Ferrata calce:atque effuſa largus habena
Cuntantem impellebat equum:negat obuius ire
Et trepidat caſſa ſonipes exterritus umbra
Tum celer in pugnam dorſo delatus ab alto
Alipedem planta currum premit atque uolãti
Aſſilit a tergo: cecidere et lora repẽte
Et ſtimuli ferrumque ſuper ceruice tremiſcens
Palluit infœlix ſubducto ſanguine maurus
Ora rapit gladio:præfixaque cuſpide portat.
At ſæuo mauorte ferox perrumpit anhelum.
Dictator cum cæde globũ miſerabile uiſu.
Vulneribus feſſum:ac multo labẽte cruore
Ductorem cernit ſuprema ac fœda precantem
Manauere genis lachrymæ clypeoque pauentem
Protegit :et natum ſtimulãs fortiſſime labem
Hanc pellamus ait pœnoque ob mitia facta

Arte paterna.i.obire p̄clara.& gaudens uerbis:qbus eū Fabius accenderat. Pœnū:pœnoꝝ. Relaxat:aperit uiā ad Minutiū. Sidonius ductor:donec Annibal ceſſit: q iā Minutiū habebat ſub ictu. Aequore:cāpo. Ceu ſtimulante fame:Annibalē cedentē:deſerentēque Minutiū iam ꝓpe captum cōparat Lupo q ſuperueniēte paſtore agno reiecto a faucibus fugit iam ſibi ipi timēs. Martius:marti dicatus. Auerſo:nō aſpiciēte. Fœtū:agnū. Spirantē:adhuc uiuā. Aeger:mœſtus ob amiſſam p̄dā. Stygiæ tenebræ.i.ip̄e timor mortis:quo afficiebat Minutius circūuallatus a pœnis:q illas tenebras effundebāt:cū eēnt tāq̄ tēpeſtas: q̇ tenebras inducit. Torpebāt:ipſi minutiani milites ꝓpter periculum: ꝙ euaſerāt:& inſperatū bonū adepti:torpentes habebāt manus:quaſi attoniti tali euentu:quē nō meruerāt. Aegra:quaſi alienata ꝓpter p̄ſentē lætitiā. Natabat:ſibi ipi nō cōſtabat.& ita agitabat:ut is q natat. Vn̄ oculi dicūt natare in morte: qm̄ cōniuēt.lubryci ſunt:& reuoluūtur natura faciēte ultimū conatū. Vt qui collapſa:minutiāos milites a morte receptos cōparat his q aliq̄ ruina oppreſſi tādē emerſert. Erura:extracta. Nox atra:illa obſcuritas. Cōniuēt:cōcutiūt oculoꝝ palpebras. Quis:qbus. Tū q partitis:Minutius cū ad caſtra rediiſſet cōuocatis militibus orōnē habuit:illoſque hortatus eſt:ut Fabio parerent hōi prudētiſſimo caſtra cū Fabio iūgamus dixit:ad p̄toriū eius ſigna feramus: ubi ego parentem appellauero ꝙ beneficio eius erga nos:ac maieſtate dignū ē. uos milites eos:quoꝝ uos mō arma dexteræque texerunt patronos ſalutabitis: & ſi nihil aliud gratoꝝ certe aīoꝝ nobis gloriā dies hæc dederit:inde ꝑfectus ad caſtra dictatoris his uerbis uſus: parētibꝫ meis dictator uitā tm̄ debeo tibi cū meam ſalutē:tū omniū hominū: & ꝙ tibi mihique & exercitui cōſeruato:ac cōſeruatori ſit fœlix ſub impio auſpicioque tuo redeo.& ſigna hæc legiōeſque reſtituo. Partitis māiplis:diuiſo exercitu. Sācte ait o gēitor:uerba Minutii ad Fabiū. Reuocati:mei.quē a mo te reuocaſti. Sit fas uera queri: modeſtiſſime loqt:faceturque ingenue ſe nō meruiſſe Fabio æq̄ri: q ſolus milites regere ac gubernare callebat. Hoc mūere:tali īperio. Aeternas umbras:mortē. Hic p̄ria ē:magna laus Fabii: ī cuius hūeris p̄ria r̄cūbebat. Tuque dolos:uertit ſermonē ad Annibalē. Mūera lyei:uina: .i.nō licuit alicui tāgere panē aut uinū priuſq̄ fabio eēt litatū. In mēſam:ī papyriāo iure inqt p̄textatus apđ Macro. euidēter relatū ē a re uicē p̄ſtare poſſe mēſam dicatā: ut ī tēplo inqt Iunōis populoniæ auguſta mēſa ē libauit ēt inqt Dido in mēſa triclinari: qa nō erat religioſa: ſed uſurpata libatio. & iō ſola regina libauit:ī cuius pſona nulla erat obſeruationis neceſſitas. & multa ad uſurpādū in ptāte pmiſſio:iō Syllius Virg. imitatus canit Ninutiū Fabio ī mēſam libaſſe ſacrum honorem.

Q uod nullos noſtris ignis diſperſerit agris.
D ignum expendamus precium: tunc arte paterna
A e ſtimulus gaudens iuuenis circundata pœnum
A gmina deturbat gladio:campumque relaxat.
D onec ſidonius decederet æquore ductor.
C eu ſtimulante fame rapuit cum martius agnum
E uerſo paſtore lupus:fretumque trementem
O re tenet præſſo:tum ſi ueſtigia curſu.
A uditis celeret balatibus obuia paſtor.
I am ſibimet metuens ſpirantem dentibus imis.
R eiectat prædam:et uacuo fugit egere hiatu
T um demum terris:quas circunfuderat atra
T empeſtas:ſtygiæ tandem fugere tenebræ.
T orpebant dextra:et ſeſe meruiſſe negabant
S eruari:ſubitiſque bonis mens ægra natabat.
V t qui collapſa præſſi iacuere ruina
E ruta cum ſubito membra:et nox atra receſſit
C onuenient:ſolemque pauent agnoſcere uiſu.
Q uis actis ſenior munerato milite lætus.
C ollibus:et tuto repetebat in aggere caſtra.
E cce autem e media iam mortte renata iuuentus
C lamorem tollens ad ſydera:et ordine longo
I bat ouans:fabiumque decus:fabiumque ſalutē.
C ertatum:et magna memorabat uoce parentem.
T um qui partitis diſceſſerat ante maniplis:
S ancte ait o genitor reuocati ad lucis honorem
S i fas uera queri:cur nobis caſtra:uiroſque
D iuidere eſt licitum: patiens cur arma dediſti:
Q uæ ſolus rexiſſe uales:hoc munere lapſi
A eternas multo cum ſanguine uidimus umbras.
O tius huc aquilas:ſeruataque ſigna referte.
H ic patria eſt:murique urbis ſtant pectore in uno.
T uque dolos pœnæ:atque aſtus tandē exue notos.
C um ſolo tibi iam fabio ſunt bella gerenda.
H æc ubi dicta dedit:mille hinc uenerabile uiſu
C eſpite de uiridi ſurgunt properantius aræ.
N ec prius aut epulas:aut munera grata lyei
F as cuiquam tetigiſſe fuit:quam mulra præcatus.
I n menſam fabio ſacrum libauit honorem.

Petri Marſi interpretatio in octauum uolumen Syllii Italici.

PRrimus agenoridū cedētia terga uidere: Creati ſunt noui cōſules: Paulus Aemilius: & M. Terentius Varro rei militaris penitus ignarus: ſed aura populari uir temerarius. & lingua uenali ad cōſulatū ī medio rerū diſcrimine deuenit: ut eius furor cānas uicū apuliæ noua clade inſigniret. Habitus ē militū delectus p omnē Italiā. & ēt inſulas Italiæ adiacētes. Tā
tis agminibus coactis pdigia multa fue
rūt: qbus futura clades ptendebaƭ: ſed
Varronis ueſania cœleſtes monitus ne-
glexit: eoque aīo ī hoſtem cōtēdit: ac ſi
oīa ſigna fauſta fuiſſent. nactus oportu
nitatē poeta narrat aduētū Annæ ſoro-
ris Didonis ī Italiā. Terga agenoridū:
pœnorꝫ: q a phœnicibus ducūt originē
ubi regnauit cadmus. Aeneadis: roma
nis. Fata uiri: mortē Fabii: quo ſpiran
te dicebat annibal ſe fruſtra romanum
ſperare ſanguinē. Auxiliū parcarū: ut
parcæ abrūpāt uitā Fabii. Spirāte: ui-
uēte. Lētando: differēdo: & pducēdo
bella: quæ prius fauebant: qm̄ uictorias
tres habuerat Annibal. Quin ēt: hoc e
rat aliđ malū annibalis q̄ galli domos
iam cū nō eēt copia pugnæ. repetere co
gitabāt. Fluxi ingenio: natura inſtabi-
les & leues. Sed prima. i. primo tm̄ im
petu & furore pſtātes: īde deficiūt & fu
giūt tanq̄ fœminæ. Vaniloquiū: uen
toſum & iactabūdum. Reſpectare: re
ſpectabāt. Siti: poſiti ī īpis armis & ar
mati: paratique ad pugnā. Hebeſcere:
pigras fieri. & nihil facere. His ſup: ul
tra hæc. Internæ labes: domeſticū ma
lū. & gentile odiū Hānonis. Vulnus:
dolorē: quē habebat cū pugnādi copia
nō eēt. Leuis cōtrarius conatibus Anni
balis: erat. n. princeps alterius factiōis.
Pr̄es carthaginēſes ſenatores. Extrēa:
ultimam calamitatē. & pericula. Præ
ſcia cānarū: Iuno tanq̄ numē poterat p̄
ſcire calamitatē: quā romani ad cannas
paſſuri erāt. Vn̄ aīo elata euocauit An-
nā e numico flu. ut Annibalē moneret
eundē eē ī apuliā: ubi romanos memo-
rabili clade afficeret. Elata: ſupbiens
ob ea q̄ futura erāt. Stagnis laurētibꝫ:
numico flu. in quo latuit fugiēs noctu
domū æneæ monitu didonis ſororis p
nocturnā quietē. Vn̄ dicit apud Oui. in
faſtis: Amne perēne latens anna perēna
uocor. Sāguīe cognato iuuenis: uerba
Iunonis ad annā: quā mouet ad affectū
arguēs ab honeſto. & ē imitatio Virgi.
apud quē Iuno euocat e ſtagnis iuturnā
ſororē turni: quam monuit ut fratrem
morti eriperet. A noſtro belo: ad quē
annibal ſuā referebat originē. In prīo
lib. dixit: a belo numerabat auos. Inſa
nos: maximos. Excute fabiū: pelle ex
aīo annibalis timorē: quē habet de Fa-
bio: quoniam creati ſunt noui cōſules.
Sollicito: anxio annibali. Diſcingiƭ:
priuaƭ exercitus Fabi. q impediebat tuā
uictoriā: q̄ mitteres romanos ſub iugū.

PRimus agenoridum cedentia ter
ga uidere
Aneadis dederat fabius: romana
parentem.
Solum caſtra uocant. ſolum
uocat annibal hoſtem.
Impatienſque moræ fremit: ut ſit copia martis:
Expectanda uiri fata: optandumque ſub armis
Parcarum auxilium: nāque hæc ſpirante ſenecta
Nequiquam ſeſe latium ſperare cruorem.
Iam uero concors miles: ſigniſque relatis
Indiuiſus honos: iterumque et rurſus eidem
Soli obluctandum fabio maioribus ægrum
Angebat curis lentando feruida bella
Dictator cum multa adeo: tum miles egenus
Cunctarum ut rerum tyrius foret arte ſedendi
Egerat: et quanq̄ finis: pugnaque manuque:
Haud dum partus erat: iam bello uicerat hoſtem.
Quin etiam ingenio fluxi: ſed prima feroces
Vaniloquium celtæ genus: ac mutabile mentis
Reſpectare domos: merebant cede ſine ulla
Inſolitum ſibi bella geri: ſiccaſque cruore
Inter tæla ſiti mauortis hebeſcere dextras.
His ſuper internæ labes: et ciuica uulnus
Inuida angebant. leuis conatibus hanno
Ductoris non ulla domo ſubmittere patres
Auxilia aut ullis opibus iuuiſſe ſinebat.
Quis lacerum curis: et rerum extrema pauentem
Ad ſpes armorum: et furialia uota reducit
Præſcia cannarum iuno: atque elata futuris
Namque hac accictam ſtagnis laurētibus annam
Affatur uoce: et blandis hortantibus implet.
Sanguine cognato iuuenis tibi diua laborat
Annibal a noſtro nomen memorabile belo
Perge: age. et inſanos curatum comprime fluctus.
Excute ſollicito fabium. ſola illa latinos
Sub iuga mittendi mora iam diſcingitur armis
Cum uarrone manus: et cum uarrone ferenda.
Prœlia: ne deſit fatis ad ſigna mouenda

Iamdudū:cito. Cāpū iapyga:appulū Martius uates autore Liuio cecinerat fore ut romani ad auſidū apuliæ uincerent.hoc idē multo ante Sibylla ꝑdixerat. Diua:anna. Cōtermina:uicina. Caſtis lucis:inuiolatis & ſanctis ꝓpter numina. Indigetis:æneæ quē Iouē indigetē appellabant. Vicina igiť erat æneæ:qm̄ eiuſdē fluminis ambo numina hēbāť:erat.n.anna nympha numici:in.quo æneas ſubmerſus nunq̄ cōparuit. Situs ē inquit Liui. quēcunque eum dici ius:faſque ē ſuper Numicū fluuiū Iouē indigetē appellāt. Haud inq̄t tua uis:uerba Annæ ad Iunonē. Antiquæ patriæ:carthaginis. Sororis:didonis:quæ mādauit bellū eē gerendū cū æneadis:q̄q̄ inquit color a latinis. Cur dicēt:uenerent & colāt. Aenotri:latini. Numīa ſarrana:punica. Eliſæ:didonis: ſed perſtringā inq̄t oia præſſis metis.i.paucis repetam hāc antiquitatē. & ſic captat attentionē

Præſſis metis:breui narratione. Iliaco poſtq̄:incipit narrare. Iliaco:troiano æneа:q fuit hoſpes didonis. Abrupta: ſublata ſpes cōnubii poſt illius diſceſſum. Penetralibus: ſecretiori parte domus. Deſpectus tædæ:prius reiectus a matrimonio didonis. Tædæ:ad tædā.i.connubiū. Regnis ſe imponit: Oui.ait in faſtis:Protinus inuadūt Numidæ ſine uīdice regnū. & potiť capta maurus hyarba domo. Tepido rogo: qm̄ paulo ante illic dido arſerat. Tyrāno:hyarba.q.d.qs nobis opē attuliſſet cōtra hyarbā:qui maximā habebat potētiā. Battus cyrenen:Oui. canit battū excepiſſe annā apud melitē inſulā : q̇ ē ꝓpe coſyrā inter Siciliā & Aphricā : de Batto ſic ſcribit Trogus lib.xiii. cyrene cōdita fuit ab Ariſteo:cui nomē Battus ꝓpter linguæ obligationē fuit. Ariſteus aūt filius fuit Apollinis.& cyrenes nymphæ. Molli:miti & ab oī crudelitate alieno. Facilis dediſſe lachrymas:q mouebať ad affectū & miſericordiā erga illos:q aduerſa fortuna laborāt. Supplice: anna quæ opem ſuppliciter implorabit iam ꝓfuga. Euētus regū:calamitates:quas poſſunt ſubire reges uolente fortuna pulſi regno. & ideo rex regem afflictū miſerari debet: timēs & ipe talē euentū: cū fortūa temeraria ſit & cæca. Bis tōdet ariſtas.i. fuit hoſpes Batti ꝑ duos annos:Oui.ait : Signa recēſebat bis ſol ſua: tertius ibat. Annus & exilio terra petēda noua ē. Docebat:oſtēdebat ipe battus annæ adnauigaŕ illuc ex phœnicia pygmalionē:Oui. Sed timuit magnas pygmalionis opes. Sibique: nā ſe ipam deteſtabať:q̄ non cū ſorore occubuiſſet. In ſuꝑma:mortē:quæ eſt ultimū omniū terribiliū. Turbo fatalis:uis uentoꝝ:quæ fato quodā ad litus laurentinū nauim annæ impulit. Sidonis:anna pheniſſa. Comitatus iulo: Ouidi.dicit achatem fuiſſe tunc æneæ comitem. Sacro:dicit propter Iulium Cæſarem:& alios ab eo deſcēdetes : qui ſacri fuerunt:ut ſupra dictū ē. Noto ore:quoniam agnoſcebatur ab Anna.

Ipſa adero.tendat iamdudum in iapyga campū
Huc trebiæ rurſum: et thraſimeni fata ſequentur.
Tum diua indigetis caſtis contermina lucis
Haud inquit tua uis nobis præcepta morari
Sed fas ſit cautum quæſo retinere fauorem
Antiquæ patriæ:mandataque magna ſororis:
Quamquam inter latios annæ ſtet numē honores.
Multa retro rerum iacet:atque ambagibus æui
Obtegitur denſa caligine merſa uetuſtas.
Cur ſarrana dicent ænotri numina templo.
Regniſque æneadum germana colatur eliſæ.
Sed præſſis ſtringam reuocatā ab origine famam
Narrandi metis:breuiterque antiqua reuoluam.
Iliaco poſtquam deſerta eſt hoſpite dido:
Et ſpes abrupta e medio:in penetralibus atram
Feſtinat furibunda pyram:tum corripit enſem
Certa necis profugi donum exitiale mariti.
Deſpectus tædæ regnis ſe imponit hyarbas.
Et tepido figit arma rogo:quis rebus egenis
Ferret opem nomadum late terrente tyranno:
Battus cyrenen molli tum forte fouebat
Imperio mitis battus:lachrymaſque dediſſe
Caſibus humanis facilis:qui ſupplice uiſa
Intremuit regum euentus:dextramque tetendit.
Atque ea dum flauas bis tondet meſſor ariſtas
Seruata interea ſedes:nec longius uti
His opibus:battoque fuit.nam ferre per æquor
Exitium miſeræ iam pygmaliona docebat.
Ergo agitur pelago diuis inimica:ſibique
Quod ſe non dederit comitem in ſuprema ſorori:
Donec iactatam laceris miſerabile uelis
Fatalis turbo in laurentis expulit oras.
Non cœli:non illa ſoli:non gnara colentum
Sidonis in latia trepidabat naufraga terra.
Ecce autem æneas ſacro comitatus iulo
Iam regni compos noto ſeſe ore ferebat:
Qui terræ defixam oculis:et multa timentem
Ac deinde ad lapſam genibus lachrymantis iuli

Hoſpicii honos:quo excepta humaniſſime fuerat ab Aenea. Pro tempore:temporis conditione:adulabatur.n. uerbis æneæ:quem animo oderat. Natæ dea:uerba Annæ: quibus captat beniuolẽtiam. Lucis fuiſti: totum oppoſitum Anna ſentiebat. Aeneas quippe mortis didonis cauſa fuit: & euerſionis imperii. Stetit interdum:amatoria inconſtantia exprimitur. Sacrum cubile:ĩ quo tu iacueras: quod te iam abſente tangere nefas ducebat. Amens:furẽs amore. Effigiem: imaginem ceream: quoniam heroinæ mulieres apud antiquos ſeruabãt amantium imagines : ut in illis cum uiri abeſſent ſe oblectarẽt: ut de Laodamia ſcribit Ouidius. Nõ nunquam: ideſt nunquam amor deponit ſpem:ſperat enim ſemper id ſe adepturum:quod cupit. Ad magicas artes:hoc canit Virgilius ĩ quarto. Sacri: execrabiles:ac deteſtabiles. Numina noctis:deos manes & infernos. Eliciunt:euocãt. Nouis curis:magno amori. Decepta:quoniam ablegauit Annã Dido:ut canit Virgilius: ſimulans quædam ſacra. Dona:enſem quo ſe peremit. Tum ſic Aeneas : percuſſus animum amore Aeneas:interrupit ſermonem Annæ. Tellurem hanc iuro:uerba annæ ad æneam. Auditam uobis: nam dixerat Italiam quæro patriam & Italiam non ſponte ſequor. Aeger animi : mœſtus. Cyllenius : Mercurius miſſus a Ioue ad æneam. Alto : mari.
Nigro forte Ioui:uerba annæ. Nigro ioui:Plutoni:qui habet tertia regna:id eſt loca inferna. Iuppiter habet cœlum Neptunus mare. Laborant:ſeruiunt & parent. Sociæ atri thalami : Proſerpinæ uxori Plutonis.

A ttolit:mitique manu intra limina ducit.
A tque ubi iam caſus:aduerſorumque pauorem
H oſpicii leniuit honos:tum diſcere mœſta
E xpoſcit cura lætum infelicis eliſæ.
C ui ſic uerba trahens largis cum fletibus anna
I ncipit:et blandas addit pro tempore uoces.
N atæ dea ſolus regni:luciſque fuiſti
G ermane tu cauſa meæ mors teſtis:et ille
H eu cur non idem mihi tunc rogus:ora uidere.
P oſtquam eſt ereptum miſeræ tua: littore ſedit
I nterdum ſtetit:interdum uentoſque ſequuta
I nfelix oculis magno clamore uocabat
A eneam:comitemque tuæ ſe imponere ſolam.
O rabat parere rati.mox turbida anhelum.
R ettulit in thalamos curſum: ſubitoque tremorẽ
S ubſtitit:et ſacrum timuit tetigiſſe cubile.
I nde amens nunc ſyderεam:iulique:tuamque
E ffigiem fouet amplexu:nunc tota repente.
A d uultus conuerſa tuos ab imagine pendet.
C onqueriturque tibi:et ſperat reſponſa remitti.
N onnunq̃ ſpem ponit amor:iam tecta:domũque
D eſerit:et rurſus partus furibunda reuiſit:
S i qui te referant conuerſo flamine uenti.
A d magicas etiam fallax:atque improba gentis.
M aſſilæ leuitas deſcendere compulit artes.
H eu ſacri uatum errores:dum numina noctis
E liciunt:ſpondentque nouis medicamina curis.
Q uod uidi decepta nefas:congeſſit in atram.
C ũcta tui monumẽta pyram:et nõ proſpera dona
T unc ſic æneas dulci repetitus amore
T ellurem hanc iuro uota inter noſtra frequẽter.
A uditam uobis:iuro caput anna:tibique:
G ermanæque tuæ dilecti mitis iuli
R eſpiciens:ægreque animi tum regna reliqui
V eſtra:nec abſceſſem thalamo ni magna minatus
M eque ſua ratibus dextra impoſuiſſet et alto
E giſſet rapidis claſſem cyllenius euris.
S ed cur heu ſeri monitus cur tempore tali
I ncuſtodito ſæuire dediſtis amori:
C ontra ſic infit uoluens:ſic murmur anhelum
I nter ſingultus:labiiſque trementibus anna
N igro forte ioui:cui tertia regna laborant:
A tque atri ſociæ thalami noua ſacra parabam.

Quis ægram mentem:et trepidantia corda leuaret
Infelix germana tori:furuaſque trahebam
Ipſa manu properans ad uiſa pianda bidentes:
Nāque aſper ſomno dirus me impleuerat horror:
Terque ſuam dido:ter cum clamore uocarat:
Et læta exultans oſtenderat ora ſicheus.
Quæ dū abigo menti:et ſub lucem:ut uiſa ſecūdēt
Oro celicolas:ac uiuo purgor in antro
Illa cito paſſu peruecta ad littora mute.
Oſcula qua ſteteras bis:terque infixit arenæ:
Deinde amplexa ſinu late ueſtigia fouit
Ceu cinerem orbatæ præſſant ad pectora matres.
Tum rapido præceps curſu:reſolutaque crinem
Euaſit propere in celſam:quam ſtruxerat ante
Magna mole pyram:cuius de ſede dabatur
Cernere cuncta fræta:et totam carthaginis urbem.
Hic phrygiam ueſtem:et bacatum induta monile
Poſtquam illū infelix hauſit:quo munera primū
Sunt conſpecta diem:et conuiuia mente reduxit:
Feſtaſque aduentu menſas:teque ordine troiæ
Narrantem longos ſe peruigilante labores:
In portus amens rorantia lumina flexit.
Dii longæ noctis:quorum iam numina nobis
Mors inſtans maiora facit:precor inquit adeſte
Et placidi uictor ardore admittite manes.
Aeneæ coniunx ueneris nurus ulta maritum. +
Explicat haud longe tellus huc dirige ſigna.
Dixit:et in nubes uiuentia ſubſtulit ora.
Cui dux promiſſæ reuireſcens pignore laudis.
Nympha decus generis:quo non ſacratius ullum
Numen ait nobis fœlix oblata ſecundis.
Aſt ego te compos pugnæ carthaginis arce.
Marmoreis ſiſtam templis:iuxtaque dicabo
Aequatam te gemino ſimulacri numine dido.
Hæc fatus ſocios ſtimulat:tum feſtus ouantes
Pone graues curas:tormentaque lenta ſedendi
Fatalis latio miles.placauimus iras.
Cœlicolum:redeunt diui:finita maligno
Hinc fabio imperia:et mutatos conſule faſces.
Nuncio nūc dextras mihi qſque:atque illa referto

Furuas:nigras:qm̄ nigra hoſtia mactabatur dyti. Quis:qbus ſacris pelleret amoris ſollicitudinē. Leuaret:ſolueret. Aduiſa piāda:expurgāda illa:q̄ ꝑ nocturnā quietē uiſa fuerāt. Sub lucē:mane.i.ī aurora. Secūdent:ꝓſpera faciāt. Antro uiuo:aqua uiua in antro:qm̄ ſacrificātes aqua ſpargunť.aliter ſacra tāgere nō audebāt.apud Vir.ait Dido ſuæ nutrici de anna:Dic corpus properet fluuiali ſpgere lympha. Magna mole:alta. Phrygiā ueſtem:quā æneas muneri dederat. Bacatū monile:margaritis ornatū:Virg. Colloque monile bacatū.Bacas appellat ipſas margaritas & gēmas monili inſertas. Poſtq̄ illū infelix:poſtq̄ reuocauit in mentē ſuā diē quo te excepit:& cōuiuium celebrauit. Munera:quæ tu obtuliſti.reſpiciēs litora deos manes ꝑcata ē:ut animā ſuſciperēt. Dii lōgæ noctis:hæc fuerūt uerba Didonis morituræ:ſed apud Vir.loquiť. Dii noctis:inferoꝝ:quoꝝ numina mihi iam ſunt maiora:cū ſim ꝓpe mortē. Manes:animā meā uictā amore. Admittite:recipite. Vlcta maritū:Sycheū interfectū a pygmalione:iō ait apud Vir.Mea mœnia uidi ulcta uirū:& pœnas ſcelerato a fratre recepi. Explicat:hic plurima ſyllii carmīa deſiderant illius in curia:ut arbitror:q hoc opus eſcripſit apud conſtātiā urbē:galliæ:ubi hoc poema iam amiſſum a Pogio uiro:id ætatis litteratiſſimo reptū fuit tēpore diui Nicolai pōtificis maximi:cuius fœliciſſimi pōtificatus auſpiciis latina lingua:quæ uādalū gothicūque ſapiebat,ꝓpriū decus reſumere cœpit.deſiderat hic deificatio annæ apđ latinos:& oro quā habuit apđ annibalē Iunonis iuſſu:ſuperſunt tm̄ ultima oronis uerba explicat:&c. Haud lōge tellus.ſ.ē inqt anna. Huc:ad hāc tellurē.i.apuliam. Suſtulit ora ī nubes.i.euanuit ī auras. Dux:annibal gaudēs promiſſis. Nympha decus:uerba annibalis ad annā:a q̄ beniuolētiā captat.inde ſi uictor fuerit diuinos illi honores in pr̄ia polliceť. Generis.ſ.nr̄i. Oblata:q te mihi cum ꝓſperis rebus obtuliſti. Aſt ego:polliceť remūerationē:ſi fuerit cōpos,ꝓmiſſæ pugnæ. Siſtā:locabo. Iuxta.ſ.te dicabo. Dido:ſororē tuā. Aeq̄tā gemino nuīe ſimulacri.i.uolo ut dido hēat ꝓpe te ſimulacrū:tuo ſimile tāq̄ numē:q̄uis n̄ ſit relata adhuc ī numeꝝ deoꝝ:ſed tua gr̄a hoc illi p̄ſtabit. Dido ē accuſandi caſus:Vir.miſeráque reliqueř dido:hæc noīa n̄ mutāť niſi ī gtō:cū ſic ad imitationē græcoꝝ placet īclinare:ut dido didus ī gtō:ī aliis caſibus dido ſemp.& ſic đ ſimilibus. Dicabo.cōſecrabo:& ſic ꝓpōit utile:ut fit ī generē đliberatiuo:ī quo hæc uerſāť. Gēino:duplici:ſine ſimili ſtatua:ſimulacroue. Feſtus:gaudēs. Tolle graues curas:uerba annibalis ad milites:quos ad futurā pugnā hortať:& accēdit. Tormēta ſedēdi:dolorē quo ſedēdo & ceſſando a pugna afficiebāini. Fatalis latio:q es italiæ pernicioſus. Redeūt:fauēt:ut prius,Mutatos faſces:qm̄

+ Hic desunt versus 84 quos primus e vetusto codice restituit Franc. Asulan.

Quæ marte excluſus promittere magna ſolebas.
En numen patrium ſpondet maiora peractis.
Vellantur ſigna:ac diua ducente petamus.
Infauſtum phrygiis diomedis nomine campum.
Dumque arpos tendunt inſtructi pectora pœni:
Subnixus rapto plebei muneris oſtro
Sæuiciam roſtris uarro:ingentique ruinæ.
Feſtinans aperire locum fata admouet urbi.
Atque illi ſine luce genus: ſurdumque parentum.
Nomen:et immodice uibrabrat more canoro
Lingua procax.hic auctus opes:larguſque rapinæ.
Intima dum uulgi fouet:oblatratque ſenatum.
Tantum in quaſſata bellis caput extulit urbe:
Momentum ut rerum et fati foret arbiter unus.
Quo conſeruari latium uictore puderet.
Hunc fabios inter:ſacrataque nomina marti.
Scipiadas:interque ioui ſpolia alta ferentem.
Marcellum faſtis labem ſuffragia cæca
Addiderant:cannaſque malum exitiale fouebat.
Ambitus et graio funeſtior æquore campus.
Idem ut turbarum ſator:atque attendere ſolers
Inuidiam prauuſque togæ:ſic debilis arte
Belligera:martemque rudis uerſare:nec ullo
Spectatus ferro lingua ſperabat adire.
Ad dextræ decus:atque e roſtris bella ciebat.
Ergo alacer:fabiūque moræ increpitare profeſſus
Ad uulgum in patres:et ouantia uerba ferebat
Vos quorū imperiū ē conſul præcepta modūque
Bellandi poſco ſedeo:ne an montibus erro?
Dum mecum garamas:et aduſtus corpore maurus
Diuidit italiam:an ferro quo cingitis utor?

creati erāt noui cōſules Paulus & Varro. Referto:referat. Numē patriū:anna. Infauſtū:infelicē romanis oriūdis a phœnicibus.i.eamus in cāpos diomedeos:q erūt infelices romanis. Arpos: oppidū apuliæ cōditū a diodemede aliter dr̄ argiripa. Subnixus:elatus & ſuperbus. Oſtro rapto.i.purpura & dignitate cōſulari:inuidioſo uerbo uſus ē:qm̄ Var.rapuit cōſulatū:nō accepit fauore plebis. & munere. Roſtris:romæ:& illis q ſe cōſulē creauerāt:iō dixit alibi:Proh lubrica roſtra.& uanis fora læta uiris. Genus ſine luce:Var.inqt nō hēbat claros natales:ſed patrē laniū.& ipē mercis pīnæ aliqñ inſtitor fuerat:īde ad maiorē fortunā aſpirās ī foro p ſordidis hoībus uenalē pcacēque linguā exercuit: fauenſque plebi:& nomē ſenatus allatrans ad cōſulatū euectus ē:ut rem romanā perſundaret. Surdū:ſine fama. Procax:petulās:loquax. Hinc:ex pcacitate linguæ. Intima uulgi: opinioēs uulgariū & ſentētias Liuius ait:Haud parū callide auram fauorabilis populi ex dictatoria inuidia petit: ſicque plebis gratiā tulit. Quaſſata : attrita tot cladibus.

Momētū ut rerū: ut ipē Var. eēt iam dominus:oīaqua mouere poſſet. & proſternere rempub.& eſſet arbiter : ideſt iudex: & rector fati : ideſt ut omnia in ſua ptāte haberet ex ſtomacho loquiť poeta:populūque latenter imprudētiæ accuſat:qui uirū ſordidū & temerariū ad cōſulatū euexerat : a quo noluiſſet roma cōſeruari pp̄ter dedecus. Hunc fabios inter:ſenſus ē.Maximū dedecus uit & labes faſtis:ī qbus noīa cōſulum ſcribebāť:ut inter clariſſimos pricipes ciuitatis:& uirtutū imagines tam ſordidus:tāque fatilis & incōſultus Var.eēt aſcriptus. Sacrata marti: pp̄ter rei militaris pſtātiā.& intelligitď.P. & Gneo Scipiōe fratribus:q ī hiſpania occubuerūt:de ſpoliis opimis Marcelli dictū ē:

Suffragia cæca:inconſultus fauor plebis. Ambitus: quo ille cōſulatū fuerat adeptus:preſando.ſ. plebē ut ad cānas nomē romanū pene delereť. Cāpus.ſ. martius:in quo erāt comitia:ubi magiſtratus creabanť. Aequore graio: cāpo diomedeo:illic.n.habitarūt græci.& illa pars italiæ q̇ nūc calabria dr̄ olī magna græcia dicebať. Idē:Var.turbarū ſeditionū. Inuidiā:duceř aliquē ī inuidiā:ut ď fabio fecerat. Prauus togæ:ut erat prauus domi:ſic erat ineptus foris. & rei militaris penitus ignarus. Dextræ decus:ad ueram fortitudinis laudē & imperatoriam : quam ſcilicet imperator & conſilio & dextra mereť. E roſtris:e foro:ī quo cauſis orandis fuerat uerſatus:non autem ī caſtris : itaque cū nullā rei militaris experientiā haberet.putabat eo pacto geri bella:quo in roſtris declamauerat:hoc idem dicit Iuuenalis de Cornelio fuſco:qui periit apud dacas. Fuſcus marmorea meditatus prœlia uilla. Ciebat:mouebat e foro:non ex diſciplina militari.quæ uſum requirit :ideo dixit ſupra: Pubeſcit caſtris miles. Alacer:concitatus ad bellū ſine aliquo conſilio. Profeſſus:cum palam dixiſſet & decreuiſſet inſectari Fabium:qui pugnam diſtulerat : priuſquam cōſules ab urbe diſcederēt. Varronis multæ:ac feroces conciones fuerunt denunciantes bellum accerſitum a nobilibus manſurumque in uiſceribus reipu.ſi plures fabios imperatores haberet: ſe quo die hoſtes uidiſſet perfecturum. Ad uulgum:apud plebem. Ouantia:elata & magna : ac ſi uictoriā haberet in manibus.

Vos quorum imperium eſt:uerba Varronis ad patres cōſcriptos: apud quos erat ſumma rerum. & ex quorum ſentētia omnia agebanť ēt a cōſulibus.Peto inqt a uobis o patres : quo pacto pugnaturus ſim.& an debeam cunctari: ut fecit Fabius. Aduſtus corpore niger :quo cingitis me armatis.

Exaudi bone dictator: ironice uertit ſermonē ad fabiū. Martia: romana: & inclinat plebs plebei ſic Lucanus: Neſcit plebs ieiuna timere. Num feſtinant: reſpondet obiectioni: potuiſſet.n.dici nō eſt feſtinandum.i.nū feſtinant illi quos iam per tres annos attriuit hoſtis. Ite igitur: ſeruat decoꝝ uiri temerarii & ad ruinā properantis ſine aliqua conſultatione. Patrum regna: inuidioſe loquit in optimates quos dicit his bellis querere ſibi regnū & imperiū in plebem quam bellis occupatā exhauriebāt: & ideo dicebat trahi bellum a fabio ut magis obnoxiam ſenatus haberet plebem. Patrū

Exaudi bone dictator quid martia plebes
Imperitet. bello libyas romamque leuari
Hoſte iubet. num feſtinant. quos plurima paſſos.
Tertius exurit lachrymoſis caſibus annus?
Ite igitur capite arma uiri. mora ſola triumpho
Patrum iter eſt quæ prīa dies oſtēderit hoſtem.
Et patrum regna et penorū bella reſoluet.
Ite alacris latia deuinctum colla cathena
Annibalem fabio ducam ſpectante per urbem.
Hæc poſtq̄ increpuit portis arma incitus effert.
Impellitque moras. ueluti cū carcere rupto.
Auriga indocilis totas effundit habenas.
Et præceps trepida pendens in uerbera planta
Impar fertur equis. fumat male concitus axis.
Ac frena incerto fluitant diſcordia curru.
Cernebat paulus: nanque huic comitia campus
Cura atque arma tulit labi mergente ſiniſtro
Conſule res peſſumque dari. ſed mobilis ira
Turbati uulgi: ſignataque mente cicatrix.
Vndantis ægro frenabat corde dolores.
Nam cū perdomita eſt armis iuuenilibus olim.
Illyris ora: nigro tunc allatrauerat ore
Victorem inuidia. et uentis iactarat iniquis.
Hinc inerat metus et duræ reuerentia plebis.
Sed genus ad motum ſuperis ſummūque ꝑ altos
Attingebat auos cœlum numerare parentem.
Aſſaracū retro præſtabat amulius autor.
Aſſaracuſque iouem. nec qui ſpectaſſet in armi.
Abnueret genus. huic fabius iam caſtra petenti.
Si tibi cum tyrio credis fore maxima bella
Ductore inuitus uocem hanc e pectore rumpā:
Fruſtraris paule auſoniam te prælia dira

regna: potentiā ſenatoꝝ qui plebem opprimunt. Portis: romanis.ſ. Veluti cum carcere rupto: uarronē temerariū & incōſulte ruentē in hoſtes comparat indocili aurigæ qui effuſis habenis ruit in præceps. Carcere: loco in quo continentur priuſq̄ admittant ad curſū ſed hunc locum nūero multitudinis appellare ſolemus cum proprie loquimur.

Planta: calcaribus. Impar: qm̄ non poteſt eos retinere. Diſcordia: diſcordantia. In certo: uaganti. Cernebat: uidebat ruinam ad quā feſtinabat eius collega. Campus.i. ipſa comitia quæ erant in campo martio & ſuffragia quibus paulus æmilius creatus fuerat conſul cū uarrone. Siniſtro: cōtrario & temerario. Peſſūque dari: in ruinā uarrone impellente. Sed mobilis ira eſt turbati uulgus.i. uulgus mobilis & incōſtans erat ira turbati pauli.i. erat cauſa iræ & cicatrix.i. ignominia qua fuerat notatus cum bellum cōtra illyricos geſſit quibus per id tempus teutana mulier imperabat: & cū aliq̄diu bono euētu pugnaſſet deceptus demū inſidiis ptē exercitus amiſit: & ab hoc a plebe ignominia notatus. Liuius ait. L. paulus æmilius qui cum. M. lelio conſul fuerat ex dānatione collegæ & ſua prope ambuſtus eua ſerat īfeſtus plebi diu ac multum recuſans ad petitionē compulſus iuris proximo comitiali die cōcedentibus omnibus qui cum uarrone certauerant pars magis aduerſa q̄ collega dat conſuli. Vndantes: magnos eſtuantes

Nigro ore. inuido & maligno hic niger eſt inquit Horatius: hunc tu romane caueto. Ventis iniquis: malo iudicio & dānatione tranſlatio eſt a naui q̄ iniquo uento agitatur. Hinc: ex priori inuidia & liuore plebis. Duræ: inexorabilis. Sed genus ad motū ſuperis: repetit altius ſtēma & genus pauli æmilii quē dicit habuiſſe originē ab amulio rege albanoꝝ q fuit fr̄ nūitoris & amulius habebat originē ab aſſaraco troiāo ꝑ eneā & aſſaracus a ioue ergo paulus æmilius ad iouē gēus r̄ferebat ſuū: hoc tm̄ fingit poeta. aliter.n. ſcribit Plutarchus ī uita pauli æmilii. Abnueret genus.i. nec aliqs negaret illū habeř originē a ioue q illius res ſtrēnue geſtas uidiſſet. Numa pōpilius autore plutarcho q̄tuor filios habuit: pōponē: pinū: calpū: mamercū: a pōpone pōponii cognoīati ſūt. a pino pinarii: a calpo calphurnii: a mamerco mamerci q & æmilii dicti ſūt: a ſermōis lepiditate & ſuauitate quā ille prius hūit q huic fāiliæ cognomētū reliqt. Si tibi cū tyrio: uerba fabii ad paulū æmiliū euntē ad bellū quē monet ut ſuo exēplo pugnā fugiat & cūctādo rē romanā tueat quā uarro pdere ꝑperabat apud liuiū ſic fabius loqt: erras. L. paule ſi tibi minus certamis cū uarrōe q̄ cū Annibale futuꝝ cēſes: neſcio an infeſtior hic aduerſarius q̄ ille hoſtis maneat & cū illo ī acie tm̄ cū hoc oib3 locis ac tpib3 certaturus ſis aduerſus ānibalē tibi ſit pugnādū: uarro dux tuis militib3 te ſit oppugnaturus Fruſtraris: dcipis

Teque hoſtis caſtris grauior manet: aut ego multo
Nequiq̄ didici caſus pernoſcere marte.
Spondentē audiui: piget heu: tedetque ſenectæ:
Si quas proſpicio reſtat paſſura ruinas.
Cum duce tam fauſti martis qua uiderit hora
Sumpturū pugnā. q̄tū nunc paule ſupremo.
Abſumus exitio: uocem hanc ſi conſulis ardens
Audiuit penus? iam latis obuia credo
Stat campis acies. expectaturque ſub ictu.
Alter flaminius. quantos inſane ciebis
Varro uiros? tu proh ſuperi tu protinus arma
Tu campū noſcas ante exploreſque trahendo
Quantū hoſtis ritus ualeat: quæ copia rerum.
Quæ natura locis quod ſit rimabere ſollers.
Armorum genus. et ſtantem ſuper omnia tela
Fortunam aſpicies. fer paule in deuia recti
Pectora. cur uni patriam ſi affligere fas eſt:
Vni ſit ſeruare nephas? eget improbus arcto
Iam uictu libys. et belli feruore recluſo.
Laxa fides ſociū eſt. nō hic domus hoſpita tecto
Inuitat patrio. non fide mœnibus urbes.
Excipiunt: renouatque pari ſe pube iuuentus.
Tertia uix ſupereſt crudo quæ uenit ibero
Turba uirū: preſta: et cauti medicamina belli
Lentus ama. ſi qua interea inuitauerit aura
Annueritque deus uelox accede ſecundis.
Cui breuiter mœſto conſul ſic ore uiciſſim
Mecū erit hæc prorſus pietas: mentēque feremus.
In penos inuicte tuā. non me unica fallit
Cuntandi ratio qua te graſſante ſeneſcens
Annibal oppreſſum uidit conſidere bellum.
Sed quæ nam ira deū? conſul datus alter opinor
Auſoniæ eſt: alter penis. trahit omnia ſecum.
Et metuit demens alio ne conſule roma
Concidat e tyrio conſortem accire ſenatu.

**Aut ego multo**: ſenſus eſt: ſi uarro ut dicit ex templo cum hoſte pugnauerit aut ego hoc genus belli & hoſtē ignoro aut aliū locū inſignem noua clade cernemus. q.d. ſcio futurū eſſe quod prouideo & ſic prudentia fabii laudať quæ ſine longa rerū experientia eſſe non poteſt: cuius propriū eſt uerum in omni re uidere: bene conſulere: & quid ſit agendū imperare. Nequiquā: fruſtra. Multo marte longa experientia in re militari. Spondentem: promittentē uarronē plebi ſe ſūpturū pugnā cum duce tam fauſti martis. i. qui uictorioſiſſimus erat & fœliciſſimus in pugna. Quantū nunc. q.d. ſi annibal hoc audiuit actū eſt de re romana & parum abſumus ab exitio. Ardens pœnus annibal concitatus ad pugnam & furēs bello. Tu proh ſuperi: orat paulū fabius ut ſua prudētia rem romanā tueať & caute agat oīa prius explorando q̄ pugnam capeſſat. Ritus: mos bellandi punicus. Copia rerū: cōmeatus & alia exercitui alendo neceſſaria. Quæ natura: ne. ſ. pareně inſidiæ Si rimabere: ſi conſiderabis cognoſces fortunā eē ſup ipſa pœnoꝝ arma. q.d. pœni ſūnt in armis ſolertiſſimi & utūtur nūc ſecunda fortuna: & ſic ab utili oſtēdit cunctandū eſſe donec fortuna muteť. Indeuia: quæ a recto nō diſcedant. in primo dixit ſed deuius æqui. i. alienus ab æquitate: ſic igiť indeuius recti: nō alienus a recto. i. qui rectū honeſtūque ſequiť: noli inquit a recto diſcedeř ut bonū uiꝝ decet & ſalutis patriæ ſtudioſū quā nūc uarro peſſūdare nitiť & ꝑperat: locus ē ab honeſto. Cur uni: cōfutatio eſt. q.d. ſi eſt fas uarroni ꝑdere patriā: multo magis fas ē tibi eā liberare. Eget īprobus arcto uictu. i. laborat inopia cōmeatus hoſtis qui ē in terra hoſtili neque illi terra neque mari ē pax: nullæ urbes eū accipiūt. in diē rapto uiuit partē uix tertiā eius exercitus habet quē ab hiſpania duxit: dubitas ergo quin eū ſedēdo ſuperaturi ſimus qui ſeneſcit in dies nō ſupplementū: non cōmeatus: non pecuniā habet. Pari pube: nouis militibus ꝑ ſupplemento miſſis. Mecū erit: uerba pauli reſpōdētis fabio. Pietas: erga. ſ. patriā ut nitar eā ſeruare cui pietatē debemus Tuā mentē: ſentētiā & inſtitutū. i. cūctabor ut tu feciſti q̄tū ī me erit. Qua te graſſante. i. qua te bellū gerēte aduerſus hoſtē. Cōſidere: langueſcere ac debilitari. Sed quæ nā ira deū: oſtendit ſibi eſſe maximā difficultatē ad patriā tutandā cū habeat collegā hoſtē: putatque iratis numinibus illū eſſe creatū ut rem romanā ꝑdat. Pœnis: hoſtibus. Trahit oīa ſecum. i. ipſe tendit in præceps & trahit ſecum rem romanā & metuit eſſe inſanus ne romana reſpublica alio conſule quam ſe ruat: nam cupit eam præcipitem dare & cito uellet aſſumere ſibi collegam punicū ut citius & facilius nullo aduerſante quod cupit efficere poſſit romam ſcilicet euertere. Conſortē: collegā carthaginenſem. Sera: pro ſero. i. non tarde ſed cito uellet carthaginenſē collegā. Accire: aduocař: eligeř: & ut exprimat uarrōis temeritatē & incōſultā pugnæ auiditatē ait nullus equus ſufficit uarroni inſano q eū cito portet in hoſtē. q.d. adeo ꝑperat ut nō uideať poſſe equus repiri q eius affectui & amētiæ ſeruiat: adde ꝙ dolebat īcedeř tenebras noctis q̄ curſū ꝛtardēt

Tantū non :quaſi eductis enſibus euagina: hac locutione uſus eſt tranquillus in tyberio his uerbis tm̄ non ſtatim a funere ad negocioꝶ conſuetudiné rediit iuſtitio longiore inhibito. Tarpeiæ rupes: uertit ſermoné ad rupem tarpeiá.i.capitolium: pollicet̃ ſe iturū paulus in omne diſcrimē pro patria. Cognata tecta: qm̄ æmilii referebant genus ſuú ad iouem per amuliū regem albanú ut dictū eſt. In ſua arce: robore ac dignitate. Mihi monenti ſurda.i.ſi uarro affectans pugnam noluerit audire me monenté. Haud ultra morabor: hypallage eſt in ſenſu.i.patria non morabitur me

Non iam ſera uolet: nullus qui portet in hoſtem
Sufficit inſano ſonipes incedere noctis
Quod tardent curſū tenebras dolet itque ſupbus.
Tantū non ſtrictis mucronibus ulla retardet
Ne pugnas mora dum uagina ducitur enſis.
Tarpeiæ rupes cognataque ſanguine nobis
Tecta iouis. queque arce ſua nūc ſtātia linquo
Mœnia fœlicis patriæ. quocūque uocabit
Summa ſalus: teſtor ſpreto diſcrimine iturū.
Sed ſi ſurda mihi pugnabunt caſtra monenti
Haud ego uos ultra nati dulcemque morabor
Aſſaraci de gente domum: ſimilē ue uidebit.
Varroni paulū redeuntē ſaucia roma.
Sic tumidi uerſa turbati mente petebant
Caſtra duces: ac prædictis iam ſederat aruis
Etolos penus ſeruans ad prælia campos.
Non alias maiore uirum maiore ſub armis
Agmine cornipedū concuſſa eſt itala tellus:
Quippe extrema ſimul gentique urbique timebāt.
Nec ſpes certādi plus uno marte dabatur.
Faunigenæ ſocio bella inuaſere ſicano.
Sacra manus rutuli ſeruāt qui daunia regna
Laurentique domo gaudent et fonte numici
Quique immite nemus triuiæ: quique oſtia thuſci

ideſt nō expectabit qm̄ nolo mori. De gente aſſerat: ad quē genus ſuū referebat paulus. Saucia, calamitatibus affecta. Tumidi: irati. Verſa: diuerſa.

Aruis prædictis: appulis ut anna prædixerat. Non alias maiore uirum: ait poeta nunq̄ italiá maioribus pugnaſſe uiribus q̄ ad cánas & nūq̄ fuiſſe tm̄ roboris & uiroꝶ & equoꝶ. timebant qppe ſuprema ideo omnis italia in armis fuit: cū nō eſſet aliqua ſpes certandi niſi uno marte. Faunigene ſocro: deſcribit populos latinos qui ad pugná cánenſé milites miſerunt: inde uagatur ꝑ oém italiá deſcribens noía etiá imperatorū alludés ut plurimú ad illos qui poſtea multi nois fuerunt aut prius fuerāt ut romanoꝶ noía quocúque modo celebraret. faunus filius pici filii ſaturni rex aboriginú fuit in latio a quo faunigene latini dicti ſunt: inter quos erant rutuli quoꝶ caput ardea erat quæ adhuc extat retinetque nomen condita a perſeo & danaæ eius matre filia acryſii ut quibuſdam placuit. ardeates autore ſtrabone curam habebant ſacroꝶ & tépli ueneris quod erat lauini cōe latino nomini ideo rutulos ſacrá turbā appellat: adde etiá ꝙ ardeates ob id ſacrani appellabant̃. Socio ſicano: ſicani fuerunt antiqui habitatores latii uenerūtque ex hiſpania dicti a ſicori amne: indē pulſi traiecerunt in ſiciliá & ſicaniá appellarūt cū prius triquetra a triāgulari forma diceret̃. de ſicanis in latio Virgilius meminit dicens fines ſuper uſque ſicanos. Daunia regna: ardeā & oram illā ubi regnauit daunus pater turni.

Laurentum oppidū fuit latii ubi regnauit latinus ſocer eneæ a lauro denominatú. Numicus eſt fluuius prope laurentum in quem eneas ſubmerſus eſt & ſacratus: cuius fons eſt in ſylua aricina quæ ē poſt albanū montem uerſus forum appii. Caſtrum: fuit oppidū latii colonia deducta a romanis una cum ſena: & adria poſt triumphum curii dētati de ſamnitibus. Ardea quondam grauis: ideſt moleſta & inimica troianis propter turnum qui cū enea pugnauit: cauſaque fuit phrygibus multoꝶ laborum propter lauiniam ſibi ante aduentum eneæ pactam unde dolés aduená ſibi præponi acerrimum mouit bellum: & manu eneæ occubuit. Lauinum, oppidum latii in colle ſitum conditum ab enea: & a nomine uxoris lauiniæ denominatum, ſyllius dicit illic fuiſſe templum iunonis quod coſmographi non tradunt: ſed dicunt illic fuiſſe templum ueneris in quo erat celebritas latinorum atque conuentus. Collacia: oppidum fuit latii prope romam uia tiburtina: in quo ſex. tarquinius lucretiam uiolauit cuius dedecus & mortem: M. brutus qui ad eum diem ſtulticiam ſimulauerat cū eſſet uir prudentiſſimus & fortis ulctus eſt: eoque autore romani tarquinos expulerunt ideo caſtū appellat brutum alludens ad caſtitatem lucretiæ quam ducem romanæ pudicitiæ ualerius appellauit cuius pater tricipitinus appellatus eſt, maritus autem tarquinius collatinus. Immitte nemus triuiæ: ideſt aricini uenerunt ad bellum in quorum ſylua erat templum dianæ cum ritu barbarico ut dictum eſt. quoniam is qui templo preeſſe uolebat cum aliis digladiari cogebatur: & uictori honor per uulnera quæſitus cedebat cum aliis poſtea pugnaturo: & hic dicebatur rex aricinus. ideo dicit flaccus. Solique immitis aritia regi. Triuiæ: dianæ que quondam in triuiis apud græcos colebatur: & inde nomen adepta. Oſtia tuſci amnis: ciuitatem hoſtienſem conditam ab anco martio prope oſtia tiberina. Tybris autem uenit ex hetruria. ideo thuſcum amnem appellat.

SLUB Wir führen Wiſſen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Tepido almone.i. aqua tepida ipſius almonis qui eſt riuus potius q̃ fluuius ante portam capenam cuius aqua chorybantes lauabant ſimulachrū cybelis aduectū ex peſſinunte urbe phrygiæ concedē te attalo rege pergami; huius rei meminit etiã lucanus. Catylle: catyllus filius amphiarai condidit tibur porrectū in dorſo mõtis adhuc celebre. Horatius: tibur argeo poſitū colono. Tres habuit filios catyllū: coracem: & tiburtū a quo tibur denoĩatū & tiburtes dicti: & multo tpe ante cõditā urbē fuerūt quippe amphiaraus una ætate ante bellū troianum fuit apud tiburtes inquit plinius extant ilices tres etiã tiburto cõditore eoꝝ uetuſtiores apud quas inauguratus traditᷓ

A mnis amant tepidoque fouent almone cybelē.
H inc tibur catille tuum ſacriſque dicatum
F ortunæ preneſte iugis antemnaque priſco
C ruſtumio prior atque habiles ad aratra labici:
N ec non ſceptiferi qui potant tybridis undam:
Q uique a nienis habent ripas gelidoque rigãtur
S ymbriuio: raſtriſque domant equicula rura.
H is ſcaurus monitor tenero tũc ſcaurus in euo
S ed iam ſigna dabat naſcens in ſæcula uirtus.
N on illis ſolitū criſpare haſtilia campo
N ec mos pennigeris faretrã impleuiſſe ſagittis.
P ila uolũt: breuibuſque habiles mucronibus ēſes
E re caput tecti ſurgunt ſuper agmina criſtis.
A t quos ipſius menſis ſepoſta lyci.
S etia: et in celebri miſerunt ualle uelitræ
Q uos cora quos ſpumans inimico ſignia muſto:
E t quos peſtifera pontini uligine campi
Q ua ſature nebuloſa palus reſtagnat et atro
L iuentes ceno per ſqualida turbidus arua
C ogit aquas ufens: atque inficit equora limo.
D ucit auis pollens nec dextra indignus auorum.

Preneſte: oppidū latii quod adhuc retinet nomē in excelſo monte ſitū: habuit quondam illuſtre templū fortũæ illic etiã repertæ fuerunt ſortes: Numerio ſuffuſio autore cicerone in.ii. de diuinatiõe græca eſt ciuitas quēadmodū & tibur Antemna: oppidū latii uetuſtiſſimū: fuit autē antemna ſub mario oppido quã romulus cõloniū romanorū una cū cecinna & cruſtumero fecit.

Cruſtumio: cruſtumiū ſeu cruſtumerū oppidū latii fuit albanoꝝ colonia.

Labici: dicti ſunt a labico oppido nõ longe a tuſculo quod nomē dedit uiæ labicanæ. Sceptriferi: alludit ad amplitudinē & maieſtatē urbis romæ quæ totius pene orbis habuit ſceptrum.i. uenerunt in arma omnes accolæ tiberis & amenis qui oriť in montibus trebulãis & per deſcenſus tiburtinos deuoluitur in planū & prope urbē tiberi miſcetur.

Symbriuio: ſymbriuiū flumē eſt apđ equiculos qui ſũt ſupra tibur: & adhuc retinent nomen. Gelido: propter regionem montoſam & frigidã horum militū ductor erat ſcaurus tunc adoleſcēs hic poſtea uir prudens fuit & grauis ac ſepe autor publici conſilii: tãtæque autoritatis in ſenatu ut ciuitatis princeps diu habitus ſit. ſcauri dicuntur qui habent talos extantes: inde ſcauroꝝ familia cognominata: Horatius in ſermonibus ait: illū balbutit ſcaurū prauis fulctū male talis. Criſpare: mouere. Pila: haſtas graues: pilum erat haſta romanoꝝ. Ere: galea ex ere cum criſtis quibus agmina ſuoꝝ ſuperabant. Setia: urbs latii in monte ſita nõ procul a pomptinis paludibus: nobilis uino quod ab ea ſetinū appellať: & id diuus auguſtus cunctis prætulit & fere ſequutus principes ut ĩqt plinius, ꝑpter cõfeſſa experimēta ad uetuſtatē perueniebat. Martialis in diſtichis: Pendula pomptinos quæ ſpectat ſetia campos: Exigua uetulos miſit ab urbe cados. poeta laudans ſetinū uinū dicit ſetiam eſſe ſepoſitã menſis ipſius lyei: q.d. adeo preſtans eſt ut non debeat miſceri niſi baccho.

Velitre: oppidum latii adhuc retinet nomen; ignobile quondã erat & infrequens: iõ ait ualle incelebri. Cora: oppidū latii adhuc retinet nomē & etiã ſignia. Inimico muſto: propter nimiã auſteritatē: Plinius ait: nã quod ſignie naſciť auſteritate nimia continēde utile aluo inter medicamenta numerať. Martialis: Potabis liquidū ſignina morantia uentrē: Ne nimiū ſiſtant ſit tibi parca ſitis.

Pomptini campi: dicunť a pometia urbe prope pomptinas paludes ſita: Plinius ait: prope circeios eſt palus pomptina quē locum.xxiiii.urbiū fuiſſe mutianus ter conſul prodidit. Vligine: humiditate & nebula: uligo autē ſignificat humorē terræ; & in illis palludibus eſt perpetuus humor. hãc paludē efficiunt duo amnes aſtura & ufens qui tandē in mare inferum euoluiť multo limo turbidus. Satura fuit urbs in pomptinis palludibus. Vir. Qua ſature iacet atra palus. Liuētes aquas: turbidas

Cogit: congregat. Inficit: maculat pomptinæ paludes a cornelio cethego conſule cui ea ꝓuincia euenerat ſiccate ſunt agerque ex his factus eſt. Ducit auis pollens: alludit ad illū ſceuolam qui tpe porſenæ manū igni ſacroꝝ iniecit a quo hic originē ducens illius hiſtoriã in clypeo cælatã habebat

Pollens: clarus. Dextra auoꝝ: laude quã ille comburendo dextram adeptus eſt & etiam non indignus dextra auorum ideſt cognomine ſcæuolæ qui a ſcæua ſcæuola cognominatus eſt: ſcæua ſiniſtra dicitur cum porſena iuuenem amoueri ab altaribus iuſſiſſet & enſem illi porrigeret. mutius leuam intendit manum ut enſem caperet & ſcæuola cognominatus eſt: ſiue quia amiſſa dextra manu ſiniſtra uſus eſt ille qui plus ſiniſtra quam dextra ualet ſcæuola appellatur: uocabatur ille Iunius gaius mutius cordo .natus.xx.annos cum hoc facinus auſus eſt.

Diræ laudis:qm̄ manū igni iniecit quod marcialis appellat ſæuū miraculū. Tyrrhenū:tyrrhenorum & ideſt hetruſcoꝝ qm̄ porſena erat hetruſcus & rex cluſii. In ſemet: in ſuā manū deceptā in ſcriba ipſius regis quē occiderat regem arbitratus. Seuit:uidet ſeuire:laus eſt ſculptoris. Virtus fortitudo ipſius mutii qui manū fortiter igni ſacroꝝ uſſit. Icti:prouocati & cōmoti. Specie:tali imagine & apparētia. Ruere:ruebāt in prelia. Acri magiſtro:forti duce mutio qui ſuo exemplo & uirtute iuuentutē romanā ad præclara facinora ꝓuocabat. Cernit effugiens:qm̄ porſena nō potuit ſpectar ardentē manū mutii. Martialis. Vrere quam potuit contēpto mutius igni. Hanc ſpectare manū porſena non potuit. Quis circea iuga: circei quondam inſula mons ad mare quōdā finis antiqui latii habitauit illic circe. Theophraſtus ait: circeiū eſſe excelſū promōtoriū robore lauro myrto refectum tradūt circen in eo habitaſſe: cingit mari fere paludoſo. Quis: quibus

Sceuola cui diræ celatur laudis honora
Effigie clypeus:flagrant altaribus ignes.
Tyrrhenum ualli medio ſtat mutius ira
In ſe met uerſa ſeuitque in imagine uirtus.
Tunc icti ſpecie ruere acri in bella magiſtro
Cernitur effugiens ardentem porſena dextram
Quis circea iuga et ſcopuloſi uerticis anxur
Hernicaque impreſſo raduntur uomere ſaxa.
Quis putri pinguis ſulcaris anagnia gleba.
Sylla ferentinos priuernatumque maniplos.
Ducebat ſimul excitos ſoræque iuuentus.
Addita fulgebat telis:hic ſcaptia pubes.
Hic fabraterie uulgus nec monte niuoſo.
Deſcendens a tina aberat. detritaque bellis
Sueſſa atque duro fruſino haud imbellis aratro:
Et qui fibreno miſcentē flumina lyrim.
Sulphureum tacitiſque uadis ad littora lapſum:
Accolit arpinas accita pube uenafro.
Aclarinatum dextris ſocia hiſpidis arma
Commouet:atque uiris ingens exhaurit aquinū
Tullius eratas raptabat in agmina turmas.
Regia progenies et tullo ſanguis ab alto.
Indole proh quanta iuuenis quantūque daturus.
Auſoniæ populis uentura in ſecula ciuem.

Anxur:oppidum ſitum quondam in mōte aſpero aliter dicit tarracina. Horatius in ſermonibus: Atque ſubimus impoſitū ſaxis late candētibus anxur.

Hernica ſaxa:hernici populi in latio quoꝝ caput eſt anagma:& fuerūt colonia ſabinoꝝ pinguis dicit anagma propter ſoli fertilitatē. Virgi. hernica ſaxa colūt quos diues anagma paſcit. Iulius grecinus ouidii comes ait li. ii. urbium italicaꝝ hernicos fuiſſe pelaſgos ab hernico duce denominatos. Putri gleba: reſolubili ac per hoc frugifera. Ferentinos:ferentinū oppidum adhuc retiet nomē inter anagmā & alatrum. priuernū eſt oppidū uolſcoꝝ non longe a ſetia a quo priuernates. Sora ē urbs ultra uerulas quā lyris alluit. Scaptia oppidū latii quod tempore plinii interciderat. Fabrateria oppidū non longe ab aqno cuius meminit iuuenalis: aut fabrateriæ domus:adhuc retinet nomen. Atina oppidum adhuc extat & nomen retinet non longe a fabrateria in monte ſitum qui niue obducitur cū ſit regio frigida. Sueſſa:oppidū prope uenafrum quod bello attritum dicit alludens ad tempora tarquinii ſuperbi qui hernicis in ſocietatem acceptis & antiatibus templum in monte albano ædificauit:& ioui latiali dedicauit: inde cum ſabinos bello uiciſſet agrum eorum depopulatus eſt: hinc pometiam & ſueſſam obſedit & ui expugnauit & armatis omnibus trucidatis in bellem turbam fortunaſque omnis militibus diuiſit decimā quam ex ea præda recepit ædificādo templo ioui deſtinauit: fruſino adhuc retinet nomē oppidum eſt prope alatrū uerſus fundos cuius incolæ boni erāt milites boni agricolæ.

Fibreno:fibrenus fluuius labit inter ſorā & arpinū & miſcet lyri ad uillam ubi natus eſt Cicero q̄ nunc dicitur uilla ſancti dominici cuius cicero meminit in dialogo de legibus. Arpinū autem diſtat ab hac uilla fere tribus milibus paſſuū & eſt ſitum in monte. Sulphureū:qm̄ aqua lyris ſulphurea eſt. Tacitis uadis: aqua non obſtrepenti quoniam lyris non eſt ſonorus ſed habet aquas & ripas amoenas & poetis aptas. Accita:euocata uenafrū oppidū non longe ab arpino & minturnis in uertice montis ſitū, unde optimū affertur oleū:martialis: Hæc tibi cāpani ſudabit baca uenafri: Vnguentū quotiens ſumis & iſtud olet. Larinatū:larinates fuerunt antiqui habitatores lacii quorū nulla nunc extat memoria. Hiſpidus: horridus & piloſus. aquinū oppidū inter arpinū & caietam adhuc retinet nomē Iuuenale ſatyro & diuo thoma ſacrarum litterarum interpreti alūnis clarum.

Ab alto tullo:tullus fuit antiquus rex uolſcoꝝ ad quē aliqui tullioꝝ familiā referunt in gratiam ciceronis cuius natalibus prope obſcuris aliquod lumē generis & ſtemma maioꝝ addere uolebant. nā ſi id uerū fuiſſet cicero uentoſus & iactabundus aliq̄n uſque ad reprehenſionē minime tacuiſſet cū ilii humilitas nataliū exprobaretur ac nouitas. Regia ꝓgenies: propter tullū uolſcoꝝ regem.

Pro q̄ta:q̄ ampliſſima uirtute alludit ad. M. tulliū ciceronē quē ab hoc tullio habuiſſe originem dicit. Quantū ciuem:quantus fuit cicero fons æloquii uberrimus & omniū diſciplinarū deus.

I lle ſuper gangem ſuper exauditus et indos:
I mplebit terras uoce: et furialia bella.
F ulmine compeſcet linguæ: nec deinde relinquet
P ar decus eloquio cuiq̄ ſperare nepotum.
E cce inter primos theramneo a ſanguine clauſi
E xultat rapidis nero non imitabilis auſis.
H unc amiterna cohors et bactris nomina ducens
C aſperula hunc foruli magnæque reate dicatū.
C œlicolum matri nec hoc habitata pruinis:
N urſia et a tetrica comitantur rupe cohortes.
C unctis haſta decus clypeuſque refertur in orbē
D enique et implumes at leui tegmine cruris
I bant: et leti pars ſanctum uoce canebant
A utorem gentis: pars laudes ore ferebant.
S abe tuas: qui de patrio cognomine primus
D ixiſti populos magna ditione ſabinos.

Ille ſuper gangem: laudat. M. tulliū romanæ eloquētiæ autorem & principē: de quo Plinius: ſed quo te. M. tulli. piaculo taceā quoue maxime excellentē īſigni predicē quo potius q̄ uniuerſi populi & illius gētis āpliſſīo teſtīonio. & tota uita tua: cōſulatus tm̄ operibus electus te orante ꝓſcriptorū liberos honores petere puduit tuū catilina fugit ingeniū Tu. m. tulli antoniū proſcripſiſti: Salue prime oīum parens primæ appellatæ: primæ in toga triumphum linguæque laureā mente & facundiæ: litterarūque latinarū parens æque ut dictator ceſar hoſtis quondā tuus de te ſcripſit oīum triumphorū lauream adepte maiorē q̄to plus eſt ingenii romani terminos ꝓmouiſſe q̄ imperii. Ganges eſt fluuius indiæ. Voce: eloquentia & fœliciſſima ingenii ubertate. Bella furialia: catilinæ & alioꝝ cōiuratoꝝ. nam Cicero cōſul catilinæ furores repreſſit qui romā ad ſeruitutē redigere nitebat᷑. Fulmīe linguæ: impetu dicēdi & uberrimo eloquii fonte. Ecce inter prīos: hactenus de latinis: nunc de ſabinis loquit᷑ quos tibris a latinis & thuſcis diuidit: hos ducebat claudius nero. quod iō poeta fingit: qm̄ claudioꝝ familia habuit originem a ſabinis: & nero lingua ſabina fortis dicit᷑. Theramneo: ſabino. nā lacones mixti fuerunt cū ſabinis & therāne urbs ē laconiæ. Clauſi: actius clauſus qui poſtea claudius dictus ē ex ſabinia cū coniugibus liberis oīque fortūa ſuadente ualerio publicola romā cōmigrauit: & claudiæ familiæ prīcipiū dedit. Vir. li. vii. ecce ſabinorū priſco de ſanguine magnum. Agmen agens clauſus: magnique ipſe agminis inſtar. claudia nunc a quo diffundit᷑ & tribus & gens per latiū poſtq̄ in partem data roma ſabinis: hæc familia claris uiris floruit: inter quos fuit hic claudius nero q collega liuii ſalinatoris in conſulatu & annibali oppoſitus in apulia relictis caſtris inſcio annibale iuuentutis electo robore maximis itineribus in picenū contendit: & ad metaurum iūctus collegæ aſdrubalē uicit: ꝓpriaque manu interemit: inde citato curſu ad caſtra rediit & caput aſdrubalis ante annibalis tentoriū proiici iuſſit: ideo dicit poeta neronē non eſſe imitandum in rapidis auſis. Amiterna cohors: amiternum fuit oppidū ſabinoꝝ clari ſunt amiternini natalibus criſpi ſalluſtii qui primus in romana hiſtoria habetur quā deſideramus. Caſperula: oppidū ſabinoꝝ quod dicit traxiſſe nomen ab aſtris alludens ad caſpias portas quæ ſunt in oriente ubi eſt bactriana regio & clauſtra regni parthici dicūt᷑ ēt portæ caucaſeæ qm̄ ſūt ad caucaſū: hoc finxit poeta propter nomen ſabiniæ regionis quæ habet ſimilitudinē quandam cum ſaba capite arabiæ unde thus adueheba᷑t ſacrificiis aptum: & ſabini autore plinio a religione ac ſacris dicti ſunt. Foruli: oppidū ſabīoꝝ in rupe ſitū. unde dicit Strabo: ſabinoꝝ quoque ſunt foruli petræ ad rebellandū quā ad habitādū aptiores. Reatæ: ciuitas ſabiniæ adhuc retinet nomen dicata erat quondā cybeli: & erat umbilicus italiæ ut uoluit uarro quēadmodū delphi umbilicus totius orbis. Nurſia: adhuc retinet nomen ciuitas eſt in montibus ſupra ſpoletū. Vir. quod frigida miſit nurſia: prima fuit ſertorii & gentis flauiæ. A tetrica rupe: tetricus autore ſex. pompeio mons ſabinoꝝ aſper a quo duri hoīes & aſperi tetrici dicunt᷑. Vir. qui tetricis horrētis rupes montēque ſeuerū. Haſta: omnes hi ſabini erant haſtati & clypeū habebāt rotundū de haſta non ſine cauſa finxit poeta: qm̄ quiris lingua ſabina dicebat᷑ haſta: unde quirinus romulus quē haſtatū appellat ouidius in faſtis. Implumes: ſine criſtis quæ fiunt ex pennis ſtrutii: ſed eſt locutio nimiū affectata & poetica: imitat᷑ tm̄ Virgiliū de quibuſdā populis ſic canentē. Tegmina quis capitū raptus de ſubere cortex æratæque micant peltæ: ideo hic poeta dixit: clypeus refert᷑ in orbē & omnes erant implumes. Leui tegmine cruris: hoc cōuenit cū dicto Ariſtotelis qui in libro de poetis ait: etolos & pelagos dextro pede nudo ſeu crure ac ſiniſtro tecto prodire in aciē ſolitos: pelagi autē mixti fuerūt cum ſabinis: iō hoc dicit poeta alludens ad ſabinoꝝ antiquitatē. Canebant: laudibus celebrabant. ſanctus fuit deus ſabinoꝝ & autor. nā cōdidit cures ſabinoꝝ quondā caput & dicebat᷑ ſanctus fidius ſemper: ouidius in faſtis ait: querebā nonas ſancto fidio ne referrē: an tibi ſemipr̄ cum mihi ſanctus ait cuicūque ex iſtis dederis ego munus habebo. Noīa terna fero ſic uoluere cures: & reate in porticu cuiuſdā templi in lapide marmoreo de eodem deo ſic tale eſt inſcriptū epigramma: quod pōponius præceptor meus antiquitatis ſtudioſiſſimus & latinaꝝ litterarū uel maximū decus atque delitiæ romam attulit: interfuitque cū illud marmur effoderet᷑. De decuma uictor tibei lucius mūmius donū moribus antiqueis pro uſura hoc dare ſe ſe uiſum aīo ſuo perfecit tua pace rogans te cogenda diſſoluēdei tu ut facilia faxeis, perficias decumā

ut faciat ueræ rationis ꝑpter hoc atque alieis doneis des cuncta merenti:& apud Varronem de antiq
tate ſabinorum legitur medium fidium condidiſſe cures: referente dionyſio q̄q̄ apud dionyſium pro
fidio fabidius legitur: unde puto illic eē mendam ſcriptorum in curia. M. cato ait nomen eē impoſi-
tum ſabinis ex ſabo diui ſagni gētilis filio: quod corruptum eſſe uidetur: nam ſagni pro ſancti legit̄:
& id ſentire uidetur ſyllius ut ſanctus dederit originem & ſabus filius nomē ipſis ſabinis: ſtrabo dicit
ſabinos eſſe īdigenas:& a ſabinis eē picenos & ſabellos per dimunitionem. Quid qui picene: deſcri-

Quid qui picenæ ſtimulant telluris alūnos.
Horridus: et ſquamis et eq̄na curio criſta
Pars belli q̄ magna uenit: nō æquore uerſo
Tam creber fractis albeſcit fluctus in undis.
Nec cetu leuiore. ubi mille per agmina uirgo
Lunatis acies imitatur martia peltis.
Perſtrepit: et tellus et amazonius thermodon.
Hic et quos paſcunt ſcopuloſa rura numanæ
Et quis littoreæ fumant altaria cupre.
Quique truentinas ſeruant cū flumine turres
Cerner̄ erat clypeata procul ſub ſole coruſco
Agmina ſanguinea uibrāt in nubila luce.
Stat fucare colus nec ſidone uilior aneon.
Murice nec libyco ſtatque humectata uomano
Adria et inclemens hirſuti ſignifer aſcli.
Ve picus quondā nomē memorabile ab alto
Saturno ſtatuit genitor: quem carmine circe
Exutū formæ uolitare per ethera iuſſit.
Et ſparſit plumis croceum fugientis honorem:
Ante ut fama docet tellus poſſeſſa pelaſgis.

bit nūc picenos qui ſunt ad mare adria
cum cōtermini umbris orti a ſabinis: uo
to uere ſacro ut ſcribit plinius dicti a pi
co marcio: qui uexillum inſedit ſabino
rum illuc ꝓficiſcētium ex uoto:& ideo
poeta alludens ad hiſtoriam dicit picū
ſaturni filium demutarū poſtea in auē
ſui nominis a circe: amatorio poculo:
& medicata uirga condidiſſe aſculum
& picene regioni dediſſe nomen: recu-
ſauerat picus ut ē in fabulis amorem cir
ces quæ illū ter baculo tetigit: ter caria
dixit: demutauitque in auem picenoꝝ
ductor erat curio. Squamis: lorica ſq̄-
moſa. Equina: ex crinibus æquorum:
ex quibus criſtā galleæ effinxerat: hor-
ridaque effecerat ut hoſtibus terrori eēt
Nō æquore uerſo: exercitum qui ſuo
curione militabat: comparat fluctibus
marinis & ēt amazonibus quæ in ripis
chermodōtis fluuii ſe ſe bellando exer
cent. Verſo: cōmoto a uentis. Leui
ore: agiliore ad pugnā. Martia uirgo
bellicoſa amazoni: Thermodon ē flu-
uius in ponto in cuius ripis uagabantur
amazones. de piceno ſic ſcribit ſtrabo pi
cenū igitur poſt: umbriæ ciuitates quæ
īter ariminiū anconemque iacent extē
ditur ꝑfecti ſūt piceni a ſabinoꝝ terra.
Numane: numana oppidum a ſiculis
cōditum iuxta mar̄ ī ſcopulo ut autor ē
plinius. Cupræ litoreæ: cupra oppidū
ad mare habebat quondam templum
Iunonis Tuſcorum edificium qui iunonem cupram nominabant ergo a dea nomen accepit: ideo dicit
illuc fumaſſe altaria quoniam cuprenſes iunonis ſacris operabantur. Quis. quibus. Truentinas tur
res: Truentum ē fluuius diuidens picenos a marrucinis qui adhuc retinet nomē:& labitur prope aſcu
lum:& urbs fuit illic eiuſdem nōis de qua ſyllius intelligit dicens turres truentinas cum flumine.
Clypeata agmina: nam oēs ferebant clypeos rotūdos ex ere qui ſolis repercuſſu uibrabant. Vir. æra-
tæque micant peltæ. Luce ſanguinea: radiis ſolaribus. Ancon: ciuitas ad mare portu nobilis adhe-
rens cunero ꝓmontorio condita a ſyracuſanis fugientibus tyrannidē dionyſii: habebat quondam in
uertice promontorii ubi nūc ē arx templum ueneris: iō dicit iuuenalis rhombū muneri datum domi
tiano captū ante domū ueneris quā dorica ſuſtinet ancon: ē hæc ciuitas uini et frugum feraciſſima: po
eta dicit illic ſolitā tingi purpurā qđ alii nō tradiderūt: tingebatur purpura maxime tribus in locis
apud phœnices libycos & lacones. Fucare: colorare. Colus fila quæ nentur colu. Sydone: ideſt pur
pura tyria & ſidonia. Murice libyco: purpura getulica cuius meminit plinius ex ſanguine muricis ti
gitur purpura: unde muricem ꝓ ipſo colore ponit: murices āt ſūt ex genere aquatilium quæ teſta īte
gūtur. Vomano: uamanus fluuius agri piceni: labitur ꝓpe adriā quæ mari adriatico nomen dedit:
colonia fuit hetruſcorum diſtabatque a mari autore plinio. vii. milibus paſſuum. Aſcli: aſculū pice-
num adhuc retinet nomē denoīatum a pico qđ hyrſitum appellat alludens ad plumas pici: cuius au
ſpicio id oppidum cōditum fuit:& denominatum picenum & illum qui ferebat uexillum appellat: in
clementē alludens ad ſeueritatem pici qui ſe circe amanti noluit indulgere. Inclemens: bellicoſus:
& aſper. Vepicus ꝑuus picus: qm̄ ex hoīe fuit diminutus in auem: ue ꝑticula aliqn̄ auget ut uehemēs:
aliqn̄ diminuit: ut ue iuppiter: i. ꝑuus iuppiter:& uepicus ꝑuus picus: hic fuit filius ſaturni: cui formā
humanam circe ademit. Statuit: dedit nomē aſculo piceno. Fugiētis: pici qui fugiebat ui carminis a
natura humana ad naturam auis. Honorē croceū: pulchritudinem ipſius pici. Tellus: picena regio
poſſeſſa fuerat a pelaſgis quoꝝ rex fuit eſis qui eſi fluuio nomē ḋdit: hic fluuius picēos ab ūbris diſter
minat labēs īter anconē & ſenogalliam ī mare adriacū quōdā erat terminus italiæ poſtea fuit rubico.

Populos aſilos: hoc finger poeta uidetur cū nulla de hoc mētio ſit apud coſmographos. Sed non ruricolæ: deſcribit nūc umbros q uſque rauennam extendebāt quondā & tiberi dirimūtur a thuſcis appēnino & eſi fluuio a picēis ſita ē umbria inter ſabinos: thuſcos & picenos. Vmbroꝝ gens antiqſſima exiſtimat. Inquit plinius ut quos imbros a græcis putent dictos ꝙ inundatione terrarū imbribus ſupfuiſſent. habitabant quondam in cauernis montium. ideo poeta dicit illos ueniſſe ex cauis montibus alludēs ad illorum antiquitatem qua in mōtibus uitam degebāt cum plana aquis natarent. Nō deteriore robore: nō minoribus uiribus militū: eſis ut dictū ē diuidit umbros a picenis: ſapis eſt fluuius ꝑpe rubiconē & ariminū: metaurus fluuius ūbriæ q labēs confragoſus p ſaxa ſecat appenninū & in mare adriaticum euoluit clarus cede aſdrubalis. Vertice: aqua. Clitunnus: fluuius de quo ſupra labit ꝑpe meuaniam & ulginiam cuius aq̄ quondam loti tauri ioui capitolio mactabāt ab his q triūphabant. Nar fluuius ūbriæ ſulphureus labit ꝑpe narniā & īter ānē: & tyberi miſcet. Tiniæ: tinias ē fluuius ꝑpe meuaniam & clitūnū quo ut inqt ſtrabo collectos fructus ex agris deuehebant ſtaphis ī tiberim: iō appellat ipſum igloriū qm̄ non erat nauigabilis: nec hēbat nomē cū eēt potius riuus quā fluuius. clanis ēt ē fluuius umbriæ. Rubico: ē fluuius īter ariminū & rauennā quondam finis italiæ: ab eo. n. ciſalpina gallia īcipiebat. Senæ: urbs cōdita fuit a gallis ſenonibus appellataque ē ſenogallia & adhuc retinet nomen. Albula q alio noīe dicit tibris umbros ab herruſcis diuidit: influūt in eū tinias & clāis augeturque aliis poſtea nūero. xl. inter quos ſunt nar: & anio ambo nauigabiles labit & appēnino in primo ortu tenuis & mitis in curſu q̄uis ſubitis aliqñ īcremētis augeat reſtagnat: interdū ī urbe qđ cū accidit famē peſtemque portēdit. Perſtringit: alluit mœnia romana immota ripa: qa lento pede fluit: & nō uexat ripā. Arma: oppidū umbriæ cuius nulla extat memoria: plinius recēſens populos umbriæ ponit ēt arnates.

Meuania: ē urbs in plano ſita nobilis ciue ſuo ꝑpertio & clitumno fluuio qui a poetis celebratur. Lætis: fertilibus. Hiſpellū: ē oppidū ūbriæ īter aſiſiū & fulgīniā ad radicē montis ſitū adhuc retinet nomē. Narnia: urbs ūbriæ in mōte ſita: nomē accepit a fluuio cū prius negnū appellaretur. Inginū: oppidum umbriæ in loco paluſtri quondam ſitum: ideo dicit fuiſſe infeſtum ac peſtilens ꝑpter nebulas: ſtrabo dicit inginum eſſe montē: hic accipitur pro urbe: urbs certe & mōs eiuſdem nominis eſſe debuit. Fulginia: ubrs ſita in medio campi qui ē inter ſpoletum & peruſiam quondam ſine mœnibus erat: nunc autem muris ægregie cincta & edificiis ita ornata ut umbriæ ciuitates facile ſuperet. Amerinus: ab amerio oppido umbriæ in monte ſito quod adhuc retinet nomē.

Camers: camertes ſunt populi umbriæ ī montibus qui umbros a picenis diuidunt: erant camertes boni agricolæ ac boni milites. Sarſina: retinet etrānum nomen nobilis copia lactis: ac plauto alumno.

Tudertes: appido quod etiam nūc dicitur tuder in mōtibus umbriæ ſitum uerſus hetruriā a quo tudertes denoīantur qui quōdam fuerunt bellicoſi. Piſo: fingit hoc poeta ꝑpter illū piſonem q poſtea fuit: & Marci antonii auſpicio cōtra parthos ꝑfectus ē. Arſacidū: parthorum. arſaces ut ſcribit ſtrabo libro. xi. Vir ſcytha parthiam īuaſit occupauitque: & ab eo parthoꝝ reges arſacidæ dicti ſūt. Sagaci: prudenti in ea quippe ætatæ uidebatur habere prudentiam ſenilem. Ignea gemma: lucidus lapis præcioſus. Fuluo: aureo monili: ut moris eſt parthorū. Iamque per herruſcos: deſcribit hetruſcos. hetruria diuitur a liguribus amme macra: & extenditur uſque ad oſtia tiberina ex altera parte cōtingit umbros & ſabinos uarios habuit quondam habitatores pelaſgos. ſcilicet et thyrrhenos qui ex lydia uenerunt Thuſci appellati ſunt græcorum lingua a ſacrifico ritu.

Q uis eſis regnator erat fluuioque relinquit.
N omen: et a ſe ſe populos tum dixit aſilos.
S ed nō ruriculæ firmarūt robore caſtra.
D eteriore cauis uenīētes mōtibus umbri
H os eſis ſapiſque lauāt: rapidaſque ſonanti
V ertice cōtorquēs ūdas p ſaxa metaurus.
E t lauat ingētem pfūdens flumine ſacro.
C litūnus taurū: narque albeſcētibus undis
I n tybri properās: tiniæque inglorius humor.
E t clanis et rubico et ſenonū de noīe ſene.
S ed pater ingēti medios illabitur amne
A lbula: et īmota pſtringit mœnia ripa.
H is urbes arna et latis menania pratis.
H iſpellum: et duro mōti pſaxa recūbēs
N arnia et infeſtū nebulis humētibus olim.
I nginum patuloque iacēs ſine mœnibus artio.
F ulginia: his populi fortes amerinus et armis
V el raſtris laudāde camiers his ſarſina diues
L actis et haud parci martem coluiſſe tudertes.
D uctor piſo uiros ſpernaces mortis agebat.
O re puer: puerique habitu: ſed corde ſagaci
E quabat ſeniū: atque aſtu ſupauerat annos.
I s primam ante aciē pictis radiabat in armis.
A rſarcidum: et fuluo micat ignea gemma monili
I amque per hetruſcos legio completa maniplos.

Galbam: alludit ad galbam qui Neroni ſucceſſit ĩ ĩperio & factus ĩpator autore tranqllo ſtemma ĩ atrio ꝓpoſuit quo pr̄nā originē ad iouē maternā ad paſiphaen minois uxorē referebat ad hāc: igitur iactātiam poeta reſpexit. Orditur: inchoat & dat inititum. Clari pr̄es: quoniam familia ſergiorum clariſſima fuit quā galba imperator illuſtriorem reddidit: & ſergius galba cōſularis tempoꝝ ſuorum eloquētiſſimus. Cere: oppidū hetruriæ adhuc retinet nomen: prius uocabatur agilla. cām nois lege apud ſtrabonē. Cortona: oppidū hetruriæ domus tharcontis: ut ait poeta a quo tarquinii oppidum

Rectorē, magno ſpectat noie galbā.
Huic genus orditur: minos inuiſaque tauro.
Paſiphæs: darique de hinc ſtāt ordine patres
Lectos cere uiros lectos corona ſuperbi
Tarcontis domus et ueteres miſere garuiſce.
Nec nō argolico dilectum littus alcſo
Alſium: et obſeſſe cāpo ſqualente fregenæ
Affuit: et ſacris interpres fulminis alis.
Feſula: et antiquus romanis mœnibus horror
Cluſinum uulgus: cū porſena magnæ iubeba
Nequiq̄ pulſos romæ imperitare ſupbos.
Tūc quos a niueis exegit luna metallis
Inſignis portu: quo nō ſpacioſior alter
Innūeras cæpiſſe rates: et claudere pōtum.
Mœniæque decus quōdam uetulonia gentis.
Biſſenos hæc prima dedit præcedere faſces.
Et iunxit totidem tacito terrore ſecures.
Hæc altas eboris decorauit honore curules
Et princeps tyrio ueſtem pretexuit oſtro

nomen accepit hic ciuitates. xii. condidit. Venerat. n. ex lydia cum tyrrhēo ab ineunte ætate canus fuit: qua re illius prudentia ſignificabatur: cortona non multū diſtat ab arretio & lacu peruſino. Supbi: nobilis & clari. Grauiſcæ: oppidū ad mare ſitum qđ ab aeris grauitate nomē accepit: Vir. intempeſtas grauiſcas appellat. Alſium: oppidū nō longe a pyrgis in ora maritima conditū ut uult poeta ad imitatōnem Virgilii ab haleſo agamēnonis auriga ſeu filio: ut quidā uolunt: Vir. hinc agamemnonius troiani nois hoſtis: curru iungit aleſus æquos. Argolico: græco. Fregene: oppidum ꝓpe alſium obſeſſū paludibus: ideo ait campo ſqualente ideſt ĩcul to & paludoſo. Feſula: oppidum ĩ mōte ſupra florentiā quondam erat domiciliū augurum: iō dicit ipſam fuiſſe interpretē fulminis. i. cognouiſſe qd tacta de cœlo portenderent ꝑ aues. Sacris alis: auibus facientibus augurium.

Cluſinum uulgus: cluſiū oppidū hetruriæ adhuc retinet nomen ubi regnauit porſena: qui romanis timorē incuſſit cū tarqnos pulſos in regnū reponerē uellet: & ianiculum occupauit. Superbos: tarquiniū ſupbum & filios. Lūa: oppidū hetruriæ uerſus ligures ampliſſimum habēs portum græci autore ſtrabone portum & urbem ſelenes ideſt lunæ appellant: ūrbs non ſane magna: portus uero magnus ē & pulcherrimus multos intra ſe portus amplectens magnæ profunditatis: ut omnium qui quondam maris imperium tenebant facile receptaculum fieret. Illic: effoduntur marmora candidiſſima & tranſlucida. Niueis metallis: marmore lunenſi albo, metallum ſignificat uenā: ex qua exciditur aurum argentum es marmur & cætera: id genus. Exegit: emiſit. Vetulonia: oppidum hetruriæ unum ex xii. conditis a tarchōte memoriæ proditum eſt inquit ſtrabo triumphalia ornamenta inſigniaque cōſularia & omnium magiſtratuum ornamenta romā ex tarquiniis allata eſſe. Virgas ſæcures tubas ſacrorumque ritus: auguria & muſicem dionyſius quem alii ſequuntur ſcribit hæc ornamenta totius hetruriæ conſenſu allata fuiſſe tarquinio priſco ĩ ſignum pacis: ornamenta data a thuſcis fuerunt: ſceptrum eburnum: in cuius uertice aquila erat. Sella curulis eburna: corona aurea pretexta inſigne magiſtratuum. Veſtis triumphalis quæ picta erat. uicti hetruſci regum ſuorum inſignia tarquino attulerunt quibus reges romani uſi ſunt & conſules & prætores aliqui dicunt hæc inſignia fuiſſe accepta a romulo poeta non ſine ratione dicit uetuloniam dediſſe ornamenta quoniam erat regia regum hetruſcorum & illarum urbium caput quæ & populonia dicebatur Virgilius populoniam matrem appellat: ſita erat in promōtorio. Meoniæ gentis: hetruſcæ quoniam meonii tenuerunt hetruriam: ut dictum eſt. Tacito terrore: nam ſecures uiſæ terrorem omnibus incutiebant quanuis nihil dicerent præferebantur quippe ad terrorem & etiam faſces quibus ſupplicio afficiebantur nocentes. Curules ſellas prætorum & edilium curulium. erant enim ediles populares & curules qui reddebant iura et de quibuſdam rebus proponebant edicta. unde eſt edilitium edictum in libris digeſtorum & horum dicebatur maior ædilitas lege plutarchum in uita Marii. gællius ait libro quarto ſenatores qui curullem magiſtratum geſſiſſent curru in curiam uehebantur honoris gr̄a. In quo curru ſella eſſet ſupra quam conſiderent quæ ob eam cauſam curulis appellaretur. Princeps: prima. Oſtro: purpura: quoniam prætexta quæ erat inſigne magiſtratuum dicta eſt qm̄ purpura pretexebaꝰ. iō dicit poeta pretexuit ut prætextam intelligeret: Macrobius ait: tullus hoſtilius debellatis hætruſcis ſellam curulem lictores: et togam pictam atque prætextā quæ inſignia magiſtratuum hetruſcorū erant primus ut romæ haberētur inſtituit: ſed prætextam illo ſæculo puerilis nō uſurpabat ætas: erat. n. ut cætera quæ enumeraui honoris habitus lictores apud antiquos ferebant faſces: apparitores uero ſecures.

Aeræ:tuba ænea quam romani acceperũt ab hetruſcis. Nepetina:nepe oppidum prope ſutriũ qd' adhuc retinet nomen. Equique faliſci:æquum faliſcum oppidum in uia flaminia cuius ruinæ ad/ adhuc uiſuntur:& ueſtigia corrupto uerbo apud ſtrabonem:habet enim impreſſus codex caci ſinfa/ liſcum. Virgilius dicit æquoſque faliſcos. Flauina:oppidum fuit hetruriæ quod intercidit ſabatia ſtagna ſunt ad mare prope romam quorum meminit ſtrabo:lacus cimini & ſylua eſt.inter roncilionẽ & uiterbium:nunc dicitur lacus uici:illam ſyluam fabius peruiam fecit romano militi:Virg.& cimi/ ni cum monte lacus:Sutrium adhuc retinet nomen oppidum uetuſtiſſimum diſtat ab urbe.xxiiii.mi.paſſ. Soracte: mons phœbo ſacer: in confiniis ſabinorum:& thuſcorum:ideo poeta dicit hetruſcos frequẽtare ſoracte in ea parte.ſ. montis quæ uergit ad thuſcos: quoniã in altera habitant ſabini. Codone:pelle.nã codon ſignificat pellem feræ cru/ dam. Lycios arcus:appollineos a lycia ubi appollo colebatur: hi populi hẽbãt haſtas & dampnabant arcus. Cautum: munitum & tectum. Marſica pubes: poſt truentũ fluuium aſculi de quo di/ ctum ẽ ad meridiem ſũt marrucini: frẽtani:ueſtini:peligni:& marſi cõtermini latinis:qui quondam bellicoſi fuerunt & a Virgilio inter acies italiæ populos ĩ primis commemorant: his uerbis:hæc genus acre uirum marſos pubemque ſabellam.aduerſabãtur ẽt ſerpẽtibus quẽ/ admodum pſyli in aphrica & oblonge/ nes in ĩſula cypro:callebant ẽt uires herbarum quæ plurimæ in marſis monti/ bus gignuntur:nomen acceperũt ut uoluit plinius a marſo cyrces & ulyxis filio ſyllius dicit denoĩatos fuiſſe a marſia q cum appolline certauit:& uictus migrauit ad populos quos a ſe marſos appellauit:aliqui uolũt appellatos a marſia duce lydorum qui illic condidit archippe oppidum hauſtum quõdam a fucino lacu:hiagnis autore apulcio pater fuit marſiæ eumque muſicen docuit:erat marſias uultu ferino trux:hiſpidus multibarbus ſpinis:& pilis obſitus:marſias ẽ fluuius phrygiæ apud celenas in cuius ripis optime harundines ad cantum naſcuntur. ideo nata eſt fabula de marſia muſico. Anguitia ſoror fuit circes & medeæ filia cætæ regis colchoꝝ & tenuit loca uicĩa fucĩo q ẽ lacus apud marſos:docuitque marſos remedia aduerſus ſerpẽtes:carminibus eos ſopire & tactos carmĩe:& ſuctu leuare:docuit etiam magicem deducere lunam e cœlo quod in primis exercuerunt theſſalæ mulieres.unde theſſalicus rhombus apud poetas & atraciam artem ideſt magicen theſſalam apud papinium in thebaide. Cantare:carminæ immittere ſo/ num ſerpentibus. Hebetare:obtuſum reddere ut nocere nõ poſſet. Prolem:filiam.Mala grãia. herbas ueneficiis aptas quas herbas nocẽtes appellat Horatius. Domare:uincere & liberare læſos tactu.

Excuſſiſſe:deduxiſſe ut herbas deſpumaret ueneficiis præparatas.unde iuuenalis notans garrulita/ tẽ mulierũ ait:una laboranti poterit ſuccurrere lunæ: & Papinius qualis per nubila phebes a tracia rubet arte labor: & Horatius ĩ ſermonibus:ſerpentes atque uideres infernas: errare canes lunamque rubentem ne foret his teſtis poſt magna latere ſepulchra. Metuentior:metuens comparatiuum pro poſitiuo:nam timebat apollinem. Phrygios crenos:ideſt locum & uallem phrygiæ inqua uictus fuit marſias ab apolline quæ aulocrene dicitur autore plinio prope urbem celenas:plinius ait marſias ibi creditur ortus ac paulopoſt conditus. Vbi certauit tibiarum cantu cum apolline aulocrene uocatur uallis. Lucanus:& quæ tua numĩa pallas lugẽt dãnate phebo uictore celene:& Herodotus libro ſeptĩo ſcribit apud celenas fuiſſe pellem marſie detractam ab apolline formatam in utrem. Loton: lotos arbor ex qua optimæ fiebant tibiæ Mygdonia eſt prouincia phrygiæ ubi fuit pria marſiæ: ideo tibi/ am marſiæ appellauit lotõ mygdoniã. Pectĩe phœbi:plectro:& cithara apollinea. Superatus loton. ideſt uictus ab apolline in certamine muſices. Marruuium:oppidum marſorum conditum a marro caput erat marſorum. Alba: urbs inædito loco ſita:ubi plurima antiquitatis monumenta: extãt: pomis habundat & propter ſiccitatem ſoli non magnam uim habet tritici: diſtat nunc a fucino lacu tribus milibus paſſuum quondam erat propinquior:cum fucinus ad ueterem ripam ſe extende/ ret et antequam agri eſſent deſiccati emiſſario claudii principis. Interior :uerſus latinos.

Ludos:perfuſos aqua fucini qui quondã excreſcebat in campos albenſes:ut uetus ripa ipſius teſtatur

Hæc eadem pugnas accendere protulit ære
Hos iuxta nepeſina cohors æqque faliſci
Quique tuos flauĩa focos.ſabatia quique
Stagna tenẽt:ciminique lacũ: q ſutria tecta
Haud procul et ſacrum phœbo ſoracte frequentãt.
Spicula bina gerunt caput his cudone ferino.
Stat cautum lycios damnant haſtilibus arcus.
Hæ bellare acies norant.ac marſica pubes
Et bellare manu:et chelydris cãtare ſoporem.
Vipereumque herbis hebetare et carmine dentem.
Aeetæ prolẽ anguitiam mala gramina primam
Monſtrauiſſe ferũt:tactuque domare uenena.
Et lunam excuſſiſſe polo:ſtridoribus amnes.
Frenãtem:ac ſiluis montem nudaſſe uocatis.
Sed populis nomen poſuit metuentior hoſpes
Cũ frigeret phrygios trans æquora marſia crenos
Mygdoniam phœbi ſuperatus pectine loton.
Marruuium ueteris celebratum noĩe marri
Vrbibus ẽ illis caput interiorque per udos.

occupabantur uicini agri incrementis aquarum:quæ per .vii.annos fiebant:aliqui ex romanis uoluerunt effoſſo monte lacum emittere in lyrim amnem:ſi agri ſiccati cōcederenť: claudius prīceps emiſſarium fecit magis:ut inquit Tranquillus ſpe gloriæ quæ cōpendii:ager albenſis cum ſit glareoſus nō multum eſt aptus cereri ſed potius croco:& pomis alba:quondam numerabatur inter urbes latinas: Ideo dicit Strabo alba marſis finitima:oppidulum quod ceſas appellant indigenæ meum natale ſolū quattuor milibus paſſuum ab alba diſtat:ad radices montis ſitum:in quo dictamnum naſcitur: hæc dixi ne ingratus erga patriā uiderer meam:qua nil mihi eſt iucundius: nil antiquius.

A lba ſedet campos:pomiſque repēdit ariſtas:
C ætera in obſcuro fame et ſine noīe uulgi
S ed numero caſtella ualēt:cōiungitur acer:
P elignus:gelidoſque rapit ſulmone cohortes.
N ec cedit ſtudio uicinus ſanguine miles.
Q uem genuere cales:nō paruus cōditor urbi.
V t fama ē callais boreæ quem rapta per auras
O rithyia uago geticis nutriuit in antris.
H aud illo leuior bellis ueſtina iuuentus.
A gmina dēſauit uenatu dura ferarum.
Q ui fiſcelle tuas arces pinnamque uirentem
P aſcuaque haud tarde redeūtia cōdet auellæ:
M arrucina ſimul frētanis emula pubes
C orſini populos magnūque teate trahebat.
O mnibus in pugna fertur ſparus.oībus alto
A ſſuete uolucrem cœlo dimittere fundæ.
P ectora pellis obit ceſi uenatibus urſi.
I am uero quos diues opū:quos diues auorum
E t toto dabat ad bellum campania tractu.
D uctorum aduentum uicinis ſedibus oſci
S eruabant:ſinueſſa tepens:fluctuque ſonorum:
V ulturnum:quaſque euertere ſilētia amicle.

Acer pelignus:peligni ſūt poſt marſos:quorum caput nunc eſt ſulmo patria Ouidii:ſita eſt ea urbs in plāo circundata montibus:aquis irrigua qbus locus ille in æſtate amenus efficitur in hyeme autē frigidiſſimus: Ouidius appellat ſulmonem aquaſum. Acer:bellicoſus. Vicinus miles ſanguine: ideſt qui erat ex caſtello ſanguinis:quod adhuc retinet nomen & celebre eſt: nundinis quæ illic quot annii celebrantur: poeta dicit caſtellum ſanguinis habuiſſe originem a calibus:quæ ſunt in campania nomenque ſortitæ ſunt a calai cōditore ut canit ſyllius:a calibus uinum calenum dictum:ubi etiam autore Catone in re ruſtica fiebant optimi centones:calais fuit filius boreæ: & orthie filiæ erithei athenienſis:quam rapuit boreas ſiue thraces nomine boreæ. Vnde Ouidius in heroidibus. Nomine cæperūt aquilonis ericthida thraces & alibi. Tam gelidus cum ſis:nec te tamen īprobe quōdam. Ignibus atteis incaluiſſe neges. Geticis: threiciis quoniā getæ mixti fuerunt thracibus. Vago: quoniam uenti uagantur. Veſtina iuuentus: ueſtini ſunt contermini pelignis: & marrucinis:qui uſque ad truentum extēdūtur ex alio latere ſunt confines ſamnitibus & campanis:apud ueſtinos erat quōdam copia caſei qui ueſtinus appellať: de quo Martialis.ſi ſine carne uoles ientacula ſumere frugi.Hæc tibi ueſtino đ grege maſſa uēit:fiſcellū fuit oppidum ueſtinorum. Pinnam uirentem:pinna adhuc retinet nomē quoniam diciť ciuitas pinnæ urbs uetuſtiſſima ultra pelignos uerſus mare adriacum clara oliuetis & olei copia ac paſcuis:ideo pinnam uirentem appellauit. Auella:oppidum ueſtinorum a quo auellana dicitur autore Macrobio:hēt etiam ea urbs paſcua uiridia:& quæ attonſa ſtatim reſurgūt. Marrucina ſimul:marrucini & frētani accolunt orā maris adriaci uſque ad appullos:& ab alio lateř picenos:a quibus truēto fluuio ſeparantur:frentani dicūtur a frentano oppido quod erat prope theanum appulum. Corſini:corfinium caput aliquando pelignorum fuit quod ſamnites commune uniuerſis demōſtrantes trāſlato noīe italicam appellantes contra populum romanum receptaculum propugnaculumque conſtituerunt.Syllius corfinium aſcribit marrucinis. Magnum theate:theate caput fuit marrucinorum, ideo ait magnum adhuc retinet nomen:dicitur enim ciuitas theatis. Sparus:eſt telum agreſte:habebant etiam fundas quibus aues ex aere deiiciebant. Obit:circundat. Iam uero quos diues opū: poſt lyrum amnem eſt campania dicta a capua:quondam in campanie erant populoſæ urbes: quæ capuam perinde ac earum caput appellarunt:fœlix regio uini præſtantia & tritici: unde Plinius ait hinc felix illa campania:quam ueteres dixerunt ſummum liberi patris cum cerere certamen. Toto tractu:tota regione.tractus proprie diciť cōuallis. Oſci:fuerūt populi cāpaniæ antiquiſſimi & liguā p ſe oſcā hēbāt ex qua et qbuſdā aliis facta ē romana. Sinueſſa:adhuc retinet nomē hēns aqs callīdas uoluptati & curādæ ualitudini aptas.iō ſinueſſā appellat tepentē. Vulturnū: oppidū & fluuius eiuſdē noīs ī cāpania. Amycle.ī cāpania deletæ fuerūt a ſerpētibus autoř Plinio.iō poeta dicit ſilētia illas euertiſſe qm̄ nullo clamoř hoſtiū deletæ ſūt.q̄re Vir.tacitas dixerit amiclas ſeruius rōes refert.

Fundi ciuitas campaniæ adhuc retinent nomẽ. Careta: appellata eſt a curuitate littoris: quoniam lacones qui illic habitarunt careta curua appellant: aliqui uolunt denominatam a nutrice æneæ illic regnauit Lamus rex leſtrigonũ: a quo lamiarum familia romæ Horatius. In carmnibus heli uetuſto nobilis ablamo. Domus antiphate: ideſt formiæ: nam phormiis regnauit antiphates rex leſtrigonum: phormias Lachonei condiderũt: Plinius ait: poſt caietam eſt oppidum phormiæ antiqua leſtrigonum ſedes. Compreſſa freto: quoniam eſt ad mare inferum. Linternum: oppidum eſt prope ſinueſſam habens ſtagna & paludes. Cumæ oppidum campaniæ cõditũ a chalcidenſibus qui ex euboia uenerunt & ẽt cumeis a quibus nomen accepit: clarum oraculo ſybillæ quá cumeam appellant & templo Apollinis qđ dedalus poſuit ideo Virg. arcem cumeam chalcidicam appellat prope cumas ẽ palliaria ſylua: aliqui uolunt cumas a fluctibus dictas: cymata enim græce fluctus dicũtur latine. Nuceria: oppidum cãpaniæ adhuc retinet nomen. Gaurus: oppidũ ad mare cum optima ſtatione nauium eriplea etiam dicitur: ideſt bõa nauigãtibus: Papinius in ſyluis: & placidum limen numẽque euplea carinis: etiam eſt illic gaurus mons uitibus conſitus. Idẽ papinius ſpectat & Icario nẽoroſus palmite gaurus. Naualibus: nauale dicitur proprie locus in quo naues fiunt: & continentur priuſq̃ in aquam deducantur. Prole dicarchea: ideſt puteolanis colonis: puteoli prius uocabant̃ dicarchia quoniã ea ciuitas quondam iuſtiſſime regebatur. Inde a puteorũ frequentia nomen accepit: ut aliqui uoluerunt ab aquarum putore quæ ſulphureæ per totum illum tractum ſcatent.

E undique et regaciata lamo caieta domuſque
A ntiphate cõpreſſa freto: ſtagniſque paluſtræ
L internũ: et quõdam fatorum cõſcia cumæ
I llic nuceria et gaurus naualibus apta
P role dicarche a multo cum milite graia
I llic parthenope ac peno nõ ꝑuia nola
A life et clanio cõtempte ſemꝑ acerræ
S arraſtis etiam populos totaſque uideres
S arni mitis opes: illic quos ſulfure pingues.
P hlegrei legere ſinus miſenus et ardens
O re gigãteo ſedes ithaceſia bai.
N on prochyte nõ ardentem ſortita typhoea
I narime non antiqui ſaxoſa telonis.
I nſula: nec paruis haberat calatia muris
S urrentum et pauper ſulci cerealis auella
I n primis capua heu rebus ſeruare ſerenis.
I nconſulta modum et prauo peritura tumore.
L ectos rectoris formabat ſcipio bello.

Graia parthenope: neapolus quam cumei: inde chalcidenſes incoluerũt & ex pithercuſis atheniſque ueniẽtes. Vnde neapolis ideſt noua ciuitas appellata: & ideo graram parthenopen appellauit: hoc nomen a parthenope una ex ſyrenibus ſortita eſt cuius ſepulchrum neapoli oſtendebatur. Nola: clara ciuitas adhuc nomen retinet quam annibal poſt pugnam cannẽſem expugnare adortus a Marcello qui erat ĩtus a muris pulſus fugatuſque eſt: tũc primum annibal didicit ſe poſſe in italia uinci. nola eſt prope ueſuuium montem qui nũc dicitur mons ſummæ: ubi naſcitur uinum græcum arſit ille mons imperante Tito in qua conflagrationẽ duo uiri clariſſimi deſiderati ſunt Saleius baſſus & Plinius qui naturalem ſcripſit hiſtoriam. Poeno: ãnibali. Aliphe: oppidulũ campaniæ & etiam acerræ quas clanius amnis undationibus infeſtat. ideo dicit Virgilius: & uacuis clanius non æquus acerris. ſunt acerræ ꝑpe nolam: & nuceriam. Sarraſtis populos: Sarnus fluuius adhuc retinet nomen a quo ſariaſtes populi: iõ poeta mittem appellat: ſarnum quoniam non ẽ præceps in curſu nec accolas inundationibus uexat. Phlegrei ſinus: campus phlegreus ẽ in campania in quo hercules: ut uolunt fabulæ prope acheruſiam paludem deleuit gigantes & a pompa triumphi pompeios oppidum appellauit quod ideo fictum eſt autore Strabõe quoniam terra illa ſuapte uirtute præliorum concitatrix erat: ſulphureus eſt ille tractus & ideo calidas habet aquas & aliquando naturali incendio flagrat. Miſenus: eſt promontorium ꝑpe cumas denomĩatum a miſeno comite æneæ ut placet Virgilio. Sedes bai: baius ſocius ulyſſis ithacenſis nomen dedit bais ubi erant balneæ ab omnibus celebrate fingunt poete typheum gigantem fulmine deiectum ſub his locis eſſe ſepultum. Ithaceſia: ab ithaca patria ulyxis. Prochyta: eſt ĩſula ante auſenum prope quam eſt in arimæ quæ & ænaria dicitur a ſtatione nauium eneæ ſub qua dicit̃ ſepultus typheus gigas. Inſula telonis: capreæ ubi telon ut dictum eſt regnauit: ſaxoſa ẽ inſula non procul a neapoli. Calacia: oppidum campaniæ prope ſurrentum. Vnde pocula quondam afferebantur. Martialis Surrentina bibis: nec myrrhina picta nec aurum. Sume dabunt calices hæc tibi uina ſuos Auella oppidum non ꝓcul & nuceria quæ anguſtos habet campos ad Triticum ferendum.

Capua eſt caput campaniæ ut dictum eſt quæ fortunæ indulgentia elata poſt pugnam cannenſem deſciuit ad poenos. Serenis: proſperis. Modum: mẽſuram. Prauo tumore: ſuperbia ut habebimus demũ romãi cãpanos ui ſubactos calamitatibus affecerũt: & eoꝝ agros ſorte diuiſerũt. Scipio: q poſtea cognoĩatus ẽ aphricanus: hos populos formabat ad prælium: & uoluit ut pilis ideſt haſtis uterẽt.

Ferro:thorace ferreo de more parentū nā cāpani gerebāt tela leuia Vir. de campanis ait teretes ſūt aclides illis tela:ſed hæc lēto mos eſt aptare flagello. aclis ē tælum breue qd' a mēto iuuat'. Ad rura: ad uſū ruris & agriculturæ ipſe Scipio quē laudat poeta. Vibrare:uibrabat. Murales:foſſas murorꝶ. Vadū:fluuiū. Alite planta:pede celeri.i.curſu ſupabat equū q admotis calcaribus īpellebatur ad curſū. Præuertit:tranſit Vir.dixit uolucrēque fuga præuertit' ebrum:& horatius ī ſermonibus illuc præuertamur.i.tranſeamus. Spatiū:diſtantiā quæ erat ab uno latere caſtrorꝶ ad aliud. Martia:bellicoſa & ſeuera. Faciles:molles nō retortæ. Flagrabant lumina:ad imitationē Virgilii tribuit hoc Scipioni poeta q de Auguſto ſic cecinit ī octauo: gemīas cui tpa flāmas Læta uomunt. Suetonius de oculis auguſti ſic ſcribit. Oculos habuit claros:& nitidos qbus ēt exiſtimari uolebat ineſſe quiddā diuini uigoris:gaudebatque ſiqui ſibi acrius intuēti quaſi ad fulgorē ſolis uultū ſuū ſubmitterēt. ad qd' alludit ſyllius dicens: gratuſque inerat uiſētibus horror.

Ille uiris pila et ferro circundare pectus
Addiderat leuiora domo de more parentum
Geſtabant tela ambuſtas ſine cuſpide cornos:
Aclidis uſus erat:factæque ad rura bipennes.
Ipſe inter medios uenturæ ingentia laudis
Signa dabat:uibrare ſudem tranſmittere ſaltu
Muralis foſſas undoſum frangere nando
Indutus thoraca uadum:ſpectacula tanta
Ante acies uirtutis erant:ſæpe alite planta
Ilia perfoſſum et campi per aperta uolantem
Ipſe pedes præuertit equum:ſæpe arduus idem
Caſtrorum ſpatium et ſaxo tranſmiſit et haſta.
Martia frons facileſque comæ:nec pone retroque
Cæſaries breuior:flagrabant lumina miti
Aſpectu gratuſque inerat uiſentibus horror.
Affuit et ſamnis nondum uergente fauore
Ad penos:ſed nec ueteri purgatus ab ira.
Qui batalum mucraſque metunt bouiania quique
Fatigant luſtra aut caudinis faucibus herent.
Et quos aut rufre aut quos eſernia:quoſue
Obſcura incultis herdonia miſit ab agris.
Bruttius haud diſpar animorum:unaque iuuentus
Lucanis excita iugis:hirpinaque pubes
Horrebat telis:et tergo hirſuta ferarum
Hos uenatus alit:luſtra incoluere ſitimque
Auertunt fluuio:ſomnique labore parantur.
Additur his calaber:ſalentinæque cohortes.

Affuit & ſamnis:deſcribit nūc ſamnites q ſūt poſt cāpanos orti a ſabinis uoto uere ſacro.īde ſabelli dicti p diminutionē opicos q uicatim habitabant eiecerunt ſedeſque illic poſuere ſuas:nunc ad bellū uenerūt ꝓ romanis ſed ignominiæ acceptæ cum ſcilicet ſub iugum miſſi ſūt illis ī mētē ueniebat.poſt cladē ad cānaſ defecerūt ad annibalē.L.ſylla tādem eos deleuit. Veteri ira:ſamnites bellum gerētes cū romanis.T. Veturio caluino.&.ſp. Veturio conſſ.ad furcas caudinas quæ ſūt ī ſamnio exercitū romanum inſidiis:& fraude locorum circumuētum cum magno romani nominis dedecor' ſub iugū miſerunt:& ipſos conſules prope ſeminudos.Inde papyrius curſor ſānites magno prælio uicit.& ut ignominiam acceptam ulciſceretur ſeptem milia hoſtiū ſub iugum miſit:& adempta ſigna recuperauit & pontius herennii filius ſamnitum imperator ut conſulum ignominiam expiaret ſub iugum cum cæteris miſſus eſt.aliq dicūt non a papyrio ſed a.l. Cornelio dictator' ſamnites ſub iugum miſſos fuiſſe.hæc aūt erat uetus ira quā ſamnites habebant erga romanos. Batalum:mucræ & bouianum fuerūt oppida ſamnitum.bouianum fuit oppidum caput ſamnitum opulentiſſimū armis uiriſque.īde bouiania luſtra dicit.i.ſyluas:& paſcua luſtra ſt' cubilia ferarū:& latebræ. Fatigant:exercent uenando & colendo. Caudinis faucibus:furcæ caudinæ ſunt in ſamnio ſaltus duo ſunt inquit Liuius alti anguſti ſyluoſique:mōtibus circa perpetuis inter ſe iuncti iacet iter eos ſatis patens clauſus in medio campus herbidus aquoſuſque per quem medium eſt iter:ſed antequā uenias ad eum intrādæ primæ anguſtiæ ſunt:& aut eadem qua te inſinuaueris retro repetenda uia ē: aut ſi ire porro pergas per alium ſaltum arctiorem impeditioremque euadendum. Rufre:eſernia:& herdonia fuerūt oppida in ſamnio ſamnites nunc dicuntur beneuentani. Bruttius haud diſpar aīorū:bruttii ſūt poſt ſamnites uſque ad fretū ſiculū ita denoīati autore Strabone ad cōtumeliā a lucanis quorꝶ fuerāt paſtores a qbus aufugerunt:nā bruttius ſingua lucana ſignificat rebellē. Trogus tamē dicit denoīatos fuiſſe a bruttia muliere quæ illis tradidit lucanorum oppidum. lucani ſūt finitimi bruttis:quorum caput erat petilia cōdita a philoctete.lucani habuerūt originē a ſamnitibus.hirpini ſunt finitimi lucanis:qui etiā ſamnitica gens ſunt:& ex lupo nomē acceperunt: qui illis in deducenda colonia dux oblatus eſt.Lupum.n.ſamnites uocant hirpum. Additur his calaber:Calabria dicta eſt etiā meſſapia a meſſapo duce.& peucetia a peucetio fratre œnotri:qui ueniens ex arcadia in iapygiis mōtibus cōſcedit.œnotrus uero ī alia parte italiæ:quæ uergit ad mare tyrrhenū.& a ſe denoīauit œnotros.

Quondam hæc regio magna græcia dicta eſt. Salentini ſūt poſt appulos appellati a ſalo ideſt mari. In quo idomeneus ueniens ex creta cum illyricis amicitiam iniuit. Coaluerunt enim ſalentini ex creta illyrico:& italia. Brunduſium:eſt oppidum in finibus italiæ uerſus peloponneſum. portu nobile nomen accepit a ſitu & natura loci ac portus:forma enim ipſa cornibus ceruinis ſimillima eſt. lingua quippe meſſapiorum brunduſium dicitur caput cerui. Cethego audaci:alludit ad illum cethegum qui in rem pu. coniurauit una cum aliis corruptiſſimis ciuibus duce catilina. & tandem in carcere tulliano necatus eſt. Indiſcreta: indiuiſa quoniam erant omnes permixti. Leucoſia:inſula eſt e regiōe ad ſinum poſſidoniatem. nomen ab una ex ſyrenibus ſortita. Picentia:erat caput picentum q ſunt prope lucanos & ſamnites. peſtū oppidum lucaniæ aliter poſſidonia dicitur. ubi roſaria bis in āno geminabāt. Vnde Martialis biferique roſaria peſti.

Cerille:oppidum picentum quod ānibal deleuit cum nimia pertinacia romanorum amicitiam coleret:& illis fidem ſeruaret. Sylarus:eſt fluuius inter picētes & lucanos: cui proprium illud ieſſe traditur inquit Strabo ut ī eius aquam demiſſa uirgulta durentur in ſaxū forma tamen:coloreque ſeruato. Inoleſcere: indurari ſalernum oppidum paulo ſupra mare quod pugnax ideo appellāt quoniam romani propter picentes lucanos: & bruttios ſalernum cuſtodiæ gratia muniuere falcatos curuos inſtar falcis Vir. Falcati quominus enſes. Buxētum:eſt oppidum lucaniæ:a quo buxentia pubes. ipſe cethegus. Exertus:nudatus. Gentili more:quoniā cethegi nudo humero ibant ad bellum. unde cinctuti dicebātur: hic mos auſpicium habuit a. L. cethego qui in pugna uſus eſt humero exerto Lucanus exertique manus ueſana cethegi. Duro: aſpero q̄m non timebat frena. Robur iuuēte:ſuæ ſcilicet ipſe cethegus exercebat ī ore æq duro:& non parente lupatis. Vos etiam attritæ: deſcribit nūc gallos ciſalpinos quos dicit bello attritos quoniā huius regionis populi gallicum ante ea pertulerant furorem:& in tranſitu annibalis multa incommoda acceperant. Deſolatæ: deſtitutæ & exhauſtæ uiris ī bello deſyderatis. eridanus alio nomīe dr̄ padus. qui ut ſcripſit ſceptius metrodorus nomen accepit a picea arbore quæ plurima eſt ad ipſius fontem & a gallis pades dicitur. Inde cum phaeton qui & eridanus dr̄ ardens ī ipſum decidiſſet eridanus appellatus eſt.

Votis: deſyderiis. Placentia quaſſata bello:quoniā ꝑpe placentiā ānibal uicit romanos ut dictū ē. quā expugnare ēt tētauit. placentia:& mutina retinēt adhuc nomen. Mantua urbs inſignis Vir. alūno ideo dicit ipſam eſſe domum muſarum. Cātu andino:tuba Virgiliana quoniam Andes uicus eſt diſtans a Mātua duobus milibus paſſuum quem pletulas nunc appellant: Vbi natus eſt Virgilius ut ſcribit Valerius probus. Plectris ſmyrneis:homericis uerſibus. ſmyrna eſt ciuitas meoniæ in aſia patria homeri quem Virgilius imitatus eſt: & æquauit. ideo dicit Iuuenalis dubiam facientia carmina palmam. æmulus dicitur eiuſdem rei ſtudioſus. uerona eſt ad radices montium ultra quos habitant germani quam ateſis fluuius ingreditur & magnam ipſius partem ambit. ideo ueronam atheſi circunfluam dicit. Verone adhuc uiſitur amphitheatrum cum gradibus. Fauentia: eſt urbs inter forum liuii. & forum Cornelii ideſt imolam. In agro fauentino quondā erāt pinus: quæ agris ornamento fūt.

Vercelle:urbs adhuc retinet nomen. ubi erant aurifodinæ. Pollentia:urbs oues nigras & ad lanā optimas hēbat ideo ait pollentiā eē feracem fuſci uilli: ideſt lanæ nigræ. uillus ſignificat pilū. Inde uilloſum animal piloſum dicimus. In laurentia bella:quæ fuerunt ī agro laurenti inter Turnū & æneā.

N ec non brunduſium quo deſinit itala tellus
P arebat legio audaci permiſſa cethego.
C ui ſocias uires atque indiſcreta maniplis.
A rma recenſebant:nunc ſeſe oſtendere miles.
L eucoſiæ e populis:nunc quem picentia peſte
M iſit:et exhauſte mox peno marte carille
N unc ſilarus quos nutrit aq̄s:quo gurgite tradunt:
D uriciem lapidū merſis inoleſcere ramis.
I lle et pugnacis laudauit tela ſalerni.
F alcatos enſes et quæ buxentia pubes.
A ptabat dextris irraſæ robora clauæ.
I pſe humero exertus gentili more parentum:
D ifficili gaudebat æquo:roburque iuuentæ
F lexu cornipedis duro exercebat in ore.
V os etiam attritæ deſolatæque uirorum.
E ridani gentes nullo attendente deorum
V otis tunc ueſtris:caſura ruiſtis in arma.
C ertauit mutinæ quaſſata placentia bello.
M antua mittenda certauit pube cremonæ.
M antua muſarum domus:atque ad ſydera cantu
E uecta andino:et ſmyrneis emula plectris.
T um uerona ateſi circunflua:et undique ſollers.
A rua coronantem nutrire fauentia pinum.
V ercellæ fuſcique ferax pollentia uilli
E t quondam teucris comes in laurentia bella

Hocni priſca domus: hocnus filius fuit tyberis & mantus filiæ tyrheſiæ uatis thebani. hĩtauit prius ĩ his montibus ĩ qbus tybris eius pr̃ oritur: & hæc erat patria domus hocni qui & bianor dictus ẽ: a quo arbitror denominatũ eſſe oppidũ bianorũ quod eſt prope bononiã. hocnus compata manu ſuorum ĩ ſubſidiũ æneæ ꝓfectus eſt. unde Vir. in decimo canit. Quin etiã patriis agmen ciet hocnus ab oris. fatidicæ manthus & thuſci filius amnis: diſcedens ex his montibus q ſunt inter bononiam & florẽtiam hocnus in loco plano urbẽ condidit & a nomĩe matris mantuã appellauit. Ideo dicit: Vir. Qui muros

Hocni priſca domus paruique bononia rheni.
Quique graui remo: limoſis ſegniter undis
Lenta paludoſæ perſcindunt ſtagna rauennæ
Tum troiana manus tellure antiquitus orti
Euganea profugique ſacris antenoris oris.
Nec non cũ uenetis aquileia ſuperfuit armis:
Tum pernix ligus et ſparſi ꝑ ſaxa uageni
In decus annibalis duros miſere nepotes.
Maxima tot populis rector fiducia brutus.
Ibat: et hortando notum accendebat in hoſtem.
Leta uiro grauitas. et mentis amabile pondus
Et ſine triſtitia uirtus non ille rigoris.
Ingratas laudes: nec nubem frontis amabat.
Nec famam leuo querebat limite uitæ.
Addiderat ter mille uiros in marte ſagittæ
Expertos fidus ſicula regnator ab etna.

matriſque dedit tibi mãtua nomẽ. Mãtua coaluit ex thuſcis thebanis: & uenetis unde Vir. canit. Gẽs illi triplex. Bononia: olĩ felſina dicebaẗ ad radices appennini: eratque princeps hetruriæ ĩde facta eſt romanoꝝ colonia nomen accepiſſe arbitror a bois barbara lĩgua noĩe paulum uiolato quoniã in eo tractu boi habitarunt quorũ tribus centum &. xii. fuiſſe ſcripſit cato ĩ originibus claris uiris bononia cenſeẗ, & ĩprimis Ruffo poeta cuius mortem ꝺplorat Martialis. rhenus eſt fluuius bononiæ cuius pars urbẽ nunc ingreditur ĩ cuius ripis calami naſcunẗ ſed ſagittis aptiores q̃ chartis. paruum rhenum bononiẽſem appellat ad driãm rheni germanici. Rauẽna: ĩter paludes poſita eſt a ſabinis cõdita: quondã illic erat optĩa gladiatorũ educatio.

Tũ troiana manus: nunc ꝺe euganeis: & patauinis loquiẗ: qui ab Antenore troiano habuerũt originem q euerſa troia mare cõſcendit: & heneti cũ eo qui occiſo eorũ rege philomene ad troiã anthenoris auſpicia ſequuti ſunt: ſuperato egeo mari ionium ingreſſus ad litus ad intimum maris adriaci ſinum peruenit & euganeis q ea loca ĩcolebant pulſis patauium cõdidit: & ab henetis ueneti dicti ſunt. h. mutato in. u. conſonũ: ut heneti: ueneti: ſtrabo tamẽ ſuſpicatur ortos eſſe hos populos a uenetis quĩ ſunt ad oceanum gallicum: euganei ſunt appellati a præſtantia & nobilitate generis. Inde q honeſtos habet natales eugenius dicitur. Sacris oris: fatalibus. Profugi: a troia: ſcilicet unde ad euganeos nauigauit. Aquileia: urbs ultra fines uenetiæ condita a romanis contra imminentes barbaros. Tum pernix ligus: nunc deſcribit ligures qui ſunt inter galliam & thuſciam quorum caput genua eſt incolunt montes: quondam uicatim habitabant terram arantes aſperrimam, fatigânteſque ligonibus: ideo dicit uagenos liguriæ populos eſſe ſparſos per ſaxa: quondam ligures non multum æquo militabant: ſed pedites in tumultuariis præſertim pugnis optimi erant: ideo poeta ligures pernices appellat ideſt ueloces incurſu: & agiles ad prælia utebantur æreis parmis.

Indecus annibalis: quoniam ſuperati fuerunt ad cannas; quæ uictoria annibalem ornauit. Duros: patientes laborum Virgili. dicit. Aſſuetumque malo ligurem. Brutus: alludit ad brutum nepotem catonis uticenſis ex ſorore ſeruilia: Virum grauiſſimum & in philoſophia ſecundum a Cicerone: qui autor fuit cædis cæſarianæ, brutus inquit Plutarchus bonarum artium diſciplina: & philoſophiæ ſtudiis imbutus moreſque ſuos & natura graues: & humiles ciuilibus negociis excitans ad bonum & æquum modeſtiſſime ferri uiſus eſt: & alibi dicit: brutum ferunt uirtutibus ſuis a pleriſque amatum ab amicis deſyderatum etiam maxime clemens fuit atque magnanimus ab omni iracundia uoluptate auaritiaque alienus: mentem etiam rectam & inflexibilem ad bonum & æquum conſeruãs maximam ſibi gloriam auxit. Grauitas læta: adiuncta facilitati: & clementiæ. Pondus mentis: prudentia grauitas fortitudo ſeueritas: magnitudo animi: cum gratia: & humilitate ut ab omnibus amaretur. Sine triſtitia: nam tanta uirtute præditus & grauitate inſita præſe ferebat hilaritatem: & nolebat laudari a rigiditate: nec amabat frontem obductam: & nubilam ſed ſerenam: & candidã ideſt nolebat uideri grauis: & ſtoicus ſqualore uultus & habitu horrido atque inculto: nec quærebat famam ſimulatione ſed mera uirtute: & talis erat qualis uideri uolebat. Leuo limitæ uitæ: ideſt nõ ſimulatiõe uirtutis: ſed uera uirtute quærebat famã cũ nihil ſimulatũ poſſit eẽ diuturnũ: ille quærit famã nõ r̃cto limite uitæ q ꝑuerſa agit: & uult uideri bonus atque laudari ut ſũt philoſophi ficti quos taxat Iuue. & glaucus apꝺ platonẽ in. ii. de re. pu. dicit poſtremã iniuſtitiã eſſe hoĩem malum bonum apparere. Fidus regnator ab ethna hyeron rex ſyracuſanorum miſit hos ſagittarios: & fonditores. Fidus: nam ſeruauit fidem romanis: & in amicitia & officio uſque ad exitum uitæ perſeuerauit.

Ilua inſula ē prope litus tyrrhenum e regione ad uolateras ubi ferrū effodit̃ qđ redigi nō pōt ī maſſā niſi deuehat̃ ī continentē. erat in ilua portus argous dictus ab argonautis q illac nauigauerant cū medea ſororē circen uiſere cuperet i'uam græci appellāt ethaliā. Patrio metallo: ferro qđ illic effodit̃.

Ignoſcet q̄uis auido. i. qcunque uidiſſet tot agmina pepciſſet Varroni q̄tumuis auido pugnæ. Tantis agminibus: exercitū romanū compat claſſi græcoꝝ: q tranſmiſſo helleſponto troiā inuaſerunt naues græcoꝝ ut ex homero colligit̃ mille. c. lxxv. fuerūt hoīum uero. c. et. xxvi. milia biſcentū additis: ut colligit heuſtachius homeri īterpres.

Rheteo: troiano. Feruere: celebrari & frequentari. Helleſpōtus: ē illđ mare anguſtū qđ diuidit aſiam ab europa: nomē accepit ab helle ſorore phryxi illic ſubmerſa ē ad helleſpontū urbs callipolis unde illud mare appellāt nūc āguſtias callipolis cū incipit dilatari appellat̃ p pontis iteꝝ cōſtringit̃ & appellat̃ boſphorus thracius: ubi ē cōſtantinopolis. Inde eſt mare pōticū ubi ſūt cyaneæ petræ q̄s ſymplegades appellāt. Leandrius: a leandro q cū ex abydo p illud mare ad hero puellā enataret: quæ erat apud ſeſton ſubmerſus ē. Diro uallo: ira ſuperum romanis infelici qm̄ hoſtes paulo poſt eo ſūt potiti. Nec tāta miſeris: deſcribit ꝓdigia quæ fuerūt ante pugnā cānēſē priuſq̄ nouæ legiōes ab urbe ſigna mouerent decēuiri libros adire ac inſpicere iuſſi ſūt pp territos hoīes nouis ꝓdigiis. nā & romæ in auētino & ariciæ nūtiatū erat eodē tpe lapidibus pluiſſe. Prodere: ꝓdigiis ſignificare. Maniplis: militibus. Pinnę: eminentiæ ac ſumitates caſtroꝝ. Nutāti: mouēti ſeſe garganus mōs ē apuliæ aufidus fluuius ī cuius ripis fuit illa pugna. Ceraunia: ſunt montes epyri a crebris fulminibus denominati. Lato ponto: mare adriaco: tamē non multū diſtant ab hydrūte ac brūduſio. Sipus: oppidū apuliæ denominatū a ſepiis quæ illuc fluctibus īpellunt̃. Bubo: ut inqt Pli. publicis auſpiciis maxime funebris ē uolat trāſuerſus. unde deuia auis dicit̃ ab ouidio colitque loca auia & deſerta nec canit ſed gemit ſemel intrauit cellā iouis capitolini & tota urbs luſtrata ē. Aqlis: uexilis romanis. Rubuit lætale: qa portendit īfelicitatem regnis. Gallorū buſtis: buſta galloꝝ erant ꝓpe capitolium dicta a gallis q cum capitolium obſiderent & peſte cōficerent̃ aggerati & cremati ſūt autor ē Varro: & Li. li. v. ab urbe condita. Templis iouis: ex æde capitolina iouis: & albana. Quirini pr̄is: romuli urbis conditoris. Alia: fluuius de quo ſupra ubi romāi cū gallis īfeliciter pugnauerunt. Horrificis: incutiētibus horrorē. Nō ſedere loco: qm̄ mouebantur.

A parte libyes: quoniā libyci calamitatē tūc romanis afferebant: iō ait ueniſſe faces a parte libyes: & ipſe annibal erat fax quæ italiā adurebat. Pli. ait emicant & faces non niſi cum decidunt uiſæ.

Non totidem ilua uiros ſed lectos cingere ferrum
Armarat patrio quo nutrit bella metallo.
Ignoſcet quāuis auido committere pugnam
Varroni: quicunque ſimul tot tela uideret.
Tantis agminibus rheteo littore quondam:
Feruere cum magnæ troiam inuaſere micenæ.
Mille rates uidit leandrius helleſpontus.
Vtuentū ad cannas urbis ueſtigia priſcæ
Defigunt diro ſigna infœlicia uallo.
Nec tanta miſeris iamque impendente ruina
Ceſſarunt ſuperi uicinas prodere clades.
Per ſubitum attonitis pila exarſere maniplis.
Et celſæ toto ceciderunt aggere pinnæ:
Nutantique ruens proſtrauit uertice ſiluas
Garganus: fundoque imo mugiuit anhelans
Aufidus: et magno late diſtantia ponto
Terruerunt pauidos accenſa ceraunia nautas.
Quæſiuit calaber ſubducta luce repente
Immenſis tenebris et terram et littora ſipus
Obſeditque frequens caſtrorum limina bubo.
Nec denſæ trepidis abſunt ſe inuoluere nubes.
Ceſſaruntque aquilis: non unus crine coruſco
Regnorum euerſor rubuit lætale cometes
Caſtra quoque et uallum rabidæ ſub nocte ſilēti
Irrupere feræ: raptique ante ora pauentum
Adiunctos uigilis ſparſerunt membra per agros.
Ludificante etiam terroris imagine ſomnos
Gallorum uiſi buſtis rupere nitores.
Terque quaterque ſolo penitus tremuere reuulſæ
Tarpeie rupes: atque atro ſanguine flumen
Manauit iouis in templis: lachrymæque uetuſta
Effigie patris large fluxere quirini
Maior et horrificis ſeſe extulit alia ripis.
Non alpes ſedere loco: non nocte dieue
Ingentes inter ſtetit appenninus hiatus
Axe ſuper medio libyes a parte coruſcæ.

Vultus tonantis:factus ē cæli hiatus fit & cæli hiatus inquit plinius quem uocant chaſſina. Lēnius: uulcanus a lemno inſula denominatus faber eſt iouis in lipare inſula. Ignes: fulmina. Ethneos:ab ethna monte ſiciliæ qui emittit flāmas. Scopulis:pumicibus. Vertex phlegreus:ſummitas flammæ. Phlegreus:ardens. Trepidantia:propter ignem qui admouebatur. Ecce inter medios:fingit poeta militem quendam inſanum uaticinantem romanis cladem futuram ad cannas:ubi tunc caſtra hēbāt. Præſagus:cognoſcens euētum belli ſpiritu:quo erat repletus. Anhelat:anxius ē præſagiens cladē.

In latium uenere faces:ruptuſque fragore
Horriſono polus et uultus patuere tonantis
Etneos quoque contorquens e faucibus ignes:
Lemnius intonuit:ſcopuliſque in nubila iactis.
Phlegreus tetigit trepidantia ſydera uertex.
Ecce inter medios belli præſagus et ore.
Attonito ſenſuque ſimul clamoribus implet.
Miles caſtra feris:et anhelat clade futura:
Parcite crudeles ſuperi:iam ſtragis aceruis.
Deficiunt campi:uideo per denſa uolantem
Agmina ductorem libyæ:curruſque citatos.
Arma uirum ſuper atque artus et ſigna trahentem:
Turbinibus furit inſanis et prælia uentus.
Inque oculos inque ora rotat:cadit immemor cui
Nequiq̄ thraſimene tuis ſeruilius oris.
Subductus:quo uarro fugis?proh iuppiter ictu
Procumbit ſaxi feſſis ſpes ultima paulus
Ceſſerit huic trebia exitio rogus ecce cadentum.
Corporibus ſtruitur:tacituſque cadauera fundit
Aufidus:ac uictrix inſultat belua campis.
Geſtat agenoreus noſtro de more ſecures
Conſulis:et ſparſos lictor fert ſanguine faſces:
In libyam auſonii portatur pompa triumphi.
O dolor:hoc etiam ſuperi uidiſſe iubetis:
Congeſto læue quodcunque auellitur auro.
Metitur latias uictrix carthago ruinas.

TVrbato monſtris latio
cladiſque futuræ
Signa per auſoniam
prodentibus irrita diuis
Haud ſecus ac ſi fauſta forent et proſpera pugnæ
Omnia uenturæ:conſul traducere noctem
Eſomnis:telumque manu uibrare per umbras.

Parcite crudeles ſuperi:uaticiniū militis furentis. Ventus:uulturnus q romanis pugnātibus plurimum nocuit. Rotat:intorquet. Seruilius:qui fuerat collega flaminii: & nō interfuit pugnæ ad traſimenum. ſubductus igitur ab ea pugna fruſtra fuit qm̄ paulo poſt periit ad cānas erat præfectus legionis in minoribus caſtris. Quo fugis:quoniam Var. cum uidiſſet aciē inclinatam cū.L.æquitibus uenuſiam ſe recepit paulus āt eius collega cū magno ipetu ferret̄ in āniballem ſaxo in eius caput adacto cecidit.

Pons cadētū: quoniā annibal ex cadaueribus romanorum pontem in aufido fecit. Belua.i.ipſi elephanti. Pōpa triumphi:poſt pugnam cānenſem ānibal capua potitus magonem fratrē carthaginē miſit q ad fidem uictoriæ q̄ nuntiabat in ueſtibulo curiæ anulos aureos effudit:adiecit ide uerbis quo maioris cladis indiciū eēt neminē niſi æqtū atque eoꝝ ipſorum primores id gerere iſigne: qđ falſū erat. romani.n. autore plinio ꝓmiſcue tunc anulos gerebāt: qui dicit tris modios anulorum miſſos carthaginem ab annibale poſt pugnā cannēſem.

Auellit̄ leuæ:anulos intelligit manus inquit Pli. & prorſus ſiniſtræ maximā autoritatem cōciliauere auro. Metit̄: contemplatur: & cōſyderat uiſis anulis ademptis illis qui in pugna ceciderant.

Petri Marſi Interpretatio In nonum uolumen ſyllii Italici.

TVrbato monſtris latio: deſcribit initium pugnæ cannenſis fingitque numina ad tantum ſpectaculū deſcēdiſſe: quorū aliqua pro romanis: aliq̄ pro pœnis ſtabant. Varroniſque ueſania deſcribit̄ q uetantibus auſpiciis. & collega ītercedēte pugnā iniuit ut noua clade romanū nomen afficeret. Mōſtris: ꝓdigiis quæ futuram cladem portēderant. Prodētibus:manifeſtātibus. Irrita:neglecta a romanis & Varrōe iprimis: q ī hoſtē ita ꝓperabat ac ſi oīa ſigna felicia fuiſſēt: & ſic eius iprudentia taxat̄. Fauſta: felicia. Oīa:ſigna. Conſul:Varro. Exſōnis:uigilās. Traducere: traducebat.

Ac modo ſegnicie paulum increpitare:modo acres
Exercere tubas:nocturnaque claſſica uelle.
Nec minor in peno properi certaminis ardor.
Erumpunt uallo fortuna urgente ſiniſtra:
Conſertæque manus:nam ſparſi ad pabula campis
Vicinis raptanda mace fudere uolucrem
Telorum nubem:ante omnis inuadere bella
Mancinus gaudens hoſtilique ungere primus.
Tela cruore cadit:cadit et numeroſa iuuentus:
Nec pecudum fibras uarro et contraria paulo:
Auſpicia incuſante deum compeſceret arma
Ni ſors alterni iuris quo caſtra reguntur
Arbitrium pugnæ properanti in fata negaſſet.
Quæ tamen haud ualuit perituris milibus una
Plus donaſſe die:rediere in caſtra gemente:
Haud dubie paulo : qui craſtina iura uideret
Amenti ceſſura uiro fruſtraque ſuorum.
Seruatas a cede animas:nam turbidus ira
Infenſuſque more dilata ob prælia ductor:
Siccine nunc inquit grates præciūque rependis
Paule tui capitis?meruerunt talia qui te
Legibus atque urnæ dira eripuere minanti.
Tradant immo hoſti reuocatos ilicet et enſes:
Tradant arma iube:aut pugnantum diripe dextras
Sed uos quorum oculos atque ora humentia uidi
Vertere cum conſul terga et remeare iuberet
Ne morem et pugnæ ſignum expectate petendæ
Dux ſibi quiſque uiam capito:cum ſpargere primus
Incipiet radiis gargana cacumina phœbus.
Pādam egomet prope portas:ruite ocius: atque hūc
Ereptum reuocate diem:ſic turbidus ægra
Peſtifero pugnæ caſtra incendebat amore.
At paulus iam non idem nec mēte nec ore:
Sed qualis ſtratis dilecto milite campis.
Poſt pugnam ſtetit ante oculos:atque ora futuro
Obuerſante malo:ceu iam ſpe lucis adempta
Cum ſtupet exanimata parens natique tepentes
Nequiq̄ fouet extremis amplexibus artus
Per totiens inquit concuſſæ mœnia romæ
Perque has nox ſtygia quas iā circunuolat umbra
Inſontis animas cladi parce obuius iræ.

Acres:pugnā indicentes & bello aptas. Claſſico:ſigna belli. Velle:pro uolebat. Mace:populi libyæ de qbus ſupra. Volucrē nubē:multitudinē ſagittaꝝ. Mācius:erat ex romāis & prius ceidit. Nec pecudum fibras: ſenſus ē & ordo. Var. nō abſtinuiſſet eo die pugna:q̄uis auſpicia eēnt cōtraria niſi paulus timēs īſidias obſtitiſſet penes quē eo die īperium erat alternis qppe diebus impabāt paulus ergo accuſabat fibras.i. mala ſigna quæ ī extis appebāt & auſpicia quæ uetabāt pugnā.nā cū Varro extēplo pugnaturus eēt & pulli non ederēt.paulus ei nūtiari iuſſit ut caueret. Deū:deorū ſigna romanis cōtraria portēdebāt.n. īfelicitatē. Arbitriū:uolūtatē & poteſtatē pugnādi. Propanti in fata: Varroni temere eūti in aptū diſcrimē. Quæ: ſors. Plus una die:quoniā ſequenti die pugnatū ē. Amenti: inſano Varroni. Ductor:Varro. Siccine nūc inqt:cōuicia Varronis ī paulū uociferātis emiſſū hoſtē emanibus debellarique potuiſſe īceſſatū eēt & paulū īgratitudinis accuſat & p interrogationē exprobrat populi beneficiū:q̄ſi dicat cum deberes oībus te piculis exponere ut grām po.ro. referres q te eripuit urnæ.i.iudicio differs nō mō bellū ſed ipſā uictoriā & ſic trahit illū in inuidiā tanq̄ cū ānibale ſētiret & rē pu.ro.ſupatū iri cuperet. Repēdis: rfers grām. Tui capitis:uitæ tibi cōceſſæ a populo : cū ī bello illyrico male ut dicebat̄ rē geſſiſſet paulus adeo ut pene dānaretur. Dira:mortē aut exilium. Vrnæ:iudicio quoniā urna ī iudiciis utebant̄:ut nūc fit in liberis ciuitatibus. Tradāt hoſti:ironice loquit̄:& ex ſtomacho ī paulū. Reuocatos: quoniā paulus ſuis uolentibus pugnare obſtitit: timens pœnoꝝ inſidias. Sed uos quorum oculos: uertit ſermonē ad milites Varro qbꝰ pugnā pollicet̄ q̄ affectabāt. Conſul:paulus.ordo eſt:ne expectate morē & ſignū pugnæ:qd̓ ſolet ab impatore dari:ſed qſque ſit ſibi dux:& uiam capiat ad præliū.ſeruat decorū temerarii conſulis:q morē pugnādi ac diſciplinā militarē frangebat. Portas:caſtroꝝ ſcilicet. Egra caſtra:paulo poſt perituros milites qd̓ uidens paulus non aliter merebat q̄ parens mortuo filio : & boni impatoris decoꝝ ſeruat poeta:q militū non ſecus ac filioꝝ curā habere debet talis erat paulus & eo habitu oris quo fuit poſtea cū uidiſſet cāpū ſtratū cadaueribus romanoꝝ. Obuerſante:obiiciente ſeſe:malū qppe futuꝝ puidebat paulus quē laudat ſyllius a prudentia. Spe lucis : uitæ. Exanimata:predolore q̄ſi extra ſenſus & pene mortua. Tepentes:pene deſtitutos calore naturali ideſt prope mortem tepidū qppe eſt inter calidum & frigidum. Per totiēs inqt:præces pauli ad Varronē & incipit a calamitatibus acceptis ut arguat ab utili bello abſtinendum. Totiens cōcuſſæ:quaſſatæ bellis & calamitatibus.

Nouus miles: ſenſus ē. Si milites noſtri: q̄ paulo ante in militiā nomē dederūt: diſcūt ſedēdo non timere Annibalē tot uictoriis terribilē ſatis ē. Nec frigidus: nō timēs: q̄m q timet friget. Cūctator & æger: cōfutatio ē. & ait: Niſi Fabius fuiſſet cūctator: quod uos uitio uertitis iam hos milites nō haberemus: ſed Marte abſumpti iam pridē fuiſſent: ut accidit flaminio: & ſuis ad Thraſimenū. Culpatis: reprehenſis a uobis q appellatis eū timidū & cunctatorē. Aeger: timidus: debilis in martem. Haud quos flaminius: capeſſunt inq̄t arma: q fuerūt ſub Fabio: ſed nō illi: q fuerūt ſub flaminio.

Dum tranſit diuum furor: et conſumitur ira.
Fortunæ. nouus annibalis ſat nomina ferre.
Sidiſcit miles: nec frigidus aſpicit hoſtem.
Nonne uides cum uicinis auditur in aruis:
Quam ſubitus linquat pallentia corpora ſanguis:
Quāque fluant arma ante tubas cūctator et æger:
Vtere in pugnas fabius quoſcunque ſub illis
Culpatis duxit ſignis: nunc arma capeſſunt.
Haud quos flaminius: ſed dira auertite diui.
Sin nr̄is animus monitis: precibuſque repugnat.
Aures pandæ deo: cecinit grynea per orbem
Hæc olim uates: et te præſaga: tuoſque
Vulgauit terris proauorum ætate furores.
Iamque alter tibi: nec perplexo carmine coram.
Fata cano uates. ſiſtis ni craſtina ſigna.
Firmabis noſtro phœbeæ dicta ſybillæ
Sanguine: nec graio poſthac diomede ferentur:
Sed te ſi perſtas inſignes conſule campi.
Hæc paulus: lachrymæque oculis ardentibus ortæ.
Necnon et noctem ſceleratus polluit error
Xantippo captus libicis tollerarat in oris.
Seruitium ſatricus mox inter præmia regi
Autololum dono datus ob uirtutis honorem
Huic domus: et gemini fuerant ſulmone relicti
Matris in uberibus nati mancinus: et una
Nomine rheteo ſolymus: nam dardana origo
Et phrygio genus a proauo: qui ſceptra ſecutus.
Aeneæ claram muris fundauerat urbem.
Ex ſeſe dictam ſolymon: celebrata colonis.
Mox italis paulatim attrito nomine ſulmo.
Ac tum barbaricis ſatricus cum rege cateruis:
Aduectus: quo non ſpretum: ſi poſceret uſus.
Noſcere getulis latias interprete uoces.
Poſtquam poſſe datum peligna reuiſcere tecta
Et patrium ſperare larem: ad conamina noctem

Sed dira auertite diui: hoc adiecit: ne uideret patriæ imprecari. Aures pādæ deo. i. ſi nō credis mihi ſaltem crede Sybillæ: quæ cecinit: ut caueremus a cāpis ætolis: iō dixit ſupra: Dānatoque deū quondā p carmina cāpo. Deo: Sybillæ maſculino genere ꝓtulit more Virgiliano ſupra de Iunone cecinit: Laude ſupſtāta monitor deus: reſpiciēs ad ipm numē. Grynea apollinea: a gryneo nemore: ubi Apollo colebatur: Grynia ē ciuitas ī finibus coliæ: & ioniæ. Pli. ait: Gryneū eſſe ꝓmontoriū regnāte Tarqnio ſupbo anus quædā romā uenit afferens nouē libros: quos diuina oracula eē dicebat: eos dixit ſe uendere uelle. & magnum ꝓ illis exigebat preciū repudiata tres igni abſumpſit. & cū idē peteret ꝓ reliquis: & obaudiret tres alios cōbuſſit & ꝓ eo dēprecio inſtabat Tarqnius: eos emit cōſultis prius auguribus: nō minore precio: q̄ ꝙ erat peritū ꝓ oībus diſceſſit anus & nūq̄ poſtea comparuit: libri tres in ſacrariū cōditi: Sybillini appellati. Seruata fuerūt hæc carmina diligenter: & imminente aliquo periculo decē uiri iuſſu ſenatus illa inſpiciebāt: quæ ſeruabant ī arca lapidea ī tēplo Iouis capitolini. Præſcia: pſcia rerū futuraꝝ.

Tuos furores: hoc dicit: ut deterreat Varronē a pugna: ne ī ſe carmina ſybillina uideāt dicta. & locus ē ab honeſto.

Aetate pauoꝝ: regnāte Tarqnio ſuperbo. Nec ferēt: n̄ dicēt poſthac cāpi diomedei: ſed denoiabūt a calamitate: cuius tu cōſul autor eris. hæc omia eo ſpectāt: ut pugnā diſſuadeat ab honeſto & utili. Ardētibus: accēſis nimio dolor̄.

Sceleratus error. nā ſolymus pr̄em ſuū ſatricū ꝑ errorē interemit ſatricus ſulmonēſis erat: cui duo filii fuerūt: Mācinus & Solymus. Captus: ī primo bello punico lybia a xātippo lacedæmonio & datus fuit regi autolū: de q̄bus dictū ē.

Seruitiū: ſeruitutē. Noīe rheteo: troiano: uocabat. n. Solymus a Solymo troiano: q uenit cū ænea: hoc idem canit Oui. in faſtis: Huius erat ſolymus phrygia comes unus ab ida: a quo ſulmonis mœnia nomē hñt. Proauo: Solymo comite æneæ. Clarā urbē: hoc dicit ꝓpter Ouidiū multi noīs poetā quo ſulmo plurimū cenſet & fulget. Attrito: quoniam o mutat in u & y aufertur. & ſulmo dicitur. Cum rege: ſcilicet autololum. cui dono fuerat datus ob rem bn̄ ī prœlio geſtā: erat que interpres Satricus: cū iam utramque linguam calleret: ſed cū noctu fugeret ad romanos a filio per errorē interfectus ē. Getulis: libycis. ordo ē: Quo interprete nō erat ſpretū getulis noſcere latias uoces ſi uſus. i. neceſſitas poſceret. Ad conamina: ad id ꝙ efficere conabatur: redire. ſ. ad ſuos.

Iniquis:hoſtibus ĩ quibus ſeruiuerat. Nuda:quoniã ut expeditior eſſet arma dimiſit:& ſic properabat ad romanos. Armis mancini: qui erat filius Satrici.& priore die in pugna ceciderat.

Macæ:libyco:quoniam macæ populi ſunt libyes. Viciſſim quoniã uiciſſim fiebant excubiæ in caſtris: & ad portas caſtrorum. Componere:humare clã.

Aggere ſidonio:caſtris punicis. Oetoli thoantis:huius meminit Strabo libro ſexto his uerbis: Prima urbs eſt Temeſa:quam auſonii condiderunt: noſtræ autem ætatis hoĩes Tempſam uocarunt:poſt illos eã habitauerunt thoãtis comites œtoli:quos eiecere brutii.

Pone:poſt ipſum ſatricum: qui ſolus ueniebat. Triſtis:ab effectu: quoniam Solymo triſtitiã afferebat. Vmbo fraternus:clypeus Mancini:quem Satricus nunc habebat. Non ſum equidem: uerba Solymi indignantis Satricũ: quẽ hoſtem putabat geſtare arma Mancini fratris.& ait ſi hinc euades impune fatebor me degeneraſſe a maioribus meis.

Pergameo: troiano. Nepotẽ:unum ex ſucceſſoribus.Nomine quippe nepotum ueniũt poſteri. Tu nobile geſtes: ſic Aeneas apud Virgilium de Turno: Tu ne hinc ſpoliis indute meorũ eripere mihi. Spirante:uiuo. Superba: clara. Aſt illi: Satrico cadebant ob nimiũ dolorẽ tæla e manibus auditis uerbis Solymi. Parce ꝓcor:uerba ſatrici ꝑcãtis:ſolymũ:ne in ſe ulterius ſæuiat.

Aduocat:ac furtim caſtris euadit iniquis.
Sed fuga nuda uiri ſumpto. nam prodere cœpta
Vitabat clypeo:et dextra remeabat inermi.
Exuuias igitur:proſtrataque corpora campo
Luſtrat:et exutis mancini cingitur armis.
Iamque metus leuior:,uerum cui dempta ferebat.
Exangui ſpolia et cuius nudauerat artus
Natus erat paulo ante mace proſtratus ab hoſte.
Ecce ſub aduentum noctis: primumque ſoporem
Alter natorum ſolymus ueſtigia uallo
Auſonio uigil extulerat:dum ſorte uiciſſim.
Alternat portæ excubias:fratriſque petebat
Mancini ſtratum ſparſa inter funera corpus.
Furtiua cupiens miſerum componere terra.
Nec longum celerarat iter:cum tendere in armis
Aggere ſydonio uenientem conſpicit hoſtem.
Quodque dabat fors ĩ ſubitis:nec opina ſepulchro
Oetoli condit membra occultata thoantis.
Inde ubi nulla ſequi propius pone arma: uirũque
Incomitata uidet ueſtigia ferre per umbras:
Proſiliens tumulo contorquet nuda parentis
In terga:haud fruſtra iaculum:tyriãque ſequẽtũ
Satricus eſſe manum:et ſydonia uulnera credens
Autorem cæci trepidus circunſpicit ictus.
Verum ubi uictorem iuuenili robore curſus.
Attulit:et notis fulſit lux triſtis ab armis
Fraternuſque procul luna prodente retexit
Ante oculos ſeſe:et radiauit cominus umbo:
Exclamat iuuenis ſubita flammatus ab ira:
Non ſum equidẽ ſulmone ſatus tua ſatrice proles:
Nec frater mancine tuus:fatearque nepotem
Pergameo indignum ſolymo:ſi euadere detur.
Hinc noſtra te impune manu.tu nobile geſtes
Germani ſpolium ante oculos:referaſque ſuꝑba
Me ſpirante domus pelignæ perfidus arma.
Hæc tibi cara parens apta ad ſollatia luctus
Dona feram nati:ut figas æterna ſepulchro.
Talia uociferans ſtricto mucrone ruebat.
Aſt illi iam tæla manu:iamque arma fluebant
Audita patria:natiſque coniuge et armis.
Ac membra:et ſenſus gelidus ſtupefecerat horror.
Tum uox ſemianum miſeranda effunditur ore.
Parce precor dextræ:non ut mihi uita ſuperſit.

Quippe nefas hoc uelle frui:ſed ſanguine noſtro:
Ne damnes o nate manus.carthaginis ille
Captiuus patrias nunc primum aduectus ī oras
Ille ego ſū ſatricus.ſolymi genus:haud tua natæ
Fraus ulla eſt:iaceres in me:cum feruidus haſtam:
Pœnus eram.uerum caſtris elapſus acerbis
Aduos:et care properabam coniugis ora.
Hunc rapui exanimi clypeum:ſed iam unice nobis.
Hæc fratris tumulis arma excuſata reporta.
Curarum tibi prima tamen ſit nate referre .
Ductori monitus paulo producere bellum
Nitatur:pœnoque neget certamina martis:
Augurio exultat diuum:immēſamque propinqua
Stragem acie ſperat.quæſo prohibete furentem
Varronem:namque hūc fama eſt impellere ſigna.
Sat magnum hoc miſeræ fuerit mihi cardine uitæ
Solamen cauiſſe meis nunc ultima natæ
Inuento ſimul:atque amiſſo redde parenti
Oſcula.ſic fatus galeam exuit:atque rigentis
Inuadit nati tremebundis colla lacertis.
Attonitoque timens uerbis ſanare pudorem.
Vulneris impreſſi tælum excuſare laborat.
Quis teſtis noſtris:quis conſcius affuit actis.
Non nox errorem nigranti condidit umbra:
Cur trepidas?da natæ magis:da iungere pectus.
Abſoluo pater ipſe manum:atque in fine laborum
Hac condas oculos dextra precor.at miſer imo
Pectore ſuſpirans iuuenis non uerba:uiceſque
Alloquio uocemue refert:ſed ſanguinis atri
Siſtere feſtinat curſum:laceroque ligare
Otius illachrymans altum uelamine uulnus:
Tandem inter gemitus miſeræ erupere querelæ.
Siccine te nobis genitor fortuna reducit
In patriam:ſic te nato:natumque parenti
Impia reſtituit:fœlix o terque:quaterque
Frater cui fatis genitorem agnoſcere ademptum.
Aſt ego ſidoniis impercitus ecce parentem
Vulnere cognoſco.ſaltem hoc fortuna fuiſſet.
Solamen culpæ:dubia ut mihi ſigna dediſſes
Infauſti generis.uerum linquetur iniquis
Non ultra ſuperis noſtros tollerare labores.
Hæc dum amens queritur:iam deficiente cruore
In uacuas ſenior uitam deſperſerat auras.

Ne damnes : ne macules tuas manus mea cæde. Ille ſatricus: quem modo nominaſti. Eram pœnus:poteram ui-deri hoſtis:cum ab illis uenirem: & me noſſe non poteras: hoc dicit ut excuſet filium:timens quod accidit: ne dolore admiſſi ſceleris ſibi mortem inferret.

Curarum tibi prima: laus eſt Satrici a pietate in patriam:qui in tanto rerum diſcrimine:ac limine tam acerbæ mortis de patriæ ſalute cogitabat ; qua uiro e natura uiuenti nil debet eſſe antiquius. Impellere ſigna: ideſt dicitur cras Varronem daturū militibus ſignū pugnæ.Impellere autem dixit ſigna:ideſt uexilla: ut temeritas Varronis oſtenderetur. Cardine:fine. Rigentis:ſtupidi iam cognito errore. Attonito ipī Solymo filio attonito. Quis teſtis nr̄is: uerba Satrici nitentis excuſare uulnus illatum a filio. & incipit a confutatione:ut res ipſa poſcebat. Nemo inquit affuit:qui factum prodat: quod tibi aliquando poſſit obiici. In fine laborū: in morte. Condas:claudas:& componas:ut moris erat.unde penelope apud Ouidium: Ille meos oculos cōprimat: ille tuos.. Siccine te nobis:quærimoniæ Solymi ad fortunam. Sidoniis impercitus:ideſt ualde cōcitatus. & iratus ipſis hoſtibus ob mortē fratris. Dediſſes ſigna dubia : ideſt ſaltem hoc mihi dediſſes fortuna ut parentem nō agnouiſſem: qm̄ arbitrarer me ſcelus nō admiſſe. Infauſti:infelicis. Iniqs ſuperis: q pmiſerūt ut tm̄ ſcelus admitterem.

Pollutæ dextræ:uerba Solymi ad lunā teſtē ſui ſceleris. Dextræ meæ: quā pollui ſanguine pr̄no. Titania:luna. Dānato uiſu:oculis meis iam dānatis:quaſi dicat: Iam nō ē æquū me uiuere pollutū cæde patris:& fodiens p̄cordia enſe. Scripſit ſanguineis litteris in clypeo hæc uerba: Fuge prœlia Varro. Tegmē:clypeū:in quo erant illa uerba ſignata cruore. Roſeo eoo.i.aurore & crepuſculo matutino. iam illuceſcebat inqt cū uterque ſuas copias in aciē eduxit. Nō uerboꝝ inqt:oīo Annibalis hortantis ſuos ad pugnā:qua ſuadet ab honeſto & utili totis uiribus nūc enitendū:ne tot labores exhauſti fruſtra ſuſcepti uideant̄: enumeratque res geſtas ac difficultates maximo labore ſuperatas:inde ꝓponit p̄miū:ut fit ī genere deliberatiuo:Non opus ē inqt exhortationibus meis ea: q̄ a uobis acta ſunt me duce uos hortant̄. & ꝓuocāt ad operā in hac pugna nauandam:qm̄ aliter decorum noſtrū nō ſeruaret̄o milites. Pœnus:Annibal. Stimulantū:eorū q uos irritent uerbis ad pugnā. Herculeis metis:a gadibus uſque ad apuliā. Animoſa:p hæc epitheta laudat ſuos milites: qbus nihil anīoſum & difficile ſuperatu imperiū fuit.

Supbus aquarū auſonidū: ſuperans copia aquarū omnis italiæ fluuios. unde dicit Vir. Fluuiorū rex eridanus.

Captiuo: quē nos cœpimus & ſuperauimus. Merſus:repletus cadaueribus romanoꝝ:qm̄ illic fuit ſecunda pugna.

Ora lydia:regio illa circa traſimenū: ubi cecidit flaminius. Lidia:hetruſca qm̄ lydi ut dictū ē eam tenuerūt duce Tyrrheno. Clarior his: clara ſunt inquit quæ geſſimus: ſed nihil ad ea quæ ſequunt̄. Titulis:laudibus & rebus p̄clare geſtis. Sit gloria imperatori:ſatis debet eſſe gloria præda militibus diſtribuēda ē:ut ſeruet̄ ab ipſo iuſtitia diſtributiua:quæ ſine cæteris uirtutibus eſſe non poteſt: Veſtra inquit ſunt omnia: quæ uincendo capietis. locus ab iuſto & utili. Diti ibero:ex hiſpania auri feraciſſima: ut dictū ē. Aetneis triūphis: uictoriis: qbus romani ſuperarunt carthaginenſes ī Sicilia prīo bello punico. & hoc dicit: ut ſuos ad hoc dedecus pellendum impellat & recuperandā laudem:quam romani extorſerant p̄mendo carthaginenſes iniquis fœderibus.

Iactauit:ad pompam oſtendit. De litore libyco: quoniam. M. Attilius regulus cū collega in aphricam traiecerat.

Sine ſortibus: Nō erit opus inquit Annibal ſorte inter uos diuidere manubias:& prædam: quæ quiſque acceperit pugnādo ſua ſint. Raptor dardanus: ipſe po. ro. quem trahit ī odium: atque inuidiā a tyrānide:ac rapinis. Vobis: ad ueſtrū commodum. Edomitum orbem: ad tempora ſua reſpexit poeta.

Qui ducis nomen ab tyria origine:id eſt uobis carthaginenſibus:qui originē habetis a tyriis:& ſarranis progenitoribus noſtris dabo agros laurētes feraciſſimos. Arridet:placet:ſic Horatius:Ille terrarū mihi p̄ter oīs angulus ridet. Sigeo colono:troiāo & romano cui dedit originē æneas ſigeus.

Tum iuuenis mœſtum attollens ad ſydera uultū
Pollutæ dextræ:et facti titania teſtis
Infandique nocturno mea lumine tæla
Dirigis in patrium corpus:non amplius inquit
His oculis:et damnato uiolabere uiſu.
Hæc memorat. ſimul enſe fodit præcordia et atrū
Subſtentans uulnus mananti ſanguine ſignat
In clypeo mandata patris:fuge prœlia uarro.
At ſummi tegmen ſuſpendit cuſpide tæli.
Defletumque ſuper proſternit membra parentem.
Talia uenturæ mittebant omnia pugnæ
Auſoniis ſuperi:ſenſimque abeuntibus umbris
Conſcia nox ſceleris roſeo cedebat eoo.
Ductor in arma ſuos libys:et romanus in arma
Excibat de more ſuos:pœniſque redibat
Qualis nulla dies omni ſurrexerit æuo.
Nec uerborum inquit ſtimulantum pœnus egetis.
Herculeis itera metis ad iapigis agros
Vincendo emenſi nuſquam eſt animoſa ſaguntos
Conceſſere alpes. pater ipſe ſuperbus aquarum
Auſonidum eridanus captiuo defluit alueo.
Strage uirum merſus trebia eſt:atque ora ſepulto
Lydia flaminio præmitur:lataæque refulgent
Oſſibus:ac nullo ſulcantur uomere campi.
Clarior his titulis plus allatura cruoris
Lux oritur. mihi magna ſatis ſat uero:ſuperque
Bellandi merces ſit gloria. cætera uobis
Vincantur. quicquid diti deuexit ibero.
Quicquid in ætneis iactauit roma triumphis:
Quin etiam libyco:ſi quid de litore raptum
Condidit:in ueſtros uenient ſine ſortibus enſes.
Ferte domos:quod dextra dabit. nil uictor honoris
Ex opibus poſco. raptor per ſæcula longa
Dardanus edomitum uobis ſpoliauerit orbem.
Qui tyria ducis ſarranum ab origine nomen.
Seu laurens tibi ſigeo ſulcata colono

Buxētia rura:Buxentū oppidū lucaniæ:quæ ē regio fertiliſſima ꝓpe brutios: ideo ait poeta; Cētū fruticantia culmis.Buxentia igiť rura.i.lucana. Pli.ait Oppidū buxētum græciæ prius magnæ nūc lucaniæ. Cereri:ad cererē.i.triticū & fruges.& ē metonymia figura:quæ eſt nominis tropus autore Fabio:cuius uis ē ꝓ eo quod diciť cauſam ꝓpter quā dicitur ponere.hæc figura inuēta ab inuentore; & ſubiecta ab obtinētibus ſignificat:ut cererē corruptā undis. Optare:eligere. ſic Hora. in ſermo. Optaret ſibi quiſque. Qui uero extremo:ideſt uos milites:q non eſtis ciues carthaginis donabo ciuitate. Extremo ſanguine.i.qui es mihi ſocius in bello quadam affinitate remota.ſ.qa ſolummodo cēſeris ſub imperio byrſæ.i.carthaginis: imperiū qppe ē tanq̄ corpus & ſubditi membra: & carthago erat caput:cuius ciues iūgebātur cū peregrinis & aliis imperio ſubditis q̄dā remota affinitate: prima quippe affinitas ē ciuiū īter ſe poſtea alioꝝ. ſed hæc Syllii locutio ē nimis affectata: niſi ſit hic aliqua menda: quod ego arbitror difficile: nāque ē elicere ſenſum ex his uerbis. Hinc:poſthac. Neu uos garganus:cōfutatio ē: Non putetis uos inquit eē nunc in apulia: ſed ad portas urbis.parta quippe hac uictoria ad urbē recta ꝑperabimus. Ora dauni:apulia:ubi regnauit daunus. Licet auia.i. quamuis roma hinc ultimū diſtet. Ex acie:poſt hanc pugnam tendite in capitoliū:& erit uobis finis laboꝝ. locus eſt ab utili. Moras foſſarū:aggerē:uallū: & ipſas foſſas:quæ impediebāt exitum.

Cōſilio locoꝝ: qm̄ Annibal pugnaturus ad ripas aufidi habuit rationē loci. romani in meridiē:pœni ī ſeptētrionē uerſi erāt:ut Vulturnus eſſet romanis impedimēto. Accōmodat ripis:Annibal prima luce p̄miſſis balearibus ac leui armatura flumē traiecit.& quos trāſ miſerat in acie locauit gallos & hiſpanos ꝓpe ripā ī læuo cornu: fuerūtque ī caſtris pœnorū & acie.xl.peditū milia decē equitū duces omnibus præerant. ſiniſtrū aſdrubal dextrū cornu Maharbal regebat mediā aciē Annibal cū fratre magone. aliter canit poeta q̄ Liui. narret. Naſamon:naſamonii milites.

Immanior arctus: habēs uaſta & immania mēbra. Lætū uiuere ferro: qm̄ adrimachidæ populi aphricæ ſunt bellicoſiſſimi:q autore Herodoto ab ægypto uſque ad portū plyren pertingunt: quorum uxores armillam æream utroque crure geſtabant. nupturas uirgines regi:in primis offerebant: ut quam uellet uirginitate ſpoliaret. Accola nili: ægyptii & æthyopes: quorum corpora ſunt nigra ob nimium ſolis ardorem.

Quis:quibus nealces imperabat. Parte dextra:dextro cornu. Subiere:ſubditi fuerūt imperio magonis ipſi hiſpani. Leues: expediti ad pugnam. Horrida pirenæ:bellicoſa hiſpania & gallia.pyrenen mōtem ꝑ hiſpania & gallia poſuit. Effulget:qm̄ ut ait Liui.hiſpani linteis prætextis purpura tunicis cādore mire fulgentibus cōſtiterāt. Cetrata:habēs cetras.i.ſcuta. Fulmineū latus:dextrū cornu robuſtiſſimū. Vaſco:uaſcones nō utebāť galea.ſupra dixit:Vaſco inſuetus galeæ. Tēpora:caput. Balearis:baleares milites:q funda utebāť. Torto plūbo:nā torqueť ī gyrū funda cū emittiť plūbū.Inſtar glādis. Betigenæ:hiſpani gēiti ad beti flu. Ipſe:annibal q ut dixi mediā aciē regebat. Patrio milite: carthagineſi ac libico

Arridet tellus:ſeu ſunt buxentia cordi.
Rura magis:centum cereri fruticantia culmis:
Electos optare dabo inter prœlia campos.
Addam etiam flaua tybris:quas irrigat unda
Gurgitibus late captiuis paſcere ripas.
Qui uero extremo ſocius mihi cardine byrſæ
Signa moues:dextram auſonia:ſi cæde cruentam
Attolles hinc iam ciuis carthaginis eſto.
Neu uos gargani:daunique fefellerit ora
Ad muros ſtatis romæ:licet a uia longe
Vrbs agat:et noſtro procul a certamine diſtet:
Hæc hodie ruet:atque ultra te ad prœlia miles
Nulla uoco:ex acie tende in capitolia curſum.
Hæc memorat:tum propulſo munimine ualli
Foſſarum rapuere moras:aciemque locorum
Concilio curuis accommodat ordine ripis.
Barbaricus leno ſtetit ad certamina cornu
Bellator naſamon:unaque immanior arctus
Marmarides:tū maurus atrox:garamaſque:maceſ-
Et maſſylæ acies:et ferro uiuere lætum. -que.
Vulgus adrimachidæ pariter gens accola nili
Corpora ab immodico ſeruans nigrantia phœbo.
Quis poſitū agminibus caput:imperiūque nealces
At parte in dextra ſinuat:qua flexibus undam
Aufidus:et curuo circumerrat gurgite ripas:
Mago regit.ſubiere leues:quos horrida miſit
Pyrenæ populi:uarioque auxere tumultu
Flumineum latus effulget cetrata iuuentus.
Cantaber ante alios:nec tectus tempora uaſco
Ac torto miſcens balearis prœlia plumbo:
Betigenæque uiri celſus media ipſe cohercet
Agmina:quæ patrio firmauit milite quæque

Cateruus celtarū:gallorum:qui accolebāt padū:ideo dixit in primo:Per celtica rura. Eridano:pado.& hi erāt boi. Perfuſis:madefactis aqua eridani:quē incolebāt.Ille fluuius ſæpe cāpos inundat trāſcēdens ripas cū magna iactura colonoꝝ. Sed qua ſe fluuius:ideſt ea parte qua fluuius retro cedebat.& nō claudebat ſuos munimine.ac ſuis uadis Annibal poſuit elephantos. Eripit:ſubtrahit ſe:quoniam ē flexuoſus. Cuneos:agmina. Belua:elephas q in dorſo geſtat turres cū pugnatoribus domiti:Militāt elephāti Pli.inqt.& turres armatoꝝ i dorſis ferūt: magna ex parte oriētis bella conficiūt: ꝓſternūt acies: ꝓterūt armatos.Iidē inimico ſtridore terrēt uulnerati retro ſemp retrocedūt.haud minore partiū ſuarum pernicie. Sutrius elephas in hac acie cannēſi fortiſſime pugnauit: de quo Pli. Certe cato cū imperatoꝝ noīa annalibus deſcriberet eū: q fortiſſime ꝓliatus in punica acie Sutriū tradidit uocatum altero dente mutilato. Nutat:mouet. Mobilis agger:ac ſi eēt cumulus quidā munitus:q poſſet moueri.& quoddā uallū : quod poſſet circūferri. Mures:turres dorſo impoſitas. Cætera.ſ.loca.i.numidis conceſſit diſcurrere p cætera loca: ut uſus poſceret. Feruere:feruore quodā uagari. Dū libys:dū Annibal inqt ſuos inſtrueret ad pugnā : & illis ſe teſtē i ꝓlio fore oſtēderet. Varro iam copias i aciē educebat ſuas temere pugnaturus. Exacta:excluſa e caſtris. Vnda pallēti:palude ſtygia. Laxabat: patefaciebat.

Portitor:charon q ſua cymba ferruginea umbras trāſuehebat. portitores dicūt illi q portus cuſtodiūt: & exigūt uectigal.inde portoriū. Stāt primi:illi q erāt i prima acie uidētes ſcutū Solymi cū carmine uetāte pugnā ſteterūt : nunciauerūtque Varrōi : ſed ille imprudēs talia neglexit. Notæ:litteræ ſanguine notatæ. Omine:tali oſtēto. & ideo nolebāt ꝓgredi:ſed torpebāt in Martem. Facies terribilis:qm̃ filius ſup mortuū patrē exāīmis iacebat. & manu tegebat uulnus patris. Reuerſus dolor:qm̃ prius doluerant morte Mancini:nūc mortuo fratre ſolymo īnouabat ille dolor.

Triſte:quod uidebat ominari romanis pugnaturis infelicitatē cū tali oſtēto pugnā auſpicarent. Similes uultus: qm̃ filius Solymus referebat ſatricū patrē i uultu. Ductori:Varroni. Arma: clypeū:in quo ſcriptum erat:Fuge:ꝓlia Varro. Ardens aī: quodā inſano ardore commotus ad pugnam. Ferte hæc paulo:obiicit Paulo æmilio timorem. & ignauiam muliebrem. Manus:hæ litteræ ac notæ in clypeo uetantes pugnam. Nefanda:qm̃ occidit patrē Satricū. Deſcribit:aſſignat cuique ſuū munus ad prœlium:& oppoſuit ſe Nealci:qui erat in ſiniſtro cornu. Tempe rat:moderat:& regit. Iapygæ:appulo milite ſeruiliū āt oppoſuit Annibali:de picētibus dictū ē ſupra & ēt picenis. hi .n.ſūt ꝓpe umbros.illi āt in lucania.& calabria: quoꝝ metropolis eſt in picentia dextro cornu erat.P.Aemilius.

Celtarum eridano perfuſis ſæpe cateruis.
Sed qua ſe fluuius retro labentibus undis
Eripit:et nullo cuneos munimine uallat.
Turritas moles ac propugnacula dorſo.
Belua nigranti geſtans:ceu mobilis agger
Nutat:et erectos attollit ad æthera muros.
Cætera iam numidis circumuolitare:giroſque
Ferre datum curſus:et toto feruere campo.
Dum libys incenſo diſpenſat milite uires:
Hortādoque iterū:atque iterum inſatiabilis urget.
Factis quemque ſuis:et ſe cognoſcere iactat
Qua dextra ueniant ſtridentis ſibila tæli:
Promittitque uiris nulli ſe defore teſtem:
Iam uarro exacta uallo legione mouebat
Cladum principia:at pallenti lætus in unda
Laxabat ſedem uenturis portitor umbris.
Stant primi:quos ſanguineæ pendente uetabant
Ire notæ clypeo:defixique omine torpent.
Iuxta terribilis facies miſeranda iacebant
Corpora in amplexum:natuſque in pectore patris
Impoſita uulnus dextra lætale tegebat.
Effuſæ lachrimæ:mancinique inde reuerſus.
Fraterna ſub morte dolor.tum triſte mouebat
Augurium:et ſimiles defuncto in corpore uultus.
Otius erroris culpam.deflendaque fata
Ductori pandunt:atque arma uetantia pugnam.
Ille ardens animi ferte hæc ait omina paulo.
Namque illum:cui fœmineo ſtant corde timores
Mouerit iſta manus:quæ cæde imbuta nefanda
Cum furiæ expeterent pœnas:fortaſſe paterno
Signauit moriens ſceleratum ſanguine carmen.
Tum minitans propere deſcribit munera pugnæ.
Quaque feras ſæuus gentes:aciemque nealces.
Temperat hac ſeſe marſo cum milite:cumque
Samnitum opponit ſignis:et iapigæ alumno.
At campi medio:namque hac in parte uidebat
Stare ducem:libyæ ſeruilius obuia adire

Arma et picentes umbroſque inferre iubetur.
Cætera paulus habet dextro certamina cornu
His ſuper inſidias contra nomadumque uolucrē
Scipiade datur ire manum quaque arte doliſque
Scindent ſe turmæ prædicit ſpargere bellum
Iamque propinquabant acies: agilique uirorum
Diſcurſu mixtoque ſimul calefacta per ora
Cornipedū hinnitu et multū trepidātibus armis
Errabat cecū turbata per agmina murmur.
Sic ubi prima mouent pelago certamina uenti
Incluſam rabiem ac ſparſuras aſtra procellas
Parturit unda freti: fundoque emota minaces:
Expirat per ſaxa ſonos: atque acta cauernis
Torquet anhelantē ſpumanti uertice pontum.
Nec uero fati tam ſeuo turbine ſolum.
Terrarum fuit ille labor. diſcordia demens
Itrauit celos ſuperoſque ad bella coegit.
Hinc mauors hinc gradiuū comitatus apollo
Et domitor tumidi pugnat maris hic uenus amēs
Hinc ueſta et capte ſtimulatus cede ſagunti
Amphitryonides pariter ueneranda cybele.
Indigiteſque dei faunuſque ſatorque quirinus
Alternuſque animæ mutato caſtore pollux.
Contra cincta latus ferro ſaturnia iuno.
Et pallas lybicis tritonides edita lymphis.
Ac patrius flexis per tempora cornibus ammon.
Multaque præterea diuorum turba minorum
Quorū ubi molæ ſimul uenietū et greſſibus alma
Intremuit tellus: pars impleuere propinquos.
Diuiſi montes. pars ſedem nube ſub alta
Cœperunt. uacuo deſcenſum ad prælia cœlo.
Tollitur immenſus deſerta ad ſydera clamor
Phlegreis quantas effundit ad æthera uoces
Terrigena in campis exercitus. aut ſator eui
Quanta cyclopas noua fulmina uoce popoſcit
Iuppiter: extructis uidit cū montibus iræ
Magnanimos raptū cæleſtia regna gigantes
Nec uero prima in tantis concurſibus haſta
Vlla fuit. ſtridens nimbis certante furore
Tælorum ſimul effuſus cupidæque cruoris
Hinc atque hinc animæ gemina cecidere procella.
Acrius inſanus dextra qua ducitur enſis

His ſuper: preterea inquit ſcipionem oppoſuit numidis: quibus dederat annibal feruere toto campo ut qua parte opus eſſet ferret opem ſuis laborātibus ſcipio. Scipiadæ: ſcipiōi filio. p. cornelii ſcipionis. Manū: multitudinē. Doliſque qm̄ numidæ in ipſa pugna dolos cōmiſerunt. Volucrē: expeditū ad diſcurrendum. Turmæ: nomadū. ſ.

Spargere: paſſim uagari ac pugnare. Agilique diſcurſu: clamore ſublato ꝑcurſum eſt & pugna leuibus primū armis cōmiſſa. Cæcū murmur: ipſi cæci ardore pugnæ & ſtudio murmure qdā dam oīa cōplebant & turbabāt: & ꝓbat cōpatione maris quod murmur qddā & ſonitū emittit futura tēpeſtate. Parturit: more parturientis uidet̄ uelle tēpeſtatē emittere: & incluſam rabiē parturire eſt uelle pareret̄. Expirat: expirando emittit ſonos ꝑ ſaxa & montes: reſonat quippe illud murmur in cauis montibus: ſic murmur militū incluſū propter galeas reſonabat quæ obſtabāt ut liber̄ exiret. Spumāti uertice: undis ſpumoſis: unde aqua cōmota alba uidetur ꝓpter undas fractas. Anhelantē: aquā cōmotā & impulſam ui uentoꝝ.

Nec uero fati: fingit poeta in hoc tāto fatoꝝ turbine non ſolū mortales fuiſſe ſollicitos uerū etiā numina quæ tanto ſpectaculo interfuerūt. Diſcordia demens: ab effectu qm̄ facit hoīes dementes. Cœlos. i. ipſos cœlicolas. Stimulatus: qm̄ ægre ferebat hercules: ſolo æq̄tā fuiſſe ſagunthū a poenis. Venerāda: qm̄ erat mater iouis. Indigetes: dei pœnates de qbus dictū eſt. Sator qrinus: romulus urbis cōditor. Alternus: pollux: quoꝝ ſtellæ alternis mēſibus lucent: nam cū caſtor cecidiſſet in pugna quā canit Ouidius in faſtis: Et polluci uia in cœlū pateret: orauit iouē ut duobus cœlū partiret̄: unde factū eſt ut alternis mēſibus uiuerēt. und̄ Aeneas uirgilianus: Si fratrē pollux alterna morte redemit. ſupradicta numina ſtabant ꝓ romanis: quæ aūt ſequūtur pro annibale. Edita: nata ad tritonidē paludē.

Hammon patrius: iuppiter q in lybia colebat̄ ſub effigie arietis iō dicit patrius. Deſerta: a diis. ſ. qui ad hæc ſpectacula deſcenderāt: unde cœlū euacuauerant ad terrā deſcendētes. Phlegreis quātas: clamorē militū pugnā ineūtiū clamoribus gigantū & horrendæ uoci iouis fulmīa poſcētis cōtra terrigenas. phlegra eſt uallis in macedōia ubi fuit pugna gigātea cū cœlicolis. Sator æui: iuppiter pr̄ parens ætatis & tēpoꝝ. Cyclopas. miniſtros uulcani ad lipareā taberuam fabricātes ioui fulmina. Nec uero: tantus erat ardor bellandi poeta inquit ut haſtæ ſimul iacerentur nec dignoſci poſſet quæ prima fuerit. Procella: impetu & concurſu utrinque hoſtili. Nimbus: multitudo telorum inſtar nimbi.

B ellantum pars magna iacet ſuper ipſa ſuorum
C orpora:conſiſtunt auidi:calcantque gementes.
N ec magis aut libyco protrudi dardana niſu
A uerti ue poteſt pubes:aut ordine pelli
F ixa ſuo ſarrana manus q̄ uellere ſede
S i temptet calpen impacto gurgite pontus.
A miſere ictus ſpacium.nec morte peracta
A rctatis cecidiſſe licet: galea horrida flictu
A duerſæ ardeſcit galeæ.clypeuſque fatiſcit
I mpulſu clypei:atque enſis contunditur enſe.
P es pede:uirque uiro teritur:telluſque uideri
S anguīe operta nequit:cœlūque et ſydera pēdēs
A bſtulit in geſtis nox denſa ſub ethere telis.
Q uis aſtare loco dederat fortuna ſecundo
C ontorum longo et proceræ cuſpidis ictu:
C eu primas agitent acies:certamina miſcent.
A t quos deinde tenet retrorſum inglorius ordo
M iſſilibus certant pugnas æquare priorum.
V ltra clamor agit bellum:mileſque cupiti
M artis inops ſeuis impellit uocibus hoſtem.
N ec ullum deſit teli genus .hi ſude pugnas
H i pinu flagrante cient:hi pondere pili.
A t ſaxis fundaque alius iaculoque uolucri
I nterdumque ipſis metuenda falarica muris
I nterdum ſtridens per nubila fertur arundo
S peramus ne deæ quarum mihi ſacra coluntur.
M ortali totum hunc aperire in ſecula uoce
P oſce diem?tantum ne datis confidere linguæ:
V t cannas uno ore ſonem.ſi gloria uobis
N oſtra placet neque uos magnis auertitis auſis.
H uc omnis cantus phœbumque uocate parentē
V erū utinā poſt hac animo romanæ ſecunda

Iacet: proſtrata eſt magna pars pugnantū enſe cominus:ordo eſt:ea patre qua ducitꝛ enſis dextra iacet pars bellantū & ſtabant pugnantes ſup cadauera ſuoꝝ & calcabāt adhuc gemētes. Nec magis aut libyco:pertinaciā milirū in pugna & ſtudiū ne loco cedant:cōparat mōti qui fluctibus impactis reſiſtit & loco moueri non poteſt. Protrudi:retro impelli pubes romana conatu hoſtili & econtra Auerti:cogi ut det terga. Sarrana manus:pœni milites. Suo ordine:acie & pugna ſtataria. Pōtus:mare illiſis fluctibus.calpe mons ad fretum gaditanū. Amiſere ſpaciū:adeo confecta erat ac denſa acies & pugna ut non eſſet locus & ſpaciū ad ictus inferendos: ſed alter alterū impellebat nec poſt mortē licebat cadere ad terram. Arctatis:dēſis. Flictu:conflictu. Ardeſcit: uidebatꝛ ardere & ſcintillas emittere impulſu alterius galeæ. Fatiſcit.aperitꝛ & frangitꝛ impulſu alterius clypei. Retunditur: ebes fit & frangitꝛ: & multitudo telorū in aere ſolis radios repellebat. Nox denſa:obſcuritas quā tela iacta faciebāt Quis:quibus. Secūdo loco:poſt primā aciem pugnabant haſtis: conti ſunt haſtæ longiores & obuſtæ. Proceræ:lōgæ. Ceu primas.i. ac ſi eſſēt in prima acie. At quos.i.tyrones qui erant in ultimo ordine.inglorius ille dicitꝛ qui nō dum gloriā conſequutus eſt.tyrones cū ſint noui milites ſunt inglorii. Miſſilibus: telis quæ mittebant in hoſtes & nitebantꝛ æquare pugnas eoꝝ qui erant in prima acie. Vltra.i.illi qui erant ī ulteriore ordine adeo ut nō poſſent telis hoſtes contingere clamore bellū gerebāt. Inops cupiti martis: illi q nō poterāt cominus pugnarꝛ ut cupiebāt ſeuis & horrendis clamoribus īpellebāt hoſtes. Non deſit: non deeſt antique dictum eſt. Vir. Lac mihi non æſtate nouum nec frigore deſit. Sude:palo obuſto. Pinu flagrante: tæda ex pinu ardente ſeu face. Pili:haſte: pilum erat haſta romāoꝝ. Iaculo uolucri: ueloci uolucre eſt quicquid uolat, unde ſagittam appellamus uolucrem. Harūdo: ſagitta harūdinea: de phalarica dictū eſt ſupra ubi cecinit:uix muris toleranda lues. Speramus ne deæ: huius horridæ pugnæ euentū narraturus: poeta uotū repetit ad uirgilii imitationē: ex horatii præcepto in arte poetica & uritꝛ addubitatione ut deuitet arrogātiam: poſſumus ne dicit ſperarꝛ o muſæ ut cōcedatꝛ hanc pugnā monumētis lſaꝝ & carmībus poſteritati traderꝛ fauorēque muſaꝝ emererꝛ cū illaꝝ ſe ſacra colore dicit. Mortali uoce:hūano carmīe nō diuino. Diem:pugnam huius diei ad cannas. Aperire in ſecula:mādare lſis ut p oīa ſæcula huius pugnæ memoria habeatꝛ. Datis:cōceditis ne hoc meæ linguæ ut uno ore canā hoc pliū ad cānas uicū apuliæ. Si gloria uobis:ſi uidꝛor uobis dignus hac gloria & ſi uobis placet adē mihi una cū apolliē q ē poetaꝝ numē. Magnis auſis:his meis pricipiis qm̄ audēus res magnas & qſi ſupra uires. Parētē:phœbus nō fuit prꝛ muſaꝝ ſed dꝛ ad uenerationē:ſic ēt prꝛ poetaꝝ. Veꝝ utinā poſt hac:optat poeta ut rōani eo aīo deīceps ferāt ꝓſperitatē fortūæ quo illā calamitatē ad cānas tulerūt:romani qppe ſecūdis rebus elati:potitique reꝝ ad luxū ſe tota mēte uerterunt & ſic cecidere: luxuria romāoꝝ cœpit euerſa coritho A.L.mūmio & allata pda ex cypro & catōe. lege Liuiū li.ix. de cadis belli macedōici:& Pliniū. Poſthac:poſt hoc tpus. Aīo tāto.ſ.& tā cōſtāti qm̄ ī rebꝫ ſecūdis dēmus eē modꝛati.nā īpiū ut īqt Salu. Facile his artibꝫ retinetꝛ qbꝫ ī inicio partū ē:ueꝝ ubi ꝓ labore deſidia ꝓ continentia atque æquitate libido atqꝫ ſupbia īuaſerꝛ fortūa ſimul cū moribꝫ īmutatꝛ

Secundare: ꝓſperitatem fortunæ quæ ſolet facere hoiem inſolentẽ & ignauũ. & rectius in malis ſapimus. ſecunda uero rectũ auferunt. unde dicit Seneca: Eſto in aduerſis firmus: in ꝓſperis cautus & humilis. non. n. habuerũt romani eã conſtantiã in ſecũda fortuna quã in aduerſa habuerant: & iõ gloriã & imperiũ paulatim amiſere. unde exclamat Iuuenalis: Nunc patimur longæ pacis mala ſæuior armis luxuria incubuit uictũque ulciſcit orbem: opto inquit poeta ne deinceps romani ſimilẽ calamitatẽ patiant. uidens. n. mollitiẽ tempoꝝ ſuoꝝ ꝑſpiciebat illos tale uulnus pati non poſſe qui ludis & conuiuiis indulgebant. Troia proles: romani oriũdi a troia. Tuque anxia fati: alloquit romã poeta anxiã & incertã diſpoſitionis fatoꝝ cum tot calamitatibus premeret. nullo inquit tempore maior eris q̃ eo quo tales calamitates magno aĩo pateris. unde in. iii. officioꝝ li. Cicero ſcribit poſt hanc pugnã ad cannas fractũ fuiſſe aĩum annibalis cum romani rebus afflictis tam excelſo aĩo fuiſſent. Mox: poſtea. Labere: cades & rues. Secundis: proſperitate fortunæ. Nomina cladum: calamitatũ quas accepiſti magno aĩo & ab honeſto nunq̃ diſcedente. Sola fama: nõ re ipſa nõ uiribus iam effœminatis: ſed ſola fama quam prius habebas: laudẽ inquit quã meruiſti o roma propter aĩ magnitudinẽ & robur ciuiũ tuoꝝ in rebus aduerſis ſola fama tueberis: cum luxus: & uitia mores & optima inſtituta proſtrauerint ut uix credibile ſit ꝙ de tuoꝝ conſtantia prædicat. Nuper inqt Liuius diuitiæ auaritiam & abundãtes cupiditates deſideriũ per luxũ atque libidinẽ pereundi perdendique omnia inuexere. Iamque inter uarias: redit ad narrationem a qua digreſſus fuerat: ſenſus eſt: fortuna belli primo congreſſu cois fuit & nunc romani nunc pœni uiciſſim ſuperiores uidebant inde irruente nealce inclinata eſt romanorũ acies. Alternata quæ uiciſſim mutabatur. i. cũ fortuna uiciſſim eluſiſſet iras & impetus uirorum. Eluſerat: uanas & irritas fecerat qm̃ in caſſum utrique milites ſeuiebant cũ belli fortuna par eſſet. Euẽtu: exitu pugnæ. Pendẽte ſpe: dubia & faciente utroſque ſuſpenſos. nam dubio marte pugnabat. Flagrabat: ardebat cum marte ancipiti dimicaretur. Mitia ceu uiridis: æquam romanorum & pœnorum pugnam ſegeti comparat quæ leui uento impulſa æqualiter agitatur. Mitia flamina: mites uenti. Virides culmos: uiridem ſegetem. Nec dum maturas: nondum aptas ad meſſem. ariſta dicitur ab ariditate. Summa ſeges: ſumma pars ſegetis quæ a ſatu dicitur: interdum accipitur pro terra. Vir. in georgicis: Illa ſeges demũ uotis reſpondet auari agricolæ. Nutans. moriens ſe per uices. Niteſcit: reſplendet. Tandem: poſt ancipitem belli fortunam. Laxati cunei: patefactæ & relaxatæ romanorum acies. Interualla: per ipſos cuneos iam laxatos ut eſſet inter acies prius denſas quoddam interuallum. Trepidis: romanis. Sub ima cuſpide: ideſt nullus cadebat incumbens ſuper imã partem cuſpidis: omnes quippe in pectus excipiebant uulnus & cadebant reſupini: ſi accepiſſent uulnus in tergo ore ad terram cecidiſſẽt ſuper imam cuſpidem quæ extitiſſet ex uulnere accepto poſt tergum. ideo ſubiungit dum uulnera tergo timet bellator auſonius ideſt romanus & italus. Arcet dedecus læto: defendit morti ignominiã: nam dedecus ẽ uulnera tergo excipere: ergo romani dedecus a morte pollebant generoſe ac fortiter cadẽtes ut illos decebat q marte genti inſcribebãt & fortiſſimi habebant & erant. Aſpera ſemp amãs: alludit ad illũ ſcæuolã qui manũ iniecit cremãdã igni cũ porſenæ ſcribã interfeciſſet. Par periclo: ad oĩa picula ꝓmptus. Tãta ſtrage: cũ tot romani caderẽt nolebat amplius uiuere ſed honeſte ꝓ patria mortẽ oppetere.

Quanto tunc aduerſa feras. ſitque hactenus oro
Nec libeat temptare deis an troia proles.
Par bellum tolerare queat: tuque anxia fati
Pone præcor lachrymas: et adora uulnera laudes
Perpetuas paritura tibi: nam tempore roma
Nullo maior eris: mox ſic labere ſecundis
Vt ſola clade tuearis nomina fama.
Iamque inter uarias fortuna utrinque uirorum
Alternata uices incerto eluſerat iras
Euentu. mediaque diu pendente per ambas
Spe gentes: paribus mauors flagrabat in armis:
Mitia ceu uiridis agitant cũ flammina culmos.
Nec dum maturas impellit uentus ariſtas
Huc atque huc it ſũma ſeges: mutanſque uiciſſim
Alterno lente motu incuruata niteſcit.
Tandem barbaricis ꝑfractam uiribus acris
Diſſipat incurrens aciem clamore nealces:
Laxati cunei. perque interualla citatus
Irrupit trepidis hoſtis: tum turbine uirgo
Sanguinis exundat torrens nullumque ſub ima
Cuſpide procumbit corpus: dũ uulnera tergo
Bellator timet auſonius: per pectora ſeuas
Exceptat mortes: et læto dedecus arcet.
Stabat cum primis mediæ certamina pugnæ
Aſpera ſemper amans et par cuicunque periclo
Scæuola. nec tanta uitam iam ſtrage uolebat.

Proauo:illo ſcæuola qui fuit tpe porſenæ ad quē hic originē referebat ſuam. Sub noīe.i.uolebat mortem cū laude ac fama.i.fortiter pugnando cadere:etenim circa tale genus mortis eſt ipſa fortitudo. Extendamus:quadam uelut īmortalitate proferamus. Plinius in epiſtolis ait: Cū tam auguſtis terminis uita noſtra concludaſ ſtudiis memoriā extendamus. Nā uirtus futile nomen:uirtutis laus in actione conſiſtit cū actus ſit p̄ſtabilior habitu & nomen uirtutis ſine actu eſt futile & nullius momenti:& tunc homo habet humanā fœlicitatē:more philoſophoꝝ loquor cū exercet uirtutem & aliquid ex illius præſcripto agit:& fortitudinis nomen futile eſt niſi ille q dicit ſe fortem exerceat fortitudinē ubi oportet:& qñ oportet.& quia fortitudo proprie eſt circa mortem quæ accidit in bello:ideo ſubiūgit niſi adſint tempora. Decoris lethi: claræ mortis honeſtæ & ī qua qui uult fortis haberi decorū ſeruat ſuum.fortis ſi opus eſt & uſus exigit non debet ꝑ patria mortem recuſare aliter nō erit appellandus fortis ſed potius timidus. Futile: uile & fere nullius precii & eſtimationis niſi ponaſ in actu in quo conſiſtit laus cum finis eo ſit præſtabilior quod ē ad finē.

Patiendo:tolerādo incōmoda & aduerſa circa quæ uerſaſ uirtus. Limitē agit.i. īmiſit ſe in medios ea parte qua dextra poenoꝝ faciebat limitē & uiam inter acies romanas:ſupra dixit laxanſ cunei & interualla irrūpit hoſtis. Ferſ ſceuola quadam animi robore ac impetu in medios hoſtes qui ꝑ acies romanas limitem agebant. Geſtamina: ſpolia ronanis adēpta quæ uolebat effigerē haſtæ & circūferre ad pompā. Subit: ferit. Tenus:uſque ad capulū enſis tenus iungiſ cū ablatiuo ſingulari & genitiuo plurali. Vir. Et crurū tenus amēto palearia pendent. Hoſtilia:hoſti adēpta. Concordi uirtute:pari fortitudīe ac robore. Dum ſtat:dū exigiſ contra ſcæuolam. Succidit: cecidit ſucciſo & uulnerato pede enſe quem calcauerat. Dānauit:maculauit pedē enſe. Amici:gabarisquē ſcæuola enſe cōfoderat.

Tādē:poſt hos interēptos furor & impetus ſcæuolæ cōuertit ī ſe tela nealce.

Fatalia:mortē allatura ſcæuolæ. Fulmine:fulminātis ipſos hoſtes. Exilit: ruit ad pugnā. Ardēs:ipſe nealces. Tā claro noīe:ſcæuolæ.ſ.& alludit ad illū ſcæuolā q dictus ē.C.mutius cordo: & xx.annos natus rē admirabilē auſus eſt ut dixi. Ad præmia cædis:qm̄ magnū putabat præmiū nealces ſi necē tā clari noīs uiro intuliſſet quod iactu ſilicis aſſequutus eſt. Torrens:aufidus q labiſ ex monte gargano:& eſt q̄ſi torrens qm̄ in eſtate fere deſiccaſ:in hyeme aūt augeſ. Malæ:maxillæ ipſius ſcæuolæ. Vultus: facies:hæc uocabula poetæ cōfūdūt:nā facies ad corpus:uultus ad aīum referſ & a uolūtate fingiſ:inde dicimus irato & mæſto uultu & longa lataque facie. Sanies concreta: ſanguis ipſe mixtus cū cerebro inſtar ſaniei:nā ſanies ꝓprie putredo ē & ſanguis putrefactus. Atra obſcura iā in morte. Manāt:decidūt & fluūt. Eliſis orbibus.excluſis oculis:elidere eſt excludere extraque eiicere. Virgi. Ter ſpumā eliſam & rorantia uidimus aſtra. Trunca fronte:priuata oculis

Vnanimo:eiuſdem uoluntatis.i.amico ſuo caſpro. Metuens ſupereſſe:hic erat uerus amicus qui nolebat uiuere mortuo caſpro. Lucis idem auſpicium:principium uitæ auſpicium dicitur uel a paſtu auium uel ab auium inſpectione:& quia conſul capiebat priuſq̄ prælium iniret factum eſt ut dicamus auſpicia ductum atque principium & auſpicari non modo auſpiciū capere ſed etiam incipe.

Sed dignum proauo lætum: et ſub nomīe mortē.
Is poſtq̄ frangi res atque augeſcere uidit
Exitum. breuis hoc uitæ quodcunque relictum
Extendamus ait.nam uirtus futile nomen
Ni decoris adſint patiendo tempora læti.
Dixit:et in medios qua dextera concita poeni
Limitem agit:uaſto connixus turbine fertur.
Hic exultantem calarim.atque erepta uolentem
Induere excelſo ceſi geſtamina trunco
Enſe ſubit:capuloque tenus ferrum impulit ira.
Voluitur ille ruens.atque arma hoſtilia morſu
Appetit:et mortis premit in tellure dolores.
Nec gabari ſichæque uirum tenuere furentes
Concordi uirtute manus.ſed perdidit acer
Dum ſtat deciſam gabar inter prælia dextram.
At ſicha auxilium magno turbante dolore.
Dum temere accelerat calcato improuidus enſe
Succidit:et unde ferro ueſtigia plantæ
Damnauit.dextraque iacet morientis amici.
Tandem conuertit fatalia tela nealce.
Fulminei gliſcens iuuenis furor.exilit ardens
Nomine tam claro ſtimulante ad præmia cædis.
Tum ſilicē ſcopulo auulſum quē montibus altis
Deulerat torrens raptum contorquet in ora
Turbidus incuſſo crepuerunt pondere malæ.
Ablatuſque uiro uultus concreta cruento
Per nares cerebro ſanies fluit:atraque manant
Orbibus eliſis et trunca lumina fronte.
Sternitur unanimo marius ſuccurrere caſpro
Conatus:metuenſque uiro ſupereſſe cadenti.
Lucis idē auſpiciū ac patriū et cōmune duobus.

Paupertas: ſacro iuuenes præneſte creati
Miſcuerant ſtudia et iuncta tellure ferebant.
Velle ac nolle ambobus idem. ſociataque toto
Mens euo. ac paruis diues concordia rebus.
Occubuere ſimul. uotiſque ex omnibus unū
Id fortuna dedit iunctā inter prælia mortem.
Arma fuere decus uictori bina ſimeto
Sed longū tanto lætari munere caſus.
Haud licitū pœnis. aderat terrore minaci
Scipio conuerſæ miſeratus terga cohortis.
Et cuncti fons uarro mali. flauuſque comarum
Curio. et a primo deſcendens conſule brutus.
Atque his fulta uiris acies repararet ademptū.
Mole noua campū: ſubito in turbine pœnus
Agmina frenaſſet iam procurrentia ductor.
Iſque ut uarronem procul inter prælia uidit
Et iuxta ſagulo circūuolitare rubenti.
Lictorem. noſco pompam atque inſignia noſco.
Flaminius modo talis ait. tum feruidus acrem
Ingentis clypei tonitru prænunciat iram.
Heu miſer æquari potuiſti funere paulo
Si tibi non ira ſuperum tunc eſſet ademptum
Annibalis cecidiſſe manu. q̄ſ ſepe querere
Varro deis quod ſidoniū defugeris enſem.
Nam rapido ſubitam portans in morte ſalutem
Procurſu incepta ſeſe in diſcrimina uertit
Scipio. nec penū quā q̄ eſt ereptus opimæ
Cedis honor: mutaſſe piget maiore ſub hoſte
Prælia: et erepti titina ad flumina patris
Exigere oblato tandem certamine pœnas.
Stabant educti diuerſis orbis ab oris
Quanto non alias uidit concurrere tellus
Marte uiri. dextraque pares. ſed cætera ductor
Ante ibat latius melior pietate: fideque.
Diſſiluere caua turbati ad prælia nube
Mauors ſcipiade metuens tritonida pœno
Aduentuque deum intrepidis ductoribus ambæ
Contremuere acies. ater qua pectora flectit
Pallas: gorgoneo late micat ignis ab ore.

Sacro præneſte: dicato fortunæ ut dictum eſt. Miſcuerant ſtudia: excoluerant agros ſimul & ſeminabant in coniunctis fundis. Diues concordia: qm̄ cōcordia res augenť: diſcordia uero minuunť. Paruis rebus: humili fortuna qm̄ in rebus magnis rara eſt concordia: unde ait Cicero ī officiis: Nā quicquid eiuſmodi eſt in quo non poſſunt plures excellere in eo plerunque fit tanta contentio ut difficillimū ſit ſanctā ſeruare ſocietatē. Votis ex omnibus: qm̄ optauerant ſimul mori cum pariter uiuere cœpiſſent. Simetho: hoſti q hos duos amicos interfecit. Primo cōſule qm̄ brutus exactis regibus fuit primus conſul apud romanos. Fons: origo & cauſa illius calamitatis qm̄ temere pugnā iniuit paulo collega uiro prudentiſſimo etiā diſſuadente. Mole noua: nouo impetu. Frenaſſet: repreſſiſſet agmina romanoꝝ qui iam procurrebāt in poenos. Sagulo rubenti: paludamēto conſulari quod erat coccineū. Pōpam: cōſularem. ſ. ſed pompa proprie eſt ſpectaculū in proſperis rebus & etiā in aduerſis qualis eſt in triūpho & ī funere. & eſt pompa ſolennis quidā apparatus & oſtentatio: Cicero: ſed iam e pōpa in uerā aciem deſcendamus: & Vir. ſolēnes ducere pompas ad delubra iuuat. Inſignia: cōſularia. ſ. Heu miſer ait poeta uarronem tunc fuiſſe miſerū cui non licuit mori manu annibalis.

Funere: pari laude mortis: ſed nō merebatur qm̄ fortis non erat ſed audax quod poſtea oſtendit fugiēs ex acie tāq̄ lepus. Opime credis: qm̄ ſpolia opima erāt quæ dux duci detrahebat ut dictū eſt. Sub hoſte maiore: ſcipione quem poeta uarroni conſuli merito præpōit.

Erepti patris: qm̄ ad ticinū fluuiū humeris patrem uulneratū in caſtra retulit. Stabant: parati. ſ. ad ſingulare certamen annibal & ſcipio. Educti: nutriti in diuerſis regiōibus: Annibal enim apher: Scipio romanus erat: tales uiros inquit nunq̄ uidit tellus concurrere.

Marte: peritia militari. Dextra robore ac uiribus: ſed ſcipionem præpōit annibali propter pietatem & fidem cū annibal eſſet impius & perfidus. Diſſiluere caua: fingit poeta martem fauētem romanis & palladem poenis deſcēdiſſe ad certamen. Caua: concaua qm̄ nubes eſt corpus rarum & dat locū quē Ariſtoteles dicit eſſe ultimam ſuperficiem corporis ambientis locatum. Scipiade: ſcipiōi. Poeno: annibali qm̄ ī tritonide palluď repta fuit pallas & mars fuit pr̄ romuli. Intrepidis ductoribꝫ: ſcipione & ānibale nō timētibus ābæ acies hoſtiles. ſ. & romāæ timuerūt ī aduētu martis & palladis: ornat hos duos clariſſīos ī toto orbe imꝑatores poeta ad laudē ſcipiōis q poſtea uicit ānibalē. Micat ignis: uidebať micař ignis ex ore meduſeo. Egis: ſcutū pallidis.

Sibyla:qm̄ caput meduſæ quod erat in
egide habebat capillos ſerpentinos ad
quod poeta alludit: & oculi uidebātur
eſſe cometes adeo uibrabant. Vertex:
conus galeæ. At mauors:nunc deſcri/
bit martem.ethnea incendia:flammas
ethneas fingūt poetæ cyclopes uulcani
miniſtros elaborare arma ſub ethna
monte propter flammas quæ exire ui/
dent ex cratere illo ethneo naturaliter
Incendia: ſplēdorē cū eſſet ex auro.
Fulua:aurea criſta quæ erat ſuper ga/
leam. Menſi.i.cum cognouiſſent q̄tū
quiſque auderet. Viciſſim: mutuo in
illa pugna quæ cominus parabatur .i.
alter menſus eſt q̄tum alter auderet cū
eſſet prope hoſtem tūc.n.animi robur
cognoſcitur cū ad manus uentum eſt:
qm̄ audaces & timidi fugiūt. Spectari
uideri a diis:inde ſpectatores dicuntur
in theatris. In obliquū:ſcipionem op
poſitū. Pœni:annibalis. Ferocis:bel
licoſæ pallados. Porgebat:porrigebat
ſcipioni enſem elaboratū manibus cy/
clopū ſub ethna. Maiora: q̄ iuſſiſſet
pallas.i.iubebat interficere annibalem
Suffudit ora: inflāmata eſt & præ ſe
iram tulit. Gorgona.i.irata ſuperauit
toruitatē uultus ipſius meduſæ. Mon
tis:gargani. Saſſon:inſula e regiōe ad
aufidū de qua dictū eſt. Regem:iouē
hæc omnia finguntur ad imitationem
uirgilii. Iris fuit filia thaumantis ut fa/
bulæ canūt & conuerſa in arcum cœle
ſtem nuncia eſt iunonis & iouis:alas ha
bet autore Homero ex auro; pedes etiā
& quia plerūque mittit ad diſcordiam
dicit iris. Succinctam nubibus:alludit
ad rationē naturalē qm̄ iris non fit niſi
in nube:lege Ariſtotelē & Pliniū. Mo
tus: perturbationes & diſcordiā martis
& palladis. Idea:uerba iouis ad irim.
Enotris terris:appulis & italis ab æno
tro fratre peucetii ut dictum eſt. Iras
germanæ:iunonis inimicæ romanis.
Leges parcarū:fatū ipſum quod erat
ut roma eēt caput orbis. Virus & eſtus:
uenenatā rabiē & excandeſcētiā. Egi/
de p̄cellant.i.dic palladi ꝙ niſi deſiſtat
cognoſcet plus poſſe mea fulmina quā
egis.i. ſcutū quod habet & quo freta ſu
perbit & tm̄ audet. Abſiſtemus:diſce/
demus inquit pallas. Sed pallade pul
ſa: ex affectu quem habebat erga ſuos
loquitur pallas & ſeruat decorum per/
ſonæ poetarum.introducit illam dubi
tantem de euentu pugnæ & timentem
an ſe iuppiter permitteret ſpectare aci
es ex alto cœlo cum parēdū eſſet ioui.
Nū auertet fata:an auertet hanc cala
mitatē a romanis q̄ ſe preſēte haud du
bie iā q̄ſi illatā cernebat pallas. Arua
gargani:appulia ubi eſt mons garganus

Sibilaque horrificis torquet ſerpentibus egis:
Fulgens ſanguinei geminū uibrare cometen
Vt credas oculi ſummaque in caſſide largus
Vndantes uolunt flāmas ad ſydera uertex.
At mauors moto perturbans aera telo:
Et clypeo campum inuolens etnea cyclopum
Munere fundentē loricam incendia geſtat.
Ac pulſat fulua conſurgens ethera criſta.
Ductores pugnæ intenti quantūque uiciſſim
Audere et propius menſi tamen arma ferentis
Senſere adueniſſe deos:et lætus uterque
Spectari ſuperis:addebant mentibus iras.
Iamque ictu ualido libratā a pectore pœni
Pallas in obliquū dextra detorſerat haſtam:
Et gradiuus opem diue portare ferocis
Exemplo doctus porgebat protinus enſem
Etneum in pugna iuueni ac maiora iubebat.
Tum uirgo igneſcens penitus uiolenta repente
Suffudit flāmis ora:atque obliqua retorquens.
Lumina turbato ſuperauit gorgona uultu.
Erexere omnes immania mēbra chelydri
Egide commota.primique furoris ad ictus.
Retulit ipſe pedem ſenſim a certamine mauors:
Hic dea conuulſam rapido conamine partem
Vicini montis ſcopuliſque herentia ſaxa
In martē furibunda iacit longeque relatos
Expauit ſonitus tremefacto littore ſaſſon.
At non hæc ſuperū fallebant prælia regem.
Demittit propere ſuccinctam nubibus irim
Quæ nimios frenet motus ac talia fatur.
I dea et oenotrus uelox allabere terris
Germaneque truces dic pallas mitiget iras.
Nec ſperet fixas parcarum uertere leges.
Dic etiā ni deſiſtis.nam uirus et eſtus.
Flāmiferæ noui mentis nec colligis iram
Egide præcellant q̄tū horrida fulmina noſces
Quæ poſtq̄ accepit dubitans tritonia uirgo
Nec ſat certa diu patriis an cederet armis.
Abſiſtemus ait campo. ſed pallade pulſa
Num fata auertet:cœloque arcebit ab alto
Cernere gargani feruentia cedibus arua.

Hæc effata caua pœnum in certamina nube:
Sublatū diuerſa tulit:terraſque reliquit.
At gradiuus atrox remeātis in ethera diuæ
Abſceſſu reuocat mentes.fuſorque per equor.
Ipſe manu magna nebula circūdatus atra
Reſtituit pugnā:cōuertunt ſigna:nouāque
Inſtaurant itali uerſa formidine cedē.
Tum uētis poſitus cuſtos q̃ flamina carcer
Imperio compreſſa tenet cœlūque ruentes
Eurique et boreæ parent chorique notique
Iunonis precibus promiſſa haud parua ferentis
Regnātem eolus uulturnū in prelia cāpis
Effrenat:placet hic ire exitiabilis ultor.
Qui ſe poſtq̃ etnæ merſit cadente baratro
Concepitque ignes et flāmea protulit ora
Euolat horrēdo ſtridore:ac daunia regna
Perflat agēs cecā glomerato puluere nubem:
Eripuere oculos aure:uocēque manuſque
Vertice harenoſo cādentes flebile dictu.
Torquet in ora globos italum:bellare maniplis
Iuſſa lacerantur rabie tū mole ruinæ
Sternuntur tellure et miles et arma tubæque
Atque omnis retro flatu occuſante refertur
Lancea:et interdum rutulis cadit irritus ictus.
Atque idem flatus penorum tela ſecundat.
Et uelut amēto contorta haſtilia turbo
Adiuuat:ac tyrias īpellit ſtridulus haſtas.
Tum denſo fauces præculſus puluere miles
Ignauam mortē compreſſo meret hiatu
Ipſe caput flauum caligine conditus atra
Vulturnus: multaque comā perfuſus arena
Nunc uerſos agita tergo ſtridētibus alis
Nūc mediam in frontem ueniēs clamante procella
Obuius arma quatit patuloque inſibilat ore.
Interdū intentos pugnæ et iam iāque ferentes:
Hoſtili iugulo ferrū conamine et ictu
Auertit:dexterāque ipſo de uulnere uellit.
Nec ſatis auſonias paſſim fedare cohortes
In martem uomit immixtas mugitibus auras
Biſque dei ſummas uibrauit turbine criſtas.
Quæ dum romuleis exercet prelia turmis

Pœnū annibalē: hoc fingit poeta ad īmitationē. Vir. Diuerſa:in diuerſam ptē.i. abſtulit annibalē a cōſpectu ſcipionis. Fuſor:q fundebat. Aequor: cāpos. Manu:globo romanoꝝ inſtaurat pugnā mauors. Signa:aq̄las quæ iā retro cedebāt. Verſa: quoniā iā pœni timebāt. Cū uentis poſitus cuſtos.i. colus qui precibus iunonis emiſit uulturnum afferentē maximas calamitates romanis. Cui: eolo cuſtodi carcer tenet cōpreſſos uentos. Ruētes cœlū:eruētes ac oīa p auras uerrētes: ſi eolus pmitteret:& ponit noīa uentoꝝ. Cāpis eoliis: planis ac expoſitis uēto cui eolus imparat:unde Martialis balnea uētoſa lupi: eolam appellat. eoliis ergo cāpis.i.uēto obnoxiis.nā pp planitiē uulturnus in apulia maxīe regnat:qppe nō opponitur aliqs mōs flanti uulturno:inde ſine īpedimēto tāq̃ rex totā pflat apuliā:de hoc uēto liuius ait Romāis ī meridiem uerſis pœnis ī ſeptētrionē uētus quē uulturnum incole regionis uocāt aduerſus romāos cohortus multo puluere ī ipſa ora uoluēdo pſpectam ademit. Effrenat: emittit & freno ſoluit. loquiť p tranſlationem. Hic ultor:uentus. Iræ:ipſius iunonis quæ nūq̃ romanoꝝ calamitatibus ſatiabať. Baratro ethnæ: in craterē illū pfundum q ē in ſūmitate ethnæ mōtis ſiciliæ baratrū ē uorago pfunda: unde Martialis imā ptē ſtomachi baratrum appellat:dicens extrēo ructus cū uēit a baratro. Cōcepit ignes:ī ipſo baratro quoniā niſi ī illā uoraginē uentus īgrederet nō generareť illic ignis. Flāmea: inflammata igni quem cōceperat Daunia regna:apuliā. Cecā nubem: ab effectu quia obcæcare uideť hoīes:iō ait eripuere oculos aure. Agens:impellens. Globos cadentes:ardentes cumulos harenæ. Vertice harenoſo.cumulo harenæ. Iuſſa:præcepta:& mādata bellādi ſoluūť rabie uulturni: qm̄ nō poterant iuſſa duoꝝ exequi milites īpediti flāme uulturni. Occuſante: īpediente ſuo curſo:retorquebat haſtas romanoꝝ uulturnus. Irritus: uanus īpediēte uēto. Rutulis:romanis. Secūdant:adiuuāt. Turbo:īpetus ipſius uulturni adiuuabat haſtas pœnoꝝ tāq̃ amento quodā amentū ē ligula qua iaculū ualidius emittimus. Ignauā mortē:turpē: nam turpe erat pulueř ſuffocari: contra quē fortitudo n̄ pōt extēdi. Meret:dolet q tā ignaua morte cadat. Hiatu:ore clauſo. Ipſe:uulturnus. Agit:īpellit ipſos romanos uerſos ī fugā. Clamāte:ſtridēte. Ferētes:romanos īferētes ferrum iugulo hoſtiū quos uulturnus auertebat: nec ſinebat pœnos uulnerari. Vōit:uomendo emittit. Vibrauit:concuſſit.

Eolius furor:ipſe uulturnus qui parebat eolo. Virgo:pallas. Quātos gradiuus:uerba palladis ad iouē:quibus modeſtiam ſeruat & martē in inuidiā trahit. Fluctus: motus:& ruinas mouet mars. Se cædibus iplet:ex ſtomacho loquit̃ & martē in odiū trahit a crudelitate. Nunc queſo: modeſte queritur de ioue qui p irim reuocauerat pelladem a pugna. Quáquā ego:cōfutatio ē:nō parabam īquit delere romanos:ſed ſubtrahere annibalem fato. Nr̃o cū pignore: ꝓbatio eſt cōfutatōis,& ait:nō odi romanos quippe roma regnat cū nr̃a imagine.i. palladio:qđ diomedes eneæ reſtituit: & tā diu duraturū erat iperiū q̃diu in urbe eēt palladium. Lumē:ipſū annibalē. Alumnæ libyæ:quæ me aluit:locus ē ab honeſto. Excipit hæc iuno:introducit poeta iunonem loquētē:& cōcedentem per quādā ironiam ioui ut euertat arcēs carthaginis:tñ id negat qđ cōcedere uidetur. Excipit:ſubiūgit ad hæc uerba palladis. Immo ait:cōceſſio p ironiam tñ arguit ab honeſto iouem non debere in pœnos ſeuire: cū ait ut noſcant gentes q̃tum ualeāt regna iouis immania: quaſi dicat:ſi hoc feceris oēs dicēt te eē immanē:& facere preter decoꝝ qđ alienū a ioue eē debebat:artificioſe loquit̃ iuno ut iouem ex ſnīa deiiciat. Antiſtet: antecellat q̄ſi dicat nō debes hoc facere ut oſtendas q̄ ſit preſtātior tua potentia cæteroꝝ uiribus cū oīa ſint ſub tuo nutu:uideris quippe moueri affectibus q̄bus iuppiter penitus uacare debet & eſt locus ab honeſto. Telo flagranti: fulmine. Nil oramus:negat qđ concedere uidetur & ſeruit poeta affectui iunonis quæ irata erat. Certatis fatis: uerba iouis ad iunonem & palladē q̄s carpit tā q̄ iprudentes cū uellent repugnar̃ fatis q̄bus etiam ipſe iuppiter ſubiicit̃. Spes egras: debiles: nā ſperatis impoſſibilia.

Ille:ſcipio. O nata:uertit ſermonem iuppiter ad palada filiā: cui predicit uictoriam ſcipionis:quē pallas delere pauerat. Noīa gētis:q̄m appellabit̃ aphricanus. Libycā laurū: triūphabit de libya lauro coronatus. At cui tu cōiunx: predicit annibalis exitiū iunoni. Vertet arma:reuertet̃ in aphricā & auertet ſua arma a populis latinis:& optabit tādē nūq̄ trāſcēdiſſe alpes. Metæ: termini. Nec luctatus: nō repugnauit mars iuſſis. Iuuarent: delectarēt.i.diſceſſit quāuis gauderent illa pugna: & clāgore tubarum. Deo:marte. Celeſtia:martis.ſ. Feræ turrigeræ: elephanti q dorſo fert turrim cū pugnatoribus. Labores.i.tormenta & inſtrumenta bellica.

Quo:ut. Senſim: paulatim. Leuiores cateruas:milites leuioris armaturæ.

Iuuenem:minutium:ceſi fuerunt ī eo prælio queſtores cōſulum.L. Acilius & .L.furius:&.xx.đ tribunis militum: cōſulares quidam & ædilitii:īter eos Gneus ſeruilius:& hic.C. minutius q magiſter equitū fabii dictatoris fuerat:quem ut ſupradictū eſt fabius ānibali eripuit: cū æquatū haberēt imperiū qđ nūc ānibal obiicit:minutio. Cruētis:cruor̃ ſuffuſis ꝑpter irā. Scintilauit:accenſa eſt.

Eolius furor et martē ſuccendit in iras:
Affatur uirgo ſocia iunone parentē
Quantos gradiuus fluctus in punica caſtra
Reſpice agit:quātiſque furens ſe cedibus implet:
Nunc quæſo terris deſcēdere nō placet irim
Quáquā ego nō teucros noſtro cū pignore regnet.
Roma et palladio ſedes hac urbe locarim.
Non teucros delere aderā:ſed lumen alumnæ
Annibalem libyæ pelli florentibus annis
Vita atque extingui primordia tanta negabam.
Excipit hæc iuno.longique laboris ab ira
Immo ait ut noſcāt gentes immania quātum
Regna iouis ualeant:cūctiſque potentia quātum
Antiſter coniunx ſuperis tua:diſcute telo
Flagranti:nil oramus:carthaginis arces.
Sidoniāque aciem uaſto telluris hiatu
Tartareis immerge uadis:aut obrue ponto
Contra quæ miti reſpondet iuppiter ore.
Certatis fatis:et ſpes extēditis egras.
Ille o nata libens cui tella inimica ferebas
Contūdet tyrios iuuenis: ac nomina gētis
Induet:et libycam feret in capitolia laurum.
At cui tu coniunx cui das animoſque decuſque
Fata cano:uertet populis laurentibus arma.
Nec longe cladis metæ uenit ora:dieſque
Qua nullas unquā tranſiſſe optauerit alpes
Sic ait.atque irim propere demittit olympo
Quæ reuocet martem iubeatque abſcendere pugna
Nec uetitis luctatus abit gradiuus in altas
Cum fremitu nubes: quáquam lituique tubæque
Vulneraque et ſanguis et clamor et arma iuuarent.
Vt patuit liber ſuperum certamine tandem
Laxatuſque deo campus:ruit æquore ab imo,
Penus:quo ſenſim celeſtia fugerat arma.
Magna uoce trahēs equitemque uiroſque feræque
Turrigeræ molem:tormentorumque labores.
Atque ubi turbantem leuiores enſe cateruas.
Agnouit iuuenem ſcintilauitque cruentis.

Ira genis quæ nã furiæ:qſue egit ĩ hoſtem
En minuti deus ut rurſum te credere nobis?
Auderes ĩquit:genitor tibi natus ab armis.
Ille meis ubi nũc fabius?ſemel ĩprobe nr̃as.
Sit ſatis euaſiſſe manus:atque ide ſupbis
Haſta comes dictis murali turbĩe pectus
Trãſſorat:et uoces uẽturas occupat ictu.
Nec ferro ſeuire ſat ẽ:appellitur atra
Mole fera:et mõſtris cõpõitur itala pubes.
Nã prouectus equo moderãtẽ cuſpide lucas.
Maurũ ĩ bella boues ſtimulis maioribus ire
Ac raptare iubet libycarũ armẽta ferarũ
Immãe ſtridẽs agitur crebroque coacta
Vulnere bellatrix properos fert belua greſſus.
Liuẽti dorſo turris flãmaque uiriſque
Et iaculis armata ſedet:procul aſpera grãdo
Saxorũ ſup arma ruit:paſſimque uolãti
Celſus telorũ fũdit libys agere nimbũ
Stat niueis lõgum ſcipata p agmĩa uallũ
Dẽtibus atque ebori prefixa cominus haſta
Fulget ab ĩcuruo deiecta cacumine cuſpis.
Hic iter trepidos rerũ p mẽbra p arma
Exigit ufentis ſceleratũ belua dẽtem.
Clamãteque ferẽs calcata p agmĩa portat.
Nec leuius radio leuũ qua tegmine thorax
Multiplicis lini claudit latus ĩproba ſẽſim
Corpore nõ læſo penetrarũt ſpicula dentis
Et ſublime uirũ clypeo reſonãte tulerũt.
Haud excuſſa noui uirtus terrore picli
Vtitur ad laudẽ caſu:geminũque citato
Vicinus fronti lumẽ trãſuerberat enſe
Extimulata graui ſeſe fera tollit ad auras:
Vulnere:et erectis excuſſam cruribus alte
Pene iacit uoluens reflexo põdere turrim.
Arma uirique ſimul ſpoliataque belua uiſu
Sternũtur ſubita miſerandum mixta ruina
Spargere flagrantes contra bellantia monſtra
Dardanius tædas uictor iubet:et facis atræ
Quos fera circunfert compleri ſulphure muros.
Nec iuſſo mora collectis fumantia lucent
Terga elefantorum flãmis:raptuſque ſonoro
Ignis edax uẽto per propugnacula fertur.
Non aliter pindo rhodope ue incendia paſtor

Quæ nã furiæ:uerba annibalis increpantis miutium. Genitor :fabius quẽ minutius genitorẽ appellauit. Murali:qui murũ potuiſſet ſternere. Appellit̃:adiũgit̃. Fera:elephantus. Cõponitur:obiicit̃. Lucaſboues: elephãtos: q̃ tẽpor̃ pyrrhi primũ uiſi fuerũt ĩ lucania:ĩde elephãtus lucabos ẽ appellatus.

Libycarũ ferarũ:elephantorũ. Vulnere:uerbere ac pulſatõe. Liuẽti: ſub nigro. Sedet:locata eſt turris in dorſo elephanti. Grando: nimbus ac multitudo ſaxorũ. Aggere:currente elephãto qui habebat aggerẽ ac turrim ĩ dorſo. Celſus : qm̃ erat ſup elephantum.

Libyis :pœnus miles. Stat uallum: elephanti erant tanq̃ uallum inter ipſa agmina cõdenſa. Prefixa haſta ebori: prefixa erat haſta in molẽ elephanti:cuius cuſpis obuios cõficiebat. Ebori: elephanto ex cuius dẽtibus fit ebur. Cominus: ꝑpe. Deiecta:deorſum miſſa.

Ab incuruo cacumine:a curuitate dorſi ipſius elephanti. Hic:tunc elephantus exigit dentẽ:inter toracẽ & membra ufentis quem ſublimẽ portabat. Radio: illo iſtrumento quo textores utũt̃ ad telam conficiendã: eo quippe tramã inter ſtamina ĩmittunt:quẽadmodum radius penetrat ſtamina:& nõ frãgit:ſic dens elephanti penetrauit ĩter toracem & mẽbra corpore nõ leſo. Haud excuſſa:ideſt non excidit uirtus ufenti in tanto piculo:ſed cũ portaret̃ a belua oculis illius uicinus eos enſe fodit : iõ ait uicinus fronti:qm̃ portabat eum belua dẽte. Citato enſe:celeriter; adacto ĩ oculum beluæ quæ turbata uulnere turrim e dorſo excuſſit : & propugnatores ſtrauit. Spargi:iuſſit ufens uictor tunc illius beluæ immitti tedas ardentes in machinas quas ſupra dorſum habebãt beluæ. Monſtra:ipſas beluas mõſtroſas: & macchinas in dorſo earũ. Muros: tabulata & turres iſtar murorũ Edax: q̃ oĩa conſumit. Partus:cõpatus & auctus. Non aliter pindo:incendiũ ĩmiſſum per propugnacula comparat incendio ſyluarum:& mõtium immiſſo a paſtoribus.pindus eſt mons theſſaliæ;rhodope mons thraciæ

Peſtis: incendium. It:currit elephas.
Candenti bithumine:bithumē ē acer ſuapte natura liquor:& ſparſo aceto cō creſcit:naſcitur in aſpaltite lacu iudeæ certo āni tempore:quod ardet. iō dixit Virg. in bucolicis incende bitumie lauros:faces nūc immiſſe inferas & macchinas erant circumlite bithumine. Candenti:accenſo. Torrente:adurente.
Diducit:diuidit. Laxo limite:ampla uia. Fluminis:aufidi in cuius ripis pugna erat. Mauruſia peſtis:ideſt ea parte qua non erāt elephanti ex mauritania ducti qui portabant incendiū. Rheteia pubes:iuuentus romana. Alite plūbo:glandibus quas efunda emittebant.
Manus monſtri:ipſa promuſcis q̄ utitur elephas ut māu. Ariſtoteles libro primo de hiſtoria aīalium ait. Naſus bipartito diſtinctus ē tramite elephantis prolixa ualidaque naris augeť eiuſque uſus idem qui manus:ea namque cibos tā ſiccos q̄ humidos colligunt capiunt:& ad os admouent ſoli aīamtium oīum.
Quin imus cominus inquit:uerba pauli increpantis uarronem qui uinctū annibalē plebi ꝓmiſerat. Quin:cur non imus:ad ipſum ānibalem. Plebes:ſic Lucanus. Neſcit plebes ieiuna timere.
Haud unq̄ expedies.i.non poteris affirmare & cum uterque tibi eēt noxius.
Conſulis:uarronis. Exceſſus mētē: ideſt iā deſperās & aīo cō[ſt]ernatus.
Das patria pœnas:incuſat amētiā ſuā Varro & patriā quæ ſe cōſulē creauerat

Cum iacit et ſiluis ſpaciatur feruida peſtis
Frondoſi igneſcūt ſcopuli:ſubitoque ꝑ arua
Collucet iuga diſſultans uulcāius ardor.
It fera candenti torrēte bitumine corpus
Amēs:et laxo diducit limite turmas
Nec cuiq̄ uirtus propiora capeſſere bella.
Lōginquis audēt iaculis et arūdinis ictu
Vritur impatiens et magni corporis ictu
Donec uicini tandē ſe fluminis undis
Precipitē dedit:et tenui decepta liquore
Stagnatis per plana uadi tulit incita longis.
Extantē ripis flāmam. tū denique ſeſe.
Gurgitis imerſit molē capiente profūdo.
At qua pugna datur nec dū mauruſia peſtis
Igne calet circūfuſi rheteia pubes:
Nūc iaculis:nūc et ſaxis:nūc alite plūbo
Eminus īceſſunt:ut qui caſtella per altos.
Oppugnat munita locos atque obſidet arces
Auſus digna uiro fortūa digna ſecūda
Extulerat dextrā atque aduerſū cominus enſem
Mnicius īfelix auſi. ſed ſtridula anhelū
Feruorē effundens mōſtri manus aſtulit acri
Implicitū nexu. diroque ligamine torſit.
Et ſupas alte miſerum iaculata ꝑ auras
Tellure eliſit:ac flexit flebile mēbris.
Has īter clades uiſo uarrone ſub armis
Increpitās paulus:quin imus cominus inquit
Ductori tyrio quē uinctū colla cathenis.
Staturū ante tuos currus promiſimus urbi.
Heu patria heu plebes ſcelerata et praua fauoris
Haud unq̄ expedies tam dira ſorte malorum
Quem tibi nō naſci fuerit per uota petēdum
Varronē:annibalē ue magis:dū talia paulus
Vrget precipitās libys atque in terga ruentum
Ante oculos cunctas ductoris concitat haſtas
Pulſatur galea:et quatiūtur cōſulis arma
Acrius hoc paulus medios ruit aſper ī hoſtes
Tum uero excuſſus mētē ī certamina paulo
Auia deducto cōuertit uarro:manuque
Cornipedē inflectēs das īquit patria pœnas
Quæ fabio incolūi uarronē ad bella uocaſti.
Quæ nā aūt mentis uel quæ diſcordia fati?
Parcarūque latens fraus ē abrumpere cuncta

Et quo ſæuius:qm̃ non potuiſſet concipere Varro maius dedecus q̃ fugere cum timidi ſit in diſcri/mine fugã arripere & ãnibal nil crudelius potuiſſet optare Varroni ipſa fuga qua nihil ẽ fedius. Egere:impulere ad fugam & cum.L.æqtibus uenuſiam ſe recepit:quæ ẽ inter appulos & lucãos:unde Horatius uenuſinus in ſermonibus ait. Lucanus an appulus anceps. Nã uenuſinus arat finem ſub utrum/que colonus. Rapuit:raptũ abſtulit e conſpectu hoſtiũ fugiens effuſis & relaxatis habenis:& ſic Varronis ignauia notaẽ ſuos in diſcrimẽ relinquentis cuius ipſe cã fuerat.& ſibi fuga præter romani ĩperatoris decorum ſalutẽ cõparantis.

Iamdudum cũ luce libet:ſed cõprimit enſẽ.
Neſcio quis deus:et me me ad grauiora reſeruat
Viuã ne: et fractos ſparſoſque cruore meorum
Hos referã populo faſces?atque ora p urbes
Iratas ſpectãda dabo?et quo ſeuius ipſe
Hannibal aut poſcat:fugiã et te roma uidebo.
Plura indignãtẽ telis propioribus hoſtes
Egere:et ſonipes rapuit laxatus habenas.



Aulus ut aduerſam uidet
increbreſcere pugnam:
Ceu fera quæ telis circuncin/
gentibus ultro
Aſſilit ĩ ferrũ et per uulnera colligit hoſtẽ
In medios fert arma globos:ſeſeque piclis
Ingerit:atque omni lætũ molitur ab enſe:
Increpat horrẽdum pſtate et fortiter oro
Pectoribus ferrũ accipite:ac ſine uulnere terga
Ad manes deferre uiri:niſi gloria mortis
Nil ſupeſt:idem ſedes adeũtibus imas
Hic uobis dux paulus erit:uelocius inde
Hemonio borea pennaque citatior ibat
Quæ redit in pugnas fugiẽtis arũdine parthi.
Atque ubi certamen primi ciet immemor æui
Petus gradiuus mente cito fertur ĩ hoſtes.
Ac iuuenẽ quẽ uaſco leuis quẽ ſpicula denſus
Cantaber urgebat letalibus eripit armis.
Abſceſſere retro pauidique in terga relatos
Abduxere gradus:ut letus ualle remota

Petri marſi interpretatio in decimũ uolumen Syllii Italici.

Paulus ut aduerſam:poſt fugã Varronis paulus æmilius col/lega fortitudinem & magnanimitatem oſtendit ſuam:ut bonum imperatorem & uere ciuem romanum decebat:qui pugnando mori ma/luit quã turpiter fugiẽdo uiuerẽ: & ignauus uarro fecerat:celebratur igiẽ in hoc uolumine fortis aĩus pauli & decori ſtudioſus:qui cũ uidiſſet ſuos hoſtili furore ac rabie urgeri ſuum corpus opponẽs in enſes ruebat hoſtiles ut fera undique telis circundata cecidit tandem & rõa/næ acies fuſæ: Annibal q̃uis pœnus & ĩ/pius pauli uirtutem pompa funeris ac laudatione honeſtauit.mẽtes romano/rũ tantæ cladis nuntio cõſternatas fabi/us maxĩus erexit pretextatos p cõi ſalute armauit & uarrõi cõſuli romã redeũti ab omnibus ordinibus obuiã itum eſt & grãæ actæ q in tanto rerũ turbine d̃ republica & noĩe romano nõ deſperaſſet: Paulus emilius autore liuio q̃uis primo ſtatim congreſſu fũda grauiter ictus fuiſſet:tamẽ occurrit ſæpe annibali & ali/quot locis prælium reſtituit:ptegenti/bus eum equitibus romanis omiſſis poſtremo equis quia conſulẽ ad regendũ equum uires deficiebant pœni tandem romanos ſupatos pepulerunt. Labore ac uulneribus feſſos:inde diſſipati oẽs ſunt equoſque ad fugam q poterãt repetebant. Increbreſcere:augeri. Aſſilit: ſaltat & ruit. Per uulnera:qm̃ ab uno quoque uulneratur. Globos:acies hoſtiles. Ingerit exponit obiicit. Mo/liẽ:querit & cupit uulnerari ab omni enſe ut honeſtius caderet. Perſtate et fortiter oro: uerba pauli ad ſuos quos orat:ut pectore nõ tergo uulnera excipiant:ut romãos fortes uiros decet:ne laudem ueræ fortitudinis amitterent. Ad manes:ad inferos. Niſi gloria mortis:locus eſt ab honeſto: & ait:nil ſupereſt nobis niſi ut gloriam clara & honeſta morte conſequamur:ad quod inquit paulus: erit uobis dux. Imas ſedes:ĩferos. Inde:cũ talia dixiſſet paucis:qm̃ tẽpus plixam orõem nõ patiebatur:irruit ĩ hoſtes uelocior uẽto & ſagittis. Hemonio borea:q ſpirat a thracia cui cõtermĩa ẽ hemõia quæ & theſſalia diciẽ. Quæ redit impugnas:parthi q ſũt ultra euphratẽ arcu utũẽ ut alii fere oẽs populi ad oriẽtẽ & fugiẽdo ſagittas ex equis ĩ hoſtes ĩſequẽtes emittũt.iõ ait,quæ redit ĩ pugnas.nã cũ ipſe uideaẽ fugerẽ penna.i.ſagitta pẽnata reuertiẽ ĩ pugnã. Immemor æui:qm̃ ſupra uires ætatis pugnabat uidebaturque eẽ alter mars mẽte:ac aĩ robore:hũc a cãtabris:& uaſconibus circũuẽtũ paulus liberauit. Peti dicũẽ q hñt oculos leuiẽ decliatos ad laſciuiã:ũde oculi ueneris dicũẽ peti:iõ ſcribit Horatius ĩ prĩo ſermonũ:ſtrabonẽ appellat petũ prẽ. Strabo.n.is diciẽ q hẽt oculos diſtortos. Plinius loquẽs de oculis ait uni animaliũ homini deprauãtur:unde cognomina ſtrabonum & petorũ. Leuis:agilis ad pugnã:et ſine gallea ut ſupra dictũ ẽ. Læthalibus:quæ læthũ ipſi peto afferebãt. Vt lætus ualle

remota:paulũ eripiẽtẽ peto hoſtibus cõ parat leoni q ſuo occurſu uẽatori iã ppe captã eripit prædã. Fetus:terribilis:& crudelis. Tela minora:qm̃ nihil ualẽt cõtra leonẽ a quo piculũ imminet:& ſi bi iã timẽs fugit ac deſerit prædã. Vrget:iniicit. Nũc:iterdũ in illos q paulo reſiſtebãt. Mala:turpi & quæ ẽ citra decorũ. Decorare:ornare qm̃ i aduerſis uirtus nitet:ſi fuiſſet inqt illic alter paulus nõ fuiſſet illa clades illata rõanis.quæ a uico cãnẽſis dicta ẽ. Cornu: acie romana. Sine more:ſine aliq̃ rõe: & ritu militari romanorũ:qm̃ romanæ acies nõ cõſueuerant fugere:ſed ẽt illuc alacri aĩo cõtẽdere unde ſe non redituros ſciebant p decoro ſeruãdo. Nõ parca:ideſt effuſa i fugã;ocres & opiter erãt ſetini:de ſetia & eius uino dictum ẽ.

Cingula alludit:ad labienũ q fuit tẽpore Iulii cæſaris & ſub eo meruit propriaque pecunia cingulũ oppidũ in piceno edificauit. Cornu:haſta cornea. Fratres:ocres & opiter. Mecenas:alludit ad mecenatẽ q fuit tẽpore Auguſti cæſaris:& habuit originẽ a regibus hetruſcis: unde Horatius: Mecenas atauis edite regibus & in ſermonibus.Non qa mecẽas lydorũ qcquid hetruſcos icoluit fines nemo generoſior ẽ te. Meonia terra:hetruſca qm̃ meonii ut dctũ ẽ hetruriã tenuerũt. Sceptris:regibus hetruſcorũ ad quos referebat ſuos natales mecenas. Amore lucis:uitæ ideſt cum nõ curaret uitã paulus ut honeſte caderet Annibalem oculis luſtrabat:ut cum eo congrederet̃:uidebat̃.n.Paulo mors dura ſupſtite Annibale. Quã molem: fortitudinẽ Pauli. Impũe.i.nõ fuiſſet fruſtra. Quid uãos iquit:uerba Iunonis uerſæ i formã metelli hoc fingit ad imitatiõem Virgilii & ſeruat poeta decorum perſonæ quippe nõ decebat aliter loqui metellum pauidum niſi ſuadere fugam;nulla habita rõne decori captat beniuolentiam metellus:ſuadetque ab utili fortunæ cedẽdũ:& ẽt ab hõeſto cũ ſit imprudẽtis fato pugnare. Si ſecus: ideſt ſi Paulus cadet: ruet imperiũ ro.

Tumentẽ: ſupbientem proſpero flatu fortunæ. Rebus turbatis:re romana labante et nutanti impio. Tonanti:ideſt auderet pugnare cum ioue. Sit ſpatiũ fatis:permittamus ut ſpatiũ habeant ipſa fata:et ipſis cedamus:quæ poſtea mutabuntur:et nobis arridebunt. Mox: poſtea pugnabis meliore fato.

C um capream uenator agit:feſſamqne propinquo
I nſeqtur curſu:et ſperat iam tãgere dextra.
S i ferus aduerſo ſubitum ſe protulit antro
E t ſtetit ãte oculos frẽdens leo:deſerit una
E t color et ſãguis et tela minora periclo:
N ec iã ſperatæ cura ẽ i pectore predæ.
N ũc ireſtãtes mucronẽ cominus urget.
N ũc trepidos ac terga mala formidie uerſos
A ſſeqtur telis furere ac decorare labores
E t ſeuire iuuat:cadit igẽs nois expers
V ni turba uiro:alter ſi detur i armis
P aulus dardanius amittãt noia cãnæ
T ãdem iclinato cornu ſine more ruebat
P rima acies nõ parca fuge:labienus et acres..
S ternũtur leto atque opiter quos ſetia colle
V itifero celſis labienũ cingula ſaxa
M iſerũt muris:iũxit fera tẽpora leti
S idonius nõ cõſimili diſcrimine miles.
N am labienus obit penetrãte p ilia cornu
F ratres hic nũero cecidere hic popolite ceſi
O ppetis et tyrio ſup iguina fixe ueruto
M ecenas cui meonia uenerabile terra
E t ſceptris olim celebratũ nomẽ etruſcis
P er medios agitur proiecto lucis amore
H ãnibalẽ luſtrãs paulus ſors una uidetur
A ſpera ſi occũbat ductore ſupſtite pœno
Q uã metuẽs molẽ:neque enim certamine ſupto
T ẽpeſtas tãta et rabies ipume fuiſſet.
I n faciẽ pauidi iuno cõuerſa metelli
Q uid uanos inquit latio ſpes unica cõſul:
I n caſſum reuouas fato renuẽte furores?
S i ſupeſt paulus reſtãt eneia regna:
S i ſecus auſoniã tecũ trahis:ire tumẽtem.
T u cõtra iuuenẽ et caput hoc abſcindere rebus
T urbatis o paule paras?nũc ãnibal ipſi
I am letus bello ẽ auſit certare tonãti.
E t iam cõuerſis uidi nam flectere habẽis
E uaſit uarro:ac ſeſe ad meliora reſeruat.
S it ſpacium fatis:et dum datur eripe leto
H anc noſtris maiorem aiam:mox bella capeſſes:

Ad quæ ſuſpirans ductor mortem ne ſub armis
Cur poſcam cauſa iſta parum eſt: quod talia noſtræ
Pertulerint aures ſuadentem monſtra metellum.
I demens:i carpe fugam:non hoſtica tela
Excipias tergo ſuperos precor integer oro
Intactuſque habeas:atque intres mœnia romæ.
Cum uarrone ſimul:talin pauidiſſime dignum
Me uita pulchraque indignum morte putaſti?
Quippe ſinit penus qui nunc contraria bella
Ipſi ferre ioui ualeat:proh degener alte
Virtutis patrum quando certamen inire
Cui ne uiro mallem memet componere:q̄ qui
Et uictus dabit et uictor per ſecula nomen.
Talibus increpitat:medioſque aufertur in hoſtis:
Ac retro curſum tendentem ad crebra ſuorum
Agmina:et in denſis furantem membra maniplis
Per conferta uirum et ſtipata umbonibus arma
Conſequitur melior planta:atque obtruncat acerrã.
Vt canis occultos agitat cum belgicus apros
Erroreſque fere ſollers per deuia merſa
Nare legit:tacitoque premens ueſtigia roſtro
Luſtrat in acceſſos uenantum indagine ſaltus.
Nec ſiſtit niſi conceptum ſectatus odorẽ
Deprehendit ſpiſſis arcana cubilia dumis.
At coniunx iouis ut paulũ depellere dictis
Ne quiq̄ fuit:et conſul non deſinit ire.
In faciem mauri rurſus mutata geleſte
Aduocat ignauum ſeua ad certamina pœnũ.
Huc tela huc inquit dextrã implorantibus affer
O decus eternum carthaginis:horrida iuxta
Stagnantes cõſul molitur prælia ripas
Et laus haud alio maior datur hoſte perempto:
Hæc ait:et iuuenem diuerſa ad prælia raptat.
Flumineo libycam turbabat in aggere pubem
Chriſtæ nomẽ erat:biſterni iuncta ferebãt
Arma ſenẽ circa nati:pauperque penatũ
Sed domus haud obſcura tuder:notuſque p ũbros.
Bellator populos factis et cæde docebat.
Natorum armigerã pugnas tractare cohortem.
Vnanima inde phalanx crudo ducente magiſtro
Poſtq̄ hominum ſatiata necem proſtrauerat ictu
Innumero cum turre feram facibuſque ſequuta.
Ardentem monſtri ſpectabat læta ruinam.

Mortem ne ſub armis:ſenſus ẽ.Si nulla alia cauſa eſſet cur deberem nũc mortem oppetere hæc eſſet maxima:ꝗ te fugam ſuadentẽ audiui:& non ſũ auerſatus. Monſtra:fugã & ea quæ ſunt cõtra honeſtatẽ:ac decorũ. Sub armis:armatus in acie. I demẽs:uerba digna paulo:qui ꝑ patria mori non recuſabat. Pulchra : honeſta & digna uiro forti ac magno. Penus:annibal. Proh degener:exclamat paulus in metellũ q tantum a ſuis maioribus degenerauerat. Componere:opponere ac pugnaꝛ cum illo q & uictus:& uictor erit mihi honori. Aufertur:equo.ſ præcipiti & obtruncauit Acerram fugientẽ ad ſuos. Cõferta:denſa. Belgicus:gallicus:belge ſunt in gallia. paulum inueſtigantem annibalẽ compat cani q nare ſagaci inueſtigat feram. Errores:ipſam feram errantem.

Sollers:diligẽs:& ſagax. Merſa:inclinata ad terrã & demiſſa ut melius ſagiat. Tacito roſtro:rictu ſine latratu: ſic enim canis tacitus currit per ueſtigia ut feram citius aſſequatur quæ uelocius fugeret audito latratu. Inacceſſos: difficiles:& dumoſos mõtes & ſyluas. Indagine: inueſtigatione. Arcana cubilia: ſecreta luſtra ubi feræ degunt & cubãt.

At coniunx iouis:iuno ſumpſit formã gelaſtæ q uenerat ex mauritania & monuit annibalem ut ſuis opem ferret qđ facile perſuaſit cum diceret paulũ æmylium illic omnia ferro uaſtare. Non deſinit:non ceſſat ire in annibalem quem uel maxime appetebat. Penũ:annibalẽ. Sragnantes:repletas iã cadaueribus ut aqua non poſſet fluere:. Flumineo libycam : canit poeta chriſtam tudertẽ cum ſex filiis in ripis aufidi fortiter pugnantem ab ãnibale una cũ filiis fuiſſe interfectum. Pauper penatum: habẽs rem domeſticã anguſtã : ſed patria erat clara.tuder.ſ.oppidũ in mõtibꝫ ũbriæ de quo dictũ ẽ. Crudo magr̃o:pr̃e acri bellatore ferã elephãtũ q̃ ſtrauer̃t cũ ipſis hominibus qui turrim aſcẽderãt.

Cono:ſummitate galeæ. Virum: āni balem cognouit impiger ſenex & illico filios ad pugnam hortatus eſt. Monuitque ne galeæ ardorem timerent. Armiger haud aliter:chriſtam filioꝝ indolē explorantē cōparat aquilæ pullos explorāti ad ſolis radios. Pli. ait li. x. halietus tantū implumes pullos ꝑcutiens ſubīde cogit aduerſos ītueri ſolis radios:& ſi cōniuentē flentēque animaduertit præcipitat e nido uelut adulterinū & degenerem illum cuius acies firma contra ſteterit educat. halietus eſt de gene aqlaꝝ clariſſima oculorum acie dicitur aquila miniſtrare fulmina ioui. non ſine ratione quoniam ut ait Plinius fulmīe nō tangitur. Dignos:non degeneres. Ora ad phaetōtia:ad ipſum ſolem qui ut fabulæ uolunt pater fuit phaetontis. Obuerſam:expoſitā radiis ſolaribus. Auro:clypeo annibalis. Qui nā ad caſſos: uerba annibalis ad ſenem. Caſſos:futiles & uanos. Callaici:quoniam habuerat ānibal arma a callaicis populis ut dictum eſt. Propria cornu:haſta ꝗ ſenex torſerat in annibalē. Haud ſecus:filios chriſtæ irruentes in annibalem comparat catulis leonum pugnantibus ꝓ matre obſeſſa. Iam dudū:ſtatim ſic Vir. Iam dudū ſumite pœnas. Conſumit: excipit annibal tela illorū clypeo ſuo.

Collectus.i,colligēs ſe ac tegēs clypeo.

Aut per tot cædes.i.q̄uis tot cædes peregiſſet annibal:tamē putauit nihil actū eē niſi ſex illos trucidaret quod effecit.

Suppedita:ſubminiſtra ſuggere. Vadis auerni.i.demittā hos fratres ad aq̄s ſtygias. Pietatis:ꝗ illi patriæ. patrique præſtabant: quæ ſtulta uidebaꝛ eſſe cū tātū appeterēt ducē. Reſupino: ꝛuoluto ad aerē. Pilo:haſta. Strage iacētum corporibus coꝝ q ceciderāt pilo cōfoſſi.

Cum ſubitus galeæ fulgor conoque coruſcæ
Maiore intremuere iubæ: nec tarda ſenectus.
Agnouit hac luce uirū:rapit agmine natos.
Seua parens ultro in certamina et addere paſſim
Tela iubet:nec manantes ex ore feroci
Aut quæ flagrarent galea exhorreſcere flāmas.
Armiger haud aliter magni iouis anxia nido
Cum dignos nutrit geſtanda ad fulmina fœtus.
Obuerſam ſpectans ora ad phaetontia prolem
Explorat dubios phebea lampade natos.
Iamque ſuis daret ut pugnæ documēta uocatis
Et medias haſta uelox præteruolat auras.
Heſit multiplici non altæ cuſpis in auro.
Atque ſenem inualido dependens prodidit ictu.
Cui penus qui nam ad caſſos furor impulit ictus
Exanguem dextram ſenio?uix prima momordit
Tegmina callaici cornus tremebunda metalli.
En reddo tua tela tibi:memorabilis iſta
A nobis melius diſcet bellare iuuentus.
Sic propria miſeri tranſfigit pectora cornu.
At contra horrendum bis terna ſpicula dextra
Torta uolant:paribuſque ruunt conatibus haſtæ.
Haud ſecus ac libyca fetam tellure leenam
Inuadunt rapidi iamdudum et inania temptāt
Nondum ſat firmo catuli certamina dente.
Conſumit clipeo tela:et collectus in arma
Suſtinet ingentes crepitantibus ictibus haſtas
Sidonius ductor:nec iam per uulnera credit
Aut per tot cedes actum ſatis:iraque anhelat
Ni leto det cuncta uirum iungatque parenti
Corpora:et excidat miſeros cum ſtirpe penates.
Tunc abarim affatur:nāque una hic armiger ira
Flammabat martē atque omnis comes ibat in actus.
Suppedita mihi tela uadis liuentis auerni
Demitti globus ille cupit:qui noſtra laceſſat
Tegmina:iam ſtultæ fructus pietatis habebit.
Hæc fatus iaculo lucam qui maximus æui
Tranſegit preſſa iuuenis cum cuſpide labens
Arma ſuper fratrum reſupino concidit ore.
Mortiferum inde manu properantem uellere ferrū
Pilo uolſonem nāque hoc de ſtrage iacentum
Fors dabat:affixa ſternit per tegmina nare.
Tum ueſulum calido lapſantem in ſanguie fratrū

Enſe metit rapido:plenāque heu barbara uirtus:
Abſciſi galeam capitis ceu miſſile telum
Conuerſis in terga iacit:teleſinus ad oſſa.
Illiſo ſaxo qua ſpina interſtruit artus
Occumbit:fratriſque uidet labentia membra
Querentis quem funda procul per inane uoluta
Sopierat:dum ſupremam teleſinus in auras
Exalat lucem:et dubitantia lumina condit
Et feſſus mœrore ſimul curſuque metuque
Et tamen haud iræ uacuus non certa per equor.
Interdum inſiſtens peruſinus membra ferebat.
Hunc ſude quam libyci raptam per terga iacentis
Armiger obtulerat monſtri ſuper inguina fixum
Obtruncat:quercuque præmit uiolentus obuſta.
Temptarat præcibus ſeuum lenire furorem.
Sed ſtygius primos impleuit feruor hiatus
Et pulmone tenus depreſſit anhelitus ignem.
Tantum cum toto cecidit grege nomen i umbro
Clarum criſta diu populo ceu fulmine celſa
Eſculus aut proauus ab origine cognita quercus
Cum fumat percuſſa ioui ſacroſque per euum
Ethereo ramos populantur ſulfure flammæ.
Donec uicta deo late procumbit: et omnem
Collabens operit ſpatioſo ſtipite prolem.
Atque ea dum iuxta tyrius ſtagna aufida ductor
Molitur paulus numeroſa cæde futurā
Vultus iā mortē ceu uictor bella gerebat
Inter mille uiros iacet ingens phorcus ab antris
Herculeæ calpes celatus gorgone parmā.
Vnde genus triſtiſque deæ manabat origo.
Hunc obiectantem ſeſe:atque antiqua tumentē
Nomina ſaxificæ monſtroſa ex ſtirpe meduſæ:
Dum leuum petit incūbens uiolentius inguem
Detrahit excelſi correptum uertice coni.
Afflictūque præmens tergo qua balteus imo
Sinuatur coxaque ſedet munimen utraque
Coniecto fodit enſe.ſuperuenit ille calentem
Sanguinis effundens per hiantia uiſcera riuum.
Et ſubit etolos atlanticus accola campos.
Has inter ſtrages rapido terrore cohorti.

Heu barbara uirtus: deteſtaẗ poeta crudelitatē annibalis. Cõuerſis: fugientibus. Spina: quæ ē in medio dorſi & cõnectit artus. Annibal illiſit ſaxū dorſo fugientis:& fregit ſpinā lūboꝝ. Interſtruit: diuidit & cõnectit. Fūda: plūbū qđ funda uoluta ſupra caput emiſerat.

Sopierat: occiderat q̄m mors eſt ꝑpetuus ſopor. Vnde Oui. Stulte qđ eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago. Nõ certa mēbra: quoniā erat uulneratus. Armiger: ab aris armiger ānibalis. Libyci mõſtri: elephanti paulo āte ſtrati. Quercu: haſta ex quercu obuſta. Stygius feruor: ipa haſta accēſa īpleuit os ipſius theleſini & ignis penetrauit uſque ad pulmonem.

Proauis cognita: ānoſa quercus cū multis ramis. Ethereo ſulphure: fulmine.

Deo: fulmīe dei. Prolē: ramos & ſtolones aptiſſima comparatio. nā p̄ris ruina traxit ēt filios ut quercus trahit ſuam ſobolē. Atque ea dū: nūc redit ad paulū æmyliū ſuæ mortis piacula præſumētē atque īferias. Phorcus fuit pater meduſæ rex mauritaniæ ſiue phorcinus ut dictum ē in primo uolumīe. ibi phorcinidos antra meduſæ. Antris: ex mauritania ubi ē calpe mõs ad fretū gaditanū. licet calpe ſit ī europa. illuc ꝑuenit hercules:& poſuit ibi colūnas q̄ſi terminos laboris:& expeditiõis: de colūnis herculeis alibi dictū ē. Celatus gorgõe ꝑmā: habēs ſcutū ī quo erat cælatū caput gorgonis.i.meduſæ. Triſtis: ab effectu q̄m conuertebat aſpicientes in ſaxa. adde ēt ꝙ ipſa fuit cæſa a perſeo. hūc phorcum paulus interemit. Tumentē: ſuꝑbiētē: ꝑp nomē meduſæ ad q̄ ſuam referebat originē hic phorcus ſed nimis dure dixit & affectate: tumētē antiq̄ noīa cū dicendū fuiſſet antiquo noīe. Saxifice: uertentis hoīes in ſaxa. Monſtroſa ſtirpe: q̄m meduſa capillos habuit ſerpentinos. Paulus hunc phorcū cepit ꝑ conū galeæ terræque affixū atque illiſū præmes enſe uulnerauit inter baltheū & coxam.i.in inguine. Sinuaẗ: curuaẗ in ſinum.i.in ima ꝑte balthei. Munimen: tegmē. Accola athlanticus: phorcus q uenerat ex mauritania ubi ē athlas. Subit cāpos etolos: apuliā.i. cecidit ī cāpis diomedeis phorcus maurus. Has inter ſtrages: đ numidis q romanā aciem fraude punica atergo adorti ſūt: ſic ait Liuius quingēti ferme milites numidæ præter cõſueta arma telaque; gladios ac cultros ſub loricis habebāt ſpecie quadam tranſfugarum cum ab ſuis parmas poſt terga habentes adequitaſſent repēte ex equis deſiliunt parmiſque & iaculis ante pedes hoſtium proiectis in mediam aciem accepti ductique ad ultimos cõſidere a tergo iubentur ac dum præliū ab oī parte conſeritur quieti manſerūt poſtquam omnium oculos aīumque occupauerat certamen tum arreptis ſcutis quæ paſſim īter aceruos cæſoꝝ corpoꝝ ſtrata.

SLUB Wir führen Wiſſen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

erant uerſam adoriunt̄ romanā aciem: tergaque ferientes ac poplites cædentes ſtragē ingentē dederūt: ac maiorem aliquādo pauorē ac tumultū fecerunt cū alibi terror ac fuga. alibi pertinax mala iam ſpe præliū eſſet. Strages: cedes q̄s romani faciebant: & maxīe paulus. Viri: numidæ. Rector: annibal inſtruxerat eos ad inſidias. Aciem: romanam ītentam prælio. Viro: numidæ. E ſtrage: nā ſcuta & tela ex aceruis cæſorū accipiebant numidæ. Raptum galba procul: cum galba uidiſſet ab hoſte auferri uexillum romanorū irruit in eum q abſtulerat: nec aduerſa fortuna galbe uirtus imminuta ē. Aduerſa: res aduerſæ. nā explorant aduerſa uiros. Exemiſſe: abſtuliſſe. i. nō frangebat̄ aduerſis: & nitebat̄ ad uirtutē per omnia picula ut decebat ciuem romanū ſed dum galba eriperet uexillū e manu hoſtis moriētis ab amorgo fuit īterfectus. Prædam: uexillū. Tarde remittit: nam egre poterat euelli e manu. Non pſperus: cui non pſpere ceſſit id qđ facere ē auſus. Enio: furor belli & ponitur p ipſa bellona deſcribit poeta calamitatē illatā romanis a uulturno qui torquendo harenas ad aufidū ſtantes in ripa demerſit in amnē inter quos fuit curio: qui iacuit inſepultus in harenis adriacis. Candētes: calidas. Tumidū: repletum iam cadaueribus. Tacito læto: ingloria morte ac ignaua. Conſternata: territa & uerſa ī fugam quæ curio retinebat. hortabat̄que ad pugnā: & decorū ſeruādū. Oppoſitu: oppoſitione. i. opponēdo ſua mēbra ſuos fugientes ſiſtere nitebat̄. Sine nomine mortis: ſine fama quoniam nō potuit oſtendere fortitudinem ſuam cōtra aquas. Ingens ferre mala: ideſt paulus conſul fortis ad tolerandos labores neſciens cædere fortunæ: ſed ſuis fugiētibus ipſe fronte aduerſa ruebat ī arma.

Martius: bellicoſus ardor cadēdi in pugna. Aīos: audaciā. Fiducia mortis: libenter q̄ppe cadebat p pt̄ria. unde ſenes animoſiores ſunt decurſo iā ſpatio uitæ ac morte propinqua. unde interrogatus ſolon a piſiſtrato tyranno athenienſi q̄ tandē ſpe fretus ſibi tam audacter obſiſteret reſpōdiſſe dicit̄ ſenectute. Viriathus: de hoc dictū ē ſupra: q fuit luſitanus & occidit ſeruilium. In cuius decus laudat uiriatum ne uidert̄ur cæſus a futili hoſte. dicit ēt ſeruiliū pugnādo fuiſſe iā feſſum & ideo ſupatum hic fuerat collega flaminii ut dictū eſt. Triſtem iram: quā conceperat ex morte ſeruilii.

Exarmat: debilitat contrario flatu.

Obtendit: obnubilat ſolē atque offuſcat. Toruus: horrendus ipſe paulus.

Inuadunt terga: atque auerſo turbine miſcent
Bella inopima uiri: tyrius quos fallere doctos
Hanc ipſam pugnæ rector formarat ad artem
Succinctique dolis fugerent: ceu punica caſtra
Dediderant dextras: tum totis mentibus actam
In cædes aciem pone atque in terga ruentes
Præcipitant: non haſta uiro: non deficit enſis
E ſtrage eſt ferrum: atque auulſa cadauere tela.
Raptum galba procul: neque enim uirtutis amorē
Aduerſa exemiſſe ualent: ut uidit ab hoſte
Auferri ſignum connixus corpore toto
Victorem aſſequitur: lætalique occupat ictu:
Ac dum comprenſam ceſo de corpore prædam
Auellit: tardeque manus moribunda remittit:
Tranſfixus gladio propere occurrentis amorgi
Occidit immoriens magnis non proſper in auſis.
Hæc inter ueluti non dum ſatiaſſet enio
Iras ſeua truces ſublatum puluere campum
Vulturnus rotat: et candentes torquet harenas:
Iamque reluctantes ſtridens immane procella
Per longum tulit ad campi ſuprema: cauiſque
Afflictos ripis tumidum demerſit in amnem.
Hic tibi finis erat metas: hic auſidus æui
Seruabat tacito non fœlix curio leto.
Namque furens animi dum conſternata moratur
Agmina et oppoſitu membrorum ſiſtere certat:
In præceps magna propulſus mole ruentum
Turbatis hauritur aquis: fundoque uolutus
Adriaca iacuit ſine nomine mortis harena.
Ingens ferre mala et fortunæ ſubdere colla
Neſcius aduerſa fronte incurrebat in arma
Vincentum conſul: pereundi martius ardor
Atque animos iam ſola dabat fiducia mortis.
Cum uiriatus agens telis regnator iberæ
Magnanimus terræ iuxta atque ante ora furentis
Obtruncat pauli feſſum certaminis hoſtem.
Heu dolor heu lachrymæ ſeruylius optima belli
Poſt paulum belli pars optima corruit ictu
Barbarico: magnamque cadens læto addidit uno
Inuidiam cannis: triſtem non pertulit iram
Conſul et inſani q̄q̄ contraria uenti
Exarmat uis atque obtendit puluere lucem
Squalentem rumpens ingeſtæ toruus harenæ

Ingreditur nimbum ac ritu iam moris iberi
Carmina pulſata fundentē barbara cætra
Inuadit:læueque fodit uitalia mammæ.
Hic fuit extremus cædum labor addere bello.
Haud ultra licuit dextrā:nec tanta relictū.
Vti roma tibi poſt hac ad prælia paulo
Saxum ingens uaſto libratū pondere ceca.
Venit in ora manu et perfractæ caſſidis era
Oſſibus infodiens compleuit ſanguine uultus:
Inde pedem referens labētia membra propinquo
Impoſuit ſcopulo:atque undāti puluere anhelans
Sedit terribilis clypeū ſuper ore cruento.
Immanis ceu depulſis leuioribus haſtis
Accepit leo cum tandē per pectora ferrum:
Stat teli patiens media tremebundus harena
Emanante iubis rictuque et naribus unda.
Sanguinis interdum languētia murmura torquens
Effundit patulo ſpumantē ex ore cruorem.
Tum uero incubuit libyes ſuper ipſe citato
Ductor equo qua flatus agit:qua peruius enſis:
Qua ſonipes:qua belligero fera belua dente.
Obrutus hic telis ferri per corpora piſo
Rectorem ut uidit libyæ:connixus in haſtā
Ilia cornipedis ſubrecta cuſpide tranſit.
Collapſoque ſuper nequiquā incūbere ceptat.
Cum penus propere collecto corpore quēquam
Cernuus inflexo ſonipes effuderat armo:
Vmbræ ne auſoniæ rediuiua imbella retractant
Poſt obitum dextras?nec in ipſa morte quieſcūt?
Sic ait:atque ægrum ceptanti attollere corpus
Arduus inſurgens totum permiſcuit enſem.
Ecce cydonea uiolatus arundine plantam
Lentulus effuſis campū linquebat habenis:
Cum uidet in ſcopulo rorantem ſaxa cruore
Toruoque obtutu labentē in tartara paulum
Mens abiit:puduitque fugæ tum uiſa cremare
Roma uiro tunc ad portas iam ſtare cruentas
Annibal:et toti tū primum ante ora fuere
Sorbentes latium cāpi:quid deinde relictum eſt?
Craſtina cur tyrios lux non deducat ad urbē?

Nimbum:uim pulueris. Ritu moris iberi:de hoc ritu dictum eſt ſupra: ubi poeta de his cecinit. Ad numerū reſonaſ gaudentē plaudere cetras. Viriatus poſt mortem ſeruilii inſignum lætitiæ pulſabat clypeū:ac barbara carina canebat.quē ſic geſtiētē paulus uulnerauit. Vitalia læuæ.i.uulnerauit cor in quo uita conſiſtit. Vitales ptes dicunt̃ illæ q bus læſis non eſt ſpes uitæ ī læua pte pectoris iacet cor.iō dixit uitalia læue mā mæ. Saxū ingēs: ictus fuit paulus autore liuio funda:ſed aliter canit poeta. Cæca manu:quæ nō uidebat̃:& occulta atque inſidioſa:magna laus pauli cōtra quem nemo audebat apto marte pugnare.Imitatio ē Virgilii canētis uulneratū fuiſſe æneā ſagitta ıcerto autor̃:nemineque fuiſſe q ſe autorē uulneris ꝓfiteret̃. tantæ molis erat æneā uulnerare. Terribilis:forti aīo & magno ſeruat decoꝝ fortis & magnanī ducis. Immanis ceu:leoni uulnerato cōpat paulū. Patiens teli:nō curās uulnus aut dolorem. Vnda:copia ſanguinis. Tum uero:annibal inſtabat romanis cedētibus. Flatus:ipſe uulturnus. Peruius:q uiā faciebat. Belua:elephantus qui dente obuios cōficit. Piſo: q fuerat obrutus telis ut uidit annibalē ferri ſup cadauera citato equo haſta trāſfixit ilia eq quo ille uehebat̃ & fruſtra in ipſum ruētem piſo tētauit irruere deficiētib₉ uiribus. Subrecta:ī altū erecta. Sup collapſo: annibale q dorſo equi ruentis ferebat̃: ſed ānibal colegit ſe. Cernuus ſonipes: equus procūbens ad terrā. Armo: dorſo inclinato. Vmbræ ne auſoniæ:uerba ānibalis ad piſonē. Rediuiua:renouata. rediuiuū dicit̃ ex uetuſto renouatū : & hæc ānibalis uerba ī laudē romanorū ſunt:qui etiā mortui pugnare uidebantur.unde interrogatiue ſimul ac admiratiue dicit. Vmbræ ne auſoniæ. Permiſcuit enſem:īmiſit & adegit totum enſem piſoni uolenti attollere corpus debile Vir.capulo tenus abdidit enſē. Cydonea:cretēſi. Toruo obtutu: terribili aſpectu. Tūc.ſ.paulo uiſo qui iā erat prope mortē & ē magna laus pauli cuius morte uidebat̃ roma cremari: ut ſolus paulus uideretur obſtare hoſtibus. Cruentos hoſtes: perfuſos ſanguine cæſorum. Cāpi ſorbentes latium.i. campus ille appullus qui clade tali latium ſorbet̃ uidebatur:ideſt illa ruina & clades uidebatur ſorbere romam : cum tot romani caderent. Quid deinde relictum:quaſi dicat mortuo paulo nil obſtat pœno quin tendat ī capitolium.

Deſeris in tantis: uerba lentuli ad paulū ſic loq̄tur apud Liuiū. L. æmyli quem unum inſōtē culpæ cladis hodiernæ dii reſpicere debēt cape hunc equū dū & tibi uiriū aliq̄d ſupereſt & comes ego te tollere poſſū & ꝓtegere. ne funeſtam hanc pugnā morte conſulis feceris: ēt ſine hoc lachrymarū ſatis eſt luctuſque. Puppim: loquit̄ ꝑ tranſlationē: & ꝑ puppi rem romanā ītelligit: & īquit ni gubernas hæc damna & rem romanā labentem plus noces romanis q̄ Varro: & locus eſt ab honeſto. Dolor dictat: reiicit oīa in dolorē lentulus cum paulo talia dicat. Macte o uirtute paterna: uerba pauli ad lētulū: ſic loquit̄ apud Liuiū. Tu quidē Corneli macte uirtute eſto: ſed caue fruſtra miſerādo exiguū tēpus e manibus hoſtiū euadēdi abſumas: abi nūcia publicæ ꝑribus urbē romam muniant ac priuſq̄ hoſtis uictor aduēiat præſidiis firment. priuatimque. Qu. Fabio æmyliū præceptoꝝ eius memorē extitiſſe & uixiſſe. Macte: magis aucte. Qua: id eſt eatenus accelera q̄tenus ꝑmittit uulnus: qđ lentulus exceperat. Peſtis: ānibal cū exercitu. Pugnauit: obſtitit meis monitis furor Varronis collegæ. Cæce: imprudenti cū talē elegit conſulem.

Ferar an: ſeruat decorū pauli ſyllius: qui uolebat potius mori q̄ ī urbem confoſſus redire nuntius calamitatis: & ait. hoc magno ānibal mercaret̄ ut ego fugerē qđ preter meū decoꝝ eſſet. Vir. Hoc ithacus uelit & magno mercent̄ atridæ. Nec talia pectora. ſ. ſūt mihi. q. d. Varro fugiat timidus. ego āt fortiter reſtando aduerſis oppetā mortē ac deſcendā ad manes. Ille ego reticentia utitur: ut apđ Vir. in q̄nto. Quāq̄. o. ſed ſupent q̄bus hoc neptune dediſti q̄ſi dicat ille ego ſū paulus: q in ſenatu ꝓfeſſū ſū ſi fortuna urgeret me āplius nō uiſuꝝ romā: ſic. n. Fabio monenti reſpōdit: at ſi q̄d aduerſi accideret hoſtiū ſe telis potiuſq̄ ſuffragiis iratorū ciuiū caput obiectuꝝ. Nec paulus iulctū. i. priuſq̄ paulus caderet fortitudinē ſuā oſtētauit ne iulctus cadeēt: quē tygridi compat quæ læthifero uulnere percuſſa ſæuit ī ꝑcuſſorem ac uenabula. Luctatur: pugnat cū morte quæ ē ultimū oīum terribiliū: & q̄ omne aīal fugit quoad eius fieri pōt. Iāque coruſcanti: paulus e ſaxo ſurgēs uulnerauit quēdā in ſe irruentē & annibalē luſtrabat oculis: ut illius dextra caderet. Coruſcāti: hoſti iā uibrāti telū & ferenti ꝓpius greſſum exultantem. Securo necis: q iā uidebat̄ eſſe certus de nece paulo uulnere affecto īferēda. Inerti: ignauo. Defixerat: adegerat atque infixerat enſem ſuum paulus nō expectatū: quoniam ille erat quaſi ſecurus đ nece pauli uulnerati. ordo eſt ſurgens: ſcilicet paulus defixerat enſem hoſti. ſcilicet coruſcanti telū: & ferēti greſſum ſecuro cædis. Ducem: annibalē inueſtigabat oculis. Certantē: reluctātem mori. Sed uicerē uirum: ornat paulum ſyllius dicēs illum fuiſſe oppreſſū tot telis ſimul coeūtibus ut oñderet maximæ difficultatis fuiſſe paulū ſuperare. Liuius ait. hæc exigentē prius turba fugientiū ciuiū: deinde hoſtes oppreſſere cōſulem ignorantes q̄s eſſet obruuntque telis: lentulū in tumulum abripuit equus.

Deſeris in tantis puppim ſic paule procellis?
Teſtor celicolas inquit ni damna gubernas
Crudelis belli: uiuiſque in turbine tanto
Inuitus plus paule dolor uerba aſpera dictat.
Plus uarrone noces: cape quæſo hunc unice rerū
Feſſarum: cape cornipedem: languentia membra
Ipſe leuabo humeris et dorſo tuta locabo
Hæc inter lacero manātem ex ore cruorem
Eiectās conſul macte o uirtute paterna
Nec uero ſpes anguſtæ cum talia reſtent
Pectora romuleo regno: calcaribus aufer.
Qua uulnus permittit equū atque hinc ocius urbis
Claudantur portæ: ruet hæc ad moenia peſtis.
Dic oro rerum fabio tardantur habenæ
Noſtris pugnauit monitis furor: amplius acta
Quid ſuper eſt uita niſi cæcæ oſtendere plebi
Paulum ſcire mori ferar an conſumptus eidem
Vulneribus: quanti ue emptū uelit annibal ut nos
Vertentes terga aſpiciat: nec talia paulo
Pectora: nec manes tam parua intramus imago:
Ille ego: ſed uario quid enim te demoror egræ
Lentule conqueſtu: perge atque hinc cuſpide feſſū
Eripe quadrupedem propere: tū lentulus urbem
Magna ferens mandata petit: nec paulus inultū
Quod ſuper eſt de luce finit: ceu uulnere tigris.
Letifero cedens tandem proiectaque corpus
Luctatur morti: et languentē pandit hiatum
In uanos morſus: nec ſufficientibus ire
Ictibus extrema lambit uenabula lingua.
Iamque coruſcanti telū propriuſque ferenti
Greſſū exultantem: et ſecuro cedis inerti
Non expectatum ſurgens defixerat enſem.
Sidoniumque ducem circunſpectabat in illa
Exoptans animam certantem ponere dextra
Sed uicere uirum coeuntibus undique telis
Et nomas et garamas et celte et maurus et aſtur

Hic finis paulo.iacet altum pectus:et ingens
Dextera:quem ſoli ſi bella agitanda darentur:
Aequares forſan fabio.mors additur urbi
Pulchra decus:miſitque uiri inter ſydera nomen.
Poſtquam ſpes italum:menteſque i conſule lapſæ:
Ceu truncus capitis ſæuis exercitus armis
Sternitur:et uictrix toto furit aphrica campo.
Hic picentum acies:hic umber martius illic
Sicana procumbit pubes:hic hernica turma.
Paſſim ſigna iacent:quæ ſamnis belliger.et quæ
Sarraſtes populi: marſæque tulere cohortes.
Tranſfixi clypei:galeæque:et inutile ferrum.
Fractaque conflictu parmarum tegmina:et ore
Cornipedum direpta fero ſpumantia frena.
Sanguineus tumidas in campos aufidus undas
Eiectat:reditque furens ſua corpora ripis.
Sic lagea ratis uaſto uelut inſula ponto
Conſpecta illiſit ſcopulis:ubi nubifer eurus.
Naufragiũ ſpargens operit freta.iãque per undas:
Et tranſtra:et mali:laceroque apluſtria uelo.
Ac miſeri fluitant reuomentes æquora nautæ.
At pœnus per longa diem certamina ſæuis
Cædibus emenſus:poſtquam eripuere furori
Inſignem tenebræ lucem: tum denique martem.
Dimiſit:tandemque ſuis in cæde pepercit.
Sed mens inuigilat curis:noctiſque quietem
Ferre nequit:ſtimulat dona inter tanta deorum.
Hortatur dudum portas intraſſe quirini.
Proxima lux placet.hinc ſtrictos ferre otius enſes
Dum feruet cruor:et perfuſæ cæde cohortes
Deſtinat.ac iam clauſtra manu:iam mœnia flãma
Occupat:et iungit tarpeia incendia cannis.
Quo turbata uiri coniunx ſaturnia cœpto
Irarumque iouis:latiique haud neſcia fati:
Incautum ardorem:atque auidas ad futile uotũ
Spes iuuenis frenare parat.ciet inde quietis
Regnãtem tenebris ſomnum:quo ſæpe miniſtro
Edomita inuicti componit lumina fratris.
Atque huic arridens:non te maioribus inquit
Auſis diue uoco:nec poſco ut mollibus alis.
Des uictum mihi ſomne iouem:nõ mille premẽdi

Altũ pectus:forte ac magnum. Si ſoli:ſi nõ habuiſſet Varronẽ collegã potuiſſet æquari Fabio: q putabat neminẽ ſibi æquari poſſe i bello. Pulchra: honeſta:& digna impatore fortiſſimo ideo dicit Hora. Animæque magnæ ꝓdigum paulum ſuperante pœno. hæc mors fuit quoddam decus urbi:quæ tales tãque fortes hẽbat uiros. Ignauia uero Varronis dedecori fuit romano nomini.& ideo hæc tam clara mors in bello Paulũ honeſtauit:eiuſque nomẽ ad ſidera miſit. Trũcus capitis:priuatus capite.i.duce. Hic picentum acies:deſcribit cædis uarietatẽ: de his populis dictũ ẽ ſupra. Martius: bellicoſus miles ex umbria. Sicana:ſicula miſſa ab Hyerone. Sarraſtes:accolæ ſarni fluminis cãpaniæ. Sãguineus:repletus cadaueribus:ac ſanguine romanoꝝ. Sic lagea ratis: Aufidũ reiicientẽ cadauera ad ripas cõparat naui impactæ ſcopulo & naufragiis:in qbus oĩa diſſipanť.& nautæ aquã uomũt. Lagea ratis: ægyptia.nã danaus autore Plinio nauẽ primus in græciã ex ægypto duxit:ante.n. ratibus nauigabať inuẽtis in rubro mari inter inſulas a rege erithra. Lagus fuit pater ptolæmei regis ægyptii:inde lagea ratis,& ſic poeta alluſit ad nauis inuentorẽ danaũ uelut inſula ita magna ut ẽ inſula in uaſto mari. Illiſit:impulit ipſos nautas:q ipſa naui uehunť:cũ Eurus mari incubit & ipſum concitat.

Trãſtra:ſedilia nauis.apluſtria:ut iqt Sextus Põpeius ſunt nauiũ ornamenta quæ quia erãt amplius q̃ eſſent neceſſaria uſui apluſtria dicta ſunt. Mali:arbores nauis. At pœnus:nunc redit ad Annibalẽ. Inſignẽ:diem notabilẽ calamitate romanoꝝ. Tandẽ:poſt longos labores Annibal ſuos in caſtra reduxit:

Sed mens inuigilat:cogitabat pœnus de aduentu ad urbẽ.Liui. ait Annibali uictori cũ cæteri circũfuſi gratulareť: ſuaderentque ut tãto perfunctus bello diei:quod reliquũ eſſet: noctiſque inſequẽtis quietem:& ipſe ſibi ſumeret & feſſis daret militibus. Portas quirini: ideſt romanas. Mœnia:romana. Occupat:mẽte ac cogitatione capit. Cannis:pugnæ cãnenſi & ſtragi. Coniunx ſaturnia:Iuno filia Saturni coniunx iouis. Fati:ut.ſ.roma imparet. Ad futile uotũ:inane deſideriũ. Regnantẽ:tenebris.i.noctu.nã tũc dormiť:& ſõnus regnat. Fratris:Iouis. Non te maioribus inqt:uerba Iunõis ad ſomnũ: qbus oſtẽdit facile id poſſe pſtari ꝙ petitura erat. Diue:ſõne. Mollibus:ſuauibus. qm̃ ſõnus ẽ ſuauis:& uires reparat. Nõ mille oculi .i. non petam ut immitas ſoporem mille oculis: aut argo centroculo: qui cuſtodiebat Io conuerſam in uaccam datus cuſtos a Iunone argum ſopitum e ſaxo præcipitauit Mercurius iuſſu Iouis Propertius. Sed ſic intentis hærebam fixus ocellis. Argus ut ignotis cornibus inachidos.

Spernens tua numina:quoniam ſemper uigilabat. Medicata papauera:papauer nigrum inducit ſomnum : inde papauera læthea dicũtur a poetis ſomnus pingebatur cum cornu:nõ ſine ratione.nam cornu attenuatum trãſlucidum eſt : propter ſui raritatẽ. Somnia quæ erant uera cornea dicebantur. Barcei iuuenis Annibalis: q a barca comite Didonis hẽbat originẽ Soporas: afferentes ſomnũ. Læthea uirga:ſomnifera & papauerea. Iamque uidebatur:hoc erat inſomnium Annibalis.

Ipſe refulgebat:hoc poſtea fuit:ut habebimus. Anio:fluuius ĩ cuius ripis annibal caſtra mẽtatus eſt. Ignes:flumina. Sat magna: ideſt ſatis magnã adeptus es gloriam in pugna cannenſi : nõ enim potes ingredi Romam. Muris: romanis:quos nefas eſt tangere hoſtiliter. Dedita caſtra:romana ſcilicet dediſſe ſe hoſtibus:Liuius ait ſpoliis ad multum diei lectis Annibal ad minora ducit caſtra oppugnanda. & omniũ primum brachio flumis obiecto eos excludit.Cæterorũ maturior ipſorũ ſpe deditio facta eſt: poſtea maiora caſtra a ſauciis:qui remanſerãt: & timidis tradita ſũt. Mago:frater ipſius Annibalis.

Huic:Magoni.Liuius ait Maharbalẽ talia ſuaſiſſe Maharbal inquit præfectus equitũ minime ceſſandum ratus. immo ut quid hac pugna ſit actũ ſcias die quinto inqt uictor in capitolio epulaberis. Sequere cum equite ut prius te ueniſſe q̃ uenturum ſciant. & cum Annibal recuſaret dixit: Non omnia eidẽ dii dederunt : Vincere ſcis annibal uictoria uti neſcis. Celatis monuitis:his quæ p nocturnam quietem monuerat illa uox audita. Clauſo:quoniam occultabat pauorem:quẽ ex illa uoce cõceperat.Timebat quippe bella maiora cum ſuperis:ſcilicet & uulnera militũ cauſabatur. Lætis:ad uoluptatem fluentibus:cũ fortuna ſit inuida uiris fortibus. Tanta mole:uerba Magonis q bus fratrem accuſat : quod tam fauſto tẽpore iter ad urbem differat : quæ ſtatim uires reparabit. Patriam moraris: ideſt tua cunctatione fraudas imperio iam prope comparato. Exultet:ueniat celeriter: ſi Romam ibimus inquit illico eã capiemus.patẽt.n.portæ urbis tot cladibus exhauſtæ.locus eſt ab utili.

Fremit:cũ fremitu atque ira dicit ea: quæ Annibal cautus non credebat.

Sunt oculi tibi:nec ſpernens tua numina cuſtos
Inachiæ multa ſuperandus nocte iuuencæ.
Ductori precor immittas noua ſomnia pœno:
Ne romam:et uetitos cupiat nunc uiſcere muros:
Quos intrare dabit nunquam regnator olympi:
Imperium celer exequitur:curuoque uolucris
Per tenebras portat medicata papauera cornu.
Aſtubi per tacitum allapſus tentoria prima
Barcei petiit iuuenis:quatit inde ſoporas
Deuexo capiti pennas:oculiſque quietem
Irrorat tangens læthea tempora uirga.
Exercent rabidã truculenta inſomnia mentem:
Iamque uidebatur multo ſibi milite tybrim.
Cingere:et inſultans aſtare ad mœnia romæ.
Ipſe refulgebat tarpiæ culmine rupis
Elata torquens flagrantia fulmina dextra
Iuppiter:et lati fumabant ſulphure campi.
Ac gelidis anio trepidabat cærulus undis.
Et denſi ante oculos:iterumque:iterũque tremẽdũ
Vibrabant ignes:tunc uox effuſa per auras
Sat magna o iuuenis prenſa eſt tibi gloria cannis:
Siſte gradum: neque enim ſacris irrumpere muris.
Pene magis dabitur noſtrum q̃ ſcindere cœlum.
Attonitum uiſis:maioraque bella pauentem
Poſt confecta ſopor iunonia iuſſa reliquit.
Nec lux terribili purgauit imagine mentem.
Quos inter motus ſomni:uarioſque tumultus
Dedita per noctem reliquo cũ milite caſtra
Nunciat:et prædam pleno trahit agmine mago:
Huic ductor lætas tarpeio in uertice menſas
Spondenti:cum quinta diem nox orbe tuliſſet
Celatis ſuperum monitis:clauſoque pauore
Vulnera:et exhauſtas ſæuo certamine uires
Ac nimium lætis excuſat fidere rebus.
Tum ſpe deiectus iuuenis:ceu uertere ab ipſis
Terga iuberetur muris:ac ſigna referre:
Tanta molæ inquit:non roma ut credidit ipſa:
Sed uarro uictus:quo nam tam proſpera martis
Munera deſtituis fato:patriamque moraris.
Mecum exultet eques:iuro caput hoc:accipe muros
Illiacos:portaſque tibi ſine marte patentes.
Dumque ea mago fremit cauto: non credita fratri

Iam latius miles: dum in oppugnādis minoribus caſtris tempus ab hoſte tereret ex maioribus caſtris ad quattuor milia hominū: & .xx. equites alii ī agmine: alii palati paſſim ꝑ agros. P. Sempro. Tuditano tribuno militū eos increpāte: hortāteque ut euaderēt canuſiū perfugerunt: quos paula frugi mulier clara diuitiis frumēto: ueſte uiatico etiā iuuit: ꝓ qua munificētia ei poſtea bello perfecto honores a ſenatu habiti ſunt. Tuditanus apud Liuiū ſic milites alloquit: Capi ergo mauultis ab auariſſimo & crudeliſſimo hoſte æſtimari capita ueſtra exquiri precio ab interrogantibus romanus ciuis ſis: an latinus ſocius: ut ex tua contumelia & miſeria alteri honos quærat.

Iam latius ſeſe canuſia in mœnia miles
Colligere: et profugos uicino cingere uallo
Cœperat: heu rebus facies inhonora ſiniſtris
Non aquilæ: non ſigna uiris: non conſulis altum
Imperium: non ſubnixæ lictore ſecures.
Trunca: atque ægra metu: ceu magna eliſa ruina.
Corpora debilibus nituntur ſiſtere membris
Clamor ſæpe repens: et ſæpe ſilentia fixis
In tellurem oculis. nudæ pleriſque ſiniſtræ
Detrito clypeo deſunt pugnacibus enſes.
Saucius omnis eques. galeis carpſere ſuperbum
Criſtarum decus: et damnarunt martis honores
At multa torax perfoſſus cuſpide: et hærens
Loricæ interdum mauruſia pendet harundo.
Interdum mœſto ſocios clamore requirunt
Hic galba: hic piſo: et læto non dignus inerti
Curio defletur. grauis illic ſceuola bello.
Hos paſſim. at pauli pariter: ceu dira parentis
Fata gemunt: ut uera mali præſentia nunquam
Ceſſarit canere: et uarronis ſiſtere mentem.
Atque idem hunc totiens ne quiq̄ auerteret urbi
Atque idem quantus dextra: ſed cura futuri:
Quos præmit: aut foſſas inſtant producere muris:
Aut portarum aditus: ut rerum eſt copia firmant:
Quaque patet campus planis ingreſſibus hoſtis
Cruorum ambuſtis imitantes cornua ramis
Et ſilus occulitur cæcum in ueſtigia tælum
Ecce ſuper clades: et non medicabile uulnus
Relliquias belli: atque imperdita corpora pœnis
Impia formido: ac maior iactabat erynnis
Trans æquor tyrios enſes: atque arma parabant
Punica: et annibalem mutato euadere cœlo.

Canuſiū: oppidū eſt apuliæ. Colligere: colligebat ſe. Facies inhonora: apparētia turpis: & ignominioſa romanoꝝ militum: qm̄ non habebāt uexilla: nō alia ornamēta: qbus prius cenſebant. Subnixæ: impoſitæ humeris littoꝝ. Trūca: milites ſine duce, iam attritos clade accepta comparat corporibus eliſis aliqua ruina: quæ tamen ingredi nitunt.
Trūca: mutilata. Eliſa: obruta attrita. Repēs: repentina uociferatio erat.
Martis honores: oīa ornamēta militaria depoſuerūt in ſignū mœroris & luctus. Torax: munimentum pectoris.
Mauruſia: hoſtica emiſſa. ſ. a mauro hoſte. Interdū meſto: imitatio ē Vir. canentis: Amiſſos lōgo ſocios ſermone requirūt. & recēſet præſtātiores poeta: q in pugna ceciderant. Inerti: lætho: ignaua morte: qm̄ ſubmerſus ē in aufidū. Hos paſſim: uulgo: & generaliter requirebāt: ſed maxime deplorabāt caſum Pauli Aemilii. Canere: prædicere & reprimere furorem Varronis: & laus eſt Pauli a prudentia. Ne qq̄: fruſtra. qm̄ non potuit auertere hāc calamitatē ab urbe. Dextra: uiribus & animi robore ī bello. Cura futuri: illi q futuris rebus ꝓſpiciebant. cœperūt ſeſe munire apud canuſiū. Vt rerū ē copia: ut poterāt ꝓ tēporis conditione: qm̄ fere omniū rerū inopia in tāto rerū turbine laborabāt. Imitātes cornua. i. occuluntur furcæ ex ramis ambuſtis: quibus læderentur hoſtes in pedibus. & ipſi equi nūc iaciunt tribuli ferrei habentes undique aculeos: ſuper quos incedere periculoſum eſt. Silus: ut ait ſextus Pompeius appellatur naſus ſurſum uerſus. & repandus: unde galeæ quoque a ſilæ dictæ ſunt. Silus ergo ē tælū: quod in terra defixū aciem ſurſum uerſam habet: qua incedentes lædantur. Ecce ſuper clades: cum eſſent canuſii quattuor tribuni militum. Fabius Fabii dictatoris filius. Bibulus. P. Scipio. & Appius pulcher omnium conſenſu: ut inqt Liuius ad Scipionē & Appiū Claudiū ſūma imperii delata ē: qbus cōſultātibus de ſūma rerū inter paucos. P. Furius nunciauit: Ne quiq̄ eos cōſultare dicens: Nobiles iuuenes principe. L. Metello mare ac naues ſpectare: ut deſerta italia ad regum aliquem tranſfugiant: quod malum præterquā quod atrox ſuper tot clades etiam nouum cum ſtupore: ac miraculo trepidos defixiſſet: & qui adeſtant concilium aduocandum de eo cenſerent: negat concilii rem eſſe Scipio: agendum: atque audendum: non conſultandum eſſe in tanto malo ait. Inde ire perrexit ad hoſpicium Metelli: & cum ibi concilium iuuenum inueniſſet: de quibus allatum erat: Stricto ſuper capita conſultantium gladio etiam iuuare coegit ſe patriam non deſerturos. Relliquias: milites relictos ab hoſtibus in prœlio. Imperdita: non interfecta ab hoſte. Nam Canuſium ſe receperunt: ut dictum eſt.

Exilio: fugæ militum: qui illic de fuga conſultabant. Stirpe: familia metellorum: quæ clariſſima erat. Degenerem: uilem. Stetit in campis: nam uoluit ſingulari certamine congredi cum Annibale: ut habuimus; ſed Mars & Pallas uetuerunt. Vbi: in hoſpicio Metelli. Conquebant: conſultabant. Extrema: allatura finem romano imperio. Viri: Metellus & ſocii. Tarpeia pater: inuocat magna numina Scipio: per quæ iurat. & caput paternum: ſe nunquam deſerturum patriam: nec permiſſurum: ut alii deſerát. uerba Scipione digna iuuene fatali & duce: atque futuro uictore illius belli: incipit a Ioue. poſtea inuocat Iunonem: inde Palladem: poſtea pœnates. Tandem per caput patris: quod apud Scipioné nullo numine inferius erat.

Tarpeia: capitolina. Secundam ſedé: laus Romæ ac capitolii: quod dicit eſſe ſecúdam ſedem Iouis: cum prima ſit in cœlo. Saturnia: Iuno nondum mutata calamitate romanorum: q ab Ilio habuerunt originem. Nondum erat mitigata Iuno: aut ſatiata tot cædibus. Aſpera pectus: pallas habens pectus horrendú propter egida: ideſt ſcutum: in quo erat celatum caput Gorgonis Meduſæ. Furores. i. capillos ſerpétinos. Indigetes dei: penates: quos Aeneas auexit ex phrygia. ideo dicit ſponte inter numina noſtra: quoniam erant prius numina externa. Indigetes ꝓprie ut inquit Sextus Pompeius dicunt dii: quorum nomina uulgari non licet. Leuius nullo numine: quod caput nullo numine mihi eſt inferius. Ocius en te ſtare deos: imperat Metello ut iuret ſe non diſceſſurum: apud Liuium ſic loquitur: Ex mei animi ſentétia iuro ut ego rempublicam nõ deſeram: neque aliú ciuem romanú deſerere patiar: ſi ſciés fallo tum me Iuppiter optime maxime domum: familiam: remque meá peſſimus leo afficiat in hæc uerba. L. Cecili iures poſtulo: cæterique q adeſtis: q nõ iurauerit in ſe hunc gladium ſtrictum eſſe ſciat: haud ſecus pauidi: quá ſi uictorem Annibalem cernerent iurant omnes cuſtodiendoſque ſemetipſos cõtra Annibalem Scipioni tradunt. Ni ſancis: ni iuras in hæc uerba ego ero tibi Annibal: qué tremis. Nec ullo: quaſi dicat: Niſi iuraueris te interficiam: quod erit mihi maiori gloriæ: quam ſi aliquem ex hoſtibus interfeciſſem.

Excuſſa incepta: timore Scipionis depoſuit Metellus concilium diſcedédi.

Ordine iuſſo: ut Scipio iuſſerat. Dictata: a Scipione. ſ. nam dixit in hoc uerba iures poſtulo. Culpa: qua tenebantur cogitantes patriá deſerere. Atque ea dum rutulis: dum talia agerentur a romanis Canuſii Annibal ſtragé contemplatus eſt & uiſit. Poſtero die inquit Liuius: ubi primum illuxit ad ſpolia legéda: fœdáque ét hoſtibus ſpectádam ſtragem inſiſtunt iacebant tot Romanorum milia pedites & equites paſſim. Recenſebat: recognoſcebat. Dulcia: iucunda: quoniam cum eſſent crudeles tali ſpectaculo delectabantur. & in primis Annibal: qui erat crudeliſſimus.

Trucibus: crudelibus. Quas ſtrages inter: hoc quod de clelio: & ipſius equo poeta canit fictio quædam eſt: ut nactis oportunitatem cleliæ facinus celebre: ut ſupra de Mutio Sceuola fecit.

Dux erat exilio collectis marte metellis
Sed ſtirpe haud parui cognominis is noua bello
Pectora: degeneréque manú ad deformia agebat
Conſulta: atque alio poſitas ſpectabat in orbe.
Quis ſeſe occulerent terris: quo nomina nulla
Pœnorum: aut patriæ penetraret fama relictæ:
Quæ poſtquam accepit flammata ſcipio mente
Quantus ſydonium contra fera prœlia miſcens
Ductorem ſtetit in campis. rapit ocius enſem.
Atque ubi turpe malú: latioque extrema coquebát
Cœpta uiri. ruptis foribus ſeſe arduus infert
Tum quatiens ſtrictum cum uoce ante ora paréti
Mucronem tarpeia pater: qui templa ſecundam
Incolis a cœlo ſedem: et ſaturnia nõdum
Iliacis mutata malis: tuque aſpera pectus
Egide gorgoneos uirgo ſuccincta furores:
Indigeteſque dei ſpõte inter numina noſtra:
Perque caput nullo leuius mihi numine patris:
Magnanimique iuro nunquam lauinia regna
Linquam: nec linqui patiar dum uita manebit
Ocius en teſtare deos: ſi mœnia tædis
Flagrabunt libycis: nullas te ferre metelle
Auſurum in terras greſſus: ni talia ſancis:
Quem tremis: et cuius ſomnos formidine rumpis
Annibal hic armatus adeſt. moriere nec ullo
Pœnorum melior parietur gloria cæſo.
His excuſſa incepta minis: iamque ordine iuſſo
Obſtringunt animas patriæ: dictataque iurant
Sacramenta deis: et purgant pectora culpa:
Atque ea dum rutulis turbata mente geruntur
Luſtrabat campos: et ſæuæ triſtia dextræ
Facta recenſebat pertractans uulnera uiſu
Annibal: et magna circunſtipante caterua
Dulcia præbebat trucibus ſpectacula pœnis.
Quas ſtrages inter confoſſus pectora tælis

Seminecem extremo uitam exhalarat in auras
Munere deficiens iam clelius ora:niſuque
Languida uix ægro:et dubia ceruice leuabat
Agnouit ſonipes:arrectiſque auribus acrem
Hinnitum effundens ſternit tellure uageſim.
Quem tunc captiuo portabat in agmina dorſo
Hinc rapidū glomerans curſum p lubrica pinguis
Stante cruore ſoli mutata cadauera cæde
Euolat:ac domini conſiſtit in ora iacentis
Inde inclinatus colla:et ſubnixus in armos
De more inflexis præbebat ſcandere terga
Cruribus:ac proprio quodam trepidabat amore
Milite non illo quiſquam fœlicius acri
Inſultarat æquo:uel ſi reſupina citato
Proiectus dorſo ferret cum membra:uel idem
Si nudo ſtaret tergo.cum rapta uolucris
Transigeret curſu ſonipes certamina campi
At libys humanos æquantem pectore ſenſus
Haud parce miratus æquum qui nam ille ſiniſtræ
Depugnet morti iuuenis:nomenque:decuſque
Erogitat:læthique ſimul compendia donat.
Hic cynna ad tyrios:namque is ſua uerterat arma
Credulus aduerſi:et tum comes ibat ouanti
Auribus huic inquit ductor fortiſſime origo eſt.
Non digna tuis quondam ſub regibus illa
Quæ libycos renuit frenos ſub regibus olim
Roma fuit:ſed enim ſolium indignata ſuperbi
Vt ſceptra exegit confeſtim ingentia bella
Cluſina uenere domo:ſi porſena fando

Extremo munere:morte quæ eſt ultimum munus naturæ:quamuis ipſa mors non ſit finis noſter uerum potius impedimentum finis. Aegro niſu:debili conatu. Dubia:nutanti collo. Bageſum: qui eius dorſo inſidebat. Captiuo:qm̄ fuerat ab illo captus cum Clelius cecidiſſet. Stante cruore: nondū deſiccato. Soli:terræ pinguis ſanguine recēs fuſo. Mutata:quæ amiſerāt ſpeciē in morte. Domini:clelii. Colla.i.cum collū inclinaſſet.& armos:ut Clelius aſcēderet flectebat crura. Trepidabat:quodam tremore & affectu æquus uidebat Clelio blandiri: & illi timere ut de cane ſcribit Plinius q domino in gradus genitorios abiecto cibum afferebat. Milite nō illo:laudat Cleliū a peritia equitandi:dicitque illū ſuperaſſe omnis: alludēs ad Cleliam uirginem: quæ a romanis ſtatua equeſtri honeſtata fuit:quam in ſacra uia ſtatuerunt. unde dicit Seneca Clelia equeſtri inſidens ſtatuæ in ſacra uia celeberrimo loco exprobrat iuuenibus noſtris plurimū aſcēdētibus ī ea urbe illos ſic ingredi: in qua ēt fœminas æquo donauimus. Acri:forti & belliçoſo. Proiectus dorſo membra reſupina.i. habens membra ſua inclinata in dorſum equi.& hoc faciebat:ut agilitatem oſtēderet ſuam : atque per peritiā reſupinus dicit in tergum reuolutus. Nudo tergo:ſine ephippio. Tranſigeret:tranſgrederet:percurreret. Certamina campi:ſpatiū campi ; in quo certatur curſu. At libys: Annibal plurimū miratus eſt equū habentem prope ſenſus humanos. & quæſiuit a Cynna: Quis nā eſſet ille iuuenis cui equus ſit blandiebatur. Depugnet morti:qui luctetur adhuc morti.i.repugnet: qm̄ nō dum plane mortuus erat. Cōpendia læthi.i.mortē quæ clelio laboranti uidebatur eē ſalus: itaque Annibal miſeratus ſortē iuuenis iuſſit illū confici:ut tali pœna ſolueret. cōpendiū dicit breue iter:inde cōpendiū mortis dicit ipa acceleratio mortis. Credulus aduerſi: q putauit aduerſam illā fortunā nō receſſuram amplius a romanis ideo uertit ſe ad Annibalē:q tūc fortunæ incūbebat. Ouāti:Annibali:q tunc ſecūda fortuna utebat. Auribus huic inqt:repetit altius Cynna originem Clelii : a clelia ſcilicet uirgine : quæ cum obſes data eſſet Porſenæ ad ſuos enatauit.

Renuit frenos libycos : quæ recuſat ſeruire carthagini.paruit aliq̄do regibus:qui ſeptem fuerunt : Romulus. T. tatius: qui ſimul regnauerunt. Numa Pōpilius:Tullius hoſtilius. Ancus Martius. Tarquinius Priſcus. Ser. Tullius: & Tarquinius ſuperbus:qui roma pulſus porſenæ opem implorauit:q infeſto agmine Romā pperās ianiculū occupauit.In ipſo primo aduētu pons ſublicius iter in urbē pene hoſtibus dedit : niſi unus uir obſtitiſſet Hora.cocles.Id munimētū ī illa die fortuna urbis romæ habuit impetū quippe ſuſtinuit hoſtilē quoad pons incideret.inde armatus in tybrim deſiliēs ad ſuos enatauit. Rē auſus inqt Liui.plus famæ habiturā ad poſteros q̄ fidei ſtatua Cocliti in comitio poſita fuit.Coclites dicuntur autore Plinio:qui altero lumine cæci naſcunt.unde ſcribit Plautus in curgulione de coclitum proſapia te eſſe arbitror.nam hi ſunt unoculi. Solium:ſceptrum & regimen:ſiue dominationem Tarquinii ſuperbi:quem expulit. Exegit: eiecit illū e regno. Fando:ſic Virgi. Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures.& talia agētis & patientis habēt ſignificationē: ut cantando rumpit anguis.i. dum incantatur:& urit uidendo fœmina.i.dum uidetur.& fando aliquid dum dicitur : Quis talia fando actiuam habet ſignificationem. Fando.i.dum aliquid dicebatur de romanis hiſtoriis

Lydia caſtra:hetruſca. Ope meonia:auxilio hetruſco. Ille:porſena. Succinctus:armatus:ſeptus. Reponere:reſtituere in regnum. Adeo:certe. Nequiquam:fruſtra. Preſſit:inſedit fixis illic tentoriis. Pace probata:ſancita:& conſtituta:ut pacis cõditiones inquit Liuius ultro ferret romanis iactatum in conditionibus:nequiquam de Tarquiniis in regnum reſtituendis magis: quia id negare ipſe nequierat Tarquiniis:quam quod negatum iri ſibi a romanis ignoraret de agro uehientibus reſtituẽdo impetratum fuit:expreſſaque neceſſitas obſides dandi romanis:ſi ianiculo præſidium deduci uellent. his conditionibus compoſita pace exercitum ab ianiculo abduxit.Porſena ex agro romano exceſſit.

Fœdere:pacto. Poſitum:depoſitũ.

Fides:ut fœdus ſeruaretur. Obſes eſt qui traditur imperio alterius ea conditione:ut ſi dator obſidis a fide recedat recipienti ius ſit in corpus:& uitam obſidis. Pro laude pati:celebrat romanorum uirtutem poeta & conſtantiã: quorum agere ac pati fortia erat. Clelia: Liuius ait.Et clelia uirgo una ex obſidibus cum caſtra hetruſcorũ forte haud procul ripa tyberis locata eſſent fruſtrata cuſtodes dux agminis uirginum inter tæla hoſtium tyberim tranſnauit. Soſpiteſque omnis Romam ad propinquos reduxit:atque ĩſtituit. romani nouam in fœmina uirtutem nouo genere honoris ſtatua equeſtri donauere. In ſumma ſacra uia fuit poſita uirgo inſidens equo. Iuueni:Clelio eſt nomen a uirgine Clelia. Talia dum pandit: Iam canet poeta funus Pauli: cuius cadauer repertum fuit a pœnis eruẽtibus cadauera ſuorum ut cremarentur. Liuius ait: Tum ſepeliẽdi cauſa in unum corpora ſuorum cõferri iuſſit: ad octo milia fuiſſe dicuntur fortiſſimorum uirorum conſulem romanum conquiſitum: ſepultũque quidã autores ſunt quos poeta nũc ſequit̃: affirmãs crematũ fuiſſe ab hoſtibus cadauer Pauli:qui ob ingentẽ uirtutẽ uiſus ẽ id mereri ẽt hoſtibus: & crudeliſſimis pœnis. Clamor:eruentium cadauera ſuorum: & ſic laudat Paulum: qui cecidit inter cõfercẽtiſſimas acies:ut etiam de Catilina legitur apud Saluſtium. Heu quis erat: deplorat poeta mortem & ſqualorem conſulis ad imitationem Virgilii: apud quem Aeneas de Hectore dicit: Hei mihi qualis erat; quantum mutatus ab illo Hectore; qui redit exuuias indutus achilis. Modo:paulo ante.

Taulantia:illyrica. huius uictoriæ ſupra meminit poeta.nam cum perdomita eſt illyris ora. Taulantii dicti ſunt a Taulantio filio illyrii: a quo Illyria denominata eſt. Tyranno illyrico:demetrio: qui tunc regnabat in Illyria. Trogus ait:Demetrius rex illyriorum nup a Paulo romanorum cõſule uictus ſupplicibus precibus aggreditur iniuriam romanorum querens. Squalebat:ſqualida & ſordida erat. Muralis ſaxi:magni quod potuiſſet deiicere muros:ut non ſit mirum ſi Paulum ſtrauerit. Geminatus gaudia: qui geminata gaudia ſuſcepit tanti fecerat Paulum: & nunc eius mortem. Sedenti: cunctatori.

Auditus tibi:ſi cocles:ſi lydia caſtra
Ille ope meonia:et populo ſuccinctus hetruſco
Certabat pulſos per bella reponere reges
Multa adeo nequiquam auſi:præſſitque tyrannus
Ianiculum incumbens ubi mox iam pace probata
Compreſſere odia:et poſitum tum fœdere bellum:
Obſidibuſque obſtricta fides:manſueſcere corda
Neſcia proh ſuperi:et nil non immite parata
Gens italum pro laude pati.bis clelia ſenos
Nondum complerat primeui corporis annos
Vna puellarum laurentum:et pignora pacis
Inter uirgineas regi tranſmiſſa cateruas
Facta uirum ſileo rege hæc:et fœdere: et annis
Et fluuio ſpretis mirantem interrita tybrim.
Tranauit frangens undam puerilibus ulnis:
Cui ſi mutaſſet ſexum natura reuerti
Forſan tyrrhenas tibi non licuiſſet in oras
Porſena:ſed iuueni ne ſim tibi longior huic:
Et genus:et clara memorandum a uirgine nomen.
Talia dum pandit uicinus parte ſiniſtra
Per ſubitum erumpit clamor permixta ruina
Inter et arma uirum:et lacerata cadauera pauli
Eruerant corpus.media de ſtrage iacentum
Heu quis erat: q̃ non ſimilis modo punica tælis
Agmina turbanti:uel cum taulantia regna
Vertit:et illyrico ſunt addita uincla tyranno
Puluere canicies atro:arentique cruore
Squalebat barba:et perfracti turbine dentes
Muralis ſaxi tum toto corpore uulnus:
Quem poſtq̃ aſpexit geminatus gaudia ductor
Sidonius. fuge uarro inquit.fuge uarro ſupſtes.
Dum iaceat paulus.patribus:fabioque ſedenti

Et populo consul totas ediſſere cannas
Concedam hanc iterum ſi lucis tanta cupido eſt
Concedam tibi uarro fugam: at cui fortia et hoſte
Me digna haud paruo caluerunt corda uigore
Funere ſupremo et tumuli decoretur honore
Quantus paule iaces: qui tot mihi milibus unus
Maior leticiæ cauſa es: cum fata uocabunt
Tale precor nobis ſalua carrhagine læthum
Hæc ait: et ſocium mandari corpora terræ
Poſtera cum thalamis aurora ruebat apertis
Imperat: armorumque iubet conſurgere aceruos
Arſuros gradiue tibi tum munera iuſſa
Defeſſi q̃q̃ accelerant ſparſoſque propinquos
Agmine proſternunt lucos ſonat acta bipenni
Frondoſis ſylua alta iugis: hinc ornus et altæ
Populus alba comæ ualidis acciſa lacertis
Sciditur: hinc ilex proauorum condita ſæclo
Deuoluunt quercus et amãtem littora pinum.
At ferale decus mæſtas ad buſta cupreſſos
Funereas: tum deinde pyras certamine texunt
Officium infelix et munus inane peremptis
Donec anhelantes ſtagna in tarteſſia phœbus
Merſit equos: fugienſque polo titania cecam
Orbita nigranti traxit caligine noctem
Poſt ubi fulxerunt primis phaetontia frena
Ignibus atque ſui terræ rediere colores:
Supponunt flammam: et manantia corpora tabo
Hoſtili tellure cremant ſubit horrida mentem
Formido: incerti caſus tacituſque pererrat
Intima corda pauor: ſi fors ita martis iniqui
Mox ferat ac ipſis inimica ſede iacendum
Aſt tibi bellipotens ſacrum conſtructus aceruo
Ingenti mons armorum ſurgebat ad aſtra
Ipſe manu celſam pinum flammaque comantem
Attollens ductor gradiuũ in uota ciebat.
Primitias pugnæ et læti libamina belli
Annibal auſonio cremat hæc de nomine uictor
Et tibi mars genitor uotorum haud ſurde meorũ
Arma electa dicat ſpirantum turba uirorum
Tum face coniecta populatur feruidus ignis
Flagrantem molem: et rupta caligine in auras
Actus apex claro perfundit lumine campos
Hic citus ad tumulum donataque funera paulo

Ediſſere: manifeſta canenſem ſtragẽ ſenatui. Quantus: q̃ fortis omnique uirtute decorus cuius morte magis lætor q̃ tot milium romanorum & optat pœnus ſic mori: ſed incolumi carthagine: & in hoc laudat annibalẽ patriæ ſtudioſum ſuæ. At ferale decus: extruuntur pyræ a pœnis ut cadauera cremẽtur. Meſtas cupreſſos: quoniam erant dicatæ pyris & ante ianuam inſignũ luctus ponebantur. Officium infelix: Virgi. ait Triſte miniſterium. Inane: quod mortuum cadauer non ſentit.

Tarteſia: occidua quoniam apud tartaſſum uidetur ſol equos ſuos ſoluere: ſupra dixit tarteſſum eſſe conſciam ſtabulanti phœbo. Titania orbita: ſemita & curſus ipſius ſolis. orbita ꝓprie eſt ueſtigium currus & phœbus dicitur habere currus & equos. Poſt ubi: illuceſcente ſequenti die. Phaetontia: frena phœbea: nã phœbus pater fuit phaetontis. Sui: ꝓprii colores. Supponũt incendunt pyras. Subit horrida mentem: cogitabant de euentu fortunæ & illorum qui ceciderant caſu. Tabo: ſanguĩe putrefacto. Ita: hoc modo ut illi ceciderant ſit etiam ipſis moriendum in terra hoſtili ac ſede inimica. Aſt tibi bellipotẽs: imitatio eſt uirgilii apud quem æneas tropheum marti erexit ſuperato melentio. Mons: aceruus & cumulus. Comantem: emittentem flammã inſtar comæ. Libamina: deguſtationes & principia. De nomine auſonio: de gente romana. Electa: præcioſiora. Spirantum: uiuentium. Tum: poſt talia uerba annibal coniecit facem in rogum. Populatur: conficit conſumit. Molem: pyram. Actus: emiſſus in aerem. Rupta calagine: diſcuſſo fumo qui eſt in principio poſtea emicat flamma. Apex: ſummitas flãmæ. Hic citus: peracto funere ſuorum properauit annibal ad funus pauli celebrandũ

Donata: conceſſa ab annibale qui pauli uirtutem põpa funeris dignatus eſt & iactabat ſe ꝙ hoſti pararet funus.

Molles toros: ſtratũ molle ſuper gramina uirentia: & ornatur rogus pauli enſe clypeo ſecuribus

& faſcibus: Expertis:uulneratis a paulo. Terror.qm̄ ſecures conſulares præferebant̃ ad terrorem:
Modo:paulo ante. Inſigne:qm̄ faſces & ſecures erant inſigne conſulis. Superbum:nobile. Non
coniunx naturæ aderant:poeta querit non interfuiſſe funeri ipſius conſulis filios uxores & alios ꝓ,
pinquos qui funus ornaſſent corpuſque rogo intuliſſent. Celſis feretris:eleuatis ſuper humeros ſe
rentiū. feretrum ut dixi dicit̃ quicquid ſuſtinet. unde ea quibus imagines ſuſtinebant̃ cum circū,
ferentur feretra appellat. Imago.omnia ſtémata & imagines maiorum preferebant̃ apud antiquos
in funere gentilitio:priſca dicuntur ea
quæ ſuperioribus ſeculis aut ſuperiore
ætate fuerunt ut priſca tempora.priſti
na uero quæ fuerunt ſuperioribus an,
nis menſibus diebus:& quæ noſtra me,
moria fuerunt ut priſtina noſtra amici
tia. Nudo: paulo priuato & nudo oī
honore ac pōpa gentilitia: ſed annibal
paulum celebrabat cui maior laus acce
debat a perſona hoſtili q̃ honore genti
litio.Ille.n.ſola uirtute ad paulum ce,
lebrandum ducebat̃. Pingui murice
purpura tincta ſanguine muricis. I de
cus auſoniæ: laudatio annibalis in fu,
nere pauli. Superbas: claras uirtute:
Quo:ad campos helyſeos. Inſigni læ
tho:clara morte ac digna principe ma,
gnanimo. Fama dehinc: nullas reliq
as eſſe ciuium ſociorumque: ſed ceſos
cum duobus exercitibus conſules dele
taſque eſſe copias allatum fuerat romā
unde magnus pauor & tumultus intra
mœnia romana fuit. Gliſcente ſono:
qm̄ fama uires acquirit eundo. Vrbē:
romā. Arcem:capitolinam.ſ. ut fece,
rant tpe galloꝝ. Sine corpore:qm̄ dice
bat̃ neminē in pugna relictū eſſe. Cō
tēptu: dicebāt nulla alia eſt cauſa quar̃
nondū hoſtis inuaſit romam niſi quia
nos & urbē contēpnit. Rapi:ſpoliari.
Septē arces:montes quos roma cōple,
xa eſt capitoliū:palatiū:auentinū: cœ,
liū: exquilias: uiminalē: & quirinalē.
Lux una euerſas:ſenſus eſt:clades uni
us diei ad cannas deplorabat caſū mul
toꝝ q magiſtratus geſſerāt & angebat̃
romā amiſiſſe ſexcenta milia iuuenū
& magnū numerū ſociorū. Lux una:
unius die calamitas. Biſcentū curules
ideſt eos q magiſtratu aliquo inſignes
erāt d̄ ſella curuli & edilibꝫ curulibꝫ di
ctū ē ſupra. Nutātia:tr̄pidātia. Exhau
ſtæ: euacuatæ tāto robore uiroꝝ. Atq:
ea.ſ.dies gemebat tot ſocios romāi nois
periiſſe. Poſt trebiā:poſt cladē acceptā
ad trebiā ubi alii ciciderāt. Thuſci ꝓfū
di ſtagna.i.traſimenū ubi ceciđrūt.xv.
milia hoīū & flaminius. Sociū:ſocioꝝ
Nec leuior̃:nō mīore nūero q̄ eēt nūe
rus rōanoꝝ. Sed uero:ſedeni cōdupli
catio ē ad oſtēdēdā roānoꝝ ſollertiā in
aduerſis.P.furius philo. &.M.pompo.
ꝑtor̄s ſenatū ī curiā hoſtiliā uocauerūt
ut de urbis cuſtodia cōſulerēt. neq̨.n.
dubitabāt iqt Liuius deletis exercitibꝫ
hoſtē ad oppugnādā romā qđ unū opus belli r̄ſtar̃t uētuꝝ. Reliq ſēatus:q cladi ſupfuerat. Sortito
p ſortes officia cuſtodiēđ urbis accipiētes. Luſtrās aīo.ſ.circūſpiciēs cū eēt prudētiſſīus. Nō ulla
r̄licta:uerba digna fabio.nō ē cūctādū iqt ſed ꝓperādū anq̄ hoſtis uēiat Attoītus:tāta clađ ꝑculſus.

I bat et hoſtilis læthi iactabat honorem
S ublimem eduxere pyram molleſque uirenti
S tramine compoſuere toros ſuperaddita dona
F unereum decus expertis inuiſus:et enſis
E t clypeus terrorque modo atque inſigne ſupbū
T um lateri faſces:captæque in marte ſecures
N on coniunx natiuæ aderāt nō iuncta propiquo
S anguine turba uirum:aut celſis de more feretris
P ræcedens priſca exequias decorabat imago
O mnibus exequiis nudo: iamque annibal unus
S at decoris laudator erat fulgentia pingui
M urice ſuſpirans iniicit uelamina et auro
I ntextam clamydē ac ſupremo affatur honore
I decus auſoniæ quo fas eſt ire ſuperbas
V irtute et factis animas tibi gloria læto
I am parta inſigni noſtros fortuna labores
V erſat adhuc:caſuſque iubet neſcire futuros
H æc libys:atque repēs crepitātibus undique flāmis
A ethereas anima exultans euaſit in auras
F ama de hinc gliſcente ſono iā ſydera adibat
I am maria ac terras:primāque intrauerat urbem
D iffidunt muris ſolam pauitantibus arcem
S perauiſſe ſat eſt:nec enim ſupereſſe tumentem
A c ſtare auſoniū uacuū ſine corpore nomen
Q uodque adeo nondum portis irruperit hoſtis
C ontemptu ceſſare putant iam tecta cremari
A c delubra rapi:cædeſque ante ora nefandæ
N atorū: ſeptemque arces fumare uidentur
L ux una euerſas:bis centū inſtare curules
A c iuuenū bis tricenos orbata gemebat
M ilibus exhauſtæ nutantia mœnia romæ
A tque ea poſt trebiā:poſt thuſci ſtagna profundi
N ec ſociū numero pariter leuiore perempto
S ed uero ſedenī reliqui pia turba ſenatus
M unera ſortito inuadūt celer omnia luſtrans
C lamitat attonitus fabius:nō ulla relicta

Nequiq̄:fruſtra. Armatos:bene a nobis munitos. Duřa:aduerſa quæ metu augetur: ſed illi oc/
currendū eſt animo forti prudentique.unde dicit Ouidius: Audaces fortuna iuuat timidoſque re/
pellit.& Seneca: Vincit nos fortuna niſi tota uincat. Iuuenalis etiá de fortuna dicit: Nullum numé
habes ſi ſit prudentia. Alitur:nutritur. Sedendo:nihil agendo contra temeritaté fortunæ cui ob
ſtandum eſt cum nihil poſſit contra prudentiam. Gliſcunt:creſcunt res aduerſæ in metu. Tem
plis: Liuius ais Item ad ſocios: latinūque nomen ad milites ex formula accipiendos mittunt arma
tela alia parari iubent & hoſtiū ueterū
ſpolia detrahunt templis porticibus.

Credite cunctandi ratio: approperemus ut hoſtis
Nequiq̄ armatos auſit ſucedere muros
Dura inter pauidos alitur fortuna ſedendo
Et gliſcunt aduerſa metu:ite ite ocius arma
Diripite o pubes templis: uos atria raptim
Nudate:et clypeos in bella refigite captos
Sat patriæ ſumus e numero: ſi ad prælia noſtræ
Nil minuit pauor: in patulis illa horrida campis
Sit metuenda lues:muros haud fregerit unq̄
Exultare leuis nudato corpore maurus.
Dum fabius lapſas acuit formidine mentes
Varroné aduentare uagus per mœnia rumor
Spargit: et occulto perfundit pectora motu.
Haud ſecus ac fractæ rector ſi forte carinæ
Lictoribus ſolus uacuis ex æquore ſoſpes
Adnatet incerti trepidant tendant ne negent ue
Iactato dextras:ipſamque odere ſalutem
Vnius amiſſa ſuperantis puppe magiſtri
Quam reſtare uiro labé qui accedere portis
Audeat:ac dirum ueniat pauitantibus omen
Hos mulcens queſtus fabius deforme docebat
Cladibus iraſci:uulgūque arcebat ab ira
Aduerſis etenim frangi non eſſe uirorum
Qui martem inſcribant genti non poſſe dolores
Condere:et ex pœna ſolatia poſcere luctus
Si uero exprobrare ſinant ſibi triſtius illum
Illuxiſſe diem quo caſtris uiderit ire
Varronem q̄ quo uideat remeare ſine armis
His dictis ſedere minæ: et conuerſa repente
Pectora:nunc fati miſeret.nunc gaudia pœno
Conſulibus repetant cæſis erepta duobus.

Atria:in quibus etiam defigebāt ſpo
lia hoſtiū:atriū eſt prima pars domus.
Refigite: euellite ex atriis & templis
porticibuſque. ſatis inquit Fabius ſu/
mus ad defenſioné patriæ ſi non time
mus:timor inquit Ariſtoteles in rheto
ricis facit homines cōſiliatiuos. Lues:
annibal cū exercitu tanq̄ lues & peſtis.
Exultare leuis: agilis ad exultandum
non mœnia expugnāda:& hoc dicit ut
minuat pauorem romanis & hoſtes in
contemptum trahat. Lapſas:conſter/
natas timore. Varronem aduentare:
cum patres in urbe tumultum ſedarét
litteræ A.M.uarrone cōſule allatæ ſūt
quibus mortem pauli ac cædem exerci
tus patribus aperuit. Motu:animi affe/
ctu & ira. Haud ſecus: romanos odio
habentes uarronem cladis autorem &
ſuperſtitem comparat illis qui nauis re
ctorem naufragium quaſi auerſantur
& oderūt amiſſis nautis quibus ipſe cō
ſulere debuiſſet. Trepidant:dubitāt.
Iactato:naufragio. Superantis:ſuper
ſtitis. Quam labem:maculam & notá
infamiæ:hæc oīa rumor uagus ſparge/
bat reſtař uarroni labem qui audeat ro
mam redire amiſſo eius temeritate ex
ercitu: & ſic romanis timentibus malū
omé. Iraſci cladibus: fracto animo pa
ti clades quoniá explorant aduerſa ui/
ros ut ſupra cecinit.calamitas inquit Se
neca eſt uirtutis occaſio. Deforme:tur
pe & indecorum fortibus uiris. Qui
martem inſcribant genti.i. romanorū
qui originem ſuam referunt ad marté
belli numen:non debent frangi aduer
ſis.romani inquit qui parentem appel
lant martem. unde ait Liuius: Et ſi cui
populo licere oportet conſecrare origi
nes ſuas & ad deos referre autores: ea
belli gloria eſt populo romano ut cum
ſuum conditoriſque ſui parētem mar
tem potiſſimū ferat. Condere: diſſi
mulare. Querere ſolatia luctus ex
pœna.i.ſupplicio alterius.uerba digna
fabio: nam uir fortis & magnanimus
pronus eſt ad ignoſcendum & clemen
tiam:& ſic locus eſt ab honeſto. Si ue
ro:ſi permittitis inquit me exprobrare atque obiicere culpam ueſtrā uobis o romani uos cauſa eſtis
huius calamitatis qui uarronem temerariū feciſtis conſulem & ille dies quo ad caſtra ꝓfectus é ma
gis é uobis plorādus q̄ hic quo redit ſine armis & cæſo exercitu & ſic fabius modeſte tñ obiecit uar/
roné plebi. His dictis:uerbis fabii:ex cuius pſona oſtédiť qd ualeat auctoritas:grauitas & eloquétia
q̄ iperitā multitudiné ita tumultuāté circūegit & flexit.uñ Cice.i oratoř dicit: Neq̧ uero mihi qcq̄
pſtabilius uideť q̄ poſſe dicédo teneř hoīum cetus:mētes alliceř:uolūtates ipelleř quo uelit:uñ aūt
nolit dduceř. Cōuerſa:mota ad effectū uerbis fabii. Nūc:iterdū. Fati:calamitatis ipſius uarrōis

Ergo omne effundit longo iā ſe agmine uulgus
Gratantum magnaque actū ſe credere mente
Teſtantur quod fiſus auis. ſceptriſque ſuperbis
Laomedontiadū non deſperauerit urbi
Nec minus infœlix culpæ: grandique pudore
Turbatus conſul titubantem ad mœnia greſſum
Portabat lachrymans deiectū attollere uultū
Ac patriā aſpicere: et luctus reuocare pigebat
Quod uero reduci tum ſe populuſque patreſque
Offerrent. nō gratari ſed poſcere natos
Quiſque ſuos: frēſque ſimul. miſereque parētes
Ire uidebantur laceranda ad conſulis ora.
Sic igitur muto lictore inuectus in urbem
Damnatum ſuperis aſpernabatur honorē.
At patres fabiuſque ſimul mœrore remoto
Præcipitant curas raptim delecta iuuenta
Seruicia armantur: nec claudit caſtra ſaluti
Poſtpoſitus pudor infixum æneia regna
Parcarū in leges quacunque reducere dextra
Proque arce: et ſceptris et libertatis honore
Vel famulas armare manus primeua ſuorū
Corpora prætexto ſpoliant uelamine et armis
Inſolitis cingunt: puerilis caſſide uultus
Clauditur: atque hoſtis pubeſcere cede iubetur
Idem obſecrātes captiuū uulgus ut auro
Penſarēt paruo nec pauca fuere precantum
Milia miranti durarunt prodere pœno
Cuncta adeo ſcelera et noxā ſuperauerat omnē
Armatum potuiſſe capi: tunc terga dediſſe
Damnatis ſiculas longe meritare per oras.

Gratantum: Liuius ait quo in tempore adeo magno aio ciuitas fuit ut conſuli uarroni ex tanta
clade cuius ipſe maxime cauſa fuiſſet redeunti & obuiam itum frequenter ab oibus ordinibus ſit:
& gratiæ actæ ꝙ de repu. non deſperaſſet qui ſi carthaginenſiū ductor fuiſſet nihil recuſandū ſup
plicii foret. a dde etiam ꝙ romani dictaturam uarroni obtulerunt plena exemploꝝ inquit Cicero
in. iii. de officiis Eſt noſtra reſpu. tum ſæpe tum maxime bello punico ſecundo quæ cannenſi cala-
mitate accepta maiores aios habuit q̄ unq̄ rebus ſecundis: nulla timoris ſignificatio: nulla mentio
pacis. Magna mente: ai magnitudine.

Auis: maioribus romanis & romāoꝝ aio inuicto qui malis minime ſuccumbebant. Sceptris ſuperbis: potēti & claro imperio romāoꝝ. Vrbi: romæ quæ habuit originem a laomedonteis ideſt troianis. Reduci: liberato a periculis.

Non gratari: ideſt uidebant non ire gratulatū uarroni ſed repetitum illos qui ſua culpa ciciderant gratulari: & gratari eſt uerbo teſtari læticiā qua afficimur de alicuius ſalute aut fœlicitate

Conſulis: uarronis. Muto: non præ ſe ferente aliquod ſignū læticiæ & ipſe aſpernabatur honorē a ſuperis dānatū

At patres: clade nunciata romanis dictator ex auctoritate ſenatus Iunius dictus eſt &. T. ſempronius magiſter equitum delectu edicto iuniores ab annis xvii. & quoſdam prætextatos ſcribunt quatuor ex his legiōes & mille equites effecti. Item ad ſocios latinūque nomē ad milites ex formula accipiēdos mittunt. formam noui delectus inopia liberorū capitum atque neceſſitas dedit octo milia iuuenū ualidorum ex ſeruitiis prius ſciſcitantes ſingulos uellēt ne militare empta publice armauerunt.

Seruitia: ſerui quos elegerunt fortes & robuſtos. Pudor: non puduit romanos armare ſeruos ꝓ ſalute patriæ qm̄ non militabāt niſi liberi & nobiles quorum ars militia erat. Infixū. ſ. erat romanis reuocare in priſtinā dignitatem quacunque dextra romanū imperiū.

In leges parcaꝝ: in priſtinū fœlicitatis curſum ut parcæ uolebant: qm̄ fatū erat romanos imperare. Vel: etiā armare ſeruos. Pretexto uelamine: ipſa pretexta qua uſque ad. xiiii. annū utebātur: nunc autē prætextatos armauerunt præter antiquū patriæ inſtitutū.

Cede hoſtis: ideſt pubeſcere cedendo hoſtes. Iidem obſecrantes: Annibal poſt cladem ad cannas copiam fecit redimendi captiuos: decē elegerunt ipſi captiui qui romam ad ſenatum uenere ſenatus autē captiuos redimere noluit.

Penſarent: redimerent delectum ex
omni ætate haberi: Inquit. M. iunius captiuorum legatus apud Liuium octo milia ſeruorū armari
audio non minor numerus noſter eſt nec maiori precio redimi poſſumus q̄ hi emuntur. Dura-
runt: paſſi ſunt & ſuſtinuerunt reddere pœno ideſt annibali qui tantam romanorum conſtātiam
mirabatur: & ob id illius animus fractus eſt. Cuncta adeo ſcælera: affert rationem quare ſenatus
captiuos redimendos non cenſuit: quia ſcilicet ſuperauerunt omnia ſcælera & omnem culpam per
miſerunt ſe armatos capi: nam potius erat moriendum fortiter quam turpiter uiuendum. Dam
natis: ipſis qui uerterant terga hoſti & ex pugna fugerant fuit impoſitum a ſenatu ut militarent
in ſicilia uſque ad finem belli. Damnatis: quos ſenatus damnauit quoniam terga uertiſſent
hoſtibus præter decorum romani nominis. Meritare: militate.

Donec.ſ.annibal eſſet in italia. Talis inquit erat ſtatus reipu.romanæ taleſque erant mores & tãta ſeueritate res romana regebatur ſed euerſa tandem carthagine in tertio bello punico luxuria urbé inuaſit.unde exclamat Iuuenalis: Nunc patimur longæ pacis mala ſeuior armis. Luxuria incubuit uictumque ulciſcitur orbem:optat poeta carthaginé nõ fuiſſe ſublatã e medio ſi romani mutaturi erant mores quibus reſpu.eoꝶ ſteterat. unde cecinit Ennius:Moribus antiquis res ſtat romana ui riſque.ſtante quippe carthagine æmula romani imperii armoꝶ ſtudia quibus plurimum ualebant non omiſiſſent: & id cẽſebat ſcipio na ſica cum cato ĩ omni ſenatu ſecuritatis nepotũ anxius delendam carthaginé clamaret. Poſt te:tuam euerſionem o carthago. Cui:romæ. Si ſtabat fatis: ſi placebat fatis romanos mores muta tum iri poſt carthaginé fũditus deletã utinã maneres inquit poeta qm̃ talem ĩ moribus iacturam non feciſſemus. Ini tiũ tertii belli punici fuit altero & ſex centeſimo ab urbe condita anno & in tra quintũ annũ quã erat ceptũ conſu matũ eſt ſcipionis æmiliam auſpiciis q minor aphricanus appellatus eſt.

Impoſitum donec latio decederet hoſtis.
Hæc tum roma fuit:poſt te cui uertere mores
Si ſtabat fatis.potius carthago maneres.

Nunc age quos clades inſignis iapyge cãpo
Verterit ad libyã populos:ſarranaque caſtra
Expediã.ſtat nulla diu mortalibus uſquam
Fortuna titubante fides.adiungere dextras
Certauere palam rumpenti fœdera pœno
Heu nimium faciles læſis diffidere rebus.
Sæuior ante alios iras ſeruaſſe repoſcas
Atque odium renouare ferox in tempore ſamnis
Mox leuis:et ſero præſſurus facta pudore.
Bruttius ambiguis fallax mox appulus armis
Tum gens hirpini uana indociliſque quietem
Et rupiſſe indigna fidem:ceu dira per omnis
Manarent populos fœdi contagia morbi
Iamque atella ſuas:iamque et galatia abegit
Fas ſuperante metu pœnorum in caſtra cohortes
Inde phalanteo leuitas animoſa tarento

Petri Marſi interpretatio in.xi.uolu men Sillii italici.

Nunc age quos clades:acceptæ cladi ad cannas defectio ſoci oꝶ acceſſit quod magno aĩo tulerunt romani. non enim hæ clades defectioneſque ſociorũ eos mouerũt ut aliqua mẽtio pacis fieret: populos qui defecerũt poeta deſcribit cãpanos in primis qui quadã proauoꝶ affinitate romanis coniuncti erãt inde cõuiuia ipſius annibalis qué Teuthras ſono cytharæ & heroum laudatiõibus delectauit magonemque carthaginem a fratre miſſum cuius petitiõibus anno princeps alterius factiõis aduerſatus ẽ. Nunc age:hortantis eſt: expediam in quit & canã quos populos uerteret ad li byã clades cannenſis. Inſignis magna: Iapyge: appulo. Sarrana: punica de ſarra dictum ẽ:aliqui tñ autore gellio tyrum ante fuiſſe appellatam ſarrã uo lunt. Tittubante:nutãte & cum mutatur. Certauere palam:aperte ſine aliqua diſſimulatione iunxerunt ſe pœnis nec ullam romanorum habuere rationem. Rumpenti federa: trahit anniba lem in odium ut illos taxet qui ad hominem infidum ac fedifragum defecerunt. Læſis rebus: aduerſæ fortunæ. Faciles: leues & inconſtantes in aduerſa fortuna quæ uiros explorat. Fe rox ſamnis:bellicoſus: de ira ſamnitum in romanos dictum eſt. In tempore: occaſione tempo ris cum ſcilicet romani laborarent accepta clade. Odium: quo romanos proſequebantur ſero inquit pudebit eos hoc feciſſe.nam deleti fuerunt. Facta: defectionem hanc ad pœnos. Ambi guis:dubia fortuna. Hirpini:populi lucani oriũdi a ſamnitibus. Indocilis:ideſt minime idonea ad quietem. Indigna:dolet poeta hirpinos rupiſſe fidem cum antea fuerint in officio. Contagia: quoniam uno populo deficiente alii deficiebant. contagium eſt morbus qui tactu contrahitur: in de per tranſlationem malam exemplum contagionem dicimus. Cicero in.ii.officiorum ait:Nec ue ro ſolum ipſa cecidit ſed etiam reliquam grætiam euertit contagionibus malorum quæ a lacede moniis profectæ mana runt:latius atella & galatia urbes campaniæ. Fas ſuperante metu: nam fas erat has urbes eſſe in officio ac ſeruare fidem romanis in quacunque fortuna ſed metus ſuperabat illud fas:deſperare enim ceperant de imperio ut ait Liuius:nulla alia re moti ad defectionem niſi metu. Leuitas animoſa:quæ leuiter auſa eſt remouere a ſe iugum ideſt imperium romanũ. Pha lantheo:tarentum ut ait Strabo nomé accepit a quodam heroe:phalantus auté poſtea ampliauit q fuit ſextus ab hercule. Taras neptuni filius lacedemon ex ſaturia minois regis cretẽſiũ filia genuit tarentũ qui delatus in italiã urbẽ condidit:& a noĩe matris ſaturiã appellauit & alterã ex ſe tarentũ

unde ſatureianū caballum appulū & calabrū appellat Horatius in ſermōibus: Non ego circū me ſatureiano uectari rura caballo. Laxare: reiicere. Alta croton: croton urbs in ædito loco ſita in magna græcia condita a myſcello achiuo autore ſtrabone auxilio archiæ qui ſyracuſas condidit: ciuitas fuit quondā reipu. peritiſſima nec paruā exercēdis athletis operā dedit. ex hac fuit athletaꝝ celeberrimus milo crotonias. Ad barbara iuſſa: mādata barbaroꝝ & ſic carpit crotoniates & eoꝝ leuitatē qui cū eſſent quaſi oriūdi ab hercule qui omnes barbaros mores pro uirili pte ſuſtulit & monſtra barbaris parere ſuſtinuerint. croto nomen accepit a crotone latrōe quē olim hercules interfecit: & ideo iſtos appellat nepotes theſpiadum. i. filioꝝ herculis. Theſpis habuit: l. filias ex quibus. l. filios hercules ſuſcepit: & dicti ſūt theſpiadæ ſed minus affectate loquiꝰ poeta. Locri: populi in magna græcia uenerunt: ex græcia in italiā pulſi ꝑpter mortem aiacis. Vir. Hic & naritii poſuerunt mœnia locri. Vadoſi: habētis uada. Curuata: propter ſinus quos habet. Lætas res: proſperā fortunā annibalis. Marti tyrio: ipſis pœnis. Sua ꝑlia. i. miſit milites ad pœnos. Iā uero eridani: nunc deſcribit gallos ciſalpios qui ad annibalē defecerūt. Celtæ: ipſi galli qui accolebant padum. Malis: defectioni. Iterum: quia prius rebellauerant. Veteris doloris: concepti cum romani deduxiſſent nouas colonias in agrum gallicū. Tota mole: omnibus uiribus. Sed fas id celtis: eſto īquit poeta concedaꝰ gallis hæc defectio & bois ſed capuæ nūq̃ concedetur quæ romā affinitate quadam contingebat. Referre: tractare ac remoliri. Ne: an eſt fas placuiſſe capuæ furorem deficiēdi ad pœnos: quem furorem fas fuit propter ueterem irā placuiſſe gallis. Mœnia. ſ. campana. Dardana ab ortu: q̇ originem habuerunt a troianis: nam ut quibuſdam placet a capi troiano capua eſt appellata. Tyranno: annibali barbaro. Tempore: conditione temporis clade. ſ. romanis illata. Luxus & inſanis: deſcribit luxuriam campanorum: inde capuam flexit iter inquit Liuius luxuriantem longa fœlicitate ac indulgentia fortunæ maxime tamē inter corrupta omnia licentia plebis ſine modo libertatem exercentis. Luſtris: locis ubi gulæ indulgetur & uentri. Luſtra īquit Sex. pompeius ſunt latebræ lucanæ ideſt cubilia ferarum qua ſimilitudine hi qui in locis abditis & ſordidis uētri & deſidiæ operam dant: dicunꝰ in luſtris uitam agere. unde Plautus in caſſina ubi in luſtra iacuiſti & Horatius in ſermonibus: Si neque auaritiam neque ſordes ac mala luſtra obiiciet uere quiſquam mihi. Ignauia: inertia & uita ocioſa. Vnis: ſolis diuitiis habebaꝰ honor nec erat aliqua ratio uirtutis. Probroſus: turpis & cum dedecore. honor enim debet eſſe premium uirtutis nō diuitiarum quæ nullius precii ſunt cōparatione uirtutis honoratis in urbe diuitiis: Inquit Plato in. viii. de repu. atque diuitibus boni atque uirtus in primis negliguntur. exerceturque continuo quod in honore ē iacentque ea quæ apud quoſque improbantur: hanc ſententiam Cicero in principio tuſculanarum diſputationum poſuit. In. iii. li. ſcribit idem Plato: Tum demum urbem eſſe perituram cum es aut ferrum cōtinget eas cuſtodire. Lacerabat: uexabat: hic luxus & mollem reddebat. Hiantem: oſtantem pigrum inertem ignauū & delitiis deditum atque uoluptati. Reſolutā. i. ſine legibus: erat enim illic licentia qua omnes deteriores ſumus & contēnebantur leges & magiſtratus: Truculenta quæ facit homines truces: habebant inſuper campani uitia & opes quæ eſſent inſtrumenta uoluptatis & luxus & uitiis adderent maiores uires. Exitio: ad exitium impellebat eos ſuperbia & diuitiæ uoluptatū miniſtræ. Modus: mēſura copia. Veneno: purpura aſſyria. Manibus: ueſtes cāpanoꝝ erant manicatæ qđ apud antiquos ꝑbrobraꝰ. unde Vir. ait: Et tunicæ manicas & habēt redimicula

A uſonium laxare iugum. patefecit amicas
A lta croton portas. aphriſque ad barbara iuſſa
T heſpiadum docuit ſubmittere colla nepotes
I dem etiam locros habuit furor: ora uadoſi
L itoris: argiuos maior qua grætia muros
S eruat. et ionio luitur curuata profundo
L ætas res lybiæ et fortunam in morte ſequuta
I urauit pauitans tyrio ſua prælia marti.
I am uero eridani tumidiſſimus accola celte
I ncubuere malis iterum: ueteriſque doloris
T ota ſe ſocios properarunt iungere molæ
S ed fas id celtis. fas impia bella referre
B oiorum fuerit populis. capuæ ne furorem
Q uem ſenonū genti placuiſſe et dardana ab ortu
M œnia barbarico non dum ſociata tyranno
Q uis nam mutato tantum nunc tpe credat
L uxus. et inſanis nutrita ignauia luſtris
C onſūptuſque pudor peccādo uniſque relictus
D iuitiiſ probroſus honor lacerabat hiantem
D eſidia populū. ac reſolutam legibus urbem
I nſuper exitio truculenta ſuperbia agebat
N ec uitiis deerant uires. non largior ulli
A uſoniæ populo ſic tum fortuna fouebat
A uri argentique modus madefacta ueneno
A ſſirio manibus ueſtis medioque dierum

mithræ: lege Gelliū. Illita: turpata maculata. Nō nulla macula: omni ſcelere ac flagitio. Sæui: irati: erat inquit ſeditio inter p̄res & plebē. Collidens: concutiens. Diſſona: diſcordia & contraria inuicē. Pubes: campana iuuētus. Pollutior: magis polluta q̄ eēnt iuuenes. Origo lucis: obſcuri & ignobiles natales. Habenas: regimen capuæ perituræ. Cede: nā adhibebant gladiatores conuiuiis qui ſe mutuis uulneribus conficiebant, ideo ait ſpectacula dira. Has mentes: cāpanoꝝ: dicit poeta patullonē cāpanum fuiſſe cām defectionis qppe in illa tēporis difficultate ſuaſit petendū eē a romanis ut alter ex conſulibus eēt campanus. Quo: ut. Acrius: uehemētius & celerius. Egras: dubias & iam de defectione cogitantes. Nulla ſorte: nullo mō. Tēpata. i. excedebat modū in uotis & petitōne: nō. n. erant tempata quæ petebātur. Crimine: quia eo ſcelere effectum eſt clarū nomen patullonis. Sūmi iuris: conſulatus huius ait Romā legatos miſſos a cāpanis in qbuſdam Annalibus iuenio poſtulātes ut alter conſulum cāpanus fieret ſi rem romanā adiuuari uellēt: indignatione orta e curia pulſos: miſſūque lictorem qui ex urbe eos educeret atque eo die manere extra fines romanorum iuberet qa nimis compar poſtulatiōi latinorū erat. Curuli: ſede cōſulari. Equatū decus: parem honorem conſulatus. Geminas: diuiſas romano conſule & campano. Victorem: Annibalem. Electa manus: legati campanorū miſſi romam ut talia peterent. Antiſtat: antecellit omnibus eloquētia. Ore: eloquio. Furore: īſania Liuius ait Virriū impuliſſe plebem ad defectionem dicētem tēpus ueniſſe quo campani non ſolum agrū quondā a romanis per iniuriam ademptū recupare: ſed imperio italiæ potiri poſſint. Profudit: dixit ut oſtenderet uirrii loquacitatem. Tumidis: inflatis & ſuperbis. Incendit: commouit aures romanorū ad iram. Fatigat: carpit uirrium talia petentem. Tēplum: in quo ſenatus habebatur. Hic Torquatus auū: latini ſuadente annio petierunt ut alter conſulum eēt ex latinis: dicebat annius ſi quādo unq̄ cōſociandi imperii: uſurpandæ libertatis tēpus optaſtis en hoc tēpus adeſt: & uirtute ur̄a & deum benignitate uobis datum: dixitque in ſenatu romano ānius conſulem alterum ex roma: alterum ex latio creari oportet: Sēatus p̄tē æquā ex utraque gente eē: Tum Manlius Torq̄tus irā nō tenuit inquiens. Si tanta d̄mētia. P. cōſcriptis cepiſſet ut ab ſetino homine leges acciperent gladio cinctum ī ſenatum uenturum ſe eē diceret & quēcunque latinum in curia exiſtentem ſua manu interēpturū Annius prætor ira commotus cum ſe a ueſtibulo tēpli citato gradu proriperet: lapſus per gradus capite grauiter offenſo īpactus imo ita ē ſaxo ut ſopiret̄: Torquatus miſſus a ſenatu ad d̄imittēdos legatos cum iacentem annium uidiſſet exclamauit bene hēt: dii pium mouere bellum: lege hiſtoriam apud Liuium libro octauo primæ dæcadis. Hic: tunc. Equauiſſe: qm̄ ille torquatus de quo dixi fuit ſeueriſſimus. Duraſtis: paſſi eſtis ingredi romam hos legatos campanos. Nunquam ne per aures, exemplo mouet pellendos campanos ne a maiorum grauitate ac ſeueritate

Regales epulæ atque ortu cōuiuia ſolis
Deprenſa: et nulla macula nō illita uita
Tum populo ſæui patres plebeſque ſenatus.
Inuidia et lacera collidēs diſſona corda
Seditio. ſed enim interea temeraria pubes
Delicta augebat pollutior ipſa ſenectus
Nec quos uile genus deſpectaque lucis origo
Fedabat ſperare ſibi depoſcere primi
Deerāt impio ac patriæ p̄euntis habenas
Quin ēt exhilarare uiris conuiuia cæde
Mos olim: et miſcere epulis ſpectacula dira
Certātum ferro ſæpe et ſup̄ ipſa cadētum
Pocula: reſperſis nō parco ſāguine menſis
Has aſtu aggreſſus quo uerteret acrius egras
Ad tyrios mentes quæ nulla ſorte daturā
Certus erat romā: neque enim tempata uolebat
Pactulo fuit haud obſcurum crimine nomen
Hortatur ſummi p̄tem depoſcere iuris
Atque alternatos ſociato conſule faſces
Et ſi partita renuāt ſediſſe curuli
Equatumque decus geminaſque uidere ſecures
Victorem āte oculos atque ora aſtare repulſæ
Ergo electa māus greſſu fert dicta citato
Antiſtat cunctis præcellens uirius ore.
Sed genus obſcurū nullique furore ſecundus
Impia demētis uulgi: et uix rota profudit
Conſulta timidis incēdit uocibus aures
Concordi fremitu renuētum effunditur aſper
Toto e concilio clamor: tum quiſque fatigat
Increpitans: uocūque tremit certamine tēplum
Hic torquatis auum fronte æquauiſſe ſeuera
Nobilis heu capua portātes talia dicta
Romuleis duraſtis ait ſuccedere muris
Ad quos non auſi carthago atque anibal arma
Poſt cannas afferre ſuas: nunq̄ ne per aures

degeneraſſe uideret̄:locus ē ab hōeſto.
Tarpeia:capitolina. Paria:parē honorem in conſulatu. Acri dextra:Liuius dicit annium lapſū fuiſſe.non impulſum dextra. Qui:annius prætor.
Piaret:expurgaret:exclamat Torq̄tus apud Liuiū es Iuppiter magne aut fruſtra te p̄rem deum hominūque hac ſede ſacrauimus. Progenies eius:ab illo Torquato ducens originem qui latinos expulit. Palmas:manus iniicientem in oculos campanorꝝ. Pro auita facta:uolebat imitari torquatū ꝓauum qui ut canit poeta manu ꝓpria Annium e capitolio deturbauit. Proh cūcta pudēdi:uerba Fabii obiicientis impudentiā campanis talia petentibus o campani inquit oīum ex parte impudentes:uacat nunc ſedes conſulis cæſi in bello quem nā ex ueſtris in locum demortui ſubrogari uultis.commotus erat Fabius:& iō crebris utitur interrogatōibus. An tua uiri:uertit ſermonē ad uirium an īquit es tu primus eligendus conſul. Citat:uocat ad conſulatū. Brutis:cōſulibus nam primus conſul fuit Brutus. Faſces ſuos:ſuffetes uocabātur conſules apud chartaginem Quæ tādem:uerba Marcelli quibus uarronem carpit anio conſternatum calamitate cannenſi In ſomnia poſtulata campanorꝝ. Exturbatos:eiectos & extra limen templi cōpulſos. Semiuiros:effemiatos et luxui ſeruientes campanos. Faceſſe:diſcede abi. Conſurgere:conſurgebant romani in campanos. Fuluius:īgenioſe uerba hæc fuluio tribuit ſyllius qm̄ paulo poſt cum appio claudio collega capuā obſedit:iō ait preſagia ſpōdebant futurum decus. Non ſi:uerba fuluii dicētis o uirri nō īgredieris poſthac romā ēt ſi annibalem uictum duceres.

I t ueſtras:in tarpera cū ſede latini
O rarent paria:haud uerbis:haud uoce ſed acri
P ropulſū dextra q̄ tū mādata ſupbo
O re aſportabat:tāto ꝑ limina tēpli
T urbine præcipitē reuoluti corporis actū
V t ſæuo afflictus ſaxo ſpectāte piaret
T riſtia dicta ioue et lueret uerba īpia lætho
E n ego progenies eius q̄ ſede tonātis
E xpulit orātem et nuda capitolia cōſul
D efendit dextra:rabidū hūc:palmaſque uirorum
I ntentātem oculis proauitaque facta parantē
V tuidit maiore adeo crudeſcere motu
E xcipit his frēdens fabius:proh cūcta pudēdi
S edes ecce uacat belli uiduata procella
Q uē queſo e uobis huic īpoſuiſſe patis
I nque locū pauli quē nā datis an tua uirri
P rima atque ante alios ſors cōcedēte ſenatu
T e citat.ac nr̄is æquat iam purpura brutis
I demēs:quo tēdis ait:tibi ꝑfida faſces
D et carthago ſuos:medio feruore loquētis
I mpatiens ultra gemitu cohibere furorē
F ulminea toruum exclamat marcellus ab ira
Q uæ tādem et q̄ lenta tenet patiētia mentē
O cōſule nimis gradiui turbine uarro
V t perferre queas furibūda īſomnia conſul
N on ne exturbatos iādudum limine tēpli
P ræcipites agis ad portas et diſcere cogis
S emiuiros quod ſit nr̄o de more creati
C onſulis īperium? t:nō unq̄ ſobria pubes
E t peritura breui moneo ocius urbe faceſſe
M uros ante tuos ut par ē debita ductor
A rmatus reſponſa dabit cōſurgere cuncti
H inc pariter magnoque uiros clamore premebant
N ec nō et foribus propere:campana iuuētus
E xtulit ipſa gradū:tantæque dolore repulſæ
C ōcitus annibalem uoluebat uirrius ore
F uluius huic iam ſpondebant preſagia mentis
V enturū decus et capuæ ꝑeuntis imago
I am tum erat ante oculos nō ſi tarthaginis īquit
D uctorem ueſtris deuictum colla cathenis

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Romā uictor agas poſthac intrare quirini
Sacratas dabitur ſedes:tēde ocius oro
Quo mēs egra uocat referūt hæc inde citati
Mixta minis et torua trucis reſpōſa ſenatus
Tāta ne omnipotēs caligine merſa latere
Fata placet:ueniet quondā fœlicior etas
Cum pia cāpano gaudebit cōſule roma
Et per bella diu faſces perque arma negatos
Vltro ad magnanimos referat ſecura nepotes
Pæna ſupborum tamē hæc durabit auorū
Quod nō ante ſuos capua ad ſuffragia mittet
Quā carthago ſuos poſtq̄ nūc dicta ſenatus
Nūc facta expoſuit tū ueris falſa ꝑ artem
Virrius admiſcēs cecinit fatale cruēti
Turbati ſignū belli furiata iuuētus
Arma annibalēque uolūt:ruit undique uulgus
Et pœnos incerta uocāt īgentia facta
Sidonii iuuenis celebrāt ut uicerit alpes
Herculei ſocius decoris diuiſque propinquas
Tráſierit curſu rupes ut cede refecta
Clauſerit eridani uictor uada uictor ut idem
Lydia romāo turbari ſtagna cruore
Et trebiæ ripas æterno noīe famæ
Tardiderit paulūque idē īter prælia et idem
Flaminiū proceres rerū demiſerit umbris
His ſup exciſam primori marte ſeguntū
Et iuga pyrenes et iberum et ſacra parentis
Iuratūque uiro bellū puerilibus ānis
Accumulāt unū ducibus tot cæde perēptis
Tot fuſis acie ſtare īter prælia nullis
Attactum telis ſuperū cum munere detur
Huic ſociare uiro dextras et fœdera iungi
Faſtus:et exanguis populi uanūque tumorem
Nimirum capua et dōiatum perferat urbis
Ceu famulis faſces æquata que iura negātis
Prorſus enim tanto potiorē noīe habendum
Varronē ut fugiat cōſul fulgētior oſtro
Talia iactātes iā lectā ſorte parabāt
Mittere quæ tyrios adiūgat fœdere pubē:
Sed nō inuictum ponebat pectore robur
Tum ſolū decius capuæ decus iſque receptus
In medios cetus:neque enim differre dabatur
Itis ait ciues uiolāda ad iura parentum

Sacratas ſedes:romā: Ouidius ī faſtis. Dignus roma locus quo deus oīs eat. Tanta caligine:ignoratione futurorū.

Fata:diſpoſitiones fatorum. Vltro: ſponte datos faſces .i.conſulatum. Secura:nihil timēs. Nepotes:ipſis cāpāis poſteris:roma inquit ultro dabit faſces nepotibus iſtorum quibus nūc tāto furore dederunt repulſā tamen hāc pœnam hēbunt campani ꝙ nō ante habebunt ius latii & conſulatum q̄ ipſa carthago quæ nunc erat inimica. ignorāus āt hunc primum cōſulē cāpanum Annalium inopia. Poſtq̄ expoſuit.ſ. Virrius ipſis cāpanis ad quos redierat dicta ac facta romani ſenatus Annibalem in urbem uocarūt a romāiſque defecere. Fatale ſignum:quod attulit fatum & calamitatem ipſis campanis. Ingētia facta in contemptum romāorum campani geſta annibalis extollebant. Herculei decoris:laudis quam meruit hercules alpes trāſcēdēs. Diuis:cœlo eiectas.

Vada eridani ꝑpter pugnam ad Ticinum qui emittit in padum. Lydia ſtagna:traſimenū. Proceres rerum:imparatores & conſules qui habebant habenas rerum. Parentis: Amilcaris qui annibalem nouē annos natum iurare coegit bellum contra romanos. Vnum:ſolū annibalem. Exanguis populi:romani .ſ.iam prope cōſumpti quem trahit ī cōtemptum. Prorſus.n.tanto: Iconice & ex ſtomacho dicebant hoc cāpani poſt repulſam digniorem eē Varronē nomine conſulari q oſtro effulgens fugit ex acie ut femina:q̄ſi dicerēt nos eſſemus longo digniores & ſic ex rei īdignitate mouētur ad defectionem. Inuinctum robur:fortitudinem & magnanimitatē laudat poeta robur animi & officiū ipſius decii:de quo Liuius ea ne fierēt neue legatio mitteret ad pœnum ſumma ope Decius Magius uir cui ad ſummam auctoritatem nihil preter ſanā ciuium mentē defuit:reſtiterat. Itis ait ciues: oratio decii ad campanos q̄ eos accuſat pluribus rōibus cum uiolarent federa quibus romanis iungebantur & annibalē fœderis uiolatorē ī odiū trahit.

Caput: Annibalis dānati a ſuperis qm̄ fœdera rupit. Obliuio recti: locus ē ab honeſto adeo ne inq̄t eſtis obliti iuſticiæ & officii ut tantā turpitudinem non fugiatis. Rutulis: romāis. Res tepidæ: loquit̄ ꝑ tranſlationē. nā dum uulnus adhuc ē tepidum debemus adhibere fomenta: ſic recens calamitas rōanorum ſubiſdium efflagitabat. Is locus officio: optima ſnīa qm̄ in aduerſis amici cognoſcūtur & officium ē preſtādum aīcis aliqua calamitate laborātibus. unde Ouidius ait: ſcilicet ut fuluum ſpectat̄ ī ignibus aurum. Tēpore ſic duro ē inſpicienda fides. Dū iuuat & uultu ridet fortuna ſereno: Indelibatas cuncta ſequūtur opes. hæc eadē ſnīa ē apud Plautum in ſticho. Fouere: læta: eē in officio erga illos qui ſecunda utūtur fortuna non ē opus & decus uiri magnanimi q uerſat̄ circa magna & ardua laboris difficultatibuſque plena.

Animas: romanorum. Nunq̄ āguſta: laudat fortitudinem romanorum quorū pectora nunquā erant anguſta malis quoniā quicquid aduerſi accidiſſet erecto animo tolerabant & ſuſcipiebant: nec frangebant̄ aduerſis. Iccirco inquit Horatius in ſermonibus: uiuite fortes fortiaque aduerſis opponite pectora rebus. pectora dicūtur anguſta malis quæ mala ſuſcipere ac tolerare n̄ poſſunt: ut ſūt ignaui & molles: fortes aūt malo fruuntur. Capiūt: delectant romāos ipſæ calamitates quæ ſūt uirtutis occaſio. capio interdum ſignificat delecto Martialis. Te fortaſſe magis capiet de uirgine porca: Me materna graui de ſue uulua capit. Canne: pugna cannēſis & ad traſimenum & mors pauli æmilii. tantum abeſt inquit ut ſint conſternati romani cladibus acceptis ut ēt maiores animos ſumant. Hi ſunt qui ueſtris: commēorat beneficia romanorum in campanos ut oſtendat eē ingratos ſi a romanis ad pœnos defecerint. Hoſtem: ipſos ſamnites ſupra dixit. Vos & campana tueri mœnia depulſo ſamnitum robore dignum Sigeis duxiſtis auis. Iura: ideſt q reſtituerūt nobis libertatem prope adēptam a ſamnitibus. Remorunt: propulſarunt bella quæ inferebant nobis ſāni tes propter ſidicinos qui ad opem cāpanorum confugerāt. ſamnites omiſſis ſidicinis omnem belli molem in campanos uerterunt quos romani liberarunt pulſo robore Samnitū. Quos ſocios: imprudentiæ accuſat campanos deficiētes a romāis uiris clariſſimis & optimis ad pœnos ſedifragos & barbaros. Additis: adiūgitis uobis pœnos crudeles & infidos. Dardanius: troianus de capua & eius nomine dictum eſt: Suetonius ī cæſare idem ſentit qđ poeta dicēs: ī monumento tabula ænea inuenta ē in quo dicebatur capis conditor capuæ ſepultus conſcripta lr̄is uerbiſque græcis in hāc ſnīam. Quādocūque oſſa capys detecta eſſent fore ut Iulo prognatus manu conſanguineorum necaretur. A Ioue ducta: qm̄ reges troiani a ioue habuerunt originem. Cognatus iulo: & ſic oñdit cāpanos eē coniunctos ſanguine cum romāis quibus dedit originem. Magno iulo: alludit ad magnitudinē romāi imperii. Sceuum: crudelē ritu ferarum. Rictum: os ferinū. Marmarico: libyco. E ſolo ſanguine crudelitate nō iuſticia cæteriſque uirtutibus. Nō ita decio: ego īquit nō ſum talis ut nullū diſcrimē faciā īter fas & nefas. Hæc: defectionē ad pœnos. Nullo uos īuida tāto: ſenſus potius ē moriēdū q̄ admittēdū tm̄ ſcelus. Inuida natura: quæ creauit nos mortales. Tāto bono: & ſic ītelligit mortē eē bonū quoddā & munus naturæ: fortes uiri ſtoicique potiſſimū hēnt mortē ꝑ ualidiſſimo telo quo aduerſus hoſtes utāt̄ ut fecit cato uticēſis Nō equa: iniq̄ & moleſta q̄ n̄ placet qm̄ patet ianua mortis & ptās exire & uita n̄ æqua. Aſt delecta

Damnatūque caput temerati fœderis aris
Iiungitis hoſpitio quæ tanta obliuio recti
Magna: atque ī magnis populiſque uiriſque
Aduerſā oſtentare fidē: nūc tēpus inire
Prælia pro rutulis: nunc ſigna aciēque mouere
Dum tepidæ res et medicinā uulnera poſcunt
Is locus officio cū ceſſant proſpera cūque
Dura ad opem fortuna uocat: nā leta fouere
Haud q̄q̄ magni ē aī decus: hic age adeſte
Noui diis aīas ſimiles et pectora magnis
Nunq̄ anguſta malis capiunt mihi credite cānæ
Et traſimena uada et pauli memorabile læthū
Hi ſunt q ueſtris īfixum mœnibus hoſtē
Deiecer̄ manu et capuā eripere ſupbis
Samnitū iuſſis: hi ſunt qui iura dedere
Terrore ex pulſo: ſidicinaque bella remorunt
Quos fugitis ſocios odiis quoſue additis ille
Dardanius cui ſacra pater cui noīa liquit
A ioue ducta capis magno cognatus iulo:
Ille ego ſemihomines īter naſamonas et inter
Seuum atque æquātem rictum garamanta ferarū
Marmorico ponā tētoria mixtus alūno
Ductoremque ferā cui nūc pro federe proque
Iuſtitia ē enſis ſolæque e ſanguine laudes:
Non ita nō decio ꝑmixtum faſque nefaſque
Hæc ut uelle queat nullo uos inuida tāto
Armauit natura bono q̄ ianua mortis
Quod patet e uita non æqua exire poteſtas
Hæc uana auerſas decius iactauit ad aures.
Aſt delecta manus iungebat federa pœno

Iamque aderat premiſſa duci turbante tumultu
Autololes numeroſa cohors ipſe agmine magno
Feſtinata citus per campos ſigna mouebat
Et decius nūc hora uiri: nūc tēpus adeſte
Dū capua dignū dū me duce dextera uindex
Molitur facinus procūbat barbara pubes
Pro ſe quiſque alacres rapite hoc decus hoſtis adire
Si parat obſtructas præbete cadauere portas
Et ferro purgate nefas: hic denique ſolus
Eluerit ſāguis maculatas crimine mentes.
Dūque ea nequiq̄ nō ulli leta profatur
Audita aſperitate uiri. ceptoque feroci
Multa feta gerēs ira præcordia pœnus
Aſtabat muris: propereque accerſere lectos
Immittē caſtris deciū iubet horrida uirtus
Armatūque fide pectus rectique cupido
Et maior capua mēs imperterrita mole
Inuicta ſtabat toruoque minātia uultu
Iuſſa ducis uerbiſque ēt īceſſebat amaris
Quem libyæ rector tot ſigna tot arma ferētis
Spernētem īcrepitās magno clamore profatur.
Poſt paulū poſt flaminiū cōponimur heu heu
Vecordi decio mecū certaſſe uolēti
In decus et famā læthi rapite: ite citati
Signa duces: pateatque mihi cāpana uetāte
Vrbs decio explorare libet noua bella mouēti
Cui patuere alphes ſaxa īpellētia cœlū
Atque uni calcata deo ſuffuderat ora
Sanguis: et a toruo ſurgebāt lumine flāmæ.
Tum rictu ſpumas et āhelis faucibus acta
Verſabāt pœnitus dirū ſuſpiria murmur
Sic urbem inuectus tāto comitāte ſenatu
Et uulgo ad ſpectāda ducis ſimul ora ruēte
Effundit cūctam rabiē irarūque procellas
Nec nō et decio propiora p̄icula mētem
Flamarāt: tempuſque adeo cernebat adeſſe
Quo laudes ducis inuicti ſuparet īermis
Non illū fuga nō clauſi occuluere penates
Sed liber ueluti nullus penetraſſet ī urbē
Annibal ītrepido ſeruauerat ocia uultu
Cum iuuenē ſæuis horrēdū cōcitus armis

manus: ideſt legati campanoꝝ miſſi ad Annibalē ut cū eo fœdus percuterēt Liuius ait legati ad Annibalē uenerūt pacemque cū eo his cōditionibus fecere. Neqꝫ impator magiſtratuſue pœnorū ullum ius in ciuem campanū haberet: ne ue ciuis campanus inuitus militaret munuſue faceret; ut ſuæ leges: ſui magiſtratus cāpanis eēnt: ut. ccc. ex romanis captiuos pœnus daret campanis quos ipſi elegiſſent cū quibus æquitum campanorum q in Sicilia ſtipēdia facerent p mutatō fieret. Autololes: populi aphricæ d̄ quibus dictum ē. Ipſe: annibal ſe quebatur cohortem autololum & decius iterū hortatus eſt ad egregiū facinus campanos: ſed nihil ꝓfecit. Vindex: quæ ulciſceꝛ clades illatas romanis: Liuius ait: ut uero præſidium mitti ab annibale audiuit primo ne reciperet uociferatus ē: deinde ut receptum aut reiiceret: aut ſi malū facinus ꝙ a uetuſtiſſimis ſociis conſanguineiſque defeciſſē purgare uellēt forti: ac memorabili facinore ut īterfecto punico præſidio reſtituerent ſe romanis. Eluerit: purgabit mentes noſtras maculatas crīe iā admiſſo. Profatur: palam loquitur palā inquit Liuius uociferatus ē decius. Feta: plena. Pœnus: Annibal. Accerſeꝛ decium iubet: hæc cum eēnt relata annibali qui uocarent decium ad ſe ī caſtra primum miſit ut ait Liuius: deinde cū eis ferociter negaſſet ſe iturum nec annibali ius eē diceret in ciuem campanū concitatus ira pœnus comprehendi hoīem uinctunque ad ſe trahi iuſſit: miſitque nūtium ad Marium bloſium prætorē cāpanū poſtera die ſe capuæ futurū aliter cāit poeta. Inceſſebat: taxabat aſperis uerbis. Decius in ſenatu cām dicere iuſſus ē q cum manente ferocia aī negaret lege fœderis id cogi poſſe: tū īiectæ cathenæ; ducique in caſtra ē iuſſus; q cōcionabundus inceſſit ad circunfuſā undique multitudinem uociferans: hētis libertatem quā petiſtis cāpani foro medio luce clara: uidētibus uobis. nulli cāpanoꝝ ſecūdus īūctus ad mortem rapior. Poſt paulum: uociferatō annibalis ī deciū poſt mortē inquit pauli æmilii clariſſimi ducis & flaminii cædē ē mihi pugnādū cū decio uecordi quem deridet. Cōponimur: opponimur & pugnādū ē nobis. Mecū certaſſe uolēti: q̄ſi dicat: uult mecū certare ut a me īterficiaꝛ: & gloriā ob id ſibi cōpet. Libet: placet decio mouenti noua bella expirime cui patuere alpes quæ ad cœlum erigūtur. Deo: herculi Irarū præcellas: maxīas iras. Nō clauſi penates: annibal inquit liuius ingreſſus urbē ſenatū extemplo poſtulat præcātibuſque īde primoribus ciuitatis ne qd eo die gereret

diemque ut ipſe aduētu ſuo feſtum læ
tus ac libens celebraret q̄q̄ præceps inge
nio ī iram erat tñ neq̄d in principio ne
garet uiſendo urbē magnā diei prem cō
ſumpſit decius Annibali urbem īgredi
enti obuiam ꝓdire noluit: ſeque tenuit
in foro cū filio clientibuſque paucis oci
oſe inābulauit. Globus: milites miſſi
ab Annibale. Solus ne ruentē: uerba
Annibalis ad decium. Illatus ueluti:
annibalem ſpuentē in deciū compat le
oni mandēti iuuencū. Illatus: cum ſe
ſe intulit armentis. Anhelatē: timē
tem mugiētē. Sanguine humano: allu
dit ad ritum punicum: illic.n. numina
ſanguine hūano placabātur: romæ ut ī-
quit Plinius Herculi qui erat ī pantheo
pœni quot annis hūana uictima ſacrifi
cabāt. En dextra: carpit Annibalis pfi-
diam & crudelitatē non dū inquit: pa-
tet tibi curia campana & pāditur carcer
apud Liuium ſic loqtur: quid uiolenti
us capua capta fieret ite obuiam anniba
li exornate urbē diēque aduentus eius
cōſecrate ut hūc triūphum de ciue ue
ſtro ſpectetis: hæc eo uociferante cū mo
ueri uideret uulgus obuelatum caput ē
ociuſque rapi extra portam iuſſus eſt.
Obnubitur: uelatur nigra ueſte caput
decii. Ferox: decius aī atrocis: & inuicti
trahebatur ui ante oculos campanorū.
Exin uictor: Annibal compos uoti uin
ctoque decio luſtrat urbem ac templa.
Serenos: placidos benignos. Quis ſa
ſator: cōditor capuæ. Acies frenata: æ-
queſtris ſeruet decorum bellicoſiſſimi
ducis q non querebat quot eēnt in urbe
templa: ſed quot acies armatæ & quot
ad bellum fouendum talenta. Capi-
tolia: erat.n. capuæ aliud capitolium.
Stellates campos: cāpi ſtellates erāt in
agro campano fertiliſſimi: cāpum ſtella
tem maioribus conſecratū autore Trā-
quillo agrūque cāpanū ad ſubſidia rei
pu. uectigalem relictū cæſar diuiſit ex-
tra ſortem. xxv. milibus ciuium quibus
terni plures ue liberi eēnt. Cererem be
nignam: cāpos fertiles & magnam uim
frumēti. Iamque diē ad metas: deſcri-
bit occaſum ſolis. Heſperus: ſtella quæ
ſubſeqtur ſolem occidētē: heſperū lu-
ciferum eſſe anaximāder primus inue-
ſtigauit. Inſtituunt æpulas: deſcribit
conuiuium qđ campani pararūt anni-
bali. De more: conſueto luxu. Feſtā:
ornatam & lætā aduētu annibalis. Re
gifice: regio luxu: Virg. Regales īter mē
ſas. Diuerſatus eſt annibal: inquit Liui
us apud Mumos celeres ſceniū pacuui-
ūque inclytos nobilitate ac diuitiis. Di
gnatus: quem dignum iudicauerunt.
Oſtro: purpura: Virgilius ſtratoque
ſuper diſcumbit oſtro.

I nuadit globus et pedibus ſublime ſedētis
D uctoris ſiſtit: tonat īde ferocibus alte
I nceſſens uictor dictis: ſolus ne ruētē
F ulcire ac reuocare paras a funere romā
O demēs: en q diuum mihi mūera tāta
E ripiat decio prorſus ſeruabar ierti
V incēdus decio ībelli cui fœmina nulla
O rta in agenoreis nr̄æ carthaginis oris
C eſſerit huic agedū: nā cur īdigna ferāus
M agnanimo miles meritas inecte cathenas
D ixerat: hæc nō dum finē cōuicia norāt
I llatus uelut armētis ſup ardua colla
C um ſe ſe īpoſuit uictorque īmane ſub ira
I nfremuit leo: et īmerſis grauis ūguibus hæſit
M ādit āhelātem pēdens ceruice iuuēcum.
A t decius dū uincla ligāt necte ocius īquit
N am ſic ānibalē decet intrauiſſe cathēas
F œderis īfauſti præciū: ſic uictima prorſus
D igna cadit decius: nec enim te ſāguine lætū
H umano ſit fas cæſis placaſſe iuuētis
E n dextra: en fœdus: nōdū tibi curia nec dum
T ēplorum intrāti poſtes iā pāditur acri
I mpio carcer: perge ac primordia tāta
A ccumula paribus factis mihi fama ſub umbris
T e feret oppreſſum capuæ cecidiſſe ruinis
N ec plura effari cōceſſum: obnubitur atra
V eſte caput: trahiturque ferox āte ora ſuorū
E xin uictor ouās ſedato pectore tādem
S pectādis: urbis tectis: tēpliſque ſerenos
L ætus circumfert oculos et ſingula diſcit
Q ui muris ſator: et pubes ſit quanta ſub armis
Q uotque auri bello pateant argentique talēta
N ūc qualis frenata acies nūc deinde pedeſtris
C opia quāta uiris monſtrant capitolia celſa
S tellateſque docēt campos: cererēque benignā
I amque diē ad metas defeſſis phœbus olympo
I mpellebat æqs: fuſcabat et heſperus umbra
P aulatim īfuſa properātem ad litora currū
I nſtituunt de more æpulas feſtāque per urbē
R egifice extructis celebrant cōuiuia mēſis.
I pſe deū cultu et ſacro dignatus honore
P ræcipuis multoque procul ſplendentibus oſtro

Toris;lectis diſcubitoriis. Sublime:in ſublimi loco ſic æneas accipitur a didone iō Vir. ait. Inde toro pr̄ æneas ſic orſus ab alto. Adolere: īcendere adolere inquit Nonius proprie eſt uerbū ſacra redentium qď ſignificat uotis.uel ſupplicationibus numen auctius facere. Papinius in thebaide deſcribens conuiuium adraſti ſic canit. Canis ēt num altaribus ignes ſopitū cinerem & tepidi libamia ſacri ſeruabant adolere focos:epulaſque recētes inſtaurare iubet. Pœnus:inqt ſceuola ē quicqd reconditur ad annuum uſum:& dicūtur penora eo ꝙ nō in promptu ſint:ſed ītus & penitus habeant penus apud antiquos autore gellio uariis generibus dictum:& uarie declinatū eſt. nā & hoc penus & hæc penus:& huius peni & peniris:& penitiris:& penoris ueteres dictitarunt. Aſpera pōdera:uaſa argētea:& aurea cælata. Antiqtus.i.uaſa archetipa. Stupet:admirat̃ ꝑpter diſſuetudinē. Opimæ: luxurioſæ & magnifico apparatu ſtructæ. Aurit: accipit uidet luxū cāpanū. Ipſe:ānibal. Dānat: accuſat cū fuiſſet in uictu ad eā diē parciſſimus. Faciles:quæ faciles eē debent ex r̄bus nō cōparatis ad luxū .pabile.n. eſt & facile qď natura deſyderat. Tāto agmine: tāto luxu & apparatu cū ſeruorū ſtrepitu epicurus dicebat naturales diuitias faciles eē atque parabiles:ꝙ paruo eſſet natura contenta. Laxarunt:exhylararunt ſeueram & uoluptatibus prius rebellē annibalis mentē horatius ait ī ſermonibus explicuit uino contractæ ſeria frontis. Perſonat euboica: hoc fingit ad imitationē Virgilii & ex ueteri inſtituto quoniā tūc poetæ canebant in cōuiuiis laudes heroū. Cymes.i.cumarū dicit̃.n.cyme cymes & cume cumaꝝ oppidū cāpaniæ pr̄ia theutrantis. Teſtudine:cythara. Euboica:cumea.nam ex chalcide oppido euboiæ uenerunt q in italia cumas cōdiderunt. Vnde Vir. ait chalcidicaque leuis tandē ſuperaſtitit.

Iāque iouē:theutras uult oſtendere capyn capuæ cōditorē habuiſſe originem a ioue. Athlas.vii.filias habuit quæ ī cælo plyades dicunt̃.harū electra ex ioue genuit iaſiū & dardanum. Iaſius celebs māſit dardanus duxit chryſen pallātis filiā Vnde nati ideus & dymas: q regnauerunt ī arcardia. Dardanus nauigauit in aſiā & ibi poſuit ſedē. Ideus cū precopiaꝝ ſedit in mōtibus q ab eo idei dicūtur cybeli extructo templo initiādi modum inſtituit: & orgia Dardanus accepto agro a teucro rege loci teucriam urbem ſui nominis cōdidit phanodemus ait ex attica profectum dardanum qui mortua chryſe duxit batheam filiam teucri: ex qua genuit erictonium qui fuit fortunatiſſimus ex erictonio & calliroe filia ſcamandri natus eſt tros. ex troe & callanide heumedis filia aſſaracus: ex quo & clitodore Laomedontis filia natus eſt capys: cuius & nymphæ naidis āchiſes filius fuit anchiſe ac ueneris æneas. Furta:cōcubitus. Athlantidos: filiæ athlantis. Oui.in faſtis. Dardanon electra quis neſcit athlantide natum. Scilicet electram concubuiſſe ioui. Magna ſtirpe:diuina a ioue. Ilus:filius aſſaraci condidit ilium. Muris:capuæ. Honori nominis: ad honorem capys conditoris. Auguſto: ſacrifico. Carcheſia:pocula. Libat: ſacrificat. Irrorat menſis:ſacrificat ſuper menſas.de hoc ritu dictum eſt ſupra. Ardeſcit:calet uino hauſto poſt libationem in honorem capys. Interea tyrio:dum annibal epulis operam daret perolla filius eū confodere deſtinauit:ſed pr̄ non pmiſit lege patris & filii uerba apud Liuiū. Iuuenis:perolla.

Accipitur ſublime toris:non una miniſtri
Turba gregis:poſuiſſe dapes his addita cura
His adolere focos:his ordine pocula ferre
Nec non et certis ſtruitur penus:aſpera menſa
Pondera celati fulgent antiquitus auri
Eripiunt flammæ noctem ſtrepituque mouentum
Murmurat alta domus:ſtupet inconſuetus opimæ
Sidonius menſæ miles:faciemque ſuperbi
Ignotam luxus oculis mirantibus haurit
Veſtitur ipſe ſilens:et tantos damnat honores
Ipſe epulis facileſque coli tanto agmine menſas
Donec pulſa fames:et bacchi munera duram
Laxarunt mentem:cum fronti reddita demum
Lætitia:et poſitæ grauiores pectore curæ
Perſonat euboica teuthras teſtudine cymes
Incola:et obtuſas immiti murmure ſæuæ
Inter bella tubæ permulcet cantibus aures.
Iamque iouem et lætos per furta canebat amores
Electræque toros athlantidos:unde creatus
Proles digna deū tum dardanus:iſque tonanti
Vt det erictonium magna de ſtirpe nepotem
Hinc tros:hinc ilus generis tunc ordine longo
Aſſaracus:nulloque minor fama ue manu ue
Tū capys ut primus dederit ſua noīa muris
Concelebrāt plauſu pariter ſidonia pubes
Campanæque manus ante oēs ductor honori
Nominis auguſto libat carcheſia ritu
Cætera quē ſequitur bacchique ex more liquorē
Irrorat menſis turba ardeſcitque lyeo
Interea tyrio reſoluta in gaudia cetu
Conuerſo neque enim iuuenis non digne ſileri

Vna mens:unus inquit Liuius nec dominorum inuitatione:nec ipſius iterdũ Annibalis perolla uinci potuit. Venenis:uino qđ appellat uenenum. Plinius ait li. xiiii. Androcides ſapientia clarus ad alexandrũ magnũ ſcripſit intemperantiam eius cohibens uinũ potaturus. Rex memento te bibere ſanguinẽ terræ ſicuti uenenũ ẽ hoĩ cicuta ita & uinum.

Necis ſidoniæ:mortis ãnibalis ſidonii.

Sacra libido:laudabilis uolũtas perollæ. Patrias artes: quoniã pacuuius ſiue pactulus ſuaſerat defectõnẽ ad pœnos.

Pone:poſt patrẽ inquit Liuius ex cõuiuio egreſſũ ſequutus filius ubi ĩ ſecretũ hortus erat. conſilium inquit perolla affero pater: quo non ueniam ſolũ peccati impetraturi:a romanis ſed in multo maiore honore & gratia ſimus campani quã fuimus unquam. A tergo:in poſticis edium. Meæ menti:ſine me perficere id quod meditor. Erit maior:quoniam ſupabo annibalem. Perſiquid ſupeſt uitæ:uerba pacuuii ad filium: apud Liuium ait, per ego te fili quæcũque iura liberos parẽtibus iungũt precor quæſoque ne ante oculos patris facere & pati omnia infanda uelis. Potiorem:cariorem. Viſo enſe: tuo ſcilicet inquit Pacuuius. Fallit te mẽſas:cõfutatio ẽ.

Tranſmittam tria cepta libens:famãque negabo
Quamq̃ imperfectis magnæ tamẽ indolis auſis.
Mens una inuiolata mero nulliſque uenenis
Potando exarmata decus pugnæque neciſque
Sidoniæ tacito uoluebat pectore molem
Quoque eſſet miranda magis tum ſacra libido
Pactulo genitus patrias damnauerat artes
Isuariis oneratum epulis:atque atria tardo
Linquentem greſſu comitatus pone parentem
Poſtq̃ poſſe datũ meditata aperire nouoſque
Pandere conatus:et liber parte relicta
Tectorum a tergo patuit locus accipe digna
Et capua:et nobis inquit conſulta togaque
Armatum amota nudat latus:hoc ego bellum
Conficere enſe paro:atque auulſum ferre tonanti
Rectoris libyci uictor caput. hic erit ille
Cui polluta dolis iam fœdera ſanciet enſis
Si perferre nequit ſpectacula tanta ſenectus
Et tremit inceptis laſſo maioribus æuo
Et tu ſecuris concede penatibus:et me
Linque meæ menti:ſummum tu credis et æquas
Annibalem ſuperis:o quantum nomine maior
Iam peno tibi natus erit:uibrabat ab ore
Ignis atrox:animuſque uiri iam bella gerebat
Cum ſenior tauri pondus conaminis egra
Iamdudum uix aure ferens tremebundus ibidem
Sternitur: et pedibus crebro pauida oſcula figẽs
Perſiquidupereſt uitæ:per iura parentis
Perque tuã noſtra potiorem nate ſalutem
Abſiſte inceptis oro:ne ſanguine cernam
Polluta hoſpicia:ac tabo repleta cruento
Pocula:et euerſas pugnæ certamine menſas.
Tu ne illum quem non acies:nec mœnia et urbes
Ferre ualent:cum frons propior: lumẽque coruſco
Igne micat:tu ne illa uiri quæ uertice fundit
Fulmina pertuleris:ſi uiſo intorſerit enſe
Dirã qua uertit per campos agmina uocẽ
Fallit te mẽſas iter quod credis inermẽ
Tot bellis quæſita uiro:tot cædibus armat
Maieſtas æterna ducẽ:ſi admoueris ora
Cãnas et trebiam ãte oculos traſimenaque buſta
Et pauli ſtare ingẽtem miraberis umbram
Quid tãto in caſu comitum iuxtaque iacentum

Torpebunt dextræ: parce oro: et deſine uelle
Cui nequeas uictor ſupereſſe: an triſtia uincla
Et decius non erudiunt componere mentem
Italia commemorans famæ maioris amore
Flagrātem ut uidit iuuenem: ſurdumque timori
Nil ultra poſco: refer in conuiuia greſſum
Approperemus ait: nō iam tibi pectora pubis
Sidoniæ fodienda manu tutantia regem:
Hoc iugulo dextram explora: nāque hoc tibi ferrū
Si penum inuaſiſſe paras: per uiſcera ferrum
Noſtra eſt ducendum tardam ne ſperne ſenectam
Opponam mēbra atque enſem extorquere negatū
Morte mea eripiam lachrymæ tūc ore profuſæ
Et magna ſuperum cura ſeruatus in arma
Scipiade penus: nec tantum fata dederunt
Externa peragi dextra pulcherrimus iræ
Et dignus fieri compos memorabilis auſi.
Amiſit quantam poſito conamine laudem
Cui tantum eſt uoluiſſe decus: tum reddere ſeſe
Feſtinant epulis: et triſtia fronte ſerenant.
Donec læta uirum ſoluit conuiuia ſomnus.
Poſtera lux phætontis equos proferre parabat
Iam rapidos: omni curru ſplendente ſub undis
Et iuuenis magno generatus amilcare duras
Iamdudum exercet curas: carthaginis arces
Ire ferox mago: et patribus portare iub ur
Nuntia facta ducis: præda et captiua leguntur
Corpora: direptæque uiris ſub marte cruento
Exuuiæ fauſti ſuperis libamina belli.
Altera curarum libycis dimittitur oris
Heu decius: reduci lentas ſeruatus ad iras
Ni pene iuuenem indigne miſeratus ab alto
Iuppiter antiquam batti uertiſſet ad urbem
Hic pellea uirum ptolemei ſceptra uehentū
Eripuere minis: reſolutaque uincula collo
Atque eadē uitæ cuſtos: mox deinde quieto
Accepit tellus oſſa inuiolata ſepulchro
Nec uenerē interea fugit exoptabile tēpus
Pœnorū mentes: cæco per læta premendi
Exitio: et luxu corda importuna domandi.
Spargere tela manu paſſim fallentia natis
Imperat: et tacitas in pectora mittere flammas
Tum pueris dulce arridens: eat improba iuno

Supereſſe: ſuperuiuere ēt ſi annibalē
uiceris; quoniā illius comites te cōficiēt
apd' Liuiū ait unus aggreſſurus es anni
balē: qd illa turba tot libertoꝝ ſeruorū
que. qd ī unū intenti oīum oculi: quid
tot dextræ torpeſcent: uultū ipſius āni
balis quē armati exercitus tremunt quē
horret populus ro. tu ſuſtinebis? tali au-
xilia deſunt. Scipiade: Scipioni qui de
annibale triūphauit. Externa dextra:
cāpana. fata noluerīt ānibalē cadere ma
nu externa. Serenāt frōte. i. celēt triſti
tiam: & dolorē ſimulata lætitia. Et iu
uenis mago: dū hæc ī italia agerentur
mago ad carthaginem miſſus eſt nunti
us uictoriæ; cū anulis qui dimidium ſu
ꝑ tres modios īpleuerūt. Exuuiæ: anu
li & cætera ſpolia. Libamina ſuperis:
pro his inqt Liuius tot tantiſque uictori
is reꝝ ſacrum diis immortalibus agi ha
berique mandauit. Libycis oris: nā ex-
templo īpoſitus fuit in nauem & cartha
ginem deſtinatus: nauim cyrenas impu
lit tempeſtas quæ tum in ditione regum
ægyptiorum erat. ubi cū decius ad ſtatu
am ptolemei cōfugiſſet deportatus a cu
ſtodibus ad ptolemeū cum eum docuiſ
ſet contra ius fœderis uinctum ſe ab āni
bale eſſe uinculis liberatur: & ibi reman
ſit cū redire poſſet ꝑmittēte ptolemeo
uindice ſuæ libertatis. Reduci: reuerſo
annibali in patriam. Lentas iras: ut cū
puniret cū maxima uoluptate aī. ſupra
dixit lentæ mādauerat iræ. Vrbē bat
ti: cyrenas de qbus dictū eſt. Pellea ſce
ptra: ptolemeus rex ægypti & alexādriæ
denominatæ ab alexandro pelleo. i. ma
cedone: pella. n. fuit urbs macedoniæ.
unde alexandex pelleus. Iuuenalis unus
pelleo iuueni non ſufficit orbis. Minis
uehentū: eorum qui decium uehebant
naui carthaginē. Nec uenerem iterea:
imitatio eſt uirgilii apud quē Venus cu
pidis opa didonē amoris ſagitta cōſau
ciauit: nunc mentes pœnoꝝ emolliē pa
rat. Exitio: amore. Importuna: rigida
bellicoſa. Natis: cupidinibus. Flāmas:
occultū amorem. Vir. occultum īſpires
ignem fallaxque ueneno. Eat improba
iuno: uerba ueneris ad filios in contem
ptum iunonis; quæ nō poterat cladibus
romanorum ſaciari.

Acta:elata rebus illi ad uoluptatē fluētibus. Profliganda:debellanda q̄ non potuit ſternere romanus enſis. Gradiuus:qui pugnauit ad cānas ꝑ romanis.

Amomo:unguento aduecto ex ſyria. Amomū eſt frutex naſcit̃ in ſyria. & armenia odorē hēt optimum ſomnoſque ſuauificat. Madenti:ebrio. Numine: amore. Liquefacta:quadā ſuauitate cātata. Pieria:phoebea. Lymphæ:aquæ igni calefactæ. Miſeris bonis: uoluptatibus:quæ hoīes faciunt miſeros. Liuius ait itaque quos nulla mali uicerat uis ꝑdider̃ nimia bona:ac uoluptates īmodicæ & eo īpenſius quo auidius ex inſolentia in eas ſe immerſerat. Somnus.n.& uinū & epulæ:& ſcorta & balnea & ocium cōſuetudine indies ita eneruauit corpora aīoſque ut magis deīde uictoriæ eos q̄ præſētes tutarēt̃ uires. Patrias artes: duros ritus bellādi. Sagitta :cupidinea inficiente mentē ipſius ānibalis. Secūdæ: ꝓſperæ. Quaſſant:cōcutiunt emolliunt. Merſæ: demerſæ ī libidinē & addebant cāpani ludos ſcenicos ad maiorē oblectationē. Vt ſtrepit aſſidue: luxā luſuſque cāpanorum cōparat luxui quo diſſluebāt ægyptii ad canopū: canopus autor̃ Stra.c.&.xx.ſtad.diſtat ab Alexādria pedeſtri itinere euntibus dicta a canobo rectore claſſis menelai iō ait canopo amycleo.i. lacedæmoniæ quoniā menelaus ĩgnauit apud lacedæmonios ubi ſunt amyclæ. Menelaus ī ægyptum nauigauit poſt euerſū illiū ad proteum ut canit homerus ī odyſſea canobꝫ illic mortuus eſt &.b.mutat̃.in.p.& dicitur canopus.in ea eſt ſerapidis tēplū inqt Strabo cultu ac religione excellēs: ſed ante oīa ingens eſt eorū turba qui ad ſolemnia ꝑ foſſam paſſim ab alexandria deſcēdūt. nam interdiu noctuque plena eſt uirorum ac mulierum impudenter canentium & ſaltantium cum omni diſſolutione & his præterea qui diuerſoria habēt foſſæ impoſita ad huiuſmodi relaxationem ac celebritatē idonea. Vt ſtrepit: ſaltatiōibus uacat. Memphis nilotica: ægyptia. Memphis erat regia regū ægyptiorum:q̄ ꝑ ægyptiis ponit. Ad phrygiam loton:ad tibiam quam īuenit marſias ī phrygia. apd' celenas:& tibia optīa eſt ex loto arbore ſupradixit de marſia mygdoniā phœbi ſupatus pectīe loton.

E t nos nec mirum quid enim ſumus acta ſecundis
D eſpiciat ualet illa manu :ualet illa lacertis
P aruula nos arcu puerili ſpicula ſenſim
F undimus:et nullus noſtro de uulnere ſanguis
V erum agite o mea turba precor:nunc tēpus adeſte
E t tyriam pubem:tacitis exurite telis
A mplexu:multoque mero:ſomnoque uirorum
P rofliganda acies:quam non perfregerit enſis:
N on ignes:non immiſſis gradiuus habenis:
C ombibat illapſos ductor per uiſcera luxus
N ec pudeat picto fulctum iacuiſſe cubili
N ec crinem aſſyrio perfundere pugnet amomo.
I lle ſub hyberno ſomnos educere telo
I actator tectis malit conſumere noctes
A c ponat ritus ueſcendi:ſæpe citato
D um reſidet ſub caſſide equo diſcatque lyeo
I n bellem donare diem:tum deinde madenti
P oſt epulas ſit grata chelys ſegniſque ſopores
A ut noſtro uigiles ducat ſub numine noctes.
H æc poſtq̄ uenus:applaudit laſciuus: et alto
M ittit ſe cælo niueis exercitus alis:
S entit flammiferas pubes mauruſia pennas
E t pariter fuſis tepuerunt pectora telis:
B acchi dona uolunt:epulaſque et carmina rurſus
P ieria liquefacta lyra non acer aperto
D eſudat campo ſonipes:non ulla per auras
L ancea nudatos exercet torta lacertos.
M ollite flammis lymphæ languentia ſomno
M embra fouēt:miſeriſque bonis ꝑit horrida uirtus.
I pſe etiam afflatus fallente cupidine ductor
I nſtaurat menſas dapibus:repetitque uolentum
H oſpicia:et patrias paulatim decolor artes
E xuit : occulta mentem uitiāte ſagitta
A ltera iā patria:atque æquo ſub honore uocatur
A ltera carthago capua:intactumque ſecundæ
F ortunæ ingeniū uitia adlatrantia quaſſant
N ec luxus ullus merſæque libidine uitæ
C ampanis modus:accumulant uariaſque per artes
S cenarum certant epulas diſtinguere ludo.
V t ſtrepit aſſidue phrygiam ad nilotica lonton
M emphis amycleo paſſim laſciua canopo
I mprimis dulcem peno letante per auras
N unc uoce infundit teuthras:nunc pectine cantum

Superbas:claras & inclytas. Aoniæ teſtudinis:lyræ amphionis thebani de quo horatius in arte poetica. Dictus & amphion thebanæ cōditor urbis. Saxa mouere ſono teſtudinis:& prece blanda ducer̃ quo uellet. Orſus:incipiens inde exordia. Mouit linguá.i.cœpit canere ad ſonum tibiæ ut ſonus conueniret cum uoce. Olores cygnos:qui in morte dicuntur caner̃ amene. Martialis cantator cygnus funeris ipſe ſui & Oui.in heroidibus. Sic ubi fata uocant udis abiectus in herbis. Ad uada meandri cōcinit albus olor. Carpſit:delegit ad oblectationē audientium. Moliſſima:aptiſſima. Argolicis:græcis:

Iſque ubi mirantem reſonantia pollice fila
Ductorem uidit libyæ:canere inde ſuperbas
Aoniæ laudes ſenſim teſtudinis orſus
Concordem citharæ mouit per carmina linguam
Vincere linquentes uitam quæ poſſit olores
Atque hæc ex multis carpſit molliſſima menſæ
Argolicis quondam populis mirabile dictu
Exaudita chelys:lapidem teſtudine fœlix
Ducere:et in muros poſuiſſe uolantia ſaxa
Hæc amphonio uallauit pectine thebas
Ac ſilice aggeribus per ſe ſcandente uocatis
Iuſſit in immenſum cantatas ſurgere turres
Altera turbatum plectro moderata profundum
Et tenuit phocas:et in omni prothea forma
Traxit:et æquoreo portauit ariona dorſo:
Namque peliaca frenabat rupe canendo
Heroum mentes:et magni pectora achillis
Centauro dilecta chelys cōpeſceret iras
Percuſſa fide uel pelagi uel triſtis auerni.
Namque chaos cæcam quōdam ſine ſydere molem

argolicos ponit pro thebanis. Ducere:ad extruendos muros thebanos Papinius. In thebaide penituſque ſequar quo carie muris iuſſerit Anphion tyrios accedere montes. Chelis:lyra. Vallauit:muniuit muris:& circūdedit. Cātatas:cantu ædificatas. Altera turbatū:nūc de lyra Arionis methymnei. Ariō citharedus optimus ex methynna urbe leſbi pitia ſuæ artis & gr̃a periādro corithio gratus fuit. poſtea in ſicilia italiaque diuitiis cōparatis ad p̃riam ꝓperans cū nautæ q eū uehebant ut diuitiis potirent̃ ꝑdere uellent lyra canens delphinū exciuit cuius dorſo exceptus ad tenarū laconiæ ꝓmontoriū delatus ē. & corinthū conceſſit. Vbi oīa recupauit nautis ſupplicio affectis. Pectine:plectro quo fides tāgunt̃. Moderata:quæ mitigauit uitulos marios. In oī forma:quoniā ꝓteus ut dictū eſt uertebat ſe in uarias formas. Portauit:effecit ut portaret̃ a delphino. Martialis. Sic methimneo gauiſus ariōe delphin. Nā quæ peliaca:nunc de lyra chironis cētauri. chiron fuit filius ſaturni ex phylira. unde phyllirides cognominat̃. Magiſter fuit achillis. & lyra eū canere docuit laudes heroū: Iuuenalis cui nō elicer̃t riſum citharedi cauda m̃ri apd' Valeriū Flaccū peleus nauigaturus cum argonautis ſic chironem alloquitur. Sub te puerilia tela magiſtro. Venator ferat: & nr̃am feſtinat ad haſtam. chiron non modo centauros ſed omnis homines ſuæ ætatis bonitate ac iuſtitia ſupauit. Peliaca rupe:in pelio mōte. Cētauro:chironi. Fide:corda. Triſtis auerni: īferorum.i. compeſcebat mitigabatque ſuauitate cantus mare ac inferos. Nāque chaos:canebat chiron principia rerū de quibus tractat naturalis philoſophus:ſed omiſſis pluriū philoſophantium opinionibus de principiis rerum uariis:atque diuerſis eas opiniones in mediū adducam quæ ad præſentem interpretationē ſpectant:& faciunt. Ariſtotelis opinio de principiis reꝝ hæc fuit. ad quā quæque opinio relata uera eſſe aliq̃ ex ꝑte comprobatur quattuor principia rerum poſuit. Materiam ut ſubiectum ad omnem mutationem ſuſcipiendam formam:quæ ex ipſa emergit effectricem cauſam. Vnde eſt principium motus productionis:& generationis:finem ob quem natura agit:ſiue ille ſit forma:ſiue quod a tota re compoſita fieri emergereque per formam uidetur. omitto priuationem:quam ipſe cum materia connexam generationis nec omnium principium eſſe dixit. Plato philoſophiæ princeps & ſi in nō nullis locis eadem principia poſuit quæ poſt eum. Ariſtoteles:& inſuper inſtrumentalem cauſam atque exemplarem. nonnūquam tamē paruum & magnum atque unum dicit principia rerum eſſe. per magnum & paruum materiam. ꝑ unā formam intelligebat. in quibus maxime ſequutus eſt pythagoreos aſſerentes indualitatis. uniuſque ratione principia rerum conſiſtere:quoꝝ rationem dualitatis inq̃ atque unius ad ideas formaſque rerū ipſe accommodauit:& quæ conditiones materiæ tribuendæ ſunt. eadem paruo magnoque tribui poſſunt. quod ſi materia omnium rerum formas ſuſcipere poteſt & nunc parua: nunc magna eſſe uidet̃. & definitæ quantitatis per indefinitam ſuam molem ſuſceptrix eſt. cōſtat per magnum atque paruū accommodatiſſime materiei naturam Platonem innuiſſe. Heſiodus uero ante ariſtotelem poetice loquens cum tranſlationibus inquam quas poetæ ſibi profeſſione ſua non iniuria uendicant. principium rerum chaos eſſe dixit:quo materia indicatur. chaos enim a capacitate capiendoque deſcendit. quod officium materiæ uidetur eſſe. Materia enim prima nihil eſt rerum ſed omnes res ſuſcipere atque capere poteſt. ad quam omnes hæ conditiones accommodātur quas ſyllius ad ipſū chaos aſſignat. chaos ut ait. Sex. Pompeius appellat heſiodus confuſam quandam ab initio Vnitatem hiantem. patētemque in profundum unde nos hiare dicimus: & ianus detracta. h. nominatur eo ꝙ fuerit primus omnium cui primo ſupplicabant uelut parenti; & a quo rerum omnium factum putabant initium.

Vnde ait apud Oui.li.i.faſtorum me chaos antiq nam ſum res priſca uocabant. Cæcā molē:obſcurā
quandā congeriē reꝝ & globū. Sine ſydere:ſine lumīe. Mundū ſine luce:qm̄ tenebræ erant ubique.
Diſcuſſit:diuiſit. Deus:& ſic cōcordat cum libris moſaicis & intelligit mentē diuinam effectricem
cām.Anaximander putauit unū eſſe principium ex quo omnia orirentur ſequeſtratione. Anaxagoras
clazomenius poſuit principium congeriem rei in qua ſunt infinitæ partes.& oīa permixta atque indi
ſcreta. Empedocles agrigētinus poſuit globum unum in quo eēnt.iiii.elemēta.Ignis: aer: aqua:terra:
ex quo globo omnia orirentur.In conge
rie illa dicebat Anaxagoras eſſe res ſimi
liū partium ex quibus orirentur res diſ
ſimiles & dicebat hoc fieri ſemp . & qđ
libet eſſe in quolibet & oīa eſſe in oībus
ſed uideri talia quia ī uno plura inſint
a qbus denominatur.ut caro:quia ibi ē
plurimū carnis:& ſic de ſingulis & ex ſe
queſtratione dicebat oīa oriri. & poſuit
mentem quæ intelligeret omnia cōfuſa
& ſegregaret p ſuam operationem & in
tellectionē & dicebat aliquando mentē
cepiſſe ſequeſtrarī. Empedocles dicebat
n̄ icepiſſe cōcordiā atque diſcordiā: ſed
fuiſſe ſemp ut nūc ſit cōcordia nūc di
ſcordia.Naturales philoſophi ante Pla
tonem partim unū partim plura princi
pia reꝝ eſſe ponētes:ut aerem aut aquā:
aut ignem aut unum quid inter ipſa.&
preter hæc aut q̄ttuor elementa uel con
geriē rerū aut īfinita corpuſcula p hæc
materiale principiū omnes inuebāt hāc
eandem rationē ſnīamque de pricipiis
pductionis creationiſque rerū noſtra
relligio fideſque clariſſima ſanctiſſima
que amplectitur deum:nāque uniuerſa
& materiam ipſam ex nihilo pduxiſſe
atque ob finem aliquē creaſſe tenet.Nā
deus glorioſus oīa creauit oībus locum
præſcripſit.globum terræ ī medio uni
uerſi librauit ſupra hanc aquam & aerē
& ignem ſuper aerē collocauit. oīaque
hæc cæli nobiliſſimo corpore cōplexus
eſt in quo ſolem lunam : ſtellas poſuit:
animalia in terris uolucres. & reptilia
produxit.piſces ī aquis. demum formauit hominem cuius poteſtati omnia ſubiecit: hæc quæ dixi li
bri geneſeos uere copioſeque explicant. Stagna profunda: maria,congregationes quippe aquarum
maria appellauit. Ligaſſet:quodam libramento in medium uniuerſi collocaſſet. Globum:ipſam
terram globoſam. Media compage:media mundi machina. Caſta ſæcula:auream ætatem quæ fuit
ſub Saturno:quo tempore pudicitia in terris degebat:Iuue.credo pudicitiam Saturno rege moratam ī
terris uiſāque diu. Sed quos pulſabat:nūc de lyra orphei loqr̄.qui fuit thray filius eagri & calliopes
muſæ.hic doctrina & ſuauitate cantus cæteris uiris memoriæ illius antecelluit:citharā ab Apolline ac
cepit ad ſimilitudinē teſtudinis factā a mercurio cuius dulcedīe nō ſolū hoīes ueꝝ & ſyluas.lapides al
liciebat.Mortua eurydice uxore ad īferos deſcēdit q̄ recupatā iteꝝ amiſit. Ad ſtrymona rhypheū.i.
threiciū.Strymon ē fluuius thraciæ q̄ a macedonia diuidit.labir̄ ex rheno mōte. rhyphei ſr̄ mōtes ſcy
thiæ cōtermini thraciæ. Manibus:diis īferis & ūbris. Emerito:qđ meruit cælū. Sororū:muſarum.
Aones fuerūt antiq hītatores boetiæ ubi ē helicon muſis ſacer unde aonides muſæ. Vltia thrace.i.il
li q hītāt ī ultīa ora thraciæ. In etra nō mota:ī aere qeto ſed etra pprie ē ſplēdor aeris ut dixi. Capti
ua:capta & illecta ſuauitate cātus. Quī ēt pagaſea ratis:argonauis.pheræ inqt Stra.ēporiū hēnt paga
ſas quo ex loco pelias iaſonē & nauē argo foras emiſit orpheus cātu & pulſu lyræ magna ex pte leuauit
argonautaꝝ laborē & cū difficile eēt uiribꝫ hoīum thrai nauī īpe cātu traxit quo modulāte ſyluæ mō
tes ac flumīa ſequebār̄.Val.Fla.ait.Nō clamor anhelis nauticus.aut blādus teſtudīe đfuit orphe. Pal
lida regna:īferos. Vates:orpheus. Getici:threicii. Siſyphi ſaxū:ſiſyphus eoli filius iſthmū latroci
niis īfeſtās a theſeo īterfectus ē & hac pena urger̄ apđ īferos ut ſaxū īgēs ad mōtis cacumē erigat qđ ſtati
ad ima đuoluir̄.Oui.aut petis aut urges r̄dituꝫ ſiſyphe ſaxū Lucre.ait ſub pſōa ſiſyphi ābitioſos itel
ligi. Odire econū manus:deſtatur Theutras cicones mulieres quæ orpheum deſcripſerunt cicones:
ſunt in thracia mulieres poſt amiſſam euridicē ſpreuit orpheus & illud genus nefādiſſimæ libidinis
apud thraces excogitauit. Vnde Ouidius. Ille etiam thracum populis fuit autor amorem In teneros

N on ſurgente die:ac mundum ſine luce canebat
T um deus ut liquidi diſcuſſit ſtagna profundi
T elluriſque globum media compage ligaſſet:
V t celſum ſuperis habitare dediſſet olympum:
C aſtaque ſaturni monſtrabat ſæcula patris.
S ed quos pulſabat clypeum ad ſtrimona nerui
A uditus ſuperis:auditus manibus orpheus
E merito fulgent clara inter ſidera plectro.
H unc etiam mater tota comitante ſororum
A onidum turba:mater mirata canentem
N on illo pangea iuga:aut mauortius hæmus
N on illo modulante ſonos ſtetit ultima thrace
C um ſyluis uenere feræ:cum montibus amnes.
I mmemor et dulcis nidi:poſitoque uolatu
N on mota uolucris captiua pependit in ethra.
Q uin etiam pagaſea ratis cum cerula nondum
C ognita terrigenis:pontoque intrare negaret
A d puppim ſacræ cithara eliciente carinæ
A dductum cantu uenit mare pallida regna
B iſtonius uates flammiſque acheronta ſonantē
P lacauit plectro et fixit reuolubile ſaxum.
O dire ciconum matres:geniticique furores

Et damnata deis rhodope tulit ora reuulſa
In pōtum ripis utrinque ſequentibus hebrus.
Tum quoque cum rapidi caput a ceruice reciſum
Portarent fluctus:ſubito emicuere per undas.
Ad murmur cetæ toto exultantia ponto.
Sic tum pierius bellis durata uirorum
Pectora caſtalio frangebat carmine teutras.
Interea placida attulerant iam flamina terris.
Magonem libycis lauro redimita ſubibat
Optatos puppis pontus pelagoque micabant
Captiua arma procul celſa fulgentia prora.
At patulo ſurgens iamdudum:et æquore late
Nauticus implebat reſonantia littora clamor.
Et ſimul adductis percuſſa ad pectora tonſis
Centeno fractus ſpumabat uerbere pontus.
Nec lentum in medios rapienda ad gaudia uulgus
Procurrit fluctus:elataque turba fauore
Certatim ingenti celebrant noua gaudia plauſu.
Aequatur rector diuis.illum undique matres
Illum turba minor.moniti gaudere nepotes:
Et ſenior manus:et iuxta:populuſque:patreſque
Mactatis ſuperum dignantur honore iuuencis.
Sic patriam mago:et portas ingreſſus ouantes
Fraternæ laudis fama.ruit inde ſenatus.
Et multo patrum ſtipatur curia cetu.
Tum diuos ueneratus auum de more uetuſto
Martem ait egregium:et fractas quis itala tellus
Nitebatur opes:pars ipſe haud parua laborum
Nuncio pugnatum ſuperis in uota ſecundis.
Eſt locus œtoli ſignat: quem gloria regis.
Poſſeſus quondam priſca inter ſæcula dauno.
Humentis rapido circundat gurgite campos
Aufidus:et ſtagnis intercipit arua refuſis
Mox fluctus ferit adriacos:magnoque fragore
Cedentem impellit retrorſum in æquora pontum.
Hic uarro:et magnum latia inter nomina paulus.
Nomen quis rerum ducibus permiſſa poteſtas:
Vix dum depulſa nigræ caligine noctis
Inuadunt campum:et late fulgentibus armis
Accendunt ultro lucem ſurgentis eoi.
Nos contra.nā germanū furor acer agebat
Optatæ pugnæ caſtris cita ſigna mouemus.

tranſferre mares: citraque iuuentam. Aetatis breue uer:& primos carpere flores. Vnde mulieres furore accenſæ inter orgia bacchi ab ipſo orpheo inſtituta lacerarunt:& caput in hebrum deiecerūt. Damnata: propter mortem Orphei. Sequentibus: referētibus uocem ipſius Orphei: Virgilius:Eury dicen toto referebant flumine ripæ. Pierius: muſicus & pieridum ſacra colens. Caſtalio:phœbeo. Frangebat:mollia reddebat. Lauro:quæ eſt ſignum uictoriæ. Tonſis:remis.exprimit morem remigantium. Verbere:percuſſione remorum. Dignatur:dignum iudicat Annibalē ſacrificio. Martem ait egregium:oratio magonis in ſenatu punico cum ſenatus Magoni datus eſſet res geſtas ī italia a fratre exponit ſæpenumero acie conflixiſſe occidiſſe ſupra ducenta milia:ſupra quingenta milia cœpiſſe. Secūdis:proſperis & fauentibus ad uotum.. Eſt locus:deſcribit locum ī quo fuit pugna cānēſis. Oetoli regis: Diomedis. Dauno:q regnauit in apulia.&eius filiā diomedes duxit uxorē. Intercipit:occupat reſtagnās p agros cū augetur pluuiis. Ferit: percutit:quoniam in mare adriacum emittit. Surgentis eoi:auroræ. Accendunt: ſplendore ſcilicet armorū. Acer:uehemēs.

Mugit: expulſu ungularũ. & clamoribus pugnãtium: ululatuque cadentiũ. & ſonitu armorũ cœlũ uidebatur mugire. Abſcondit fluuiũ: quoniam aufidus repletus fuit cadaueribus. Degener: ignauus & uilis. Egates: calamitatem acceptam a patribus noſtris ad egates ĩ primo bello punico. Fœdera ſeruilia: quibus erant aſtricti tãq̃ ſerui de his fœderibus dictũ eſt. Dexter propitius & fauens. Teſtes hi ſtragis: ad fidẽ inquit Liui. Tam lætarũ rerũ effundi iuſſit in ueſtibulo curiæ anulos aureos: quorũ tantus fuit aceruus ut metiẽtibus uiſum fuerit dimidiũ ſuper tris modios expleſſe. Trimodia anulorum miſſa ab Annibale carthaginem ex cannenſi clade ſcribit Plinius. Superbis: nobilibus. nam quo maioris cladis indicium eẽt neminem: niſi ex primoribus equitum id gerere inſigne: ſed hoc non erat uerũ: quoniã tũc promiſcue geſtabant romani anulos. Pateãt æraria: dentur pecuniæ. Dextris: manibus noſtris: ut pugnãdo meruimus. Belua: Elephas. qui romanis terrorem incutit. Alimenta: commeatus: quorum inopia laboramus. Quem Annonẽ torquebat creſcẽs gloria Annibalis. Acerbo: ſtudio: praua uoluntate. Annæ iterum: nam prius cenſuerat dandum eſſe Annibalem romanis ad ſuppliciũ. Vndantia: plena. Titulis: uictoriis & laudibus. Tropheis: uictoriis. Littora: maris adriaci infecta ſanguine: quem illic euoluebat aufidus. Amnes: trebiam ticinum & aufidũ. Talia ueſani: oratio annonis: qua prius Magonem inſaniæ accuſat. inde illius dicta refellit: docens ab utili non eſſe mittẽdum annibali ſupplemẽtum. Haud tumet ingenio: nõ ſuperbit Mago: quia habebat ingeniũ & uirtutes: ſed quoniam hæc maledicẽtia illi eſt ingenita. Virus futile: cõuicia uana. ex ipſis uerbis inquit iſtorũ corda poſſumus cognoſcere. Qui ne credas. i. ut ne credas o Mago me mutatum uanis tuis conuiciis. & rebus: quas narraſti. dico & contendo nunc: uel maxime petendam eſſe pacem a romanis.

Intremuit tellus: et pulſus mugit olympus.
Hic fluuium: et campos abſcondit cede uirorum
Ductor quo nunquam maiorẽ ad bella tulerunt
Rectorẽ terræ. uidi cum turbine ſæuo
Auſonia: et ſonitu bellantis fuſa per agros
Vni terga daret. uidi cum uarro citato
Auferretur equo proiectis degener armis.
Quin et magnanimũ perfoſſo corpore tælis
Stare ſuper ſocium uidi te paule cadentem.
Egatis ille: et ſeruilia fœdera larga
Vltus cæde dies: non plus optaſſe liberet.
Quantũ conceſſit dexter deus. altera iam lux.
Si redeat: populis certe ſis omnibus una
Tum carthago caput: terraſque colere per oẽs.
Teſtes hi ſtragis: quos ſignum illuſtre ſuperbis
Mos leua geſtaret uiris. tum funditur ante
Ora admirantum præfulgens annulus auro.
Datque fidem uerbis: haud paruo inſignis aceruo:
Hinc iterum repetens. reſtat nunc ſedibus imis
Vertenda: atque æquanda ſolo iam ſubruta roma.
Adnitamur ait. uires refouete tot hauſtas
Caſibus: et pateant non parca æraria dextris:
Quas eminus bellis. deſit iam belua triſtis
Auſoniis terror: necnon alimenta fatigant.
Atque ea dum memorat toruo cõuerſus in ora
Hannonis uultu quem gliſcens gloria prauum
Ductoris ſtudio iamdudum agitabat acerbo:
Iãque tibi dextras: inceptaque noſtra probamus.
Iam fas dardanio me non ſeruire colono.
An ne iterũ annibalẽ dedi placet? atra ueneno
Inuidiæ: nigroque undantia pectora felle
Tandẽ tot titulis: totque exornata tropheis
Infelix muta. dextra hæc en dextera quam tu
Aeneadis lacerare dabas: et litora: et amnes
Et ſtagna: et latos impleuit ſanguine campos.
Hæc mago: atque aĩos fauor haud obſcurus hẽbat:
Cui ſimul inuidia: atque ira ſtimulantibus hanno
Talia ueſani iuuenis conuitia miror:
Haud equidẽ tumet ingenio: fraternaque corda
Non tarde agnoſcas: et uirus futile linguæ
Qui ne mutatum uanis abſiſtere credas:
Nunc pacem orandã: nunc improba fœdere rupto

Arma reponenda:et bellum exitiale cauendum
Autor ego:atque adeo uoſmet perpendite quæſo
Quid ferat.haud aliud nobis cenſere relictum eſt.
Tæla uiros:aurum:claſſis:alimenta precatur.
Belligeramque feram.uictus non plura dediſſem.
Sanguine dardanio rutulos ſaturauimus agros.
Et iacet in campis latium.deponere curas
Tandem ergo bone da uictor:liceatque ſedere.
In patria liceat non exhaurire rapacis
Impenſis belli uacuatos ſæpe pœnatis
Nunc en nunc inquam falſa ut præſagia noſtra
Sint oro:menſque augurio ludatur inani.
Haud procul eſt funeſta dies.atrocia noui
Corda:ac proſpicio natas e cladibus iras.
Vos ego uos metuo cannæ ſubmittite ſigna.
Atque adeo temptare agedum:et depoſcite pacē.
Non dabitur.parat ille dolor mihi credite maius
Exitium accepto:citiuſque hæc fœdera uictor.
Quam uictus dabit:atque adeo qui tanta ſuperbo
Facta ſonas ore:et ſpumanti turbine perflas.
Ignorantum aures:dic en germanus in armis.
Ille tuus par gradiuo per ſæcula tellus:
Cui ſimilem nunquam ductorem in bella creauit
Mœnia romuleæ:cur nondum uiderit urbis.
Scilicet a gremio maturum rapiamus in hoſtem
Nondum portandis habiles grauioribus armis.
Eratas iuſſu texamus mille carinas.
Atque omnis libyæ quæratur belua terris:
Vt longa imperia:atque armatus proroget annos
Annibal:et regnum trahat uſque in tempora fati.
Vos uero:neque enim occulto circundamur aſtu:
Ne dulcis ſpoliate domos:caſtriſque potentum:
Atque opibus ſancite modum.pax optima rerum.
Quas homini nouiſſe datum eſt.pax una triūphis
Innumeris potior.pax cuſtodire ſalutem
Et ciues æquare potens reuocetur in arces
Tandem ſidonias:et fama fugetur ab urbe.
Perfidiæ phœniſſa tuæ:ſi tanta libido
Armorum tenet:atque enſes non reddere perſtat
Poſcenti patriæ:nil ſuppeditare furori
Hortor:et hæc fratri magonem dicta referre.
Plura adnectentem:neque enim ſatiauerat iras

Autor ego:cenſeo ſic eſſe agendum.

Feram:elephantum. Funeſta dies:allatura nobis calamitatem. Atrocia:fortia inuicta: & nō cedentia malis.unde Horatius animum Catonis atrocem appellat. Cladibus: quas acceperunt. & ob id magis iraſcuntur nobis.Metuo inquit uictoriam noſtram ad cannas.

Submittite ſigna:cedamus romanis:īclinemus uexilla ad pacem. Hæc fœdera:quæ dico petēda a romanis: quos a fortitudine: animique magnitudine laudat. Perflas aures: qui tonas in aures iſtorum & īfluis:qui ignorāt te mēdacia dicere. Rapiamus:raptim mittamus contra romanos. Proroget:dilatet:producat. Tempora fati: uſque ad mortem. Dulces domos: propter filios:qui dulces ſunt parentibus: qui erant mittēdi ad annibalem: ut Mago petebat. Sancite:conſtituite:imponite. Modum:finem.nam aliter efficietur tyrannus annibal.locus eſt ab utili: & laudat pacem: qua nihil ē in uita melius. Aequare: ut pari & æquo iure uiuant:in bello enim ſunt factiones. & emergunt tyranni.& omnis æquabilitas inter ciues peruertit̄. Reuocetur:ipſa pax in urbem noſtram. Tandem:poſt tot diſcordias:& bella contra fœdus.

Et fama perfidiæ: ignominia qua notamur ex perfidia:quoniam fœdera uiolamus.locus eſt ab honeſto. Phœniſſa:Dido:quam ideo inuocat: quoniam mori potius uoluit: q̄ uiolare fidē datā Sycheo. Libido:effrenata cupiditas.

Libyæ decus:ſic dicebant diuerſa uolentes laudando Annibalem. Eſt tibi iræ:facit tibi iram gloria Annibalis & uirtus o Anno. Deſtituemus:relinquemus:quaſi dicat:Debemus ne dimittere annibalem iam properantem ad metas & uictoriam. Vnius:annonis. Sceptra parta:imperium iam prope comparatum. Tribuūt:ipſi ſenatores ea:quæ Mago petebat ad uſum belli. Sub teſte:Magone ingenti conſenſu:ut inquit Liuius fit ſenatuſcōſultum:ut Annibali.xl.numidarum milia:&.xl. elephanti in ſupplementum mitterentur.& argēti multa talenta:Dictatorque cū Magone in hiſpaniam p̄miſſus eſt ad conducenda.xxx. milia peditum:quattuor milia equitū:quibus exercitus:qui in italia quippe ī hiſpania erant ſupplerentur. Traducere:tranſmittere in hiſpaniam. Liuor:ipſius annonis inuidia deprimit facta annibalis:nec ſinit eius laudes adiutas creſcere.

Petri Marſi interpretatio in duodecimum uolumen Syllii Italici.

IAm terra glaciale caput:dum talia a pœnis agerentur romani minime cunctabant. Conſul quippe Varro nulli rei deerat:quæ per eum agenda eſſet.& dictator.M.Iunius rebus diuinis rite peractis. & æquo illi auctoritate ſenatus conceſſo:auſos capitalem fraudem armauit.& uinclis detentos & ſic cum.xxv. milibus armatorum ex urbe proficiſcitur:annibal ineunte uere neapolitanorum animos partim ſpe:partim metu cum fruſtra tentaſſet in agrum nolanum exercitū traduxit. & cū urbem oppugnaret:a Marcello pulſus ē. Torquatus ī Sardinia rem ſtrenue gerit. Capua tandem obſeſſa annibal infeſto agmine romam uenit. & irritus incepti magnis itineribus in brutios cōtēdit. Iam terra:deſcribit initium ueris:quo hyems ſub terra conditur:quoniam aduenient calore frigus ad uiſcera terræ pellitur:& ideo in æſtate aquæ puteorum ſunt frigidæ:quoniam frigus ad ima contrario ſuo deprimitur:in hyeme autē calidæ. Fœcunda:plena uentis.nimbus eſt uis uenti cum pluuia. Auſtrifero:uentoſo.auſtrum ponit pro quocunque uento. Vertice:capite. Blandis zephiris:.miti fauonio:qui uer inchoat.ſic dictus:quoniam faueat ſatis.Zephiri uer inchoant.Vnde Virgilius in georgicis:Vere nouo gelidis canis cum montibus humor liquitur.& zephiro putris ſe gleba reſoluit.

Pœnns:annibal cum exercitu. Præmiſſo terrore:præmiſſis militibus leuis armaturæ:qui populos terrerent. Nam ubi fines neapolitanorum intrauit Numidas in inſidiis occultos diſpoſuit.alios præ ſe actam prædam oſtentantes portis obequitare iuſſit. Ceu cōdita bruma:annibalem ſerpēti comparat:quæ hyeme ſub terra latuit. Vere āt ineūte egreditur:mica tque ad ſolē poſitis exuuiis. Rhyphea flamina:uēti ſeptētrionales flātes rhypheis mōtibus:q ſunt ī ſcythia. Nouus:depoſita pelle. Saniē:uirus. Fluctus meonios:traſimenū lacū hetruriæ. Fluebāt:mutabāt.i.nō erāt robuſta mēbra:ſed fluida luxu cāpano effœmiata. Ioue nō æquo:aere nimboſo & frigido

Dicendo:clamor turbat diuerſa uolentum.
Si libiæ decus.haud ulli ſuperabilis armis
Annibal eſt iræ tibi:deſtituemus ad ipſas
Victorem metas:nec opum adiumenta feremus.
Inuida unius ſceptra:ut iam parta retardet.
Inde alacres tribuunt:quæ belli poſceret uſus.
Abſentique ſuum iactant ſub teſte fauorem.
Mox eadem terris placitum traducere iberis.
Dum malus obtrectat facta immortalia liuor.
Nec ſinit adiutas ductoris creſcere laudes.

IAm terra glaciale caput:fœcundaque nimbis
Tempora:et auſtrifero nebuloſam uertice frontem
Immitis condebat hyems:blandiſque ſalubre
Ver zephiris tepido mulcebat rura ſereno.
Prorumpit capua pœnus uicinaque late
Permiſſa terrore quatit.ceu condita bruma
Dum riphea rigent aquilonis flamina tandem
Euoluit ſerpens arcano membra cubili.
Et ſplendente die nouus emicat:atque coruſcum
Fert caput:et ſaniem ſublatis faucibus efflat.
At libyci ducis:ut fulſerunt ſigna per agros
Deſolata metu cuncta:et ſuadente pauore
Vallo ſe clauſere ſimul:trepidique ſalutis
Expectant ipſis metuentes mœnibus hoſtem.
Sed non ille uigor:qui ruptis alpibus arma
Intulerat:dederatque uias:trebiaque potitus.
Meonios italo ſcelerauit ſanguine fluctus.
Tunc inerat molli luxu madefacta:meroque
Illecebris ſomni:torpentia membra fluebant.
Quis gelidas ſuetum noctes thorace grauatis
Sub ioue non æquo trahere:et tentoria ſæpe
Spernere ubi hyberna ruerent cū grādine nimbi
Ac ne nocte quidem clypei enſes ue repoſti

Pro mēbris arma: qm̄ nō aliter ferebāt arma: q̄ mēbra. adeo erāt aſſueti armis geſtādis. Cice. in ſecūda tuſcula. dicit: Nā ſcutū: gladiū: galeā ĩ onere noſtri milites nō plus numerāt q̄ humeros: lacertos: manus: arma enim mēbra militis eē dicūt: quæ q̄dē ita gerūť apte: ut ſi uſus foret abiectis oneribus expeditis armis & mēbris pugnare poſſint. Prima inſtaurātē: a Liuio diſſentit poeta ſcribēte annibalē cōceſſiſſe parthenopen: priuſq̄ capua potireť: & poſt capuā receptā iterū neapolitanoꝝ aíos tētaſſe. Ipē inq̄t p agrū cāpanū mare inferū petit neapolim oppugnaturus: ut urbē maritimā hr̄et. Inſtaurātē: annibalē renouātē bella ineūte uere. Mitis: non belli ſtudioſa: ſed apta otio eoꝝ: q litteraꝝ ſacra colebāt. Nō ſpreta uigoris: non hēbat inq̄t magnas opes: tñ nō erat ſine uigore portus trahebat annibalē: ad quē naues punicæ appellerent. Molles: dulces. & ſine ſtrepitu armoꝝ. Hoſpita muſis: Stra. lib. q̄nto ait: Plures uero e roma Neapolim ſecedētes græco uiuūt ritu quietis: aut otii cauſa: p̄ſertim q eruditioni dāt operā: aut remiſſioris uitæ deſiderio: ideo ait poeta: Exēptū curis grauioribus æuum. Maxime inq̄t Strab. quos ſenectus affligit: uel aduerſa ualitudo plerique ēt romani eodē uiuendi genere delectati: cū tātā mortaliū multitudinē in ſimili degentē inſtituto ĩ ciuitate uerſari cōtēplenť ſtudioſe: ac libēter urbē incolūt ibi ætatē agētes. & Vir. in geor. Illo uirgiliū me tp̄e dulcis alebat parthenope. ſtudio florentē ignobilis oci dicta ē parthenope: ut ēt Stra. dicit a parthenope una ex ſyrenibus: cuius ſepulchrū illic oſtēdebať: tres fuerūt ſyrenes: parthenope: leucoſia & ligia filiæ acheloi. & calliopes muſæ tenuerūt inſulas p̄pe peloꝝ: & e regiōe ad ſurrētū: ut dictū ē. Acheloias: filia acheloi ſyrenes cātus ſuauitate eos alliciebāt. & naufragio perdebāt q p̄teruehebāť: ſic inuitāt Vlyxē apud Homerū: O decus argolicū q̄n puppim flectis ulyxe. Auribus ut noſtros poſſis cognoſceř cātus. Nā nemo hæc unq̄ ē trāſuectus cerula curſu: q̄n prius aſtiterit uocū dulcedie captus. Poſt uariis auido ſacratus pectora muſis. Doctior ad patrias lapſus per uenerit oras. Nūc graue certamē belli: cladēque canemus. Græcia quā troiæ diuino numine uexit. Omĩaque e latis regū ueſtigia terris. Aequor: qm̄ neapolis mare alluiť. Inglorius: nō expugnata neapoli. Graia ad munimina: muros partheonopes quā græci chalcidenſes incoluerūt. & ex pythecuſis athenienſes que uenietes. Vñ neapolis uerbo græco i. noua ciuitas appellata: iō ait graia munimia. adde ēt q̄ illa munima nō erāt

Non pharetræ: aut iacula: et pro mēbris arma fuere
Tunc graue caſſis onus. maioraque pondera uiſa
Parmarum. ac nullis fuſæ ſtridoribus haſtæ
Prima inſtaurantem ſenſit certamina mitis
Parthenope non diues opum: non ſpreta uigoris:
Sed portus traxere ducem. ſecura uolentem
Aequora: quæ peteret ueniens carthagine puppis
Nunc molles urbi ritus: atque hoſpita muſis
Ocia: et exemptum curis grauioribus æuum.
Sirenum dedit una ſuum memorabile nomen
Parthenope muris acheloias. æquore cuius
Regnauere diu cantus: cum dulce per undas
Exitium miſeris caneret non proſpera nautis.
Hæc pone aggreſſus. nam frontē clauſerat æquor
Mœnia: non ullas ualuit perfringere pœnus
Tota mole uias: fruſtraque inglorius auſi.
Pulſauit quatiens obſtructas ariete portas.
Stabat cannarum graia ad munimina uictor:
Nequiquam. et cautæ mentis cōſulta probabat
Euentu qui poſt dauni ſtagnantia regna
Sanguine tarpeias ire abſtinuiſſet ad arces
En qui nos ſegnes: et neſcire addere curſum
Fatis iactaſtis: quod uobis ſcandere nuper
Non acie ex ipſa conceſſum mœnia romæ
Intrate: atque epulas promiſſas cede tonantis
His quæ graia manus defendit reddite tectis.
Talia iactabat: fameque pudore futuræ
Irritus incepta primus ſi abſiſteret urbe
Audebat cuncta: atque acuebat fraudibus enſes.
Sed ſubitæ muris flammæ: totoque fluebāt
Aggeris anfractu tæla improuiſa per auras
Haud ſecus occuluit ſaxi: quos uertice fœtus

ſimilia romanis: & iō cū annibal urbē minime bellicoſam expugnare non poſſet: multominus expugnaſſet romā tātis uiribus ſubnixā. & armoꝝ matrē: græcari erat molliter uiueř: qm̄ ut autor ē Plu. ĩ q̄ſtiōibus: ñ aliud ſeruitutē ac mollitiē attulit græcis: q̄ gymnaſia & paleſtræ: q̄bus relāgueſcūt adoleſcētiū aĩ: & penitus effœmināť. hic amores gigūť: hic ſōno & deābulationibus iuuenū corpa corrūpi neceſſe ē. Vñ ſcribit Hora. ĩ ſer. uel ſi romana fatigat militia. Aſſuetū græcari: iō Syllius mollia munimina & parū ualida parthenopes mitis & ocioſæ urbis. graia appellauit. Euētu: fine & tali exitu. Dauni regna: apuliā. En q nos ſegnes: uerba annibalis ad milites. O uos inq̄t q me ſegnē uocabatis: & neſciētē uti uictoria expugnetis neapolim: quā graia manus p̄tegit. Sede tonātis: capitolio. Graia manus: mollis nō bellicoſa: ut ē romæ. Fraudibus: qm̄ noctu clam tentauit ſcalis admotis

trāſilire in urbē: ſed neapolitani ſe tutati ſunt: ut aqla defendit pullos ſuos a ſerpētibus repentibus ad nidos. Ales fulua: aqla fuluus color inqt Gellius uidet̃ de ruffo: atque uiridi mixtus. ī aliis plus uiridis: in aliis plus ruffi hr̃e. Sic poeta uerbo℞ diligētiſſimus fuluā aquilā dicit. & iaſpidem fuluos galeros. & fuluū aurū. & harenā fuluā & fuluū leonē: ſic. Qu. Ennius in annalibus eræ fuluo dixit. Fulmina: qm̄ aquila miniſtrat Ioui fulmina. Inceſſens: laceſſens: impetēs circuit nidū: ſic parthenopei uidētes hoſtē ſcādere muros circūibant urbē. Tādē ad uicinos: annibal irritus incepti caſilinū pfectus ē. & obſidione ad ultimā inopiā adduxit. Poeta canit cōtēdiſſe cumas ubi erat grachus magiſter equitū Iunii dictatoris. Subigit: cogit milites ire cumas. Sed cuſtos urbi gracchus: Liui. ait: caſtris romanis tūc Sēpronius pꝑat dictatore auſpicio℞ repetendo℞ cauſa iam pfecto romā caſilinū defendere nō potuit: nō. n. ī iuſſu dictatoris pugnandū erat: tn̄ ad eos qui obſidebāt̃ p fluuiū uulturnū noctu dolia frumenti miſit: quod cum pœni cognouiſſent phibuerūt cuſtodia. & ſic caſilinū annibali portas aperuit. Dictator in ſenatu cū magiſtratu abiret pauca de ſe locutus ī magiſtrū equitū. T. Sēproniū Gracchū magnā partē uertit. Vel: ēt certior ipſis muris. Luſtrat: circuit urbē annibal inops cōſilii. Alite: ueloci. Infit: loqt̃: ut agitet ſuos. Proh dii: uerba annibalis ad ſuos quos hortat̃ ad opem nauandā: ne laus tātis parta laboribus amittat̃. Locus ē ab honeſto. Vrbes graias: habitatas a græcis. & uiuentibus græco ritu. & has urbes graias quaſi molles. & litteris potius q̄ armis aptas appellat. Alpibus aſtat: ironice loquitur. q. d. pudor ē poſt ſupatas alpes cunctari ad mœnia græca: Non iubeo inqt nūc aſcēdere alpes ad cœlū erectas: ſed muros eo℞ qui uiuūt græco ritu. Hiātē: oſcitātē & ignauū. Agger: ipſe murus cumanus. Gracchuſque. ſ. te militem nō auſum moueri portis. i. ad portas ñ ſolum ad muros impetu deiiciendos.

Paruo in diſcrimine cerno an uobis gētes: ſenſus ē. In hoc paruo periculo ꝙ timetis oſtēditis omnibus gentibus ea: quæ a uobis geſta ſunt caſu quodam ac fortuna contigiſſe: non aūt noſtris uiribus: quod credibile eſt: ſi hoc paruū diſcrimē uos retardat. & unus gracchus: quos hactenus nō alpes: nō Scipio: non flaminius: nō paulus: nō tot romanorū milia ad cānas cæſa terruerūt: & ſic p has uictorias milites obteſtat̃ ſuos: hortaturque ad urbis oppugnationē deco-rumque præſtandum. locus eſt ab honeſto. Stagna: traſimenum. Fauentum deum: deorum qui nobis fauerunt: quoniam numen traſimeni lacus fauit pœno: ut dictum eſt. Dignos fama: non decebat milites tot uictoriis claros paruo diſcrimine retineri: ideo Annibal honeſti ac decori ſtudioſus ait: Teſtor me reddere uos dignos ueſtra fama: quā poſt uos trahitis. & hactenus comparaſtis. Si operam mihi nauare ſtudueritis efficiam: ut digni ea fama uideamini: quam uobis tot præteritæ uictoriæ compararunt. totus hic locus eſt ab honeſto. Siſtere: confirmare ad pugnam milites effœminatos luxu. & illecebris campano℞. Templa: appollinis. ſ. poſita a dedalo: ut canit Vir. i. vi. Redditus his primū terris. tibi phœbe ſacrauit remigium alarū. Alte: ab initio: ideſt altius repetit principiū tēplo℞. Immitis: ſupbiētis tūc ſecūda fortuna: d' hoc Virrio ſupra habuimus. Suſpicis: admiraris.

Ales fulua ioui tacito: ſi ad culmina niſu.
Euaſit ſerpens: terretque propinquus hiatu:
Illa hoſtem roſtro: atque aſſuetis fulmina ferre
Vnguibus inceſſens uidi circumuolat orbem.
Tandem ad uicinos cumarum uertere portus:
Defeſſus ſubigit: uarioque laceſcere motu
Fortunam: et famæ turbando obſtare ſiniſtræ.
Sed cuſtos urbi gracchus tutela uel ipſis
Certior arcebat muris: iterumque ſedere
Portis: atque aditus iterum ſperare uetabat.
Luſtrat inops animi rimatur omnia circum
Alite uectus æquo: rurſuſque hortatibus infit
Laudum agitare ſuos proh dii: qui terminus inqt
Ante urbes ſtandi graias oblite tuorum
Factorum miles quis erit modus? alpibus aſtat
Nimirum maior moles: et ſcandere cœlum
Pulſantis iubeo ſcopulos: quanq̄ altera detur:
Si ſimilis tellus: aliæque repente ſub aſtra
Exurgant rupes: non ibis: et arduus arma
Me ducente feres? tenet heu cumanus hyantem
Agger adhuc: muruſque tenet: gracchuſque moueri
Nō auſum portis: paruo ī diſcrimine cerno
An uobis gentes quæcunque labore paraſtis
Caſu geſta patent per uos tyrrhena fauentum
Stagna deum per ego et trebiā: cincreſque ſagunti
Obteſtor: dignos iam uoſmet reddite ueſtra
Quam trahitis fama: et reuocate in pectore cannas
Sic ductor feſſas luxu attritaſque ſecundis
Erigere: et uerbis temptabat ſiſtere mentem.
Atque hic perluſtrans aditus fulgentia cernit
Arcis templa iugo: quorum tum uirrius alte
Immitis ductor capuæ primordia pandit.
Non eſt hoc inquit noſtri quod ſuſpicis æui

Maiores manus: dedaleæ. Dictei regis: cretenſis minois nota eſt hiſtoria fabuloſa de dedalo & icaro apud poetas: & diodoꝝ ſiculum. Librans: ſuſtinens alis. Vidit: dedalus icarū plaudentē .i. percutiētē ſuo caſu & corpore mare cui dedit nomē icarium quippe dictū ē. Irrita tecta: cumana quæ non expugnauerat defendēte graccho. Vrbe dicarchea: puteolis ſupra dixit prole dicarchea. Defenſantū eoꝝ qui poteolos defendebāt. Obſepta: munita. Tepētes baiæ: ꝑpter aquas calidas quæ illic ſcatēt: Strabo dicit baias habere aquas calidas & ad uoluptatē & ad ſanādos morbos aptiſſimas:

Maiores fecere manus cum regna teneret
Dictei regis ſic fama eſt linquere terras
Dedalus inuenit: nec toto ſigna ſequenti
Orbe dare: etherias aliena tollere in auras.
Auſus ſe penna: atque homini monſtrare uolatus.
Suſpenſum hic librans media inter nubila corpus
Enauit ſuperoſque nouos conterruit ales
Natum etiam docuit falſæ ſub imagine plumæ
Attemptare uias uolucrū: lapſumque ſolutis.
Pennarum remis et non fœlicibus alis.
Turbida plaudentē uidit freta. dumque dolori
Indulget ſubito motis ad pectora palmis:
Neſcius heu planctu duxit moderante uolatus.
Hic pro nubiuago gratus pia tēpla meatu
Inſtituit phoebo: atque audaces exuit alas.
Virrius hæc: ſed enim ductor numerabat inertes
Atque actos ſine marte dies: ac ſtare pudebat.
Ingemt aduerſis. reſpectanſque irrita tecta
Vrbe dicarchea parat exatiare dolorem.
Hic quoque nunc pelagus nūc muri ſaxea moles
Officit audenti: defenſantumque labores
Dumque tenet ſocios dura atque obſepta uiarum
Rumpere nitentis lentus labor: ipſe propinqua
Stagnorum terræque ſimul miracula luſtrat
Primores adſunt capuæ docet ille tepentes
Vnde ferant nomen baiæ comitemque dediſſe
Dulichiæ puppis ſtagno ſua nomina monſtrat.
Aſt hic lucrino manſiſſe uocabula quondam
Cocyti memorat: medioque in gurgite ponti
Herculeū cōmendat iter: qua diſcidit equor
Amphitryoniades armenti uector iberi
Ille olim populis dictum ſtygia nomine uerſo
Stagna inter celebrē nunc mitia mōſtrat auernū
Tum triſti nēore atque umbris nigrātibus horrēs
Et formidatus uolucri lœtale uomebat
Suffuſo uirus celo ſtygiaque per urbes.
Religione ſacer ſeuum retinebat honorem.
Hinc uicina palus fama eſt acherontis ad undas
Pandere iter: cecas ſtagnante uoragine fauces

baiæ nomen habuerunt a baio ulixis ſocio. Dulichiæ puppis: ulixis dulichii: dulichiū .n. eſt ꝑpe ithacā ulixis natale ſolū. Aſt hic: alius cāpanus: lacus lucrinus quē cæſar dictator muro circūdedit ingēti īpēſa olī ſtagnū erat & appellabaꝛ cocytus a ꝑpīqua aq̄ q̇ in eū ſinū ſcatebat: cuius fontē apud inferos credidere quidā græci appellarūt acheruſiā paludē: quidā auernū: ſed tñ iſta loca ſepata ſūt a lucrino cū difficilē trāſitū peditibꝰ p̄beret: ferūt herculē intraducēdis bubus hiſpanis duxiſſe ꝑ cocytū aggerē lōgitudinis mille paſſuū: latitudinis q̄tū currus occuparet. Diſcidit: diuiſit: erat .n. agger cōſtructus īter mare & ipſū lucrinū. Ille: alius cāpanus. Noīe uerſo: qm̄ prius dicebaꝛ ſtix poſtea auernus q ē lacus ī ſinu baiano: ſupcilia q̄dā inq̄t Strabo ardua auernū undiq̧ cingunt p̄ter oſtiū: olī aūt referta nemoribꝰ & ꝓceris arboribꝰ īuia q̇ umbris obſcurū ſinū reddebāt aues ſupuolātes odor exhalās exanīabat: fons uero ibi fluuialibꝰ ſcatēs aq̄s excurrit ī marꝫ ab eius uſu abſtinebāt oēs ſtygias opinātes eē aq̄s: & hæc loca Plutōi dicata opinabāꝛ. Nūc celebrē: qm̄ .M. agrippa ut inq̄t Strabo auernū purgauit & lucos q obſcuris umbris locū dirū ꝛddebāt ſuccidit: locūq̧ illū pulchris ædificiis ornauit celebrēque ꝛddidit foſſāq̧ ſubterraneā inde cumas uſq̧ effodit: qd̕ opus aliq coccio: neruæ aſcribūt cuius meminit Hora. in ſer. Nūc mitia: cū prius eēnt horroris plena ꝓpter ūbras obſcuras & quādā ſupſtitionē. Tum: cū ſtyx diceret & nō eēt purgatus ab agrippa. Triſti: obſcuro & triſtitiā atq̧ horrorē ingrediētibꝰ īcutiēti. Horrēs: terribilis & horrorē faciens ipſe lucrinus.

Formidatus uolucri: qm̄ auernus dꝛ auibꝰ cōtrarius. Suffuſo: īfecto peſtifera exhalatiōe q̇ erat tāq̄ uirus ipſis maxime auibꝰ. Stigya religiōe: euocatiōe maniū & umbraꝝ q̇ illic fiebat. in auerno aūt īq̄t Strabo maiores noſtri homerica defūctoꝝ uaticinia fuiſſe crediderꝫ illucque ulixē nauigaſſe tanq̄ ad ſtygiū oraculū placatiſque prius ꝑ ſacrificia diis māibꝰ eo ītrabaꝛ aderāt ſacerdotes ad id duces locoꝝ fructus ꝑcipiētes: iō dicit poeta auernū fuiſſe ſacrū ſtygia ꝛligiōe. Seuū honorē: crudelē qm̄ mactabanꝛ hoīes & tali uictima euocabāꝛ manes. Vicia palus: acheruſia dicta ab acherōte fluuio illic erat dēſcēſus ad īferos. Cecas fauces: occultū ingreſſum.

Laxat:aperit. Nouo:qm̄ illic eſt ꝑpetua caligo & ipſa palus aliqñ hiatu ſolis lumen trãſmittit ad manes quod eſt illis nouũ. Situ:ſquallore offuſcãte occultãteque domos cymmerias: ephorus aũt quidã inqt Strabo uicinus cymmeriis habitãs in ſubterraneis eos habitare domiciliis cõmemorauit eoſque ꝑ foſſas quaſdã inter ſe cõmeare & aduenas ad oraculũ ueniẽtes admittere cymmerii nõ aſpiciebant ſolẽ noctu egrediebanť de quibus ſic ſcripſit Homerus in odyſſea eos ſol phætou nullo intuetur in tpe. Per longũ euũ.fuerãt quippe illi meatus ſubterranei detecti tpe Agrippæ: Strabo ait: his aũt annis cũ auerni lucũ ſucciderit agrippa effoſſaque cumas uſque ſubterranea foſſa oĩa de cymmeriis figmenta apta ſunt: Cicero ĩ academicis ait:& cymmeriis quidẽ qbꝫ aſpectus ſolis ſiue deus aliquis ſiue natura ademerat ſiue eius loci quẽ incolebant ſitus ignes tñ aderãt. Tartareæ:ſubterraneæ

Sulphure: qm̄ in tractu illo ſinuque cãpano ſulphuris & aquarũ calidarum plena ſunt oĩa. Anhelantes: eſtuantes

Vapore:fumo. Stygios: graues & male olẽtes ꝓpter ſulphur. Medullis:terræ uiſceribꝫ. Parturit:ĩmergit ipſa tellus & tremit. Cauas ſedes.qm̄ ignis cõceptus in ſubterraneis meatibus querit maiorẽ locũ & luctať exire: cũ autẽ nõ poteſt egr̃di generat magnũ murmur.

Fretis:mari qm̄ aqua igni cõtraria opponiť. Mulciber: ignis qui eſt ualidiſſimũ elementũ qm̄ oĩa conuertit in ſui naturã:unde futura eſt reſolutio huius uniuerſi per ignẽ quod & ſacræ lr̃æ atteſtanť & nõnulli philoſophãtes maxĩe Heraclitus: fore tñ aliqñ ĩquit Cice. in academicis ut oĩs hic mũdus ardore deflagret. unde Parmenides: principium rerũ dixit eſſe ignẽ. Mandit:cõſumit qa domat oĩa ignis. Tradũt herculea: cãpus eſt inqt Strabo noĩe phlegreus in quo res a gigãtibus geſtæ fabulæ diuulgãt nullã aliã ob cãm ut credi fas eſt q̃ ꝙ terra ipſa ſuapte uirtute p̃lioꝝ concitatrix eſt:poeta fingit gigãtes illic ſepultos ſubter anhelare ſed eſt rõ naturalis nam cũ oĩs ille tractus ſit ſulphureus & cauernoſus ĩpulſu uentoꝝ illic cauſať ignis q q̃rẽs maiorẽ locũ egredi luctať & cum habeat obſtaculũ fit murmur & motus terræ ut eſt in aere cũ ignis cõceptus cõflictu uentoꝝ in corꝑe nubium erũpẽs facit tonitruũ & coruſcatiões ex modico aere multũ gigniť ignis ꝓpter extenuationẽ:iõ poetæ fingũt uulcanũ habere ſuã officinã ĩ lipare inſula & gigãtes fulmĩe deiectos & flagrãtes ſuppoſitos mõtibus & ĩſulæ cãpaniæ & ſiciliæ qm̄ ignis naturaliter cõceptus inde egrediť. Torreri:cõburi. Cõpagã:terrã ſupĩpoſitã. Expaleſceť: fieri pallidũ egrediẽte fumo. prius.n.egrediť fumus inde pura flãma. Prochyte:añ miſenũ; ꝓchyta iacet ĩſula a pythecuſis q̃nq; diuulſa uñ nomẽ accepit ſub q̃ fingit poeta urgeri & cõprimi numãta gigãtẽ. Inaryme inſula ẽ cãpaniæ ſub q̃ iacet iapetus. Veſeua iuga:ueſeuus mõſ cãpaniæ q Tito cæſare iperãte cõflagrauit:Strabo ait his locis ĩcũbit mõs ueſuuius amœniſſimis habitatus agris excepto cacumĩe id magna ex ꝑte planitiẽ habet nullũ fructũ ferẽtẽ hẽt cineres cauernoſaque mõſtrat antra cõbuſtis ex petris ut color indicat q̃s ignis abroſerit:dr̃ ueſeuus ueſbius & ueſuuius: de cuius cõflagratiõe Martia. extat epigrãma. Hic ẽ pãpineis uiridis modo ueſbius ũbris. Saxa certãtia:pumices q ẽt ex etna euomũť. Fatis ethnæ:ſaxis & pumicibꝫ quos appellat fata ethnæ qm̄ cũ ille mons comburiť & pumices emittit uidetur conſumi & fato quodã affici.i. interitu. inde fatũ appellamus interitũ. Martia. Hanc mortem fatis magni præferre catonis. fama poteſt certo tibi dicimus & tecum. Miſenum:eſt promontoriũ prope cumas denominatũ a miſeno troiano illic ſepulto ut canit Virgilius. Idea nomina:troiana. Baulos: bauli oppidum campaniæ conditum ab hercule ac denominatũ a bubus.

Laxat:et horrendos aperit telluris hiatus
Interdũque nouo perturbat lumine manes
Ac iuxta caligante ſitu longũque per euum
Infernis preſſas nebulis pallente ſub umbra
Cymmerias iacuiſſe domos:noctẽque profundã
Tartareæ narrant urbis:tum ſulphure et igni
Semper anhelantes coctoque bitumine campos
Oſtentat tellus atro exundante uapore
Suſpirans:uſtiſque diu calefacta medullis
Eſtuat:et ſtygios exalat in aera flatus.
Parturit.et tremulis metuendũ exibilat antris.
Interdumque cauas luctatus rumpere ſedes
Aut exire foras ſonitu lugubre minaci
Mulciber immugit:laceratque uiſcera terræ
Mandit.et exeſos labefactat murmure montis.
Tradunt herculea proſtratos mole gigantes
Tellurẽ iniectam quatere: et ſpiramine anhelo.
Torreri late campos:quotienſque minantur
Rumpere compagẽ impoſitã expaleſcere cœlum.
Apparet proch yte ſeuum ſortita numanta.
Apparet procul inarimæ quæ turbine nigro
Fumantem premit iapetũ flammaſque rebelli
Ore eiectantem:et ſiquando euadere detur
Bella ioui rurſus ſuperiſque iterare uolentem.
Monſtrantur ueſeua iuga.atque in uertice ſũmo
Depaſti flãmis ſcopuli:fractuſque ruina
Mons circũ:atque etnæ fatis certantia ſaxa
Nec non miſenum ſeruantem idea ſepulchro
Nomina:et herculeos uidet ipſo in littore baulos.

Miratur pelagique minas terræque labores
Quæ poſtq̄ perſpecta uiro regreſſus ad altos
Inde pherecyadum muros et frondentia lœto
Palmite deuaſtat niſea cacumina gauri
Hinc ad chalcidicā tranſfert citus agmina nolam
Campo nola ſedet crebris circūdata in orbem
Turribus.et celſo facilē tutatur adiri
Planiciem uallo.ſed qui non turribus arma
Defendenda daret:uerum ultro mœnia dextra
Protegeret marcellus opem auxiliumque ferebat
Iſque ubi agenoream procul aduētare per equor
Et fere ad muros nubem uidet arma cruentus
Hoſtis adeſt:rapite arma uiri clamatque capitque
Circūſtant rapidi iuuenes.aptantque frementi
Sanguineas de morte iubas:ſonat inde citato
Agmina diſponens paſſu tu limina dextræ
Seruabis porte nero:tu conuerte cohortes
Ad leuam patrias et larinatia ſigna
Clarum uolſcorum tulli decus.aſt ubi iuſſo
Per tacitum ruptis ſubita ui fundite portis
Telorum in campos nimbum·ferar ipſe reuulſa
In medios:equitūque traham certamina porta
Dūque ea marcellus iam clauſtra euellere pœni
Et ſcalis ſpretos temptabant rumpere muros
Inſonuere tubæ paſſim clamorque uirorum
Tinnituſque ſimul litui raucoque tumultu
Cornua et in membris concuſſa furentibus arma
Fertur acerba lues diſiectis incita telis
Effuſæque ruunt inopino turbine turmæ
Improbus ut fractis exundat mollibus amnis:
Propulſum ut borea ſcopulis impīgitur equor:
Et rupto terras inuadunt carcere uenti.
Nec terrente libys uiſu armorūque uirumque
Deiectū ſperare ualet dux dardanus inſtat
Attonito progreſſus equo tergiſque ruentum
Incūbens haſta.ſocios nūc uoce fatigat
Perge age fer greſſus:dexter deus horaque nr̄a ē:
Hac iter in muros capuæ. nunc rurſus in hoſtem
Conuerſus ſta quo raperis?nō terga tuorum
Te ductor libyæ increpito.ſtat cāpus et arma
Et mars in manibus dimitto a cede cohortes
Spectemur ſoli:marcellus prælia poſco

Muros pherecíadū:cumanoꝝ neapolitanorūque a pherecide ducē eoꝝ qui in italiā nauigātes ea loca incoluerunt.

Gauri:gaurus mons cāpaniæ ſupra nolā uitibꝫ cōſitus:iō ait Nyſea cacumīa.i.bacchica qm̄ a nyſa urbe bacchus appellatus eſt dionyſius. Nolā chalcidicam quā tenuerūt chalcidēſes qui ſūt in euboia. Cāpo nola ſedet:deſcribit ſitum nolæ. Celſo uallo:alto muro. Sed q nō turribꝫ.i.aderat marcellus p̄tor qui dextra nō muris tutari nolam audebat erupit.n.e portis īſtructa acie ac hoſtes ī fugā uertit. Agenoreā:pūicā. Equor:planitiē. Nubē:globū militū. Hoſtis:annibal. Fremēti:marcello hoſtibus irato. Nero:de hoc nerone habebius ī morte aſdrubalis.ad tres portas in hoſtes uerſas inqt Liuius tripartito exercitū inſtruxit media porta robora legionū:ac romāos equites duabꝫ aliis portis nouos milites leuēque armaturā ac ſocioꝝ eqtes ſtatuit:& ita īſtructi intra portas ſtabāt. Larinatia ſigna:larinates ē populi:ī latio de qbus dictū ē. Tulli đ hoc tullio rege uolſcoꝝ ſupra hūimus a quo habuit originē.M.T.Ci. Iuſſo:iubeo ſiue iuſſero īuſitatū ē uerbū iuſſo ſed imitat̃ Virgi.apud quē eneas ait Cætera q̄ iuſſo mecū manus īferat ardens. Inſonuere tubæ:ſucceſſit ad muros acies punica īqt Liuius patefacta repente porta marcellus ſigna canere clamorēque tolli ac pedites primū deinđ eqtes q̄to maxīe poſſēt impetu in hoſtē erūpere iubet ſatis terroris tumultuſqꝫ ī aciē mediā īulerūt. Lues cōcita:ipſi milites moti ad irā erūpebāt afferētes luē & dānū hoſtibus. Ruūt:cū duabꝫ circa portis īqt Liuius.P.ualerius flaccus.&.C.aurelius legati in cornua hoſtiū erupere addidere clamorē lixæ caloneſqꝫ & alia turba cuſtodiæ īpedimētū appoſita duo milia &.cc.hoſtiū cæſa qdā autores ſūt nō plus uno romanos amiſiſſe ānibal ſpe potiūdæ nolæ adēpta cū accerras receſſiſſet marcellus extēplo clauſīs portis cuſtodibuſqꝫ diſpoſitis neqꝫ egrederet̃ q̄ſtionē in foro de his q clā ī colloqis hoſtiū fuerāt habuit ſupra.lxx.dānatos pditiōis ſecuri pcuſſit bōaque eoꝝ publicauit & ſūma reꝝ ſenatui tradita cū oī exercitu profectus ſupra ſueſſulā caſtris poſitis conſedit.

Improbis ut fractis:marcellū magno īpetu erūpētē in pœnos cōparat fluuio trāſcēdēti ripas & mari uēto īpacto in ſcopulos. Mollibꝫ:aggere & ripis. Improbus:noxius & ī undatiōe agros deuaſtās. Deiectū:deiectionē.i.nō poterat annibal deiicere romāos ac reprimer̃ q īſtabāt urgēte marcello. Dux dardāus:marcellus rōanus. Attonito:currenti. Perge age.uerba marcelli hortātis ſuos. Dexter:ꝑpitius. Stat:uerba marcelli prouocātis annibalem fugiētem ad ſingulare certamen.

Iuueni barceo: annibali qui habebat originem a barca: adde etiam q̀ eius pater amilcar barca co/gnominabatur. Honor: erat quippe honor congredi cū marcello & preciū periculi magnū erat ui/ctoria. ſ. de marcello qui retulerat ſpolia opima ioui feretrio: & erat uir fortiſſimus & multi nois.
Suprema fata: mortem. Siſtere: retinere. Perculſos: aīo cōſternatos & uertētes terga. Siniſtris: infœlicibus nobis qm̄ nimia capuæ bona & luxus uires noſtras perdiderunt. Eſt dedecori: qm̄ fu/giendo amittitis gloriam partam. Nil fidum: rex aſſyrioꝶ adhortans ſuos ad pugnam ut eſt apud

S ic rector latius: iuuenique inuadere pugnam
B arceo ſuadebat honor: preciumque pericli.
S ed non hæc placido cernebat pectore iuno.
C eptoque auertit ſuprema in fata ruentem.
S iſtere perculſos ille et reuocare laborat.
T ales ne e gremio capuæ tectiſque ſiniſtris
E gredimur? ſtate o miſeri quis gloria ſumma
D edecori eſt: nil uos hodie mihi credite terga
V ertentes ſidum expectat. meruiſtis ut omnis
I ngruat auſonia: et ſeuo mauorte paraſtis
N e qua ſpes fuſos pacis uitæque maneret.
V incebat clamore tubas: uociſque uigore
Q uamuis obſtructas ſeuus penetrabat in aures.
P olyclamanteis iuuenis pedianus in armis
B ella agitabat atrox: troianaque ſemina et ortus
A tque antenorea ſeſe de ſtirpe ferebat.
H aud leuior generis fama: ſacroque timauo
G loria et euganeis dilectū nomen in oris.
H uic pater eridanus uenetæque ex ordine gentes
A tque apono gaudens populus ſeu bella cieret
S eu muſas placidus doctæque ſilentia uitæ
M allet: et aonios plectro mulcere labores.
N on ullum dixere parem: nec notior alter
Q ui poſtq̄ effuſis urgens ueſtigia frenis
P œnorū iuxta galeā atque inſigne perempti
A gnouit ſpoliū pauli: puer illa gerebat
N on paruo lætus ductoris munere cinyps.
D ilectus pœno cinyps. quo gratior ora
N on fuit: ac nulla nituit plus fronte decoris.
Q uale micat ſeṗque nouū eſt: quod tyburis aura
P aſcit ebur: uel qui miro candoris honore
L ucet in aure lapis rubris aduectus ab indis.
Q uem poſtq̄ egregiū criſtis et caſſide nota
F ulgentem extremo pedianus in agmine uidit
C um ſubita ante oculos pauli emerſiſſet imago

xenophontem li. iii. dixit: Stultus eſt ſi quis uitæ appetens ſe fugæ cōmiſerit cū non ſit ignarus uictoria parari ſalutem ac mortē fugiētes magiſq̄ manentes op/petere. Meruiſtis. ſ. opera ueſtra & re/bus fortiter geſtis ut omnis italia in nos iruerīt & ita romāos attriuiſtis ut nullā ſpem pacis habeatis: & locus eſt ab utili ergo fortiter pugnandū eſt quia fugien/tibus nullū eſt tutū perfugiū. Pacis. ſ. faciendæ cū romanis. Iuuenis pedia/nus: alludit ad pedianū aſconiū qui pa/tauinus fuit & originē ducebat a poly/damāte troiano. is habitus eſt orationū Ciceronis ueriſſimus interpres & Vir/gilia ni operis acerrimus defenſor. An/tenorea: qm̄ antenor cōdidit patauiū.
Haud leuior. q. d. gloria ipſius pedia/ni reſpondebat famæ maioꝶ ſuoꝶ qui clari fuerunt. Timauus naſcit̄ in nori/corū alpibus ſecat deinde aquileienſes agroſquē uſurpāt poetæ pro prentelia fluuio patauino. Sacro: propter troia/nos qui per timauū ingreſſi ſunt eam oram italiæ ſacraque intulerunt. euga/nei dicunt̄ genere praſtātes de quibus dictum eſt. aponus fons in agro patau/ino Martialis cenſet̄ aponi liuio ſuo tel/lus: & Lucanus: colle ſedens aponus.
Silentia: ipſa ſtudia & ocia lr̄arū: qm̄ ualebat ingenio ac dextra alludens ut dixi ad pedianū aſconiū uirū litteratiſ/ſimū. Aonios labores: cantus pierios & uerſus. Doctoris: annibalis qui cy/niphi galeam æmilii pauli donauerat.
Quale micat: huius pulchritudinem ac uenuſtatem cōparat ebori ac marga/ritis. Tiburis aura: qm̄ fiebat candidi/us ebur aura tiburtia: Martialis: Tibur in herculeum migrauit nigra liquoris. Oīa dū fieri cādida credit ibi. Miro honore candoris. qm̄ margaritaꝶ omis dos ē ī cādore ut ſcribit Plinius: ſūt aūt partus cōchaꝶ ut idē dicit ꝓ q̄litate ro/ris accepti unio & margarita idē: qm̄ ut ait Plinius. ī una cōcha nulli duo repe/riūt̄ indiſcreti nomē unionū romanæ īpoſuer̄ delitiæ. īpoſitū aūt fuit hoc no/mē magnis margaritis rōæ bello iugur/thino ut Helius ſtilo ſcriptū reliq̄t. In aure: qm̄ mulieres quōdā ī auribꝰ ſuſpē/debāt ad luxū & magnificētiæ oſtētati/onē & ꝓcerioribꝰ iq̄t Pli. ſua gr̄a ē elē/cos appellāt faſtigiata lōgitudīe hos bi/nos ac ternos auribꝰ ſuſpēder̄ fœmiaꝶ gloria ē: unū dicit Hora. ī ſer. filiū eſopi deluiſſe acero inſignē bacā detractā ex aure metelle: & đ cleopatra hoc idē ſcribit Pli. Rubris undis: a mari rubro ꝓcipue īq̄t Pli. Laudāt̄ margaritæ circa arabiā ī pſico ſinu maris rubri. Caſſiđ nota: qm̄ fuerat pauli æmilii.
Extrēo in margīe: ī ultīo ordīe ubi cinyps puer erat tyro: hoc nomē ſūptū ē a cinyphi flu. aphricæ.

Sedibus infernis: amiſſaque poſceret arma:
Inuadit frendens tu ne ignauiſſime ſacri
Portabis capitis? que non ſine crimine ueſtri
Inuidiaque deum geſtaret tegmina ductor.
En paulus. uocat inde uiri ad ſpectacula manes.
Et fugientis agit coſtis penetrabile telum.
Tum delapſus equo galeā atque inſignia magni
Conſulis abrumpit dextra: ſpoliatque uidentem.
Soluitur omne decus lœto: niueoſque per artus
It ſtygius color: et formæ populatur honores
Ambroſiæ cecidere comæ. uiolataque ceruix
Marmoreum in iugulū collo labente recumbit.
Haud ſecus occeano rediens cythereius ignis
Cum ſeſe ueneri iactat ſplendore refecto
Si ſubita inuadat nubes hebetatur et atris
Decreſcens tenebris languentia lumina condit:
Ipſe etiam capta pedianus caſſide nudos
Attonitus ſtupet ad uultus. iraſque cohercet.
Tum galeam magno ſotium clamore reportans
Immitem quatiebat equum ſpumantia ſeuo
Frena cruentantem morſu: cui turbidus armis
Obuia marcellus rapido tulit ora tumultu.
Agnoſcenſque decus: macte o uirtutis auitæ
Macte antenoride nunc inquit rapta petamus
Quod ſupereſt lybici ductoris tegmina: et ardens
Terrificis ſeuam fundit ſtridoribus haſtam.
Nec forſan uoti uanus foret: obuia ni uis
Geſtaris oppoſito tenuiſſet corpore telum:
Qui dum uicinis ductorem protegit armis
Tranſabiit non hunc ſitiens grauis haſta cruorē.
Ingenteſque minas mutata morte peregit
Auehitur raptim ductor diſcrimine lœti
Turbatus: curſumque ferens ad caſtra capeſſit:
Iamque fugæ immodicus tendit certamine greſſū
Præcipitem uerſis pœnorū exercitus armis.
Aſſequitur telis hoſtis longaque uiritim.
Exatiant iras cladum: cœloque cruentos
Certatim oſtentāt et diis ultoribus enſes.
Ille dies primo docuit quod cedere nemo
Auderet ſuperis martis certamine ſiſti
Poſſe ducem libyæ. raptant curruſque uiroſque
Maſſylamque feram: et uiuis auulſa reportant

Veſter ductor. i. non modo tu indignus es galea pauli ſed etiā annibal niſi cum magno crimine ac inuidia deorū.
En paulus: irōice & ex ſtomacho ecce īquit qui uidetur dignus ſpoliis pauli.
Manes. animam pauli. Fugiētis: cynthis. Stygius: niger quia moriebatur.
Ambroſiæ: diuinæ: ſic Virgi. de uenere. Ambroſiæque comæ diuinū uertice odorem ſpirauere. Ambroſia ſumitur a poetis pro poculo diuino. eſt etiā frutex dēſum ac ramoſum. Haud ſecus: morientem puerum & decus formæ læthо amittentē comparat lucifero cuius fulgor nubium oppoſitione hebetatur
Cythereius ignis: lucifer qui dicitur ſtella ueneris. Cui: pediano. Macte o uirtutis auitæ: uerba marcelli in laudē pediani. Antenoride: patauinæ & qui habes originem ab antenore. Feram: elephantum.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Sub cuſpide ictu:quoniã uiderunt annibalem fugientem.Ingens eo die inqt Liuius res ac neſcio an maxima illo bello geſta ſit: nõ uinci.n.ab annibale uinci ſolitis difficilius fuit q̃ poſtea uicer̃.

Decori martis.i.dicebãt marcellũ eẽ ſimilẽ marti. Quãto hanc:quærimonia & indignatio annibalis de turpi fuga. Eluerim:purgauerim hoc dđecus.

Statius: iudicas me dignũ tam turpi morte poſt uictorias mihi hactenus cõparatas. Voſq;:uertit ſermonẽ ad milites effemĩatos cãpano luxu. Nõ degener ipſe:inqt annibal ego nõ degeneraui a meis geſtis & non uerti ſigna uictricia romanis: nec illis dedi terga ſed uobis quos præliũ fugere uidebã ꝑter decoꝝ. Priſci martis: uictoriæ & aĩ quẽ prius in marte habuiſti o miles. Euentus graues: clades: nã in cæteris præliis romani ſuccubuerãt. Primo muner̃: uictoria quæ uidebar̃ eſſe munus dei.

Tollit:erigit aĩos & bene ſperare incipit. Ante oĩs:illi dederũt pœnas qui ſe abſconderãt ne ad bellũ mitterentur.

Dulcedine uitæ: tãgit hiſtoriã de captiuis in pugna cannẽſi a quibus ſcribit Liuius miſſos fuiſſe legatos romã ut redimerent: quod cũ renuiſſent patres unus ex his doũm abiit q; fallaci reditu in caſtra iureiurãdo ſe exoluiſſet qđ ubi innotuit relatũque eſt ſenatui oẽs conſuerũt cõpræhẽdendũ & cuſtodib; publice datis deducendũ ad annibalẽ alia fama eſt inquit decẽ remanſiſſe q; per cauſam recognoſcendi noĩa captiuoꝝ ad annibalẽ ex itinere regreſſi religione exſoluiſſent ſeſe de his dedẽdis magna contentione actũ in ſenatu eſſe uictoſque paucis ſentẽtiis &c.meminit etiã Cicero huius rei in.iii. de officiis.

Iurata:qm̃ iurauerant ſe redituros.

Gentẽ.ſ.romanã qm̃ illos ad pœnum remiſerunt qui iuſiurandũ uiolauerãt fuere etiã puniti milites qui cogitauerãt patriã deſerere ſuaſu metelli. Decus capitis.i.oĩa ornamenta muliebria ut annulos armillas & cætera id genus.

Haud tãta feciſſe uiros: ſenſus ẽ: uiri nõ ægre ferebant ſe in tali tpis conditione ſuperari a mulieribus quæ ꝓ cõi ſalute ꝓpria cõferebãt ornamẽta ad uſũ belli: & ideo ait bellaque miniſtrant.

Sorte laudis:nã maiorẽ laudẽ ſortitæ uidebar̃ mulieres q̃ hoĩs. Lætar̃.ſ.romani ceſſiſſe facto mulierũ ituro in ſæcula. In mediũ: ĩ cõe & ad belli uſũ queẽadmodũ fecerant mulieres. Vitæ melioris:lautioris nil relinquebant domi quo lautius uiuerent:coĩs quippe ſalus priuata uoluptate & lautia erat illis antiquior qui etiam uitam propriã effundere cupiebant. Sine noĩe.i. ignobiles & uulgares.

Tegmina bellantũ:atque abeũt ſub cuſpide terga
Contenti uidiſſe ducis tum martis adæquant
Marcellũ decori:graditur comitante triũpho
Maior q̃ ferret cum uictor opima tonanti.
Inde furens poſtq̃ uallo uix depulit hoſtem
Ductor agenoreus quãdo hanc quãtoque cruore
Hoſtili labem eluerim:mea terga uidere
Contigit auſoniæ:me ne inquit ſumme deorum
Poſt trebiam ſtatuis iam triſti funere dignum?
Voſque inuicta diu nunc heu ſine marte iuuẽtus
Debellata bonis capuæ non degener ipſe
Geſtorum auſoniis uerti uictricia ſigna
Vobis terga dedi:uidi cũ ad bella uocarem:
Non ſecus atque italo fugere a ductore pauentes:
Quid reliquũ priſci martis tibi: qui dare terga
Me reuocante potes? fundebat talia pœnus
Et latiæ ſeſe nolana ad mœnia turmæ
Portantes ſpolia inſigni clamore ferebant
At conſueta graues per longum audire ſuorum
Euentus roma:et nunq̃ recreare ſecundis.
Allato tandem fauſtæ certamine pugnæ
Erigitur:primoque deum ſe munere tollit.
Ante omnes pigra in martẽ fugienſque laborũ
Dum bellũ tonat:et ſeſe furata iuuentus
Dat pœnas latebræ:tum qui dulcedine uitæ
Inuenere dolos iurataque fœdera pœno.
Corrupere notant:et purgant crimine gentem:
Punitur patriã meditantũ linquere terram.
Cõſilium infelix.ſcelerataque culpa metelli
Talia corda uirum:ſed enim non fœmina ceſſit
Mente æquare uiros.et laudis poſcere partem
Omnis præ ſeſe portans capitiſque manuſque
Antiquũ decus ac direpta monilia collo
Certatim matrona ruit:belloque miniſtrant.
Haud tanta ceſſiſſe uiros in tempore tali
Laudis ſorte piget:factoque in ſecula ituro
Lætantur tribuiſſe locum tum celſa ſenatus
Subſequitur turba.in medũ certamine magno
Priuatæ cumulantur opes:nudare penates
Ac nihil arcanos uitæ melioris et uſus
Seposuiſſe iuuat.coit et ſine nomine uulgus
Corpore ſic toto ac mẽbris roma omnibus uſa

Exangues rurſus tollebat ad æthera uultus.
Addunt ſpem miſeris dulcem parnaſia cyrtha
Portantes reſponſa uiri. nam læta ferebant
Exaudiſſe aditis ſacra cum uoce tonaret
Antrum: et mugiret phœbo iam intrata ſacerdos.
Soluite gens ueneris grauiores corde timores.
Aduerſa: et quicquid duri ſub marte manebat
Exhauſtum eſt uobis. reſtant leuiora laborum.
Et ſine pernicie terror. diis uota: preceſque
Ferte modo: et tepidos aris libate cruores
Neu date terga malis. aderit gradiuus: et ipſe
Delius auertet propiora pericula uates:
Troianos notus ſemper minuiſſe labores.
Sed uero: ſed enim ante omnes altaria fument
Centum feſta ioui centum cadat hoſtia cultris.
Ille trucem belli nubem: ſæuaſque procellas
In libyam uiolenter aget. ſpectabitis ipſi
Egida turbato quatientem in prœlia mundo.
Aſt ea parnaſi poſtquam clamata ſub antris
Allatum: uulgique deus peruenit ad aures:
In capitolinas certatim ſcanditur arces.
Sternūturque ioui: et delubrū ſanguine honorāt.
Tum peana canunt: reſponſaque fida precantur
Interea aſſuetis ſenior torquatus in armis
Sardoas patrio quatiebat milite terras.
Namque ortum iliaca iactans ab origine nomen
In bella hampſagoras tyrios renouata uocarat
Proles pulchra uiro: nec tali digna parente.
Oſcus erat cuius fretus fulgente iuuenta
Ipſe aſper paci crudos ſine uiribus annos
Barbarici ſtudio ritus refouebat in armis:
Iſque ubi torquatum raptim properata ferentem
Signa uidet: pugnæque auidas accedere dextras:
Fraude loci nota latebroſa per auia ſaltus
Euolat: et profuſa fugæ compendia carpens
Occulta tegitur ualle: et frondentibus umbris

Addunt ſpem miſeris: Liuius ait. Qu. Fabius prætor legatus a delphis Romā rediit: reſpōſumque ex ſcripto recitauit: diuinaque: quæ in eo erant: qbus quotque modis ſupplicaret. Tum ſi ita facitis romani ueſtræ res meliores: fortioreſque erunt: magiſque ex ſententia reſpu. ueſtra procedet: uicto/riaque duelli populi romani erit apollini donū mittitote: deque præda manubiis: ac ſpoliis honorē habetote. hæc ubi ex græco carmine interpretata recitauit ſenatus decreuit: ut hæ res diuinæ: ſuppli cationeſque primo quoque tēpore fierēt. Antrū: Stra. loquēs de tēplo apollinis delphici ait: Auto/res certi memorāt diuinū ipſum domi cilium ꝓfundam & curuam eſſe ſpelū cā: non admodū lato ore patentē unde aura referť ſacro efflante numine. Intrata phœbo. i. hauſto diuinandi ſpiri/tu. Soluite gens ueneris: oraculum da tū romanis ab apolline delphico. Ex/hauſtum: finitum. Libate. i. mactate oues ad aras apollinis. Sternunť: fiūt lectiſternia in templo Iouis capitolini: & apollinis. Peana: laudes appolli/nis. Interea aſſuetis: tranſit nunc poe ta ad bellum ſardoum: cū nunciatum eſſet punico ſenatui in hiſpania rē ma le geſtam: omiſque ferme hiſpanos ad romanos defeciſſe: erant q Magonem cū claſſe cōparata: & copiis omiſſa ita/lia in hiſpaniā auerterent: cū ſardiniæ recuperandæ repētina ſpes iniecta eſt. paruū ibi exercitū romanum eſſe. nam diſcedebat Cornelius ꝑtor: & feſſi ani/mi ſardoꝶ erant diuturnitate imperii. nam graui tributo: & iniqua frumenti collatione opprimebanť. clamdeſtina legatio ad pœnos ꝑ principes ſardiniæ miſſa fuerat maxime eam rem moliēte amſagora: q tum auctoritate atque opi bus lōge prius erat: his nūciis ꝓpe uno tempore turbati: erectique Magonē cū claſſe ſua: copiiſque in hiſpaniam mit tūt in ſardinia Aſdrubalē cognomēto caluum eligunt ducem. & tm̄ ferme co piarū quātum Magoni decernūt: cū ro mā eſſet allatū ſardos ad defectionem ſpectare miſſus ē eo Titus Mālius Tor/quatus: qui bis conſul: cēſorque fuerat: ſubegeratque ī cōſulatu ſardos: ideo di cit poeta aſſuetis armis. Interea: dū ta lia ī italia geruntur. Patrio milite: roma no & italo. Nāque ortū iliaca: narrat poeta quēadmodū amſagoras miſſa le gatiōe uocauerat carthaginēſes. Iliaca: qm̄ qdā iliēſes ſardiniæ ꝑtē habitarūt ce leberrimi inqt Pli. in ea populoꝶ iliē ſes. Reuocata: rnouata qm̄ prius fuerat bellū: amiſerāt. n. carthaginēſes ſardi/niā & Sciciliā. Proles pulchra uiro: ipi amſagorꝛ filius erat noīe oſcus. Cuius: oſci. ſ. iuuenili ætate ac robore fretus pr. Aſper paci: inimicus paci. Studio barbarici ritus: ut barbari faciūt. Stra. ait cū peſtilētibus in locis exercitū aſſi/due nutrire minime cōducat. reliquū āt ē illis impatoribus: ut exercitus du/cťēt artibus quibuſdam & quidem barbarorum morem obſeruantes. nam hi poſt latrocinium dies complurimos prædæ nundinas cele/brant tum incurſant: multoſque mortales in manus retrahunt. Compendia: breue iter.

Inſula fluctiſono:deſcribit ſardiniā.
Profūdo:mari ſardoo. Enormes:ui
les.& interdū peſtiléres. Sub imagine
plātæ: nā ſardinia ē ad ſimilitudinem
humani ueſtigii: & iō ichnuſa dicta ē:
ichnos.n. græce latīe ſigificat ueſtigiū.
unde ſardiniā ſandaliotim appellauit
Timeus ab effigie ſoleæ. Myrſilus autē
ichnuſam.ſardinia a ſardo filio hercu
lis:q e libya ueniēs inſulā occupauit:&
nomē dedit. Inde:ex hoc:qa hēt for
mā ueſtigii. Libyci herculis:qm̄ ſex fu
erūt hercules:ut ſcribit Ci. ī li. de na.
deo. Secūdus fuit ægyptius nilo natus:
quē aiunt phrygias lr̄as cōſcripſiſſe:de
hoc intelligit poeta. Teucri:troiani:q
ī ſardinia dicti ſunt iliēſes. Claſſe pa
terna:memoriæ ꝓditū ē iqt Stra. Iolaū
pleroſque adducētē herculis filios huc
applicuiſſe: & cū inſulæ accolis barba
ris cohabitaſſe:q natione tuſci erāt. īde
iolēſes uocati ſunt. Theſpiadū:filioꝝ
herculis:de qbus dictū ē. illic teſpiadū
docuit ſubmittere colla nepotes. Fa
ma ē:nūc dicit ariſteū ueniſſe in ſardi
niā filiū cyrenes nymphæ & apollinis.
Acteon fuit filius Ariſtei ex autonoe fi
lia cadmi: q cū uidiſſet dianā nudā cō
uerſus ē ab ea ī ceruū:& a ꝓpriis lacera
tus ē canibus:ut canit Oui. Spectatæ:
uiſæ a ſe ī fonte. Oui. Inſcius acteon ui
dit ſine fraude dianā. Nouitate mali:
qm̄ acteonē uerſum in formā cerui ca
nes lacerarūt. Sardoos:receſſus:ſeceſ
ſiſſe ī ſardiniā. Pura ſerpētū:nō ſunt
ſerpētes in ſardinia. Triſtis cœlo:pars
ſardiniæ nō modica aſpera ē: minime
que trāqlla inqt Stra. Magna quoque
pars agrū hēt rebus oībus fœlicē ꝑcipue
tritico locoꝝ quoque uirtuti maligni
tas quædā obſtat. Inſula.n. æſtiuo tp̄e
morboſa ē ī locis maxime fecūdis. Vi
tiata:corrupta ꝓpter paludes:quarū ex
halatio inſulā inficit. Torrida: ſicca
in ea parte quæ uergit ad italiā. Palli
da: ꝓpter nimios æſtus ſole cācrū aſcē
dēte.& flāte auſtro:q ē calidus & humi
dus. Cætera.ſ. pars eſt cereri docilis.
Hoc habitu: qualitate ac natura ſoli.
Hoſtis:amſagoras. & filius oſcus. Si
donia tæla:ſubſidiū punicū. Iberos:
hiſpanos: q cū ueniſſent aīos amſago
ræ auxerūt.& iam apto marte pugnare
cupiebat:cum prius p inuia & ſaltus la
tuiſſet. Lōgū: uidebat amſagoræ lon
gū illud tēpus:quo tēdebat ī hoſtē tan
tus erat ardor pugnæ. Coire:ſimul ire
ī hoſtē coimus. Exptos:quos in aliis ꝑ
liis fuerāt expti:cū torquatus inſulam
ſubegiſſet in conſulatu. Inde: poſt
quam uentum eſt ad enſes. Sed uos calliope:repetit uotum Syllius narraturus laudem Ennii:q per
id tēpus in ſardinia ſub Torquato militabat cēturio. Facta uiri:Ennii meſſapus fuit rex apuliæ &
calabriæ:a quo meſſapia. Latiæ uitis:erat centurio Ennius. centuriones uitem ꝓ inſigni geſtabant.

I nſula fluctiſono circumuallata profundo
C aſtigatur aquis:compreſſaque gurgite terris
E normes cohibet nudæ ſub margine plantæ.
I nde ichnuſa prius grais memorata colonis
M ox libyci ſardus generoſo ſanguine fidens
H erculis ex ſeſe mutauit nomina terræ.
A ffluxere etiam:et ſedes poſuere coactas
D iſperſi pelago poſt eruta pergama teucri.
N ec paruum decus aduecto cum claſſe paterna
A gmine teſpiadum terris iole dediſti.
F ama eſt cum laceris acteon flebile membris
S upplicium lueret ſpectatæ in fonte dianæ
A ttonitum nouitate mali fugiſſe parentem
P er freta ariſteum:et ſardoos iſſe receſſus.
C yrenen monſtraſſe ferunt noua littora matrem.
S erpentum tellus pura ac uiduata uenenis.
S ed triſtis cœlo:et multa uitiata palude:
Q ua uidet italiam:ſaxoſo torrida dorſo.
E xercet ſcopulis late freta:pallidaque intus
A rua coquit nimium cancro fumantibus auſtris:
C ætera propenſæ cereris nutrita fauore.
H oc habitu terræ nemoroſa per inuia crebro
T orquatum eludens hoſtis ſidonia pugnæ
T æla expectabat:ſocioſque laboris iberos
Q ui poſtq̄ appulſis animos auxere carinis:
H aud mora prorumpit latebris:aduerſaque late
A gmina inhorreſcunt: longumque coire uidetur.
E t conferre gradum media interualla patentis
C orripiunt campi properatis eminus haſtis.
D onec ad expertos enſes fidiſſima tæla
P eruentum.dura inde lues:ceduntque: caduntque
A lternique animas ſæuo in mucrone relinquunt.
N on eq̄dē innumeras cædes:totoque horrida facta
S perarim tanto digne pro nomine rerum
P andere:nec dictis bellantum æquare calorem.
S ed uos calliope noſtro donate labori
N ota parum magni longo tradantur in æuo
F acta uiri:et meritum uati ſacremus honorem.
E nnius antiqua maſſappi ab origine regis
M iſcebat primas acies:latiæque ſuperbum

Hiſpida:inculta. Rudiæ:oppidũ calabriæ patria Ennii:ut ẽt Stra.ſcribit: Cato cenſorius didicit litteras græcas ab Ennio:q ſcripſit annales:quos p cõpita urbis.Qu. Vargũteius pnunciare ſolebat: huius Ennii meminit Lucre.lib.primo:Ennius ut noſter cecinit:q primus amœnã detulit ex helicone perẽni flore coronã. Vates ut thracius:Orpheus tpe quo nauigauit cũ argonautis. Cyricus rex ĩ ppontide:a quo cyzicus nomẽ accepit.inſula duobus põtibus quondã iuncta cõtinenti. hoſpicio excepit argonautas:ut canit.V.Flaccus:in,quos pfectionẽ parantes:cũ nondũ ſoluiſſent eportu cyziceni furore impulſi: cũ arbitrarent adeẽ hoſtes:q ppinqui erant impetũ fecerẽt: quo ṗlio cyzicus rex cecidit dolentibus poſtq̃ res cognita ẽ argonautis ferũt orpheum ea nocte pugnaſſe fortiter. Argo:ipſos argonautas. Pectine:ipa lyra. & plectro. Sperãs fore æternum.i. magna laude dignũ:ſi enniũ interficeret.

Vitis adornabat dextra decus.hiſpida tellus.
Miſerunt calabri.rudiæ genuere uetuſtæ.
Nunc rudiæ ſolo memorabile nomen alumno.
Is prima in pugna uates:ut thracius olim
Infeſtam bello quateret cum cizicus argo
Spicula depoſito rhodopeia pectore torſit.
Spectandum ſeſe non parua ſtrage uirorum
Fecerat:et dextræ gliſcebat cedibus ardor.
Aduolat æternum ſperans fore pelleret oſcus
Si tantam labem:ac perlibrat uiribus haſtam.
Riſit nube ſedens uani conamina cœpti
Et tælum procul iuuentos dimiſit apollo.
Ac ſuper his nimium iuuenis:nimiumque ſuperbi
Sperata hauſiſti.ſacer hic:ac magna ſororum
Aonidum cura:et dignus apolline uates.
Hic canet illuſtri primus bella itala uerſu.
Attolletque duces cœlo.reſonare docebit
Hic latis helicona modis:nec cedet honore
Aſcreo fama ue ſeni.ſic phœbus:et oſco
Vltrix per geminum tranſcurrit tempus arundo
Vertuntur iuuenis caſu perſculſa per agros
Agmina:et effuſæ pariter dant terga cateruæ.
Dum pater audita nati nece turbibus iræ
Barbaricũ:atque immane gemẽs:trãſfigit anhelũ.
Pectus:et ad manes urget ueſtigia nati.
At libyæ ductor marcello fractus:et acri
Contuſus pugna:campos damnarat:et arma
Verterat ad miſeras:non æqui martis acerras.
Inde ubi permiſit flammis:atque enſibus urbem
Nuteriæ nihilo leuior:nec partior ira
Incuſſit ſeſe:atque æquauit mœnia terræ
Poſt caſilina ſibi multum obluctatus iniquis.

Sacer hic:laus ennii ex ore Apollinis.

Bella itala: quæ annalibus celebrauit ſuis:quos deſideramus. Pli.in .vii. ait: Sed & noſtroꝝ gloriã pcẽſeamus prior Aphricanus. Qu. Ennii ſtatuam ſepulchro ſuo imponi iuſſit :clarũque illud nomen: immo uero ſpoliũ ex tertia orbis parte raptũ in cinere ſupremo cum poetæ titulo legi. Nec cedet honore: maieſtate.ſ.carminis:ut in illo ſæculo: quo poeſis nitorẽ latinæ linguæ nõ habebat:fuerũt quippe poſt Enniũ limatiores:politioreſque.& magis ex arte:q̃ ennius caruit poeticã excoluerũt:ut enniũ tanq̃ quercũ annoſam; ut inqt Fa. religionis tm̃ cauſa miremur & antiquitatis Ennius primus apd' latinos carmẽ exametrũ fecit. Aſcreo ſeni:heſiodo. Aſcra uicus ad heliconem patria heſiodi:quã ipſe patri illic cõmorãti his uerbis exprobrauit:Aſcrã rus miſeꝝ penes hic helicona colebat.hiberno dirũ triſte æſtu.Optabile nũq̃ helicon mõs eſt boetiæ phocidi uicinus apollini: ac muſis ſacer. Latis modis: ſonoro carmine ac heroo pede:cantuque pierio:& ſagitta trãſfixit caput Oſci:quo mortuo ſardi terga uerterũt. Barbaricũ:nomen p aduerbio: ideſt barbare ac immane gemens mortẽ ſibi cõſciuit. Anhelũ: æſtuans dolore. Vrget:ſequitur. At libiæ ductor: nunc redit ad Annibalẽ & Marcellum. Acerras:acerræ ſunt in cãpania quas clanius alluit. unde Vir. Et uacuis clanius nõ æquus acerris.conatus eſt Annibal acerranos ad deditionem allicere. Poſtquam uero obſtinatos uidit oppugnationem parauit.Acerrani plus animi quam uirium habentes deſperata tutela urbis per intermiſſa munimenta:neglectaſque cuſtodias ſilẽtio noctis dilapſi p uias: inuiaque ut terror ducebat in urbes cãpaniæ:quas in fide & officio eẽ ſciebant conſugerũt.Annibal acerras incẽdit: atque diripuit.

Non æqui martis:qm̃ parum uirium habebãt acerrani contra tot Annibalis copias. Incuſſit ſeſe nuceriæ.i.quodam impetu nuceriã inuaſit:cuius præda militi data ẽ:urbſque direpta: atque incenſa. Caſilina:caſilinũ oppidũ cãpaniæ:quod annibal obſedit:quo præneſtini milites & cohors peruſina cõfugerãt audita cãnenſi ſtrage.Peruſini erãt.cccc.&.lx.q ad tantã cõpulſi ſunt inopiã annonæ:ut lora detractaſque ſcutis pelles:ubi feruida molliſſent aqua mãdere conarentur:nec muribus alioue animali abſtinerẽt:& omne herbarũ radicũque genus aggeribus infimis muri'eruerint:& cũ hoſtes obaraſſent qcquid herbidi terreni extra murũ erat rapoꝝ ſemen iniecerunt:ut Annibal ego

Defendentum armis ægre reſeruauerat aſtu
Limina:et obſeſſis uitam penſauerat auro.
Iamque in dauniuagos perfundēs agmina cāpos
Flectebat rabiem:quo præda uel ira uocaſſet
Fumabat uerſis incenſa petilia tectis.
Infelix fidei:miſeræque ſecunda ſagunto.
At quondam herculeam ſeruare ſuperba pharetrā
Verterat:et mentem tyria ad conata tarentus:
Portiſque intrarant pœni. ſed enim arce coruſca
Fiſa loco manus auſoniæ ſtipata ſedebat
Hic miranda mouens claſſem: quæ condita portu
Aſtabat:namque anguſtis e faucibus æquor
Erumpit ſcopulos inter:patuloque receſſu
Effundit campis ſecretum gurgite pontum.
Incluſas igitur:quibus haud enare dabatur
Arce ſuperpoſita clauſtris maris extulit aſtu:
Perque auerſa tulit portatus arua carinas.
Lubrica roboreis aderant ſubſtramina plauſtris:
Atque recens cæſi tergo prolapſa iuuenci
Aequoream rota ducit per gramina puppim.
Etiam per colles:dumoſque ad littus:ad acta
Innabat pelago ueniens ſine remige claſſis.
Nuncius interea uectis non more carinis.
Terrentem freta curarum feruoribus implet.
Dum procul œbalios amet expugnare nepotes
Et primus roſtris ſulcet naualibus arua
Obſeſſos capuæ muros:clauſtra ipſa reuelli
Portarum.ac totum miſeris incurrere bellum

ne uſque dum ea naſcātur ad caſilinū ſeſſutus ſum exclamaret:q nullam antea pactionem auribus admiſerat tum demū ſecū agi paſſus ē de redemptione liberoꝝ capitū. Obluctatus:ipſe Annibal cū diu obluctatus eēt his:q defendebāt.obluctor tibi dicimus.i.pugno ſiue conor cōtra te.Virgi.Geni buſque aduerſæ obluctor harenæ. Iniqs:imparibus:qm̄ pauci erant intus cōparatione hoſtiū. ad mouerat Annibal urbi uineas:cuniculoſque fieri iuſſit:ſed q caſilinū defendebāt trāſuerſis cuniculis hoſtiū cuniculos interrupere. Egre:cum difficultate. Aſtu:aſtutia:qm̄ auro eos dimiſit. Vagos cāpos:diffuſos & amplos. Petilia: urbs cōdita a philoctete. Virgi. Parua philoctete ſubnixa petilia muro.Liui. ait:Petilia ī brutiis aliquot poſt menſibus q̄ cœpta oppugnari erat ab himilcone p̄fecto annibalis expugnata ē:multorūque ſanguine ac uulneribus eā pœnis uictoria fuit: nec ulla magis uis obſeſſos q̄ fames expugnauit: abſumptis .n.alimētis:carnibuſque omnis generis quadrupedū: ſcutorūque poſtremo coriis:herbiſque & radicibus & corticibus teneris ueſcebanť: ideo ait poeta: Infelix fidei:qm̄ ꝓpter fidē id paſſi ſunt petiliani:ut ſagunthini. Herculeā pharetrā: ꝓpter Philocteten conditorē: q habuit ſagittas herculis tinctas ſāguine hydræ. Sup̄ba:nobilis & clara. Verterat & mētē:nūc dꝛ tarētinis agit:q ad annibalē defeceřt.Philomenus & nicō tarētini ꝓditores fueřt:& cū portæ ānibal appropinq̄ret . editus ex cōpoſito ignis ab annibale ē. idē redditū a Nicone ſignū extinctæ:deinde utrinque flāmæ ſunt. Annibal ſilētio agmen ducebat ad portā.Nicon ex improuiſo ſopitos uigiles ī cubilibus ſuis obtrūcat:portāque aperit. Annibal cū peditū agmine ingreditur.Equites ſubſiſtere iubet ut quo res poſtularet occurrere libero cāpo poſſent. Arce coruſca:alta. Manus:multitudo arx tarētina ī modū peninſulæ maiori parte circūluiť præaltis rupibus ab ipā urbe muro:& foſſa ingēti ſeparať. Salinator urbis præfectus primo exercitus tumultu in portā effugit.inde acceptus ſcapha in arcē confugit.& romani oēs q cædibus ſupfuerāt ī arcē ſe receperūt.Poſtea Fabius Maximus Tarētū recuperauit : cui cū Salinator diceret:ut autor ē Cic.ī Catone maiore mea opera.Qu.Fa. Tarentū recepiſti:certe inqt ridēs. nā niſi tu amiſiſſes nunq̄ recuperaſſem. Hic miranda moriēs:naues tarētinoꝝ ī ſinu exiguo intercluſæ erāt.clauſtra quippe romani tenebāt : q ī arcē cōfugerāt:nec inde euadere poterāt:quas annibal plauſtris trāſuexit : cōtracta.n. extēplo undique plauſtra:iūctaque inter ſeſe.& machinæ ad ſubducēdas naues admotæ:munitumque iter: quo faciliora plauſtra:minorque moles in trāſitu eēt inuēta inde.ac hoīes cōtracti & opus impigre cœptū:paucoſque poſt dies claſſis inſtructa:atque parata circūuehiť arcē:& ante ipſum portū ancoras iacit. Mirāda:rem mirā. Faucibus:clauſtris ipſius portus:ubi erat arx. Receſſu patulo:amplo receptaculo & ſinu. Pōtū ſecretū:aquā diuiſam. Errare:exire ī mare ultra fauces:qbus arx imminebat. Portatus:plauſtrū ſiue uehiculū tulit naues ꝑ oppoſitū mōtē. Subſtramīa:dicūť oīa;quæ alicui rei ſubſternunť. Lubrica ſubſtramina:rotæ & lapſus. Vir.Pedibuſque rotarū ſubiiciūt lapſus. Nūcius interea:dum hæc tarenti agerentur.Nunciatum eſt annibali:qui terrebat maria nauibus uectis: nō more: ideſt præter conſuetudinem : obſeſſam eſſe Capuam a romanis. Dum procul œbalios: hæc fuerunt uerba nuncii. Oebalios:Tarentinos:qui habuerunt originem ab œbaliis:ideſt lacedæmoniis.Oebalii dicti ſunt lacedæmonii ab œbalo puero:& Tarētus colonia lacedæmoniorum fuit.

Linquit cepta ferox pennaſque addēte pudore
Atque ira ſimul immani per proxima motu
Euolat:et minitans auida ad certamina fertur
Haud ſecus amiſſo tigris ſi concita fetu.
Emicet:attonitæ paucis luſtratur in horis
Caucaſus:et ſaltu tranſmittitur alite ganges.
Donec fulmineo partus ueſtigia curſu
Colligit et rabiem prenſo conſumit in hoſte
Obuius huic ſparſo centenus agmine raptim
Fundatur:audendi prauus faciliſque periclis.
Sed paruum decus annibali:nam uitis honore
Perfunctus latiæ ſubito ſtimularat agreſtis
Semermēque manū ſternendā obiecerat hoſti.
Bis ſeptem demiſſa neci nec ſubſtitit agmen.
Milia bis ſeptem quæ non ſollertior enſe
Sed genus inſignis iuſtis ducebat in armis
Fuluius aſt eque per corpora fuſa iacentum
Raptum iter eſt uictorque moram non paſſus eūtis
Exequiæ tantum famā nomēque uolentem
Horrificæ mentis tenuerunt funere leto.
Namque per inſidias infandum et ab hoſpite ceſus
Colloquium et promiſſa petit:dum perfida gentis
Lucanæ gracchus ceco circundatus aſtu
Occiderat:laudēque libys rapiebat humandi.
Sed non ut ſcitum celerare ad mœnia penū:
Aſtabat res ulla loco:iā conſul uterque
Præcipites aderant:nola uis omnis et arpis.

Haud ſecus:ānibalis ferociam & celeritatē cōparat tygridi cōmotæ raptis catulis.tygris ē uelocitatis tremendæ lege Pliniū:& Ariſtotelem. Emicet:ſaltet & currat. Ganges:fluuius indiæ. Centenius:hic octomilia hoīum accepit a ſenatu & in lucaniā ꝓfectus eſt & ab annibale oppreſſus. Prauus audēdi:audax ſine prudentia. Facilis periclis:qui ſeſe facile periculis exponebat.M.centenius cui penula cognomen fuit:& centurio militauerat inter primipili centuriones inſignis & magnitudine corporis:& aīimi perfunctus militia p.P. Cornelium prætorem īſenatum introductus petiit ut ſibi exercitus dareť. polliciturſque ē ſi hoc īpetraſſet de annibale uictoriam. Agreſtis:cum data eſſent centenio pro quinque milibus octomilia militum pars dimidia ciues:pars ſocii & ipſe aliquantum uoluntariorum īterēūdum ex agris aſciuit ac prope duplicato exercitu in lucanos peruenit.Vbi annibal nequiquam claudium ſequutus ſubſtiterat. Honoř uitis:quoniam fuerat cēturio. Nec ſubſtitit agmen.i.annibal uictor cum ſuo agmīe non ſubſtitit:ſed celerrime ad alios oprimendos aduolauit. Milia bis ſeptē:hæc fuit clades altera quā ī curſu ānibal raptim peregit. Gneus Fuluius prætor male aduerſus ānibalē pugnauit ī quo prælio ut ait Liuius.xx.milia hoīum ceciderunt ipſe cū æquitibus ducentis aufugit. Nō ſollertior enſe:nō clarior & prudentior cētenio in re militari. nam male acies inſtruxit:eteni cū ānibal prima luce in aciē copias eduxiſſet fuluius non tam ſua ſpe q̄ impetu militū fortuito tractus pugnam non detrectauit itaque eadem temeritate qua proceſſum ī aciem eſt inſtruiť ipſa acies ad libidinē militum forte procurrentium conſiſtētiumque quo loco ipſorum tuliſſet aīus deinde per libidinē:aut metum deſerētium locum dux ſtultitia: & temeritate centenio par.animo nequaquam cōparandus.Vbi & rem inclinatam ac trepidantes ſuos uidit equo arrepto effugit. In armis iuſtis:quoniam erat prætor. Inſignis genus:habens claros natales:& maiorum ſtemmata. Aeque:ſimiliter ut fuerat centenio fuſo. Exequiæ tātum.T.Sempronius gracchus ab hoſpite ſuo lucano deceptus a magone interfectus eſt hoſpes autem erat Flauius Lucanus.Liuius ait.Flauius mutata repēte uoluntate locum gratiæ apud penum quærens neque tranſire ipſe:neque trahere ad defectōnē Lucanos ſatis habuit niſi imperatoris et eiuſdem hoſpitis proditi capite:ac ſanguine fœdus cū hoſte ſanxiſſet: funeris gracchi uaria eſt fama autore liuio.alii in caſtris romanis ſepultum a ſuis tradunt: alii ab annibale: & ea uulgatior fama eſt:quam poeta ſequitur.In ueſtibulo punicorum caſtrorum rogus extructus fuit: & armatus exercitus accurrit: cum tripudiis hiſpanorum motuque armorum & corporum ſuæ cuique genti aſſuetis.ipſo annibale omni rerum uerborumque honore exequias celebrante. Horrificæ mētis:ideſt quærebat laudem humanitatis:& pietatis erga mortuos quamus haberet mentem horrificam & quaſi ab omni humanitate alienam. Læto funere: quoniam cum tripudiis: & motibus militum annibal funus gracchi celebrauit. Hoſpite:flauio lucano. Cæſus:ductus ad locum inſidiarum ubi cæſus fuit nam flauius non interfecit gracchū ſolus.Immo gracchus hoſpitē irruit cognita fraude:cui parci ſine multorum ſanguine non potuit:lege liuium. Ceco aſtu:inſidiis nam mago pedites: equiteſque armatos in latebras occuluit monitus a flauio. Libys:annibal. Ad mœnia:capuam. Vterque conſul:conſules erant fuluius Flaccus:& appius claudius a quibus capua obſeſſa eſt. Prætores autem Gneus Fuluius Flaccus:claudius Nero.M.Iunius ſyllanus.P. Cornelius. Vis omnis:omnes milites qui nolæ erant ad conſulem uenerunt.

Aeui floridior Fabius:filius fabii maxi
mi dictatoris q filio cōſuli legatus fuit.
Arpis :ex apulia ubi conſul pugnaue-
rat. Huic nero:claudium Neronē præ
torem a ſueſſula ex claudianis caſtris ex
ciuerūt:nam claudio neroni prætori ſu
eſſula obuenit.M.Iunius ſyllanus præ-
tor ꝓuinciam hēbat inter conſules: ut
quo uſus uocaret preſto eēt. Ductores:
cōſules & prætores. Vni iuueni:Anni
bali tātæ molis erat eo tēpore annibal.
Arduus: ideſt Annibal locum arduū
occupauit:tifata.ſ.collem prope capuā.
Obſtantum:romanorum. Auia cōſi
lia:uaria & diuerſa. Arctatis: obſeſſis.
Quo mens egra uocas:dubitabat anni
bal qdnam faceret:& ipſius mens dubia
& mœſta erat: inopſque conſilii. Peri-
cula:debeo ne iterum ſubire pericula ī
hac locorum difficultate ut feci ad no-
lam cū dedecore. Non æquus. impar
qm̄ romani iuuātur loci oportunitate.
Nō ita me experti:ab eo qd fecit tēpo
re Fabii ſumit aīos annibal qui ab illo
clauſus euaſit ut dictum ē. Magiſter:
minutius qui fuit magiſter equitum fa
bio dictatori. Turbarum exptor : qui
meas perturbatōes ē expertus.turba hic
ſignificat perturbatōem :ut apud Terē
tium.Tum illæ turbæ fient:inde ptur
bare:expertor ē deductum ab experior
ut amator ab amo:& ſequitor a ſequor:
ſed inuſitatū ē:& poeta īterdum nimis
affectate loqtur. Colles:ad caſilinum
ſcilicet & campum ſtellatē. Victor: cō
pos uoti. In agmen:concionem & unā
multitudinē ut mentem apiret ſuam.
Perge age:uerba annibalis hortātis ſu
os ad iter quo romā perituri erant: pre-
mium laborum & cuius cā tranſcende-
rant alpes. Iliacis:romanis mō romam
uideamus & capiāus de ruina capuæ cu
randum non ē:ſic Martialis:Nūc & dā-
na iuuant ſunt ipſa pericula tanti. Stā
tia nō poterant tecta ꝓbare deos:nō.n.
poſſumus ad magna premia ſine labori
bus & incōmodis peruenire & quocun-
que piculo res diu optata bene emitur:
cadat igitur inqt capua dū roma potia-
mur. Aptius id ceptum:commodius eſ
ſe inſtitutum hoc iter ad urbē nūc q̄ ſta
tim poſt pugnā cannēſem. Sollertibus
actis:rebus ab annibale geſtis magno cō
ſilio & ſecūdo euentu. Fatali:pernici-
oſo romanis. Vulturna uada : uultur
nus fluuius non longe a capua qui caſi
linum alluit:quem annibal ratibus ī ip
ſo fluuio comprehenſis traiecit.

A eui floridior fabius rapida arma ferebāt.
H inc nero et hic uolucres ſyllanus nocte dieque
I mpellebat agēs properata ad bella cohortes
V ndique cōueniūt pariterque opponere cūctos
V ni ductores iuuēi placet:arduus ipſe
T ifata īuadit propior:qua mœnibus īſtat:
C ollis:et e tumulis ſubiectā deſpicit urbē.
V erum ubi tot ſeſe circūfūdētibus armis
V allatas ſociū portas:unāque negari
I ntrauiſſe ſibi:capuæque erūpere cernit
A nxius aduētus:nūc ferro frāgere cetū
O bſtātum meditatur:et huic nūc auia cepto
C ōſilia:atque aſtu querit tot milia portis
A bſtrahere arctatis:cūctoſque reſoluere muros.
S ic igitur ſecū curaſque ita corde fatigat.
Q uo mēs ægra uocas:rurſuſne pericula ſumā.
N on æquus regiōe loci?capuaque uidēte.
T erga dabo?an reſidēs uicini uertice mōtis.
E xcindi āte oculos patiar ſotialia tecta?
N on ita me expti fabius fabioque magiſter
T urbarū expertor cū clauſos milite colles
E uaſi uictor:ſparſoſque p arua iuuēcos
I actare accēſis ſtimulaui cornibus ignes:
H aud dū oēs abiere doli:deſcēdere nobis
S ic capuā ereptū ē:dabitur circūdare romā:
H æc poſtq̄ placita:et tenuit ſentētia mētem
N on expectato titā dū gurgite lucē
S pirātes proferret æquos:impellit ī agmē
V oce manuque uiros:et cepta immania pādit.
P erge age : uice oēm miles uirtute laborē
E t quātum humāi poſſūt ſe tēdere paſſus.
A rduus accelera.romam petis hoc iter alpes
H oc cānæ ſtatuere tibi:eia īcute muris
V mbonē iliacis:capuæque repēde ruinas.
Q uam tāti fuerit cadere:ut palatia cernas
E t demigrātem tarpeia ſede tonātem
I nſtructi glomerāt greſſus:roma auribus hæret.
R oma oculis:credūtque ducis ſolertibus actis
A ptius id ceptum:q̄ ſi dixiſſet ab ipſo
F atali aeneadis campo uulturna citata
T ranſmittunt aluo uada:poſtremique relinquunt.

Tardandis italis corruptas igne carinas.
Tum ſidicina legunt pernicibus arua maniplis.
Threiciamque calen: ueſtras a nomine nati
Orithyia domos: hinc aliſanus iaccho
Haud inaratus ager: nymphiſque habitata caſini
Rura euaſtantur: mox et uicinus aquinas
Et quæ fumantem texere giganta fregellæ
Agmine carpuntur uolucri: fert concitus inde
Per iuga celſa gradum: duris qua rupibus hæret.
Bellator fruſino et ſurgit ſuſpenſa tumenti
Dorſo: frugiferis cerealis anagnia glebis.
Iamque adeo eſt campos ingreſſus et arua labici
Linquens telegoni pulſatos ariete muros.
Haud dignam inter tanta morã: nec amœna retẽtãt
Algida: nec iuxta iunonis tecta gabinæ.
Præceps ad ripas immani turbine fertur
Sulphureis gelidus qua ſerpit leniter undis
Ad genitorem anio labens ſine murmure tybrim
Hic ut ſigna ferox dimenſaque caſtra locauit
Et ripas tremefecit eques perterrita pulſis
Ilia prima uadis ſacro ſe coniugis antro
Condidit et cunctæ fugerunt gurgite nymphæ.
At matres latiæ ceu mœnia nulla ſuperſint:
Attonitæ paſſim furibundis greſſibus errant.
Ante oculos aſtant laceræ trepidantibus umbræ.
Quæque grauem ad trebiã quæque ad ticina fluẽta
Oppetiere necem paulus gracchuſque cruenti
Flaminiuſque ſimul miſeris ante ora uagantur.
Clauſit turba uias: ſtat celſus et aſper ab ira.
Ingentemque metum toruo domat ore ſenatus.
Interdum tamen erumpunt ſub caſſide fuſæ.
Per tacitũ lachrymæ. quid nam fortuna minetur.
Quid ue parent ſuperi pubes diſperſa per altas
Stat turres: atque huc uentum ſub corde uolutat.
Vt iam roma ſatis credat defendere muros.
Pœnus ut ad ſomnos uix totam curſibus actæ.
Indulſit pubi noctem uigil ille nec ullam
Ad requiem facilis: credenſque abſcedere uitæ.
Quod ſopor eripiat tempus: radiantibus armis
Induitur. nomadumque iubet prorũpere turmas.

Corruptas igne: Liuius ait fuluium romam ꝓperãtem uulturnus tenuerat annis nauibus ab annibale incenſis. Sidicini populi cãpaniæ de q̃bus dictũ ẽ. Legunt: prætereunt uelocibus maniplis.

Calen threiciam: cõditam a zeto & calai filiis boreæ & orithiiæ q̃ poſt reditũ argonautarum uenerunt ĩ italiam & boreas flat ex thracia iõ threiiciã calen appellat. Aliſe oppidum campaniæ cuius ager uitibus conſitus eſt: ideo dicit ipſũ baccho haud ĩaratum caſinum oppidũ campaniæ ſub caſinũ biduo ſtatiua habuit anniba! & paſſim populationes factæ: ut ĩquit Liuius. Fregellæ oppidũ: non procul ab aquino quod fingit poeta denominatum fuiſſe a fregello gigante illic ab hercule interfecto ac ſepulto.

Cerealis: frugifera anania eſt in ædito loco ſita. labicũ oppidum fuit uia præneſtina uia labicana incipiebat ad portã ſcĩ laurentii ſupra & picti ſcuta labici.

Thelegon muros: tuſculum conditũ a thelegono filio Vlyſſis. Pulſatos ariete: quoniam annibal tuſculum cõceſſit ut urbe potiretur quod cum non ſucceſſiſſet gabios deſcẽdit. Algida amœna: ſylua prope ariciam algidum eſt ſylua amœna iter tuſculum & ariciam Mar. & quodcũque iacet ſub urbe frigus. Gabinæ iunonis: quoniã iuno a gabiis colebatur. Sulphureis undis: qm̃ in agro tiburtino aqua eſt ſulphurea. Ad genitorem: tyberim ſupra dixit. Qua ꝓpter acceptis amœnis ditior undis in pontũ flauo deſcendit gurgite tibris. Ilia perterita pulſis uadis: ilia rhea mater romuli nupſit amœni ut poetæ fabulant̃: ſed nõ ſine cã fictum eſt. nã demerſa fuit in amœnẽ ilia iuſſu amulii ut ſcripſit ẽnius autor̃ porphyrio horatio interprete.

At mr̃es latiæ: Liuius ait ploratus mulierum nõ ex priuatis ſolũ domibus exaudiebat̃: ſed undique matronæ in publicum effuſæ circa deũ delubra diſcurrunt crinibus paſſis aras uerrentes nixæ genibus, ſupinas manus ad cælũ: ac deos tendentes oranteſque ut urbem romã e manibus hoſtium eriperent matreſque romanas: ac liberos iuiolatos ſeruarẽt.

Stat celſus: erecto animo & magno ĩ tãtis periculis. Toruo ore: feroci aſpectu ſupabat timorẽ. Stat p̃ turres: Iuue. ac ſtantes collina turre mariti Senatus inquit Liuius magiſtratibus præſto eſt: ſi quid conſulere uellẽt. Pubi actæ curſibus: militibus defatigatis celeri curſu. a. capua romam. Abſcindere uitæ: putabat ãnibal illud tempus amitti quod ſono tribuit̃. Nomadũ turmas: Liuius ait quo ꝓpius hoſtis accedebat maior cædes fiebat fugiẽtũ p̃cedẽtibꝰ nũidis. pluresque oĩum generũ atq; ætatũ capiebãt̃

Circū ferᵗ: ānibal ſtatiuis poſitis ad anienem cum duobus milibus equitū a porta collina uſque ad templū herculis progreſſus eſt atque unde maxime poterat ſitum urbis contemplaᵗ. Portas: nam pulſauit portam collinā & haſtam ut ait Plinius in urbē primus hoſtium intorſit. Cauſas locoꝝ: unde .ſ. nomina accepiſſent ſingula urbis loca: & imprimis colles. Fuluius: cum nunciaretur .Qu. fuluiū flaccum proconſulem romam aduentare poſt annibalem ne minueretur imperium ſi in urbē ueniſſet decreuit ſenatus ut .Qu. fuluio par imperiū conſulibus eſſet cū tumultus romæ eſſet: fuluius porta capena romam ingreſſus media urbe per carinas in exquilias cōtendit: inde digreſſus inter exquilinam & collinā portā caſtra poſuit conſules ſenatuſque in caſtra uenerunt. Haud relicta obſidione: nam remanſerunt duces ac militum magna uis ad obſidionē capuæ elegit fuluius xv. milia peditū & mille equites. Turmas ouantes: ſuos milites gaudentes tali ſpectaculo reduxit in caſtra. Effundit rupto: poſtero die tranſgreſſus anienem annibal in aciē copias omnis eduxit pugnaturus nec flaccus conſuleſue pugnam detrectauere inquit Liuius inſtructis utrinque exercitibus in eius pugnæ caſum in qua urbs roma præmiū uictori eēt. Per plurima noſtra: hortatur ānibal ſuos ad pugnā & præmiū cuius cauſa tot labores difficultateſq; ſuperauerant. Milibus ſenonū: quos non gloria belli non cura imperii propagandi ſed carice ac dulcia uina in italiam traxerunt. Fortaſſe curulibus: hiſtoriam tangit gallis properantibus ad urbem ſenes relicti ſunt in domibꝰ cum iuuenes in arcem confugiſſent q eoꝝ inquit Liuius curules geſſerāt magiſtratus ut infortunæ priſtinæ honoꝝque aut uirtutis inſignibus caderēt in medio ædium curulibus ſellis ſederūt quos tandem ad unū galli trucidarūt.

Oenotria pubes: iuuētus romana non expectabat ducum exhortationes.

Inde leuis fremis circū pauitantia fertur
Quadrupedante ſono perculſæ mœnia romæ.
Nunc aditus luſtrat clauſas nunc cuſpide pulſat
Infeſta portas: fruitur quod timore pauentum.
Nunc letus celſis aſtans in collibus intrat
Urbem oculis: diſcitque locos: cauſaſque locorū
Ac legeret uiſu cuncta et penetraret in omnis
Spectando partes: ni magno turbine adeſſet
Fuluius: haud tota capuæ obſidione relicta
Tum demū caſtris turmas infœlix ouantes
Spectata ductor ſatiatus pectora roma.
Atque ubi nox depulſa polo primaque rubeſcit
Lampade neptūnus reuocatque aurora labores:
Effundit rupto perſultans agmina uallo
Et quantū clamare ualet: per plurima noſtra
O ſocii decora: et ſacras in ſanguine dextras
Vobis ite pares: et tantum audete ſub armis
Quātum roma timet: reliquā hāc excindite molem
Nil quod uincatis toto reſtabit in orbe.
Neu populi uos martigine tardarit origo.
Intratā ſenonum capietis milibus urbem:
Aſſuetāque capi: fortaſſe curulibus altis
Iam uos exēplo proauorū ac nobile letum
Expectāt de more ſenes: mortique parantur.
Talibus hic penus: ſed contra oenotria pubes
Non ullas uoces ducis aut præcepta requirit.
Sat matres ſtimulant: natique et cara ſupinas
Tendentū palmas lachhrymātiaque ora parentum
Oſtentāt paruos: uagituque incita pulſant
Corda uirum: armatis infigunt oſcula dextris.
Ire uolunt: et pro muris opponere denſi
Pectora reſpectātque ſuos: fletumque reſorbent.
Ut uero impulſo patefactæ cardine portæ
Et ſimul erupit iunctis exercitus armis:
Funditur immixtus gemitu præcibuſque per altos
Ad cælum muros clangor: ſparſæque ſolutis
Crinibus exululant matres: atque ubera nudāt
Fuluius anteuolās agmen: quis neſciat inquit
Non ſponte ad noſtros penum ueniſſe penates?
A portis fugit capuæ: ſubnectere plura
Conātem triſtis celi cum murmure uaſto
Turbauit fragor: et ſubita de nube procellæ.

Iuppiter æthyopum remeans tellure minantem
Romuleo pœnum ut uidit ſuccedere uallo:
Cœlicolis raptim excitis defendere tecta
Dardana: et in ſeptem diſcurrere iuſſerat arces
Ipſe e tarpeio ſublimis uertice cuncta
Et uentos ſimul et nubes et grandinis iras
Fulminaque et tonitrus et nimbos conciet atros
Concuſſu tremuere poli: cœlumque tenebris
Clauditur: et terras ceco nox condit amictu.
Inſtat tempeſtas oculis: hoſtique propinquo
Roma latet. iactæ in turmas per nubila flammæ
Stridorem ſeruant: mēbris inſibilat ignis.
Hinc notus: hinc boreas: hinc fuſcis africus alis
Bella mouent: quantis animos et pectora poſſint
Irati ſatiare iouis: fluit agmen aquarum
Turbine confuſum piceo et nigrante procella.
Atque omnis circa campos ſpumantibus undis.
Inuoluit: celſus ſummo de culmine montis
Regnator ſuperum ſublata fulmina dextra
Librauit: clypeoque ducis non cedere certi
Incuſſit: ſumma liquefacta eſt cuſpis in haſta.
Et fluxit ceu correptus fornacibus enſis.
Ambuſtis ſed enim ductor ſidonius armis
Siſtebat ſocios et cecum e nubibus ignem
Murmuraque a uentis miſceri uana docebat.
Tandem poſt clades ſocium cœlique ruinā
Non hoſte in nimbis uiſo non hoſte referri
Signa iubet caſtris: mœſtaſque reſuſcitat iras.
Ventis debebis nimirū hyemiſque procellis
Vnū roma diem: ſed non te craſtina nobis
Lux unq̄ eripiet: deſcendat iuppiter ipſe
In terras licet infrendens dum talia fatur
Ecce ſerenato clarum iubar emicat axe.
Purgatuſque niret diſcuſſis nubibus æther
Aeneade ſenſere deum: teliſque repoſtis
Summiſſas tendunt alta ad capitolia dextras.
Et feſta cingunt montis penetralia lauro.
Tum uultus modo non paruo ſudore madentes:
Nunc lætos iouis aſpectant: da ſumme deorū
Da pater ut ſacro libys inter prælia telo
Concidat: haud alia potis eſt occumbere dextra.
Sic adeo orantes preſſere ſilentia: poſtq̄

Arces: ſeptem colles urbis de quibus dictum eſt. Senſere deum: iouem fauentem romanis. Penetralia montis: templum iouis capitolini.

Sacro telo: fulmine tuo cum non poſ
ſit mortali manu ſiſti. Obruit: priuat
ſplendore ipſe ſol exoriēs. Lampada:
ſuum ſplendorem cum oritur poſtero
die annibal iterum ſe ad pugnam expe
diuit. Vſus uitæ: dies quo mortales ſe
exercēt ad uſum uitæ. Enotria: roma
na. Hebeſcere: fieri nigrum. Dies:
ſplendor diei. Regna cœleſtia: cogno
uit bella iouis tanq̄ expertus: nam ful
mine gigātes deiecit iuppiter. Notus:
auſter qui coegit annibalem caſtra repe
tere: poſtero die eodem loco inquit Li
uius acies inſtructas eadem tempeſtas
diremit ubi recepiſſent ſeſe in caſtra ſe
renitas cum trāquillitate oriebatur: in
religionem ea res apud pœnos uerſa ē.
Tyrrhena ſtagna: traſimenus. Cly
peoque tremendum increpat: concutie
bat clypeum uocans ſuos ad pugnam &
collidebat arma ad ſtrepitum faciēdū
ut imitaretur iouem tonantem. Vt ue
ro accepit: dum annibal ad mœnia ur
bis armatus ſederet milites ſub uexillis
ſupplementum his qui erant in hiſpa
nia profectos audiuit. Oras betis: hiſ
paniam.

A bſtulerat terras nigrantibus heſperus umbris.
Q uem ſimul attollens rutilantem lampada titan
O bruit: et uitæ rediit mortalibus uſus:
P œnus adeſt. nec ſe caſtris œnotria pubes
C ontinet. haud dū enſes ſtricti mediūque iacebat
T antum ad bella loci: quantū tranſmittere iactæ
S fficerent haſtæ: cū fulgor hebeſcere cœli
P er ſubitum cœpit: denſæque ſubire tenebræ;
A tque dies fugere: atque armari ad prælia rurſus
I uppiter: incumbunt uenti. craſſuſque rotante
A uſtro nimborū feruet globus. intonat ipſe
Q uo tremat et rhodope tauruſque et pidus et atlas
A udiuere lacus herebi. merſuſque profundis
A gnouit tenebris cœleſtia bella typheus
I nuadit notus. ac piceam cum grandine multa
I ntorquens nubem cuntantem et uana minantē
C ircūagit. caſtriſque ducem ſuccedere cogit.
V erum ubi depoſitis ſepſit ſeſe aggere telis:
L æta ſerenati facies aperitur olympi.
N ullaque tam mitem credas habuiſſe tonantem
F ulmina: nec placido cōmota tonitrua cœlo.
D urat et affirmans non ultra ſpondet in ipſos
V enturam crebroque diem modo patria uirtus
I n dextras redeat: nec romam excindere pœni
C redant eſſe nefas. ubi nam tunc fulmina tandē
I nuicti iacuiſſe iouis cum ſterneret enſis
E tolos campos ubi cum tyrrhena natarent
S tagna cruore uirum? pugnat pro mœnibus ingē
S i rector ſuperum tot iactis fulmine telis
I nter tot motus cur me contra arma ferentem.
A fflixiſſe piget uentis hyemique fugaces
T erga damus. remeet quæſo mens illa: uigorque
Q ua nobis cū pacta patrū cū fœdera adeſſent
I ntegrare acies placitū. ſic pectora flammat
D onec æquū titan ſpumantia frena reſoluit:
N ec nox compoſuit curas: ſomnus ue frementem
A uſus adire uirum et redeunt cum luce furores.
R urſus ī arma uocat trepidos: clypeoque tremēdū
I ncrepat: atque armis imitatur murmura cœli.
V t uero accepit tantum confidere diuis
A uſonios patres ſummiſſaque betis ad oras
A uxilia: et noctu progreſſum mœnibus agmen

Sic agitare fremens obſeſſos ocia iamque
Securam annibalis romam uiolentior inſtat.
Iamque propinquabat muro: cũ iuppiter ægram
Iunonem alloquitur curis mulcetque monendo
Nulla ne ſidonio iuueni coniunxque ſororque
Cara mihi non ulla unq̃ ſine fine feroci
Addes frena uiro? fuerit delere ſaguntum.
Exequare alpes imponere uincula ſacro
Eridano. fedare lacus: etiam ne parabit
Noſtras ille domos noſtras perrumpere in arces?
Siſte uirum. namque ut cernis iam flagitat ignes.
Et parat accenſis imitari fulmina flammis.
His dictis grates agit: ac turbata per auras
Deuoluat: et prenſa iuuenis ſaturnia dextra
Quo ruis o uecors? maioraque bella capeſſis
Mortali quam ferre datur? iuno inquit et atram
Dimouit nubem: uetroque apparuit ore.
Non tibi cũ phrygio res laurenti ue colono.
En age nanque oculis amota nube parumper
Cernere cuncta dabo: ſurgit qua celſus ad auras.
Aſpice montis apex uocitata palatia regi
Parrhaſio plena tenet et reſonante pharetra
Intenditque arcum: et pugnas meditatur apollo.
At qui uicinis tollit ſe collibus altæ
Molis auentinus uiden ut latonia uirgo
Accenſas quatiat phlegetontis gurgite tædas
Exertos auidæ pugnæ nudata lacertos.
Parte alia cerne ut ſeuus gradiuus in armis.
Impleerit dictum proprio de nomine campum.
Hic ianus mouet arma manu: mouet inde q̃rinus.
Quiſque ſuo de colle deus. ſed enim aſpice quãtũ
Egida commoueat nimbos flammaſque uomẽtẽ
Iuppiter: et quantis paſcat ferus ignibus iras.
Huc uultus flecte: atque aude ſpectare tonantem
Quas hyemes quantos concuſſo uertice cernis
Sub nutu tonitrus oculis qui fulgeret ignis.
Cede deis tandem: et titania deſine bella.
Sic effata uirum indocilem paciſque modique
Mirantem ſuperum uultus et flammea membra
Abſtrahit. ac pacem terris cœloque reponit.
Reſpectans abiit: et caſtris auulſa moueri
Signa iubet ductor: remeaturumque minatur.

Vincula: qm̃ ponte traiecit padum. Lacus: traſimenũ. Flagitat ignem: quoniam annibal dolebat imitari iouẽ ſonitu armorum & poſcebat iam ignes ut fulmina imitaretur ut de ſalmoneo canit Virg. Vecors: imprudens qui id audes quod mortalibus non conceditᷣ.

Regi parrhaſio: euandro qui fuit arcas: & arcadia parrhaſia dicitur: & palatium dictum eſt a phalanto urbe arcadiæ ut alias opiniones omittamus. Latonia uirgo: diana cuius templum erat in auentino. Hinc: ex ianiculo. Inde ex colle quirinali. Titania: gigãtea. i. noli pugnare cum ſuperis more gigantum. Modi: moderationis et menſuræ. Terris & cœlo: hominibus & ſuperis: nam romani pacẽ adepti ſunt profectione annibalis. & ſuperi etiam qui urbem defendebant.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Hammon: ideſt ipſi naſamones milites. Luſtratis: uiſis circū: luſtrare hic ſignificat circūire: ſic Virgi. Et dum luſtrabimus agros.

Petri marſi interpretatio in .xiii. uolumen Sillii italici.

SEgne iter emēſo: Annibal depoſita ſpe urbis potiundæ ad templum feroniæ illa tempeſtate diuitiis inclytum profectus eſt: capenates id templum accolebant diuitias eo aliaque dona pro facultate portantes: hoc templū annibal ſpoliauit: inde in brutios magnis itineribꝫ ſe recepit romani capua potiti ſūt duo fulmina belli ſcipiones .P. & gneus in hiſpania ceciderunt quoqꝫ caſu Scipio P. ſcipionis filius ut par erat & filii pietatem decebat concuſſus ad inferos deſcendit ut patris patruique umbrā aſpiceret: tandē ad ſuperas rediēs oras portum ſocioſque reuiſit. Segne iter: qm̄ annibal reſpiciebat ad urbem. Tutia: eſt riuulus uia appia qui diſtat ab urbe ſex milibus paſſuum. Tuſcis undis: tyberinis. Iuſſa deorum: ipſius iunonis quæ monuit annibalem ut non ſperaret id quod non eſſet fas homini. Primores ſocium: ipſos duces. Lydia ſtagna: traſimenus. Creuerunt: ſanguine cæſorum .ſ. Turrita figura: qm̄ eſt in ædito loco ſita & in ſummitate habet byrſam. Abitus: diſceſſus. Illeſæ: intactæ uulneribus. Labem: dedecus fœmineum.

Redditur ex templo flagrantior ætheræ lampas.
Et tremula infuſo reſplendent cerula phœbo.
At procul e muris uidere ut ſigna reuelli
Aeneade: uerſumque ducem tacita ora uiciſſim
Oſtentant: nutuque docent quod credere magno
Non audent hærente metu: nec abire uolentis
Sed fraudem inſidiaſque putant: et punica corda
Ac tacitæ natis infigunt oſcula matres:
Donec procedens oculis ſeſe abſtulit agmen
Suſpectoſque dolos dempto terrore reſoluit.
Tum uero paſſim ſacra in capitolia pergunt.
Inque uicem amplexi permixta uoce triumphum
Tarpeii clamant iouis: ac delubra decorant.
Iamque oēs pandunt portas: ruit undique lectum
Non ſperata petens dudū ſibi gaudia uulgus
Hi ſpectant quo fixa loco tentoria regis
Aſtiterint: hi qua celſus de ſede uocatas
Affatus fuerit turmas. ubi belliger aſtur
Atque ubi atrox garamas ſeuuſque tetēderit hāmō
Corpora nunc uiua ſparguntur gurgitis unda.
Nunc anienicolis ſtatuunt altaria nymphis.
Tum feſtam repetunt luſtratis mœnibus urbem.

SEgne iter emēſo uix dū tarpeia uideri
Culmina deſierant: toruos
cum uerſus ad urbem
Ductor agenoreus uultus
remeare parabat.
Caſtra locans nulla ledens ubi gramina ripa
Tutia deducit tenuem ſine nomine riuum.
Et tacite tuſcis inglorius affluit undis.
Hic modo primores ſocium modo iuſſa deorum.
Nunc ſeſe increpitat. dic o cui lydia cede
Creuerunt ſtagna. et concuſſa eſt daunia tellus
Armorum tonitru: quas exanimatus in oras
Signa refers? qui mucro tuū: quæ lancea tandem
Intrauit pectus: ſi nunc exiſteret alma
Carthago ante oculos turrita celſa figura
Quas abitus miles cauſas illeſe dediſſes
Hymbres o patria et mixtos cū ſanguine nimbos.
Et tonitrus fugio: procul hanc expellite gentis
Fœmineam tyriæ labem niſi luce ſerena

Neſcire ac liquida mauortem agitare ſub æthra
Tertor adhuc inerat ſuperum:ac redolentia ĩ armis
Fulmina:et ante oculos irati pugna tonantis.
Parendi tamen:et cuicunque incumbere iuſſo
Durabat uigor:ac ſenſim diffuſus ad aures.
Signa reportandi creſcebat in agmine feruor.
Sic ubi perrumpit ſtagnantem calculus undam
Exiguos format per prima uolumina gyros.
Mox tremulum uibrans motu gliſcente liquorem
Multiplicat crebros ſinuati gurgitis orbes.
Donec poſtremo laxatis circulus oris
Contingat geminas patulo curuamine ripas
At cõtra agrippæ:haud paruũ decus inclyta nãque
Semina ab ænei ductoris ſtirpe trahebat
Oetolidas interfuit:haud ignobile nomen:
Lætus opum:ſed clauda fides:ſeſeque calenti
Addiderat pœno latiæ diffiſus habenæ.
Is uoluens ueterum memorata antiqua parentũ
Longo miles ait quateret cum teucria bello
Pergama:et ad muros ſtaret ſine ſanguine mauors
Sollicitis calchas:nam ſic fortiſſimus heros
Poſcenti ſocero ſæpe inter pocula dauno.
Narrabat memori diomedes condita mente.
Sed calchas danais:niſi clauſum e ſedibus arcis
Armiſonæ curent ſimulacrum auellere diuæ
Nonnunquam affirmat theramneis.ilion armis
Ceſſurum:aut ledæ rediturum nomen amiclas.
Quippe deis uiſum:ne cui perrumpere detur
Effigies ea quaſunquam poſſederit urbes.
Tum meus adiuncto monſtratam euaſit in arcem
Tydides ithaco:et dextra molitus in ipſo
Custodes aditu templi celeſte reportat
Palladium ac noſtris aperit mala pergama fatis.
Nam poſtquam œnotris fundauit finibus urbem
Aeger dilecti phrygium placare colendo
Numen:et iliacos parat exorare pœnates
Ingens iam templum celſa ſurgebat in arce.
Laomedonteæ ſedes ingrata mineruæ.
Cum medios inter ſomnos:altamque quietem:
Nec celata deam:et minitans tritonia uirgo:
Non hæc tydide tantæ pro laudis honore
Digna paras non garganus:nec daunia tellus.

Liqda ætra:puro ac ſereno aere. Cuicũque iuſſo.i. parere annibali optabãt in oĩbus:quæ ille iuſſiſſet: q̃uis adhuc timerent fulmina Iouis. Sic ubi perrupit:feruoré militũ paulatim diffuſum per oĩa caſtra: comparat circulo q fit iacto lapide in aquam:& dilatat ſeſe quouſque ad extremũ perueniat marginẽ.
Calculus:lapillus. Gyros: circulos. Vibrans:cõmouens aquam. Sinuati: aquæ uoluẽtis ſeſe ĩ ſinũ. Laxatis oris: diffuſis extremitatibus. nã,dilatant ſeſe circuli uſque ad ipſum marginem.
A ſtirpe ænei ductoris:Diomedis filii Aenei.ſupra dixit: Aeneæ miſeræ domus œtolaque tyde. Oetolidas:appulos:qbus imperauit Diomedes œtolus. hic Agrippa docuit annibalẽ romã nõ poſſe capi,ppter palladium. Pœno: annibali:q tunc proſpera fortuna utebaẽ deſperãs d' romano imperio.& narrat militibus hiſtoriam de palladio.
Heros:Diomedes. Socero:Dauno.
Inter pocula:in ipã mẽſa. E ſedibus arcis:uaria ẽ opinio de palladio. Calliſtratus & Satyrus dicũt autore Dionyſio palladiũ accepiſſe dardanũ a chryſæ filia pallãtis:quã duxit uxorẽ. & ex ſamothracia ſecũ ĩ phrygiã aſportauit: iſque oraculo accepit urbẽ illam ĩ æternum duraturã: ĩ qua palladium ſeruaretur.poſtea iliẽſes ilium traduxerũt: & in arce locauerunt.capto Ilio ferunt æneam ex adytis ſuſtuliſſe. aliqui ſcribunt noctu a Diomede ac Vlyxe furto ablatũ. Arretinus ait palladium datũ fuiſſe Dardano a ioue:ac locatũ in loco inacceſſibili:ſed fabricata alia in eius ſimilitudinẽ:& poſita in aperto : & hæc græcos eripuiſſe. Illud accepiſſe æneã: quod Romæ uirgines ueſtales cuſtodiebãt:& ignem troianum. Diue:dianæ deæ belli. Teramneis:lacedæmoniis: quorum tunc reges erant Agamemnõ: & Menelaus. Nomen ledæ:helenã filiam Ledæ. Amyclas:urbem laconiæ: ex qua rapta fuit Helena a Paride. Papinius· Soluerat œbalio claſſem de littore paſtor.Dardanus incautas blande populatus amyclas. Meus tydides:Diomedes:a quo ẽ mea origo inquit agrippa. Molitus:cũ interfeciſſet.Vir. Cæſis ſummæ cuſtodibus arcis. Noſtris fatis:diſpoſitioni fatoꝝ:quæ græci expectabãt:noſtris ãt dicit : qm̃ ipe agrippa: ,ppter Diomedẽ græcum ſe,pfitebaẽ. Nã poſtq̃: narrat agrippa ut diomedes palladiũ æneæ rſtituerit. Vrbẽ:argiripã. Aeger delecti: mœſtus ꝙ palladiũ rapuerit. Phrygiũ numẽ:palladiũ troianis datũ. & ipam palladã. Ingrata: qm̃ illic noluit pallas locari palladiũ.

Troiæ:quam Aeneas cœpit ædificare in agro laurenti. Penetrale:palladiũ quod in penetrali ſeruabatur. Saturnia regna:latium ubi latuit Saturnus.

Phryx uictor:æneas ſuperatis rutulis ac mezentio. Fluminis tyrrheni:tyberis. Pignora pacis:ramum oliuæ:quæ erat ſignum pacis. Canentis:albicantis. Pone anchiſiade:uerbum Diomedis ad æneam. Sceæ portæ: hæc erat una ex portis troianis. Vir. Sceas ſæuiſſima portas prima tenet. Haud noſtrũ: ſcilicet fuit: quaſi dicat pugnauimus ad Troiam uolentibus diis: nunc autẽ tempus eſt pacis: & ſic reiicit illud bellum ad deos & ſorores duras: ideſt parcas inexorabiles. Aegre: impulerunt nos fata. Auſpiciis:pace quæ eſt bello melior: quoniam ad pacem & concordiam nati ſumus. Celtas:gallos ſenones:quos tandem deleuit Camillus.

His:uerbis agrippæ commotus annibal diſceſſit. Feronia:templum feroniæ erat ultra pontinas paludes prope Tarracinam: circa quod capenates habitabant. Horatius in ſermonibus deſcribens iter ſuum a Roma brunduſiũ dicit:Ora manuſque tua lauimus feronia lympha. Sacer:cuſtos & accola ipſius templi. Fauni: antiquiſſimi regis i latio. Pauore: reuerentia numinis.

Auia longinqua: regiones ab urbe remotæ. Porrectis:ſe extendentibus uſque ad fretum ſiculum:ubi eſt rhegiũ. inde littora rhegina. Fuluius:Capua inquit Liuius & ſi nihil ſegnius oppreſſa per eos dies fuerat: tamen aduẽtum Flacci ſenſit:& admiratio orta eſt: nõ ſimul regreſſum Annibalem. inde per colloquia ſe derelictos intellexerunt. Fuluius omnis: qui in caſtris romanis erant alicuius nominis in bello prenſabat:& ad capuæ euerſionẽ prouocabat.

Iura conſulis: nam petierant ut alter conſulum eſſet campanus.

D ebentur nobis:quære in laurentibus aruis.
Q ui nunc prima locant melioris mœnia troiæ
H uc intra captũque refer penetrale parentum.
Q uis trepidus monitis ſaturnia regna capeſſit.
I am phryx condebat lauinia pergama uictor:
A rmaque laurenti figebat troia luco.
V erũ ubi tyrrheni peruentũ ad fluminis undas:
C aſtraque tydides poſuit fulgentia ripa:
P riamidæ intremuere metu:tum pignora pacis
P rætendens dextra ramũ canentis oliuæ
S ic orſus dauni gener inter murmura teucrũ.
P one anchiſiade memores:iraſque:metuſque.
Q uicquid ad idæos xanthũ:ſimoentaque nobis
S anguine ſudatũ:ſceæque ad limina portæ.
H aud noſtrũ eſt:egere dei:duræque ſorores.
N unc age quod supereſt cur nõ melioribus æui
D ucimus auſpiciis? dextras iungamus inertes.
F œderis en hæc teſtis erit:ueniãque precatus
T rioianã oſtentat trepidis de puppe mineruã.
H æc auſos celtas irrũpere mœnia romæ
C orripuit læto:neque tot de milibus unum
I ngentis populi patrias dimiſit ad oras.
H is fractus ductor conuelli ſigna maniplis
O ptato lætis abitu iubet:itur in agros
D iues ubi ante omnis colitur feronia luco.
E t ſacer humectat fluuialia rura capenas.
F ama eſt intactas longæui ab origine fauni
C reuiſſe in medium congeſtis undique donis.
I mmenſum per tẽpus opes:luſtriſque relictum
I nnumeris aurũ ſolo ſeruante pauore.
H æc auidas mentes:et barbara corda rapina
P olluit:atque armat contẽptu pectora diuum.
A uia tunc longinqua placent:quæ ſulcat aratro
A d freta porrectis triuacria bruttius aruis.
D um libys:haud lætus rhegina ad littora tendit
V ictor ſummoto patriis a finibus hoſte
F uluius infauſtam campana ad mœnia clauſis
P ortabat famã:miſerique extrema mouebat.
D um prẽſans paſſim cuicunque eſt nomẽ i armis
D edecus hoc defende manu:cur perfida et urbi
A ltera carthago noſtræ poſt fœdera rupta
E t miſſum ad portas pœnum poſt iura petita
C onſulis alterni ſtat adhuc:et turribus altis

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Annibalem ac libicas expectat lenta cohortes:
Miſcebat dictis facta:et nunc robore celſas
Educi turres:quis uinceret ardua muri
Cogebat?nunc coniunctas adſtringere nodis
Inſtabat:ferroque trabes:quo frangeret altos
Portarum poſtes:quateretque morantia clauſtra.
Hic latera intextus ſtellatis axibus agger.
Hic grauida armato ſurgebat uinea dorſo.
Ac poſtq̃ properata ſatis:quæ commonet uſus:
Dat ſignum:atque alacer ſcalis trãſcendere muros
Imperat:ac ſæuis urbem terroribus implet.
Cum ſubito dextrum effulſit conatibus omen.
Cerua fuit raro terris ſpectata colore:
Quæ candore niuem:candore anteiret olores:
Hanc agreſte capis donum cum mœnia ſulco
Signaret:grato paruæ mollitus amore
Nutrierat:ſenſuſque hominis donarat alendo.
Inde exuta feram:dociliſque accedere menſis.
Atque ultro blanda attactu gaudebat herili.
Aurato matres aſſuetæ pectine mitem
Comere:et humenti fluuio reuocare colorem.
Numen erat iam cerua loci:famulamque dianæ
Credebant:ac thura deum de more dabantur
Hæc æui:uitæque tenax:fœlixque ſenectam
Mille indefeſſos uiridem duxiſſe per annos.
Sæclorum numero troianis condita tecta
Aequabat:ſed iam longo mors uenerat æuo.
Nam ſubito incurſo ſeruorum agitata luporum:
Qui noctis tenebris urbem miſerabile bello
Prodigium intrarant:primos ad luminis ortus.
Extulerat ſeſe portis:pauidaque petebat
Conſternata fuga poſitos ad mœnia campos.
Exceptam læto iuuenum certamine ductor
Mactat diua tibi:tibi enim hæc gratiſſima ſacra
Fuluius:atque adſis orat latonia cœptis.
Inde alacer:fidenſque dea circundata clauſis.
Arma mouet:quaque obliquo curuantur in ore
Meonia flexa ſinu ſpiſſa uallata corona
Alligat:et tælis in morem indaginis ambit:
Dum pauitant ſpumantis equi fera corda fatigans
Euehitur porta ſublimis taurea criſtis.
Bellator:cui ſidonius ſuperare lacerto

Lenta:ocioſa:& nihil timẽs. Educi: erigi quæ urbis muros æquarent. Ferro: clauis ferreis parabat arietem Fuluius ad deiiciendas portas. Stellatis: affixis:ut ſtellæ. Agger:uallum. uinea erat inſtrumentum militare ex tabulis connexum: cuius dorſum erat adeo munitum:ut noceri non poſſet illis: q intus pugnaſſent. Dextrum omen:fœlix oſtentum. Tenax æui: quoniam cerua diu uiuit. Vita inqt Pli. ĩ cõfeſſo longa eſt. Troianis: a capi troiano qui cõdidit Capuam. Poſitos ad mœnia: uicinos muris. Ductor:fuluius mactauit ceruam Dianæ. Taurea: iubelius taurea. Campanus ſingulari certamine cum Claudio aſello romano pugnauit: ſed tauream fugientem Claudius per mediam urbem eſt inſectatus: perque alteram portam intactus euaſit.

Ductor:Annibal præponebat taureã cæteris.Autololes & mauri erant cum Annibale. Aeneade : Claudio aſello romano. Daret auſpicium:faceret ful uius poteſtatem pugnandi: & pugnam auſpicaretur. Vetitum enim ante fue-rat : ne aliquis iniuſſu ducis pugnaret ſub pœna capitis. Soluit imperio:quo niam iam poterat pugnare cũ ductor auſpiciũ dediſſet. Nudis:nullo amen to adiutis. Rutulo:Claudio romano.

Ferrata calce:admotis calcaribus.

Nec pronum cuiquam: non erat faci-le alicui poſſe alios ſuperare: quoniam unuſquiſque uolebat eẽ primus: & iræ æquarũt dextras:qbus ferebãtur ĩ cãpa nos. Dictea harundo: ſagitta cretẽſis.

D uctor:et autololas dedit:et mauruſia tæla.
I s trepido alituum tinnitu ſtare neganti
I mperitans uiolenter æquo poſtq̃ auribus hoſtis
V icinum ſeſe uidet:ac clamore propinquo
C laudius:huic inquit præſtabat claudius arte
B ellandi:et merita mille inter prœlia fama:
H uic inquit ſolum:ſiqua eſt fiducia dextræ
D et ſeſe campo:atque ineat certamina mecum:
V na mora æneadæ:poſtquam uox attigit aures.
D um daret auſpicium : uſque in certamina ductor
P. ræuetitum namque capiti committere martem
S ponte uiris:erumpit ouans ut fuluius arma
I mperio ſoluit:patulumque inuectus in æquor
E rigit undantem glomerato puluere nubem.
I ndignatus opem amenti:ſocioque iuuare
E xpulſum modo iaculum:atque acceſſere uires
T aurea uibrabat nudis conatibus haſtam.
I nde ruens ira tælum contorquet in auras.
A t non idem animus rutulo ſpectatur:et omni
C orpore perluſtrat:qua ſit certiſſima ferro
I n uulnus uia:nunc uibrat:nunc cõprimit haſtã.
M entiturque minas:mediam nunc tranſigit ictu
P armam:ſed grato fraudata eſt ſanguine cuſpis.
T um ſtrictum propere uagina detegit enſem
E t iam ferrata rapiebat calce uolantem.
T aurea cornipedem fugiens minitantia fata.
N ec rutulus leuior cedentis perdere terga.
N am profugo rapidus fuſis inſtabat habenis.
V tque metus uictum ſic ira:et gloria portis
V ictorem immiſit:meritique cupido cruoris.
A c dum uix oculis : uix credunt mentibus hoſtem
C onfiſum nullo comitante irrumpere tectis
P er mediam propere trepidantum interritus urbẽ
E git equum:aduerſaque euaſit ad agmina porta.
H inc ardore pari:niſuque incurrere muris
I gneſcunt animi:penetrataque tecta ſubire.
T æla ſimul:flãmæque micant:tunc ſaxeus hymber
I ngruit.et ſummis aſcendunt turribus haſtæ.
N ec pronum audendi uirtutẽ excellere cuiq̃.
A equarunt iræ dextras:dictea per auras.
T ranat:et in medium perlabitur urbis arundo.
L ætatur non hortandi:non plura monendi

Fuluius eſſe locũ:rapiunt ſibi quiſque laborẽ.
Quos ubi tam erectos animi uidet:et ſupereſſe
Fortunam ſibi quemque ducem ruit impete uaſto
Ad portam:magnæque optat diſcrimina famæ
Tres clauſtra æquæuo ſeruabant corpore fratres.
Quis delecta manus centeni cuiquẽ ferebant.
Excubias:unaque locum ſtatione tenebant.
Forma ex his numitor:curſu plantaque uolucri
Præſtabat laureus:membrorum mole laburnus.
Sed non una uiris tæla:hic mirabilis arcu.
Ille haſtam quatere:ac medicatæ cuſpidis ictu
Prœlia moliri:et nudo non credere ferro.
Tertius aptabat flammis:ac ſulfure tædas.
Qualis athlantiaco memoratur littore quondã
Monſtrum geryones immane tibi corporis itæ:
Cui tres in pugna dextræ uaria arma gerebant.
Vna ignes ſæuos aſt altera pone ſagittas.
Fundebat ualidam torquebat tertia cornum.
Atque uno diuerſa dabat tria uulnera niſu
Hos ubi non æquis uariantes prœlia conſul:
Conſpexit tælis:et portæ limina circum:
Stragem:et perfuſos ſubeuntũ ſanguine poſtes:
Concitat intortam furiatis uiribus haſtam.
Lætum triſte ferens auras ſecat itala taxus.
Et qua nudarat:dum fundit ſpicula ab alto
Arcum protendens numitor latus:ilia tranſit.
At non obſcepto contentus limine martem
Exercere leuis bello:ſed turbidus auſi
Virrius incauto feruore eruperat amens
Recluſa in campum porta:miſeraꝫque furori
Vincentũ obtulerat pubem:ruit obuia in arma
Scipio:et oblatum metit inſatiabilis agmen:
Tifata umbrifero generatũ monte celenũ
Nutrierant audere trucem:nec corpore magno
Mens erat inferior:ſubſidere ſæpe leonem.
Nudus inire caput pugnas certare iuuenco.
Atque obliqua trucis deducere cornua tauri
Aſſuerat:crudoque oblique ſe attollere fato.
His dum præcipites expellit uirrius urbe
Seu ſpreto:ſeu ne fieret mora:nudus in æquor
Thorace exierat:leuiorque præmebat anhelos
Pondere loricæ:et palantes uictor agebat.

Tres clauſtra æqueuo: nunc canit de Numitore laurente: ac Laburno fratribus cuſtodiẽtibus portam campanam. hi erant tergemini:& quiſque habebat ſub ſe centum homines. Membrorũ mole: magnitudie corporis apta ad pugnam ſtatariam. Medicatæ: carminibus & ueneno imbuto. Qualis athlãtiaco: hos tergeminos comparat gerioni: quem Hercules interemit: ut dictũ eſt. Cornum: haſtã ex corno arbore.
Conſul: fuluius: qui erat illic cum cõſulari poteſtate. Tifata: mõticulus iuxta Capuam: ut dictum eſt: in quo hic Calenus fuerat educatus: qui exiens cũ Virrio ſine lorica cum interfeciſſet Veliternum & Marium ſocium Scipionis ab ipſo in ulctionem amici interfectus eſt. Audere: ad audendum terribilẽ.
Subſidere: ſternere. Nudus caput: ſine galea. Anheles: romanos defatigatos curſu. Palantes: effuſe fugientes.

Perculerat: uulnerauerat. Scopulus: ideſt ſaxum. Quanta eſt uis agili: haſtam Scipionis uelociter perforantem pectus Caleni: comparat liburnicis nauibus: quæ ſūt uelociſſimæ. tale genus nauium inuētum fuit a liburnis populis: qui ſunt mixti iliricis. Tonſæ: remi. Ictu: impulſu remorū. Non pariter ceſſere: quoniam romani ſine pauore dormiebant: campani autem timore cōcutiebāt. Muſſat: dubitat. Muſſare proprie eſt uelle loqui: & non audere.

Iamquē ueliternum media tranſegerat aluo:
Iam ſolitum æquali ludo committere equæſtris
Scipiadæ pugnas marium tellure reuulſo.
Perculerat ſaxo miſer implorabat amicum
Cum gemitu expirās: ſcopuluſque præmebat hiātē
Sed ualidas ſæuo uires duplicante dolore
Effundit lachrymas pariter: cornumque ſonantem
Scipio ſolamen properans optabile in armis
Hoſtem proſtrato morientem oſtendere amico
Tranauit liquidas uolucris: ceu ſcinderet auras:
Haſta uiri pectus: rupitque immania membra.
Quanta eſt uis agili per cerula ſumma liburnæ:
Quæ pariter quotiens reuocatæ ad pectora tonſæ
Percuſſere fretum uentis fugit ocior: et ſe.
Quam longa eſt uno remorum præterit ictu.
Aſcanium uoleſus proiectis ocius armis.
Quo leuior peteret muros per aperta uolantem
Aſſequitur planta deiectum protinus enſe
Ante pedes domini iacuit caput ipſe ſecutus
Corruit ulterior procurſus impete truncus.
Nec ſpes obſeſſis ultra reſerata tueri
Mœnia conuertunt greſſus: recipique petentes
Infandum excludunt ſocios: tum cardine uerſo
Obnixi torquent obices munimina ſere
Acrius hoc inſtant itali: clauſoſque fatigant
Et ni ceca ſinu terras nox conderet atro
Perfractæ rabido patuiſſent milite portæ.
Sed non in requiem pariter ceſſere tenebræ.
Hinc ſopor impauidus: qualem uictoria nouit.
At capua: aut mœſtis ululantum flebile matrum
Queſtibus: aut gemitu trepidantum exterrita patrū
Tormentis finem: metamque laboribus orat.
Muſſat perfidiæ ductor: caputque ſenatus.
Virrius a pœno nullam docet eſſe ſalutem
Vociferans pulſis uiuendi e pectore curis.
Speraui ſceptra auſoniæ: pepigique ſub armis.
Si dexter pœnis deus: et fortuna fuiſſet:
Vt capuam iliaci migrarent regna quirini
Qui quaterent muros: tarpeiaque mœnia miſi
Hoc mihi poſcendi uigor affuit: alter ut equos
Portaret faſces noſtro de nomine conſul.
Hactenus eſt uixiſſe ſatis: dum copia noctis

Qui cordi comes: æterna eſt acheronris ad undá.
Libertas: petat ille meas menſaſque dapeſque.
Et uictus mentē fuſo per mēbra Lyeo
Sopitoque necis morſu medicamina cladis
Hauriat: et placidis exarmet fata uenenis.
Hæc ait: et turba repetit comitante penates:
Aedibus in mediis conſurgens ilice multa
Extruitur rogus hoſpiciū cōmune peremptis.
Nec uulgū ceſſat furiare dolorque pauorque
Nunc menti feræ decius redit: et bona uirtus
Exilio punita truci: deſpectat ab alto
Sacra fides agitatque uirū fallacia corda
Vox occulta ſubit paſſim diffuſa per aures:
Fœdera mortales ne ſeuo rumpite ferro
Sed caſtam ſeruate fidem: fulgentibus oſtro
Hæc potior regnis: dubio qui frangere rerum.
Gaudebit pacta: ac tenues ſpes linquet amici
Non illi domus aut coniunx aut uita manebit
Vnq̄ expers luctus: lachrymæque aget æquore ſēp
Ac tellure premens aget ægrum nocte dieque
Despecta ac uiolata fides: adit omnia iamque
Concilia ac menſas contingit et abdita nube.
Accumbitque toris epulaturque improba erinnys
Ipſa etiam ſtygio ſpumantis pocula tabo.
Porrigit: et large pœnas lœtumque miniſtrat.
Virrius interea dum dat penetrare medullas.
Exitio aſcenditque pyrā atque amplexibus hæret.
Iungere tum fata et ſubiici iubet ocius ignes
Stringebant tenebræ metas: uictorque ruebat.
Iamque ſuperſtantem muro ſocioſque milonem
Voce attollentē pubes campana uidebat.
Pandunt attoniti portas: trepidoque capeſſunt
Caſtra inimica gradu. quis lœto auertere pœnas
Defuerant animi: patet urbs confeſſa furorem.
Et reſerat tyrio maculatas hoſpite ſedes.
Matronæ puerique ruunt: mœſtumque ſenatus.
Conciliū. nullique hominū lachrymabile uulgus.
Stabant innixi pilis exercitus omnes.
Spectabantque uiros: et lœta et triſtia ferre
Indociles: nunc propexis in pectora barbis.
Verrere humum nunc fœdantes in puluere crinē:
Canentē: et turpi lachryma precibuſque pudēdis.

Qui cordi: apud Liuiū ait: Itaque qui
bus ueſtrum ante fato cedere q̄ hæc tot
tanq̄ acerba uideant in aīo eſt his apud
me hodie epulæ inſtructæ paratæque
ſūt faciatis uino ciboque poculū quod
mihi datum fuerit circūferetur ea po-
tio corpus a cruciatu animū a contume
liis oculos: aures: a uidendis audiendiſ-
que omnibus acerbis indignis quæ ma-
nent uictos uindicabit: & ſic uirrium ſe
quuti ſunt vii. &. xx. ſenatores & cū eo
epulati & alienatis mentibus uino uene
nū ſumpſerunt. Necis morſu: dolore
mortis amoto propter uinū. Placidis:
placide ac ſine dolore necantibus. Sa
cra fides: fingit poeta fidei numen cor
da perfida campanoꝝ agitaſſe. Fede-
ra mortales: uox fidei ad mortales. Po
tior: melior & antiquior regnis ac diui
tiis. Erymnis: furia ibat ad menſas eo
rum qui ebrii uolebant mori. Stygio
tabo: ueneno accepto ex ſtyge palude.
Iūgere fata: impletæ uino ut ait Liuius
cibiſque uenæ minus efficacem in ma-
turanda morte uim ueneni fecerunt:
itaque noctem totam plerique eorum
& diei inſequentis partem cum animā
egiſſent omnes tn̄ priuſq̄ aperirētur ho
ſtibus portæ expirarunt. Stringebant
metas: iam ſurgebat aurora. Pandunt
portas: maior pars ſenatus autoř Liuio
multis ſæpe bellis expertam populi ro.
clementiam haud diffidentes ſibi quo
que placabilem fore legatos ad dedēdā
romanis capuam decreuerunt: miſerūt
que poſtero die porta iouis quæ aduer
ſus caſtra romana erat iuſſu procōſulis
aperta eſt ea ītromiſſa legio una & duæ
aliæ cum. Qu. fuluio legato. Nulli la
chrymabile: indignū aliqua cōmiſera
tione propter defectionem ad pœnos.
Indociles: qui neſciebant aſſueti deli
tiis æquo animo ferre utrāque fortunā
hæc uirtus tunc romanoꝝ erat: deſcri
bit igitur: muliebrem animū cāpanoꝝ.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Deus;fingit poeta,iouem miſiſſe pana qui eſt deus paſtorum cuius habitú & effigiem deſcribit. Tecta troia:campana condita a troianis. Cornu :ungula pedis. Tegeatide capra:arcadica;tegea urbs arcadiæ ubi pan colebatur. Verbera læta; nam luperci uerberabát manus matronarum uolentium cócipere ac pareř pelle hirci ſiue zona ex tali pelle,unde Iuuenalis: Nec ꝓdeſt agili palmas præbere luperco. Pinus:corona pinea quam gerit pan.Stant;erectæ ſunt.

Præciſa:prærupta & ſcrupuloſa. Rabiem: qua romani ferebantur ad incendium capuæ. Menala:monté arcadiæ ubi colebatur. Egeritur præda.C.fuluius legatus cum oium primú tela quæ capuæ erant ad ſe conferenda curaſſet cuſtodiis autore Liuio ad omnis portas diſpoſitis ne quis exiř aut emitti poſſet præſidium punicum comprehédit: ſenatum campanū ire í caſtra iuſſit quo cum ueniſſent his omnibus ex templo cathenæ iniectæ iuſſique ad queſtores deferri quod auri argentique haberent auri pondo.lx. argenti tria milia pódo cc. ſenatores.v.&.xx.cales in cuſtodiá duo de.xxx.theanū miſſi quoqȝ de ſententia maxime deſtitum a romanis cóſtabat. Superbi uictus: uitæ lautioris & luxurioſæ. Alia tellure.i.menſæ citreæ aduectæ ex athlante monte mauritaniæ.

F emineum tenues ululatum fundere in auras.
A tque ea dum miles miratur inertia facta.
E xpectatque ferox ſternendi mœnia ſignum
E cce repens tacito percurrit pectora ſenſu.
R eligio: et ſeuas componit numine mentes:
N e flammā tedaſque uelint ne templa ſub uno.
I n cinerem tranſiſſe rogo ſubit intima corda
P erlabens ſenſim mitis deus ille ſuperbe
F undamenta capyn poſuiſſe antiquitus urbi.
N on cuiq̄ uiſus paſſim monet ille refuſis.
I n ſpaciū immenſū cāpis habitanda relinqui
V tile tecta docet:paulatim atrocibus ire
L angueſcunt animis:et uis mollita ſeneſcit.
P an ioue miſſus erat ſeruari tecta uolente.
T roia pendenti ſimilis pan ſemper:et uno
V ix ulla inſcribens terræ ueſtigia cornu.
D extera laſciuit ceſa tegeatide capra
V erbera læta mouens feſta per compita cauda.
C ingit acuta comas et opacat tempora pinus
A c parua erumpunt rubicunda cornua fronte.
S tant aures:ſummoque cadit barba hiſpida méto
P aſtorale deo baculum:pelliſque ſiniſtrum
V elat grata latus teneræ de corpore damæ.
N ulla in præruptū tam prona et inhoſpita cautes
I n qua non librans corpus ſimiliſque uolanti
C ornipedé tulerit præciſa per auia plantam.
I nterdū inflexus medio naſcentia tergo
R eſpicit arridens hirtæ ludibria caudæ.
O btendenſque manū ſolem inferueſcere fronti
A rcet:et umbrato perluſtrat paſcua uiſu.
H ic poſtq̄ mandata dei perfecta malamque
S edauit rabié:et permulſit corda furentum:
A rcadiæ uolucris ſaltus et amata reuiſit
M enala:ubi argutis longe de uertice ſacro
D ulce ſonat calamis:ducit ſtabula omnia cantu.
A t legio auſonidum flāmas ductore iubente
A rceri portis ſtanteſque relinquere muros.
M ite decus mentis:condunt enſeſque faceſque
M ulta deum templis domibuſque nitentibus auro
E geritur præda et uictus alimenta ſuperbi.
Q uiſque bonis pariere uirum de corpore ueſtes
F œmineæ menſæque alia tellure petitæ

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Poculaque eōa luxum irritantia gemma.
Nec modus argento. celataque pondera facti
Tantum: epulis auri: tum paſſim corpora longo
Ordine captiua et domibus deprompta talenta
Paſcere longinquum non deficientia bellum.
Immenſique greges: famulæ ad cōmunia turbæ.
Fuluius ut finem ſpoliandis ædibus ere
Belligero reuocante dedit: ſublimis ab alto
Suggeſtu magnis fautor non futilis auſis.
Lauino generate inquit quem ſoſpita iuno
Dat nobis milo: gradiui cape uictor honorem
Tempora murali cunctis turrita corona.
Tum ſontes procerum meritoſque piacula prima
Accit: et interea punit commiſa ſecuri.
Hic atrox uirtus nec enim occuluiſſe precatur
Spectatū uel in hoſte decus: clamore feroci
Taurea tunc inquit ferro ſpoliabis inultus
Te maiorem animā? et iuſſo lictore reciſa.
Ignauos cadet ante pedes fortiſſima ceruix?
Haud unq̄ hoc nobis dederit deus. inde minaci
Obtutu toruum contra et furiale renidens
Bellatorem alacer per pectora tranſigit enſem:
Cui ductor patriam moriens comitare cadentem
Qui nobis animus: quæ dextera: quid ue uiritim
Decernet mauors tibi ſi rebare pudendum
Iuſſa pati: licuit pugnanti occumbere lœtum.
Dum capua infauſtā luit haud ſine ſanguīe culpā
Interea geminos terra crudelis ibera
Fortuna abſtulerat permiſcens triſtia lœtis
Scipiadas: magnūque decus magnūque dolorem
Forte dicarchea iuuenis conſedit in urbe
Scipio poſt belli repetens extrema penates.
Huc triſtis lachrymas et funera acerba ſuorum.
Fama tulit: duris q̄q̄ non cedere ſuetus:
Pulſato lacerat uiolenter pectore amictus.
Non comites tenuiſſe ualent: non ullus honorum:
Militiæ ue pudor: pietas irata ſiniſtris
Cœlicolis furit: atque odit ſolatia luctus.
Iamque dies iterumque dies abſumpta querelis.
Verſatur ſpecies ante ora oculoſque parentis.

Eoa gemma: aducta ex oriente: qm̄ india ut ſcribit Pli. maxime gemmifera eſt: gemmis antiqui utebant̄ in poculis ad luxū: unđ Iuuenalis: cum pocula ſumis gēmata & præclara illic laudat̄ iaſpis. nam uirro ut multi gemmas ad pocula trāſfert. Nec modus: non erat menſura. Celata: ſculpta. Tantū epulis: ſolū cōparata ad gulæ menſarūque uſum. Deprompta: accepta. Longinquū: diuturnū: tanta erat uis pecuniæ.
Ere belligero: tuba ænea. Suggeſtu: toro & loco edito. Non futilis. i. prudens & ornatus uirtutē pro meritis donauit fuluius milonem murali corona qm̄ primus aſcenderat mœnia: & alludit poeta ad illum milonē qui in ſilua aricina clodiū interfecit & fuit ex lauino: ſupra dixit milonem ſtantem ſuper murum pubes cāpana uidebat. Soſpita iuno: qm̄ lauini erat templū iunonis ſoſpitæ. Tempora turrita: qm̄ ut ſcribit Gelius: muralis corona qua donabat̄ ab imperatore is qui primus murū ſubiiſſet aut in oppidū hoſtiū per uim aſcendiſſet quaſi muri pinnis decorata erat: & iō caput tali corona cinctū Syllius appellat turritū. Tum ſontes procerū: fuluius autore liuio theanū ꝓfectus quo campanos præmiſerat prima luce portam intrauit atque in forū perrexit concurſuque ad primū equitū ingreſſū facto magiſtratū ſidicinū citari iuſſit imperauitque ut produceret cāpanos quos in cuſtodia haberet: producti omnes uirgis cæſi ac ſecuri percuſſi ſunt & ſic de aliis quos tales ꝑmiſerat ſuppliciū ſumptū eſt. Sontes: nocētes & autores defectionis ad pœnos. Hic atrox uirtus: deſcribit fortitudinē ipſius tauree de quo Li. conſurgentē iā fuluiū taurea cāpanus per mediā uadens urbē turbā noīe inclamauit & cū mira bundus quid nā uellet inquireret reſidens flaccus: me quoque inq̄t iube occidi ut gloriari poſſis multo fortiorem q̄ ipſe es uirum abs te occiſū eſſe. Atrox: horrida & fortis: nā ſpernebat mortē & fuluiū. Vel: ēt in hoſte. Spectatū: clarū. Renidēs: reſplendēs oculis ira ſcintillantibus gladio inq̄t Li. quē ueſte texerat ꝑ aduerſum pectus trāſfixus ante pedes impatoris ꝓcubuit moribūdus.
Decernet mauors: diiudicabit inquit fuluius bellū & pugna q nobis ſit aīus: quæ manus: & q̄d uiritim ualeamus. i. ad ſingulare certamen. Interea geminos: dū hæc in italia agerēt in hiſpania duo frēs clariſſimi duces. p. &. gneus ſcipiones ceciderūt ut in principio dictū eſt. Iuuenis: ſcipio filius. p. ſcipionis. Dicarchea: puteolana. Poſt belli extrema: poſt finē belli campani ſiue capua recepta & de ſontibus pœna ſumpta. Huc: puteolos ubi tum forte erat ſcipio repetēs romā. Non ullus pudor honorꝝ: non hēbat rationē honorꝝ nec uidebat̄ decorꝝ ſeruare qm̄ uir fortis nō debet frāgi aduerſis. Siniſtris: īfœlicibꝰ. Furit: furor̄ quodā luctus ob pietatē corripit̄.

Excire:euocaré ab inferis. Vicina palus:acheruſia quæ eſt prope puteolos & cumas dicta ab acheronte fluuio inferno:cuius aquis uidetur refundi:iō humorem acheruſium appellat ipſius paludis. Squalenté introitū auerni: qm̄ ad auernum lacum eſt palus acheruſia alto cæno referta ut inquit Strabo.

Squalentem:incultū & cenoſum auernus claudit arduis ſupciliis uno oſtio aditur quod reſtagnat palus acheruſia

Mens:ſcipionis uolebat prænoſceř futura & ſuos euentus & huius deniq̧ belli quod italiā quaſſabat. Ad gryneam autonoen: ſacerdotem phœbi: gryneū eſt nemus phrygiæ ubi apollo colebat: inde grynea uates tripodes erant ſacri phœbo & tripodem foramini delphico ſuperimpoſitū phœbi ſacerdos aſcédens uaticinabatur: factitauere inquit Pli. ex ære cortinas tripodum nomine delphicas qm̄ donis maxime apollinis delphici dicabant. Egri:mœſti. Conſulta:ſententiam & uoluntatem. Patrū.p.&.gn.ſcipionū. Repoſtis:ſubterraneis & a nobis remotis. Sub lucé: in aurora. Suos populos:umbras defunctorū. Cætera.ſ.quæ futura ſunt:nā ſcipio futuros annos cognoſceř auebat.

Maiori uate:ſibylla. Eliciam:euocabo umbram ſibyllæ a campis helyſiis.

Phœbei: apollinei & uaticinantis.

Fauces:ingreſſum & oſtium. Caſtus: purificatus. Diti:plutoni. Promiſſæ uatis: ſibyllæ quā autonoe promiſerat euocare ab inferis. Occulto cepto: ſociis ignorantibus. Acerbam: diram & grauem propter fetorem. Laxo ore:patulo meatu:cocytus eſt fluuius inferoꝝ qui luctū ſignificat. Suſpirans:emittens. Arcanū murmur: magicum carmen quo manes euocabat. Operto regi.plutoni:mactatur taurus plutoni & iuuenca proſerpinæ. Fundunt mella: ſic circe monet ulixem apud Homerū ſparges inquit libationé primū melle; deinde dulci uino:tertio aqua & immiſcebis farinam. Omni herebo: toto inferorū tractu; uerba ſunt autonoes monentis ſcipionem ne umbrarum aduentum timeat.

Ergo excire parat mânes: animaſque ſuorum.
Alloquioque uirum tantos mulcere dolores.
Hortatur uicina palus:ubi ſignat auerni
Squalentem introitum ſtagnans acheruſius hūor
Noſcere uenturos agitat mens protinus annos.
Sic et gryneam quæ tum ſub nomine phœbi
Autonoe tripodas ſacrum antrumque tenebat:
Fert greſſus iuuenis: conſultaque pectoris ægri
Pandit:et aſpectus orat contingere patrum
Nec cuntata diu uates mactare repoſtis.
Mos umbris inquit conſueta piacula nigras
Sub lucem pecudes:recluſæque abdere terræ
Manantem uigulis ſpirantum cede cruorem.
Tunc populos tibi regna ſuos pallentia mittent.
Cætera quæ poſcis maiori uate cauentur.
Nanque tibi elyſio repetita oracula campo
Eliciam:ueteriſque dabo inter ſacra ſibyllæ
Cernere fatidicam phœbei pectoris umbram.
Vade age et a medio cum ſe nox humida curſu
Flexerit:ad fauces uicini caſtus auerni
Duc prædicta ſacris duro placamina diti
Mella ſimul tecum et puri fer dona lyei
Hoc alacer monitu et promiſſæ nomine uatis
Apparet occulto monſtrata piacula cepto.
Inde ubi nox iuſſam procedens contigit horam:
Et ſpacia equarunt tenebras tranſacta futuras
Conſurgit ſtratis.pergitque ad turbida portæ
Hoſtia tartareæ pœnitus quis abdita uates
Promiſſa impleret:ſtygioque ſedebat in antro.
Tum qua ſe primū rupta tellure recludit
Inuiſum cœlo ſpecus atque eructat acerbam
Cocyti laxo ſuſpirans ore paludem.
Inducit iuuenem ferroque cauare refoſſam
Ocius urget humū:atque arcanū murmur anhelás
Ordine mactari pecudes iubet:acer operto
Ante omnes taurus regi: tum proxima diuæ
Ceditur ennææ caſta ceruice iuuenca.
Inde tibi allecto tibi nunq̄ læta megera
Corpora lanigerum procumbūt lecta bidentum.
Fundunt mella ſuper:bachique et lactis honoré.
Stat iuuenis faciemque erebo quæ ſurgit ab omni
Exclamat uates patere accedentia cerno

Tartara:et ante oculos aſſiſtere tertia regna.
Ecce ruunt uariæ ſpecies:et quicquid ab imo
Natū hoīum extinctūque chao ē iā cūcta uidebat
Cyclopas ſcyllamque et paſtos mēbra uirorum
Odryſiæ telluris equos:contende tueri.
Eductumque tene uagina interritus enſem.
Quecūque ante animæ tendunt potare cruorem:
Diſiice: dum caſtæ procedat imago ſibyllæ
Interea cerne ut greſſus inhumata citatos.
Fert umbra:et properat tecum coniungere dicta:
Cui datur ante atros abſumpti corporis ignes
Sanguine non tacto ſolitas effundere uoces.
Aſpicit:et ſubito turbatur ſcipio uiſu.
Quinam te qui caſus ait dux maxime feſſe
Eripuit patriæ?cum tales horrida poſcant
Bella uiros:nec enim dextra conceſſerit ulli
Appius:aut aſtu:decimū lux rettulit ortum
Vt te cum capua remearē uulnera uidi
Mulcentem hoc uno mœſtū quod adire neqres.
Saucius ad muros et martis honore careres.
Contra quæ ductor:feſſo mihi proxima tandem
Lux gratos phætontis equos auertit:et atris.
Aeternum demiſit aquis.ſed lenta meorum
Dum uanos ritus curat et ſolēnia uulgi
Exequitur:ceſſat flāmis imponere corpus.
Vt portet tumulis per longum mēbra paternis.
Quod te per noſtri martis precor æmula facta
Arce quæ patriis artus medicamina ſeruāt.
Daque uago portas quāprimū acherontis adire.
Tum iuuenis:gens o ueteris pulcherrima claudi
Haud ulla ante tuam q̄q̄ non parua fatigent
Curarum prior extiterit. nāque iſta per omnis
Diſcrimen ſeruat populos:uariatque iacentum
Exequias tumuli et cinerum ſententia diſcors.
Tellure ut perhibent is mos antiquus ibera
Exanima obſcenus conſumit corpora uultur.
Regia cum lucem poſuerunt mēbra:probatū eſt
Hyrcanis adhibere canes:ægyptia tellus
Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo
Corpora:et a menſis exanguē haud ſeparat umbrā
Exhauſto inſtituit pontus uacuare cerebro
Ora uirum:et longum myrrhata reponit in æuū.

Ab imo chao:a prima mundi origine cū mens diuina confuſionē illam ſegregauit. Equos.ſ.diomedis threicii quos ille humano uiſcere pauit. Contēde: conare illuc aſpicere. Interea cerne ut greſſus: prima uenit umbra appii claudii de quo Liuius: mortuū appiū claudiū ſub dedutionē capuæ quidam tradunt: Appius claudius cū obſidereť capua uulneratus fuit: ex quo uulnere ut quidam aiunt interiit ſub capuæ deditionē ut quidam poſt cōtrouerſiā quæ fuit inter eum & fuluiū de ſupplicio cāpanoꝝ:quidā ante capuæ deditionem.

Cui datur:concediť anteq̄ ſit corpus crematū emitteť uoces ut prius quippe appius adhuc iacebat īſepultus. Atros ignes:rogi.ſ.quos corpus cremabatur.

Non tacto:non epoto ſangnine hic in foſſo. Auertit equos: ademit mihi ſolē& gratā uitam dies proxima illi ī qua me uidiſti. Atris aquis: infernis & ſtygiæ paludi:dū mei inquit ceſſant meū corpus comburere non datur mihi tranare ſtygiam paludem. Vanos ritus: morem referendi cadauer ad auita ſepulchra qui mos eſt uanus & nihil prodeſt umbris: & ideo talem ritum uanū appellat & uulgare ſolēne qm̄ undecūque ad inferos tantūdem uiæ eſt & non refert ubi cremetur corpus ſed opinio uulgaris gētilicia ſepulchra poſcit & repetit. Longum:per longam diſtantiā a capua romam. Arce:remoue medicamina quibus meum corpus perfuſū ſeruatur ne putreſcat ut poſſit in patriam referri. Patriis.ſ.ſepulchris. Vago:mihi erranti. Veteris claudi:illius appii claudii ſabini de quo dictū ēſt. Ante tuam: prima mea cura īquit erit tuum funus. Diſcrimen:uarietatē. Diſcors ſententia cinerū:uarius mos ſepeliēdi.

Obſcenus:quia cadauera ſectať & comedit. Probatum: iam receptum in uſum adhibere canes qui deuorent mēbra regia q apud illos canes ſepulchrales appellabantur. Odorato: perfuſo aromatibus. Stantia poſt funus:durantia poſt mortem. Et a menſis:habent inquit ægyptii ipſa corpora cōdita aromatibꝫ ad menſas ubi comedūt. Pontus: prouincia ubi regnauit mitridates extrahebant illic cerebrum e capitibus mortuorum. Myrrhata:myrrha cōdita quæ præſeruat a putrefactione garamantes infodiunt harenis: naſamones in mare abiiciunt: celtæ faciebant pocula ex capitibus mortuorum addito auro.

SLUB Wir führen Wiſſen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Sermonibus alternis: cũ appio.ſ.: Globo tuoq;: ſociis tuis qui mihi faueãt ad ſacra peragenda. Cymes anus: cumea ſibylla. Egregiæ iuuẽtæ: ſcipionis cecini inqt ſibylla quondã geſta tua: ſed romani contẽpſerunt meos libros. nam ut dictum eſt uenit ad Tarquiniũ ſuperbum et attulit nouẽ libros: quos eſſe dicebat diuina oracula ſex combuſtis tres emit rex: & ĩ ſacrario poſuit appellatique ſũt ſibyllini. ad hos inquit gellius quaſi ad oraculum xv. uiri adibant cum dii immortales publice conſulendi eſſent.

Proauis ueſtris: tarquinio ſupbo. Fata dardana: romana quæ pendent: a tuis fatis: magna laus ſcipionis a quo tota res romana pendere uidebat cum eſſet illũ ſuperaturus qui rem romanã ꝑpe ad interitum perduxerat. Armifero uictor: uaticinatur ſibylla uentura fata romanorum: & Scipionis. Armifero: bellicoſa hiſpania. Ante ãnos: nã ut ait Liui. natus erat ferme. xxiiii. annos cũ in hiſpaniam miſſus ẽ ubi pr̃is & patrui mortem ſtrage hoſtium piauit. Creditus marti: miſſus ad bellũ hiſpanũ. Miſſũ omen: auſpicium quoniam expugnata noua carthagine ĩ hiſpania carthaginẽ libycam & romani æmulam imperii ad tributum ſ̃diges. Hiberiacis: hiſpanis.

Maius imperium: conſulatum Scipio ex hiſpania uictor rediens non triũphauit quoniã ſine imperio rẽ geſſerat: ſed magno centuriarum conſenſu creatus fuit conſul cum. p. Licinio craſſo pontifice maximo. Rectorem: annibalem quem uicit ad zamam magno prælio.

Pudet urbis iniquæ: prædicit nunc ſibylla ſcipioni exiliũ. Hoc decus: poſt liberatam italiam & carthaginẽ ad tributum redactam uicto annibale Liui. li. viii. decadis belli macedonici ait: uitam linterni egit ſine deſiderio urbis morientem ruri eo ipſo loco ſepeliri ſe iuſſiſſe ferunt monumentumque illic ædificari ne funus ſibi ĩ ingrata patria fieret: uir memorabilis bellicis tñ q̃ pacis artibus memorabilior linterni inqt monumentũ uidimus: monumẽtoque ſtatua ſuperimpoſita fuit quam tempeſtate diſiectam nuper uidimus ipſi.

Atros lacus: infernos. Tum iuuenis: reſpondet Scipio cuius hæc eſt magna laus ꝙ fine audito non ceſſauit uir magnus ꝑ patria pugnare cuius ingratitudinẽ iã cognouerat & ait: mõ ego uacẽ culpa patiar libẽter & erecto aĩo qcqd duri ĩminet. Obnitemur: patiemur omnia dura & reſiſtã oĩbus difficultatibus. Cauſa uitæ. i. qm̃ uoluiſti diu uiuere non tibi ſed ut prodeſſes mortalibus: & ſic animũ ſibyllæ emeretur.

Quid qui recluſa nudos garamantes harena
Infodiunt? quid qui ſeuo ſepelire profundo
Exanimes mandant libycis naſamones in oris?
At celtæ uacui capitis circundare gaudent
Oſſa nephas: auro et menſis ea pocula ſeruãt.
Cecropide ob patriã mauortis ſorte peremptos
Decreuere ſimul cõmunibus urere flammis.
At gente in ſcythica ſuffixa cadauera truncis.
Lenta dies ſepellit: putri liquentia tabo.
Talia dum memorant umbra ueniente ſybillæ.
Autone finem hic inquit ſermonibus adde
Alternis: hæc hæc ueri fœcunda ſacerdos.
Cui tantum patuit rerum: quãtũ ipſe negarit
Plus nouiſſe deus: me iam comitante tuorum
Tempus abire globo: et pecudes imponere flãmis.
At grauida arcanis cymes anus attigit ore
Poſtq̃ ſacrificiũ delibauitque cruorem
In decus egregium uultus intenta iuuentæ
Etherea fruerer cum luce haud ſegniter inquit.
Cymeo populis uox noſtra ſonabat in antro
Tum te permixtum ſeclis rebuſque futuris
Aeneadum cecini: ſed non ſat digna mearum
Cura tuis uocum: nec enim conquirere dicta
Aut ſeruare fuit proauis ſollertia ueſtris.
Verum age diſce puer: quando cognoſcere cordi.
Iam tua: deque tuis pendentia dardana fatis.
Nanque tibi cerno properantum oracula uitæ
Hinc petere: et patrios uiſu contingere manes.
Armifero uictor patrem ulciſceris ibero.
Creditus ante annos marti: ferroque reſolues
Gaudia pœnorũ: et miſſum lætabere bello.
Omen iberiacis uicta carthagine terris.
Maius ad imperiũ poſt hæc capiere: nec ante
Iuppiter abſiſtet cura: quam cuncta fugarit.
In libyam bella: et uincendum duxerit ipſe:
Sidonium tibi rectorem: pudet urbis iniquæ.
Quod tu poſt decus hoc pr̃iaque domoque carebis
Sic uates greſſumque lacus uertebat ad atros
Tum iuuenis quæcunque datur ſors durior cui
Obnitemur ait: culpa modo pectora ceſſent.
Sed te oro: quando uitæ tibi cauſa labores
Humanos iuuiſſe fuit: ſiſte inclyta uirgo

Inane:uacuũ deſcribit inferos:Huc inqt deſcẽdit oẽ ꝙ cõſtat ex quattuor elemẽtis:ſed tria ponit terrã:aquã:& aerẽ:ſed cũ dicit igneus aer intelligit utrũque elementũ:ignis.ſ.ſiue ætheris & aeris:q ẽ inter ignẽ & aquã.& aer ſpiſſior fit aqua.aqua ſpiſſior fit terra.& ecõtra:rarefacta terra fit aqua.& aqua aer.& aer rarefactus ignis.& ignis ſpiſſior aer:ideo ait Ariſtoteles primo phyſicoꝶ:Aliqui ex raritate:& dẽſitate oĩa ꝑcreant.i.ꝑcreari dicũt. Mũdi genitalis.i.a prima origine mortaliũ. Iners:inutilis:& ſine aliqua uoluptate. Receptat:recipit.deſcribit decẽ portas inferoꝶ:quarũ prima recipit ĩ bello cæſos:ac ꝑ hoc fortes & magnos:quos aliis ꝑ̃ponit:qm̃ fortitudo ꝓprie:ut placet Ariſtoteli uerſatur circa mortẽ:quæ ẽ in bello.

Paulisper greſſum:et nobis:maneſque ſilentum
Enumera:ſtygiæque aperi formidinis aulam.
Annuit illa quidem:ſed non optanda recludis
Regna ait:hic tenebras agitãt:uolitãtque ꝑ umbras
Innumeri quondam populi:domus omnibus una
In medio uaſtum late ſe tendit inane.
Huc quicquid terræ:quicqd freta:et igneus æther
Nutriuit primo mundi genitalis ab æuo:
Mors communis agit:deſcendunt cuncta:capitque
Campus iners quantum interiit:reſtatque futurũ.
Cingunt regna decem portæ:quarũ una receptat
Belligeros dura gradiui ſorte creatos.
Altera qui leges poſuere atque inclyta iura
Gentibus:et primas fundarunt mœnibus urbes.
Tertia ruricolas cereris iuſtiſſima turba:
Quæ uenit ad manes:et fraudum illeſa ueneno.
Exin qui lætas artes:uitæque colendæ
Inuenere uiam:nec dedignanda parenti
Carmina fuderunt phœbo:ſua limina ſeruant.
Proxima quos uenti:ſæuæque hauſere procellæ:
Naufraga porta rapit:ſic illam nomine dicunt.
Finitima huic noxa grauido:et peccaſſe fatenti
Vaſta patet populo:pœnas rhadamantus in ipſo
Expetit introitu:mortemque exercet inanem.
Septima fœmineis reſeratur porta cateruis
Liuentes ubi caſta fouet proſerpina lucos.
Infantũ hinc gregibus:uerſas ad funera tædas
Paſſis uirginibus:turbæque in limine lucis
Eſt iter extinctæ:et uagitu ianua nota:
Tum ſeducta loco:et laxata lucida nocte
Clauſtra nitent:quæ ſecreti per limitis umbram
Elyſios ducunt campos:hic turba piorum.
Nec ſtygio in regno cœli:nec poſta ſub axe.
Verum ultra oceanum ſacro certamina fonti
Lætheos potat latices obliuia mentis.
Extrema hinc auro fulgens iam lucis honorem
Sentit:et admoto:ſplendet ceu ſydere lunæ

Qui leges:qm̃ ſunt fundamenta rerũpu.& ad bñ beateque uiuendũ:& ideo tales hoĩes commodius humanis cõſulẽtes ĩ ſecũdo loco ponũt:ſed Cice.in officiis cõſilia urbana:& leges gloriæ bellicæ præponit.

Illeſa ueneno fraudũ:qm̃ agricolæ ñ ſunt frauduleñti. Vitæ colẽdæ:ornandæ:qm̃ artes fuerũt inuẽtæ:ut adiuuarẽt naturã:& artiũ diſciplinarũque inuẽtores de humano genere benemeriti ſũt:& ipi ẽt poetæ:q & delectãt & ꝓſũt.

Exercet mortẽ inanẽ:uexat tormẽtis ipas umbras. Liuẽtes:nigros. Virginibus paſſis tædas uerſas ad funera.i.illis uirgibus quæ paſſæ matrimoniũ & tædas iugales ĩ ipo partu periere:ſic.n.tædæ uertũt ad funus. In limine lucis:in ipo primo ortu:& prĩcipio uitæ. Tum ſeducta loco:nũc deſcribit campos elyſios:quos a tenebris ĩfernis ſecretos ait.

Laxata nocte:diſſolutis tenebris:& infuſa luce. Nec ſtygio ĩ regno:cãpos elyſios dicit ñ eẽ apud inferos:nec ſub axe cœli:ſed extra anni ſoliſque uias:ut poetice loquar ad oceanũ:ubi erãt fortunatæ inſulæ:de cãpis elyſiis ſic cecinit Home.ĩ qrto odiſ.Elyſiũ ĩ cãpũ terrarũque ultĩa tãdẽ.Dii te trãſmittẽt:ſtat flauus ubi rhadamãtus:exiſtitque uiris ubi uita facillima durãs.Nõ hyemis uis multa niues:nõ ingruit imber.Stridula ſed ſemp zephiroꝶ flamina mittit ingẽs oceanus lenimina grata uirorũ. Aeris.n.inqt Stra.ſalubritas & ſuauis zephyri ſpiritus eius regiõis peculiaris ẽ:quæ ĩ occaſũ uergẽs nũq̃ tepore caret noiatimque ĩſulas quaſda celebrãt fortunatas:quas ĩ ꝑ̃ſentia mõſtratas nouimus nõ lõge admodũ a mauritaniæ ꝓmõtoriis diſiũctas:q̇ gadibus oppoſita ſũt. Nec ſub axe cœli:poetice loqtur:nihil.n.põt eẽ ẽt ultra oceanũ:ꝙ nõ ſit ſub axe cœli:ꝙ oĩa ambit.ſic locutus ẽ Vir.Iacet extra ſydera tellus:extra anni ſoliſque uias. Lætheos latices:aquã inducentẽ obliuionẽ:ideo ait Vir.Animas redituras ad corpora potare aquã lætheã:ut oblitæ malorũ uelint iterũ redire ad noua corpora. Certamina:appoſitio ẽ.turba priorũ certamĩa fonti ſacro potat latices nã certatim bibũt.

Hac:p hāc uiam.& decimā portam:
Oblite ditē:plutonē.& inferos. Mille luſtris:mille annis.nā ſol ſingulis annis luſtrat ſuū curſum. Imitatio ē Vir. canentis in ſexto: Has oīs ubi mille rotā uoluere p annos lætheum ad fluuiū deus euocat agmīe magno.affectate loquitᷣ poeta:ſiue luſtrū intelligit ſpatiū quinque annorū. Lurida:turpis ab effectu: qm̄ mors facit corpora lurida & putrida. Omnibus portis:qm̄ oēs moriunᷣ q in mundo ſunt hac lege nati.
Pigra:limoſa & cænoſa. Sine corpore:aliqua effigie corporis:hoc dicit propter mortem.phlegeton fluuius habet aquas ignitas. Palus:ſtyx p quam non licebat peierare diis: q iurabāt p ſtygiā paludē. Acherō: ſignificat ſollicitudinē magnā: ideo ipſum appellat triſtē.
Nō uno ore: triplici. tenuit tria cerberus ora inqt Vir. cerberus ſignificat canē:q uorat oīa minutatim inciſa.& eſt ipſa terra. Tiſiphone allecto.& megera ſunt furiæ. Luctus edax:deſcribit oīa quæ ſūt ad limina inferoꝝ. Edax: cōficiens lugentē. luctus ē ægritudo ex eius:q carus fuerit interitu acerbo. Comes addita: nā macies comitaᷣ morbos & omīa hæc quæ dicit naturalia ſunt: & præcedunt mortē. Paſtus fletu: qm̄ mœſti plorāt.nam mœreor eſt ægritudo flebilis. Queribunda:qm̄ ſenio cōfecti queruli ſunt:cū etiā ipſa ſenectus morbus ſit:ut inquit Teren. Liuor:inuidia: quæ ē dolor ſuſceptus ex alienis bonis. Angēs: cōprimens. angor enim eſt ægritudo præmēs. Deforme:ab effectu:qa facit homines deformes. Sceleri procliuis: qm̄ inopia interdum ad ſcelera pauperes impellit. Briareus: fuit Titani & terræ filius numinum cōtemptor:habens centum manus. Virgilius ait:Et centum geminus briareus.
Horatius: Nec ſi reſurgat centimanus gigas. Sphynx:monſtrū habens os uirgineum prope Thebas olim proponebat enigma:quod Oedipus ſoluit. Scylla fuit filia Phorci uerſa in mōſtrū marinum. Ferum:ipſum cerberū.ſic Virgilius ſubſtātiue in latus inque feri curuam compagibus aluum. Taxus:eſt arbor funebris & dira. Diræ uolucres: mali ominis:ut bubo. & cæteræ aues diræ. Stryx:auis eſt:quā Oui.in faſtis dicit noctu ſuggere ſanguinem infantiū. harpyæ tres fuerunt Aello: occipete:& celeno. tenuerunt ſtrophadas inſulas.

Hac animæ cœlum repetunt:ac mille peractis
Oblite ditem redeunt in corpora luſtris.
Has paſſim nigrum pandens nox lurida rictum:
Itque reditque uias:et portis omnibus errat.
Tum iacet in ſpatium ſine corpore pigra uorago:
Limoſique lacus late exundantibus urit
Ripas ſæuus aquis phlegeton:et turbine anhelo
Flammarum reſonas ſaxoſa incendia torquet.
Parte alia torrens cocytos ſanguinis atri
Vorticibus furit:et ſpumanti gurgite fertur.
At magnis ſemper diuis:regique deorum.
Iurari dignata palus·picis horrida riuo
Fumiferum uoluit ſtyx inter ſulphura limum
Triſtior his acheron ſanie:craſſoque ueneno
Aeſtuat:et gelidam eructans cū murmure harenā
Deſcendit nigra lentus per ſtagna palude.
Hanc optat ſaniem non uno cerberus ore
Hæc:et teſſiphones ſunt pocula:et atra megera
Hinc ſitit:ac nullo rabies extinguitur hauſtu.
Vltimus erumpit lachrimarum fontibus amnis.
Ante aulam:atque aditus:et inexorabile limen.
Quarta cohors omni ſtabulante per auia monſtro
Excubat:et manes permixto murmure terret.
Luctus edax:macieſque malis comes addita mor-
Et meror paſtus fletu:et ſine ſanguine pallor. -bis
Curæque:inſidiæque: atque hinc queribūda ſene-
Hinc āgēs utraque manu ſua guttura liuor. -ctus.
Et deforme malum:ac ſceleri procliuis ægeſtas.
Errorque infido greſſu:et diſcordia gaudens.
Permiſcere fretum cœlo:ſed et hoſtia ditis.
Centenis ſuetus briareus recludere palmis.
Et ſphynx uirgineos rictus infecta cruore.
Scyllaque cētaurique truces:umbræque gygantū:
Cerberus hic ruptis peragrat cum tartara uinclis
Non ipſa allecto:nec fœta furore megera
Audet adire ferum:dum fractis mille cathenis.
Viperea latrans circunligat ilia cauda.
Dextra uaſta comas:nemoroſaque brachia fundit
Taxus cocyti rigua frondoſior unda.
Hic diræ uolucres:paſtuſque cadauere uultur.
Et multus bubo:ac ſparſis ſtryx ſanguine pēnis.
Harpygiæque fouent nidos:atque omnibus hærēt

Condenſæ foliis:ſæuit ſtridoribus ardor.
Has inter formas coniunx iunonis auernæ
Suggeſtu reſidens cognoſcit crimina regum.
Stant uincti:ſeroque piget ſub iudice culpæ.
Circumerrant furiæ: pœnarumque omnis imago.
Quam uellent nunquã ſceptris fulſiſſe ſuperbis.
Inſultant duro imperio:non digna nec æqua
Ad ſuperos paſſi manes:quæque ante profari
Non licitum uiuis:tandem permiſſa quæruntur.
Hunc alius ſæuis religatur rupe cathenis.
Aſt alius ſubigit ſaxum:perque ardua montis
Vipero domat hunc æterno megera flagello.
Talia lætiferis reſtant patienda tyrannis.
Sed te maternos tempus cognoſcere uultus:
Cuius prima uenit non tardis paſſibus umbra:
Aſtabat fœcunda iouis pomponia furto.
Namque ubi cognouit latio ſurgentia bella
Pœnorum uenus inſidias ante ire laborans
Iunonis fuſa ſenſim per pectora patrem
Implicuit flamma:quæ improuiſa fuiſſent:
Sydonia iliacas nunc uirgo accenderet aras.
Ergo ubi guſtatus cruor:ammonuitque ſybilla
Et dedit alternos ambobus noſcere uultus:
Sic iuuenis prior:o magni mihi numinis inſtar
Cara parens:quam te ut nobis uidiſſe liceret
Optaſſem ſtygias :uel lætho intrare tenebras:
Quæ ſors ueſtra fuit:cui te cum prima ſubiret:
Eripuit ſine honore dies:et funere carpſit:
Excipit his mater:nullos o nate labores
Mors habuit noſtra : æthereo dum pondere partum
Exoluor:miti dextra cyllenia proles
Imperio iouis elyſias deduxit ad oras.
Attribuitque pares ſedes:ubi magna moratur
Alcidæ genitrix:ubi ſacro munere læda
Verum age nate tuos ortus:ne bella paueſcas
Vlla nec in cœlum dubites te tollere factis:
Quando aperire datur nobis: nunc denique diſce.
Sola die caperem media cum forte petitos
Ad requiem ſomnos:ſubitus mihi membra ligauit
Amplexus:non ille meo ueniente marito
Aſſuetus:facilisque mihi:tum luce coruſca
Implebat quamquã languentia lumina ſomnus.

Coniunx:Pluto maritus Proſerpinæ quæ dicitur ad differẽtiam Iuno inferna. Suggeſtu:pulpito ſiue toro:ut decet regem. Quam uellent:inſultat regibus: quos dicit optare apud inferos nunquam habuiſſe regna: cum tot tormenta patiant: & ipſæ umbræ regibus inſultãt:quæ in uita paſſæ ſunt ab ipſis iniuſtitiam. Manes:ipſæ umbræ. Ad ſuperos: ſub hoc cœlo diu uiuerẽt ſub regibus. Religatus rupæ:hic eſt ꝑmetheus: qui fuit ligatus in caucaſo. Aſt alius:hic eſt ſiſyphus:qui ſaxum aduerſo monte uoluit. Maternos uultus:põponiam matrem. Furto:occulto:concubitu. Furta dicuntur adulteria.unde Iuuenalis.Me nemo miniſtro fur erit. & dulcia furta canunt poetæ. Nãque ubi cognouit: fictio poetæ in laudẽ Scipionis. Patrem:iouem.erat enim filia iouis uenus. Flamma:amoris ſcilicet: niſi hæc inquit prouiſa fuiſſent a uenere iam uirgines punicæ in aris romanis ſacrificarẽt: ideſt iam carthaginẽſes romano imperio potiti eẽnt. O magni: uerbi Scipionis ad umbram maternã. apud Homerum in odiſſea:mater Vlyxis prior alloqtur filiũ:his uerbis: Fili mi quomodo tenebras ſubiſti cũ tu ſis uiuus:difficile ẽ enim hæc inſpici a uiuentibus. Inſtar magni numinis:quã ueneror:ut magnum numen optaſſem inqt mori mater:ut te uidere licuiſſet.

Vel: etiam morte huc uenire. Pietas laudatur Scipionis erga matrẽ. Quæ ſors noſtra fuit:quæ fortuna: ut prima dies qua natus ſum eriperet te mihi. nã in partu periit pomponia: & cæſa matre homines auſpicatius naſcũtur: autore Plinio. Aethereo pondere:diuina prole: ideſt te qui eras filius Iouis.

Cyllenia proles: Mercurius:qui deducebat animas ad loca inferorum. Genitrix alcidæ: Alcmena mater Herculis. Læda:mater Caſtoris & Pollucis regina laconum. Sola die caperẽ:aperit pomponia:quomodo ex ioue uerſo in anguem conceperit Scipionem: ſic olympias concepit Alexandrũ magnũ.

Diſceſſit in aũras:ante inqt mortua ſum:q̃ potuerim tibi aperire te eẽ Iouis filiũ. Ter fruſtra:ſic Vir. Ter fruſtra cõprenſa manus effugit imago.& Vlyxes apud Homerũ de matre inqt: Sed ego cupidus uolui umbrã mortuæ matris capere ter conatus eram.animus hortabať: ter ex manibus ſimilis umbræ euolauit. Simulacra:umbræ.P.& Gn.Scipionũ. Virũ:uiroꝝ. Campo mauortis:campo martio:tali ſepulchro ornabanť hi:qui ꝑ patria ſine magiſtratu: aut ĩ magiſtratu mortui eſſent: quéadmodum his Scipionibus acciderat. Ipſa quidẽ uirtus: uerba Scipionis ad filiũ.& loquiť maxime ex ſentẽtia ſtoicoꝝ:q dicebãt uirtutẽ ſe ipſa contentã eſſe.& contẽnere caſus humanos:culpaque omni uacantẽ præter ſe ipam nihil ad ſe pertinere. Virtus eſt ſibi merces pulcherrima:qm̃ expetenda é ꝑpter ſe.& ipſum honeſtũ ét ſi a nullo laudeť: tñ natura ſua laudabile eſt. Honeſtũ inqt Seneca ob nullam aliam cauſam: q̃ qa honeſtum ſit colitur.& alibi dicit: Recte facti feciſſe merces eſt. Dulce tñ: q̃uis inqt Scipio uirtus ſit contẽta ſe ipa:& nõ pendeat a laude populari:tñ dulce eſt cum remanet apud ſuperos gloria.& gratia defũctoꝝ:& nec memoria illoꝝ uenit ĩ obliuionem. Per cauſas noſtri læthi:ideſt oro te p oẽ id qđ fuit cã noſtræ mortis: ideſt ꝑ ardorẽ belli.& cupiditatẽ moriendi ꝑ patria:& ꝑditiones; quæ nos in cladẽ traxerũt.ergo inqt moderare furori bellico:ne & tu idem patiaris. Furori martis:noli nimiũ indulgere bellico furori: ne cadas ut nos. Adhibe inqt modũ prœliis ineundis. Tarteſſia tellus: hiſpania a Tarteſſo oppido: đ quo dictũ é.& nos ét inqt fecimus ne ſaguntini eẽnt amplius ſub hoſte. Miſeræ:ꝑpter incendiũ: quod ab Annibale perpeſſa é. Germaus: Aſdrubal. Peterẽ cũ uictor. P.& Gn.Scipiones ex hybernis ꝑfecti copias coniũxerunt:cõſilium que inire ut Aſdrubalẽ tendẽtem ĩ italiã retinerẽt. Tres hoſtiũ exercitus erãt & imperatores Aſdrubal giſgonis filius Mago.& aſdrubal frater annibalis.gneus cũ quarta parte ueteris exercitus celtiberis adiũctis cũ Aſdrubale bellũ gerebat. P.Scipio aduerſus Magonẽ: & alterũ aſdrubalẽ. aſdrubal cũ exiguũ exercitũ ĩ caſtris romanoꝝ uidiſſet.& ſpẽ oẽm ĩ celtiberoꝝ auxiliis eẽ peritus oĩs barbaricæ ꝑfidie facili lĩguæ cõmertio cũ utraq; caſtra plena hiſpanoꝝ eẽnt ꝑ occulta colloqa paciſciť magna mercede cũ celtiberoꝝ principibus; ut copias ab exercitu romão abducerẽt ſignis repẽte ſublatis celtiberi abeũt:nil aliđ reſpõdẽtes romãis querẽtibus cãm diſceſſus q̃ domeſtico ſe auocari bello. P. Scipio pari terrore concutiebať.nã aderat Maſiniſſa amicus carthaginẽſiũ.& tũc nouus hoſtis:q caſtra rõana obeqtabat. tãdẽ cũ uẽtũ eẽt ad pugnã ſcipioni ſuos hortãti: & offerenti ſe ubi plurimus labor eẽt latus dextrũ lãcea traiiciť. Gneus poſtea cecidit ĩ quadã turri obſeſſus ut in principio dictum eſt.

Vidi crede iouem:nec me mutata fefellit
Forma dei:quod ſqualentem conuerſus in anguẽ
Ingenti traxit curuata uolumina gyro.
Sed mihi poſt partum non ultra ducere uitam
Conceſſum:heu q̃tum gemui:quod ſpiritus ante
Hæc tibi:q̃ noſcenda darem diſceſſit in auras.
His alacer colla amplexu materna petebat.
Vmbraque ter fruſtra per inane petita fefellit.
Succedunt ſimulacra uirum concordia patris.
Vnanimique ſimul patrui:ruit ipſe per umbram
Oſcula uana petens iuuenis:fumoque uolucri.
Et nebulis ſimiles animas apprendere certat.
Quis te care pater:quo ſtabant itala regna
Exoſus latio deus abſtulit:hei mihi nam cur?
Vlla fuere adeo:quibus a te ſæuus abeſſem
Momenta:oppoſito mutaſſem pectore mortem.
Quantos funeribus noſtris gens itala paſſim
Dat gemitus tumulus uobis cenſente ſenatu
Mauortis geminus ſurgit per gramina campo.
Nec paſſi plura in medio ſermone loquentis.
Sic adeo incipiunt:prior hæc genitoris imago.
Ipſa quidem uirtus ſibimet pulcherrima merces.
Dulce tamen uenit ad manes:cum gloria uitæ
Durat apud ſuperos:nec edunt obliuia laudem.
Verum age fare decus noſtrum te q̃ta fatiget
Militia:heus quotiens intrat mea pectora terror:
Cum repeto q̃ ſæuus eas:ubi magna pericla
Contingunt tibi:per noſtri fortiſſime læti
Obteſtor cauſas martis moderare furori.
Sat tibi ſunt documenta domus:octaua terebat
Arentem culmis meſſem crepitantibus æſtas:
Ex quo cuncta mihi calcata:meoque ſubibat
Germano deuexa iugum tartheſia tellus.
Nos miſeræ muros:et tecta renata ſagunto
Nos dedimus betin nullo potare ſub hoſte
Nobis indomitus conuertit:terque quaterque
Germanus terga annibalis:proh barbara nunq̃
Impolluta fides:peterem cum uictor adeſum

Cladibus aſdrubalem:ſubitoque uenale cohortes
Hiſpanæ uulgus libyco:quas fecerat auro
Aſdrubal abrupto liquerunt agmine ſigna.
Tunc hoſtis ſocio deſertos milite multum
Ditior ipſe uiris ſpiſſo circundedit orbe
Non ſegnis nobis:nec inultis nate peracta
Illa ſuprema dies:et aude nidiſſimus æuum.
Excipit inde ſuos frater coniungere caſus.
Excelſæ turris poſt ultima rebus in arctis
Subſidium optaram:ſupremaque bella ciebam.
Fumantes tædas:ac lata incendia paſſim
Et mille iniecere faces:nil nomine læthi
De ſupis queror:haud puo data mēbra ſepulchro
Noſtra cremauerunt in morte hærentibus armis.
Sed me luctus habet:geminæ ne clade ruinæ
Ceſſerit affuſis oppreſſa hiſpania pœnis.
Contra:quæ iuuenis turbato fletibus ore
Dii quæſo ut merita eſt dignas pro talibus auſis
Carthago expendat pœnas:ſed continet acres
Pyrenes populos:qui ueſtro marte probatus
Excepit feſſos:et notis martius armis
Succeſſit bello:fuſos quoque fama ferebat
Victores acie:atque exacta piacula cædis.
His læti rediere duces loca amœna piorum:
Proſequiturque oculis puer adueneratus euntes:
Iamque aderat multa uix agnoſcendus in umbra
Paulus:et epoto fundebat ſanguine uerba.
Lux italum:cuius ſpectaui martia facta
Multum uno maiora uiro:deſcendere nunc te:
Atque habitanda ſemel ſubigit:quis uiſere regna?
Quem contra tales effundit ſcipio uoces
Armipotens ductor:q̄ ſunt tua fata per urbem
Lamentata diu:q̄ pene ruentia tecum
Traxiſti ad ſtygias œnotria tecta tenebras.
Tum tibi defuncto tumulum ſydonius hoſtis
Conſtituit:laudemque tuo quæſiuit honore.
Dumque audit lachrymans hoſtilia funera paulus
Ante oculos iam flaminius:iam gracchus:et ægro
Abſumptus cannis ſtabat ſeruilius ore.
Appellare uiros erat ardor:et addere uerba:
Sed raptabat amor priſcos cognoſcere manes.
Nunc meritum ſæua brutum immortale ſecuri

Cohortes hiſpanæ : celtiberi milites. Venale uulgus:nam precium & mercedem acceperunt pro diſceſſu. Excipit:ſubſecutus eſt Gneus Scipio: qui fuerat obſeſſus i turri. Poſt ultima:iam acie noſtra uerſa in fugam. Nil nomine læthi:nō queror de tali genere mortis:quod forte uidetur ignauum:quoniam fui crematus in ipſa turri armatus.

Sed me luctus habet:laus eſt Gnei a pietate patriæ. Affuſis : ſparſis poſt noſtram cædem per omnem hiſpaniā.

Martius: poſt mortem Scipionum cū deletus exercitus:amiſſæque hiſpaniæ uiderentur: uir unus has reſtituit. erat in exercitu.L.Martius Septimii filius eques romanus impiger iuuenis Gnei p tot annos diſciplina edoctus: qui iunctus cum.T.Fonteio.P. Scipionis legato rem romanam uſque ad Scipionis aduentum tutatus eſt. Ferebat:dicebat. Ductores:Aſdrubales.& Magonē fuſos eſſe a Martio : & fama etiam ferebat Martium ſumpſiſſe piaculum ueſtræ cædis. Exacta:ſumpta. Lux italum:uerba Pauli ad Scipionē. Oenotria:romana.Flaminius cecidit ad Traſimenum. Gracchus in Lucania.Seruilius in pugna cānenſi. Priſcos manes: umbras priſcorum.Brutus primus conſul ſecuri filios percuti iuſſit cū de reducendis tarquiniis agerent cum aquiliis: & uitelliis. Filii Bruti erant : Titus & tyberius. Sæua: crudeli i necē filioꝝ

Camillum: q̄ recuperauit romam ca
ptá a Gallis: unde laude æquabat ſupe
ros. Curiū: Manius curius de Pyrrho
& ſamnitibus triūphauit:cui ad focum
ſedéti cū magnū auri pōdus attuliſſent
ſamnites repudiati ab eo ſunt:nō enim
aurū habere ſibi uideri præclarū dixit
ſed habentibus aurū imperare:ideo di
cit poeta Curiū nunq̄ fuiſſe amicū au
ro. Orbus uiſus:cæcus. Appius Clau
dius cæcus pacé inire cum Pyrrho gra
uiſſima oŕone diſſuaſit.ad Appii Clau
dii ſenectutem inqt Cice. Accidit etiá
ut eſſet cæcus: tn̄ is cum ſententia ſena
tus inclinaret ad pacem:& fœdus faciú
dum cum Pyrrho nō dubitauit dicere:
Quo uobis métes rectæ: quæ ſtare ſole
bant. Antehac dementi ſeſe flexere rui
na. quibus uerbis perſuaſit non eſſe ine
undam pacem cū Pyrrho. Tulit ille:
Horatius cocles: de quo ſupra. Regé:
Porſenam: qui romam obſedit poſitis
in ianiculo caſtris: ut reduceret tarqui
nios. Pone: poſt ſe reſciſſo ponte ſubli
cio. tandé deſiliit i aquá: & ad ſuos ena
uit. Redeuntia regna: tarquinios cupi
entes redire in regnum. Luctatius: ui
cit pœnos nauali pugna apud egates. &
triumphauit: de fœdere tunc icto cum
Amilcare dictum eſt. Eluctatus: cona
tus tranſcendere. Amnes: Ticinus Tre
bia aufidus. Decimum modo: uerba
Amilcaris. Maior: q̄ uenerat: audito
bello: quo Annibal romanos urgebat.

Qui iura ſub armis: de decéuiris lo
quitur. Romani. P. poſthumium albú
M. Manliú. P. Sulpitium camerinum
legatos athenas miſerunt: ut inclytas le
ges deſcriberét. & aliarum græciæ ciui
tatū inſtituta mores: iuraque noſcerét:
quibus Romam reuerſis decemuiri cre
ati fuerunt: Appius Claudius. T. Genu
tius. P. Sextius. L. Vetrurius. C. Iulius.
A. Manlius. P. Sulpitius. P. Curiatius.
T. Romuleus. Sp. Poſthumius. Pyreo
littore: athenienſi: eſt enim pyreus por
tus athenarum. Iura ſub armis: quoni
am decemuiri gubernabant rempubli
cam. & habebant habenas rerum: & iō
dicit ipſos ſub armis dediſſe iura popu
lo. Charon: portitor ad ſtygem palu
dem. Improba: inſatiabilis. Hic eſt il
le: Alexander magnus ſcilicet. Bactra
magna ciuitas: quæ nomen dedit Ba-
ctrianæ regioni ſupra perſidem.

Nomen: nunc ſuperis æquantem laude camillum.
Nunc auro curium: nonnunq̄ cernit amicum.
Ora ſibylla docet uenientum: et nomina pandit.
Hic fraudes pacis: pyrrhumque a limine portæ.
Deiecit uiſus orbus: tulit ille ruentem
Tybridis in ripas regem: ſoluſque reuulſo
Pone ferox ponte excluſit redeuntia regna.
Si tibi dulce uirum primo: qui fœdera bello
Phœnicum pepigit uidiſſe: hic medius ille
Aequoreis uictor cum claſſe luctatius armis.
Si ſtudium: et ſæuam cognoſcere amilcaris umbrā:
Illa eſt cerne procul: cui frons nec morte remiſſa
Irarum ſeruat rabiem: ſi iungere cordi eſt
Colloquium: ſine guſtato det ſanguine uocem.
Atque ubi permiſſum: et ſitiens ſe impleuit imago:
Sic prior increpitat: non miti ſcipio uultu:
Talia ne o fraudum genitor ſunt fœdera uobis?
Aut hæc ſicania pepigiſti captus in ora?
Bella tuus toto natus contra omnia pacta
Exercet latio: et perruptis mollibus alpes
Eluctatus adeſt: feruet gens itala marte
Barbarico: et refluunt obſtructi ſtragibus amnes.
Poſt quæ pœnus ait: decimū modo cœperat annū
Exceſſiſſe puer noſtro cum bella latinis
Concepit iuſſu: licitum nec fallere diuos.
Iuratos patri: quod ſi laurentia uaſtat.
Nunc igni regna: et phrygias res uertere temptat.
O pietas: o ſancta fides: o uera propago.
Atque utinam amiſſum reparet decus inde citato
Celſus abit greſſu: maiorque receſſit imago.
Exin deſignat uates: qui iura ſub armis.
Poſcenti dederint populo: primique petitas.
Miſcuerint italis pyreo littore leges.
Laetatur: ſpectatque uirum inſatiabilis ora
Scipio: et appellet cunctos: ni magna ſacerdos
Ammoneat turbæ innumeræ: quot milia toto
Credis in orbe puer luſtras cum ſingula uiſu
Deſcendiſſe herebo: nullo non tempore abundás
Vmbrarum huc agitur torrens uectatque capaci
Agmina mole charon: et ſufficit improba puppis.
Poſt hæc oſtendens iuueni ſic uirgo profatur
Hic ille eſt tellure uagus: qui uictor in omni

Curſu ſigna tulit cui peruia bactra dachæque
Qui gangem bibit et pelleo ponte nyphaten
Adſtrinxit:cui ſtant ſacro ſua mœnia nilo
Incipit æneades libyci certiſſima proles
Ammonis quanto exuperat tua gloria cunctos
Indubitata duces? ſimilique cupidine rerum
Pectora noſtra calent quæ te uia ſcire ſuperbum
Ad decus et ſummas laudum perduxerit artes.
Ille ſub hæc turpis lenti ſollertia martis.
Audendo bella expedias:pigra extulit aſtris
Haud unq̄ ſeſe uirtus:tu magna gerendi
Præcipita tempus: mors atra impendet agenti.
Hæc effatus abit:creſi mox aduolat umbra.
Atque hic elyſio tendentem limite cernens
Effigiem iuuenis caſtæ cui uitta ligabat
Purpurea effuſos per colla nitentia crines:
Dic ait hic qui nam uirgo:nam luce refulget:
Præcipua frons ſacra uiro: multæque ſequuntur
Mirantes animæ:et lœto clamore frequentant.
Qui uultus quem ſi ſtygia non eſſet in umbra
Dixiſſem facile eſt deū:non falleris inquit
Docta comes triuiæ:meruit deus eſſe uideri.
Et fuit in tanto non paruū pectore numen.
Carmine complexus terrā:mare:ſydera:manes:
Et cantu muſas.et phœbū æquauit honore.
Atque hæc cuncta priuſq̄ cerneret ordine terris
Prodidit:et ueſtram tulit-uſque ad ſydera troiā.
Scipio perluſtrans oculis lœtantibus umbram
Si nunc fata darent ut romula facta per orbē
Hic caneret uates quanto maiora futuros.
Facta eadem intrarent hoc inquit teſte nepotes.
Fœlix æacide cui tali contigit ore.
Gentibus oſtendi:creuit tua carmine uirtus.
Sed quæ tanta adeo gratantum turba requirens
Heroum effigies maioreſque accipit umbras.
Inde uiro ſtupet æacide:ſtupet hectore magno.
Aiaciſque gradum:uenerandaque neſtoris ora
Miratur geminos aſpectans lœtus atridas
Iamque ithacum corde æquantem peleia facta.
Victuram hinc cernit ledei caſtoris umbram
Alternam lucem peragebat in æthere pollux.
Sed ſubito uultus monſtrata lauinia traxit.

Dachæque:dachæ ſunt populi orientis ſupra bactrianos qui ſe alexādro dederūt cæſo eorū duce Spitamene ut ſcribit Curtius li.vii.ab uxore perempto capiteque eius alexandro oblato. ganges eſt fluuius indiæ. Niphatē:fluuium armeniæ. Pelleo:conſtructo ab alexādro pelleo ad ipſum niphatē. Sua mœnia: alexandria egyptia alia erat ad radices caucaſi. Sacro:omnia flumina magna appellantur ſacra a poetis. Aeneades: ſcipio. Lybici certiſſima proles:uerba ſcipionis ad alexandrum qui habitus ē filius iouis hammonis. Turpis:reſpōdet alexander. Lenti:pigri. Turpis: infamis qm̄ decet imperatorem eſſe diligentem & ſollertem ne circūueniatur ſed armis & cōſilio hoſtibus præualeat pigra uirtus inquit nunq̄ cœlum petiit ſed ardens & ſollers. Præcipita tēpus: accelara .q.d. propera ad gloriam ſine aliqua cuntatione priuſq̄ mors impediat quæ lege naturæ ſingulis horarū momentis impendet. Creſus:rex lydorū ditiſſimus fuit ſed apud inferos æquatus erat pauperibus. Vitta purpurea: qm̄ uates erant phebi ſacerdotes:unde papinius in achille:Nec mea nunc primis albeſcunt tempora uittis.deſcribit umbra Homeri. Sacra:dicata phœbo & diuina. Comes triuiæ:ſibylla comes ꝓſerpinæ. Non paruū numē:ſpiritus ille diuinus & furor poeticus. Hæc cūcta:loca inferorum quæ cecinit Home. in.xi.odyſſeæ. Veſtram troiam:a qua romani ducunt originem. Fœlix eacide: hæc eadem fuerant uerba alexādri magni cū ueniſſet ad ſepulchrū achillis in ſigeo promontorio: dixit.n.o fortunate adoleſcens qui geſtorū tuorum præconem homerum habuiſti. Eacide:achille. Aiacis:thelamonii.f.q fuit heros fortiſſimus & ſecūdus ab achille.

Atridas: agamēnona & menelaum.

Ithacum:ulixem. Corde:ſapientia & prudentia. Peleia facta: geſta achillis filii pelei. Alternam lucem: quoniam alternis menſibus uiuunt. Victuram: paulo poſt. Lauinia: uxor æneæ filia latini regis aboriginum.

N am uirgo admonuit tempus cognoſcere manes
F œmineos ne cuntantem lux alma uocaret
F œlix hæc inquit ueneris nurus ordine longo
T roiugenas iunxit ſociata prole latinis.
V is et martigene thalamos ſpectare quirini
H erſiliam cerne:hirſutos cū ſperneret olim
G ens uicina procos paſtori rapta marito
I nſtrauit caſæ culmique e ſtramine fultum
P reſſit læta torum: et ſoceros reuocauit ab armis.
A ſpice carmentis greſſus euandria mater
H æc fuit.et ueſtros tetigit præſaga labores
V is et quos tanaquil uultus gerat? hæc quoque
A ugurio ualuit mētis:uēturaque dixit castæ
R egna uiro:et dextros agnouit in alite diuos.
E cce pudiciciæ latium decus inclyta læti
F ert frontem:atque oculos terræ lucretia fixos.
N ō datur heu tibi roma:nec ē quod male deceret.
H anc laudē retinere diu.uirginia iuxta
C erne cruentato uulnus ſub pectore ſeruat
T riſtia defenſi ferro monumenta pudoris.
E t patriā laudat miſerando in uulnere dextrā
I lla eſt quæ tybrim quæ fregit lydia bella.
N on dum paſſa marem quales optabat habere
Q uondam roma uiros contēptrix clœlia ſexus.
C um ſubito aſpectu turbatus ſcipio:poſcit
Q uæ penæ cauſa et qui ſint in crimine manes.
T um uirgo patrios fregit quæ curribus artus
E t ſtetit adductis ſuper ora trementia frenis.
T ullia non ullos ſatis exhauſtura labores
A rdenti flegetonte natat fornacibus atris
F ons rapidus furit:atque uſtas ſub gurgite cautes
E gerit:et ſcopulis pulſat flagrantibus ora.
I lla autē quæ tondetur præcordia roſtro
A litis:en quantum reſonat plangentibus alis
A rmiger ad paſtus rediens iouis:hoſtibus arcem
V irgo immane nephas adamato prodidit auro
T arpeia:et pactis reſerauit clauſtra ſabinis.
I uxta non ne uides neque.n.leuiora domantur
D elicta:illatrat ieiunis faucibus orcus

Lux: dies ſuperueniens: herſilia fuit uxor romuli & nurus martis. Gens uicina: ſabini cæterique finitimi ſpernebant affinitates romanorum quos tunc latrones appellabāt. Hirſutos procos: horridos & paſtorales. Reuocauit ab armis: nam procedens in mediā aciem cum aliis mulieribus præliū diremit: Plutarchus ait: cū utrinque acies cōſtitiſſent ſabinæ mulieres cum gemitu & ululatu habētes in ulnis infantulos inter media tela prouolant clamantes ut ſanguini parcerent quo ſpectaculo fœdus ictum fuit. Carmentis: aliter dicit nicoſtratæ mater fuit euandri fatidica & a carmine appellata eſt; ideo præſaga ideſt uaticinatrix. Tanaquil; fuit uxor tarquinii priſci & ipſa uates. Ventura regna: nam cum lucumo maritus comitāte uxore romā migraret ex tarquiniis urbe hetruriæ & ad ianiculū perueniſſet aquila cœlo lapſa pileum ex capite lucumonis eripuit ac deinde repoſuit uxor tanaquil regnū urbis marito portendi tali augurio dixit quod poſtea ſequutū eſt & ipſe lucumo tarquinius priſcus appellatus ē. In alite: aquila. Dextros: propitios. Lucretia: uxor collatini pudiciſſima & per uim atque fraudem ſtuprata a Sexto tarquinio ſibi mortē conſciuit quam principem romanæ pudiciciæ appellat Valerius. Non dat heu tibi roma: exclamat cū dolore poeta ꝙ roma nō habeat mulieres talis pudiciciæ tempore ſuo. Hanc laudem .ſ. pudiciciæ; qm̄ luxuria iam irrepſerat ī locum pudiciciæ. Virginia: quā appius decemuir ardens claudio libidinis miniſtro pro tribunali ut ſerua natam adiudicauit: pater uirginius ab algido accitus a lanio cultro abrepto pectus filiæ cōfodit pudicæque interemptor inquit Valerius q̄ corruptæ pater eſſe maluit & ſic alienæ libidini filiā eripuit.

Illa eſt: clelia eſt hæc de qua dictū eſt Lydia. porſenæ hetruſci. Tullia: filia ſeruii tullii fuit ſup cuius interēpti corpus carpentū egit. unde ſcelerata dicta eſt & etiam uicus ubi id fuit ſceleratus dictus. Adductis: contractis; & ſic atrocitas īmo feritas tulliæ deſcribitur quæ cōtrahebat habenas equoꝝ ut ſup paternū cadauer diutius īmoraretur: in undis ergo phlegerontis dabat huius impietatis pœnas; Eurit: feruet æſtuat qn̄ bulit aqua. Egerit: emittit ſaxa ignita. Pulſat: uerberat & tundit ora ipſius tulliæ. Tarpeia: prodidit arcē ſabinis tempoꝛ romuli capta armillis quas illi in brachiis geſtabant & illic obruta hoſtium ſcutis nomen loco dedit: nam capitolina arx & rupes denominata eſt tarpeia ab hac uirgine poſtea capitolium nomen accepit a capite humano illic effoſſo cum fundamenta iacerentur.

Cuſtos armentis hiberi: gerion ceſus ab hercule de quo ſupra hunc appellat orcum qui & morſu & unguibus lacerat inceſtas.i.ſacerdotes ueſte quæ uirginitatem non ſeruarunt. Tria igitur ſunt ſupplicia tarpeiæ & ſacerdotis inceſtæ. Ieiunis: rabidis. Euiſcerat: laniat. Polluit: uiolauit depoſita uirginitate. inceſtæ quondam uiuæ defodiebantur. Marius: arpinas fuit & ſepties conſul. Origie parua: obſcuris natalibus & municipio arpinati. In longum: qm̃ fuit ſepties conſul. Iuſſa: leges fatorū qbꝫ cogitur redire ad ſuperas oras. L. cornelius ſylla ubi uictor marianos opp̄ſſit dictaturā ſua ſit: & ſic a rebꝫ geſtis fœlicē appellauit.

Armenti quondam cuſtos immanis iberi
Et morſu petit: et polluto euiſcerat ungue.
Nec par pœna tamen ſceleri: ſacraria ueſte
Polluit exuta ſibi uirginitate ſacerdos.
Sed ſatis hæc uidiſſe ſatis: mox deinde uidenti.
Nunc animas tibi quæ potant obliuia paucas
In fine enumerare paro: et remeare tenebris.
Hic marius: nec multa dies iam reſtat ituro
Ætheriam in lucem: ueniet tibi origine parua
In longum imperiū conſul: nec ſylla morari
Iuſſa poteſt: aut amne diu potare ſoporo.
Lux uocat: et nulli diuum mutabile fatum
Imperium hic primus rapiet: ſed gloria culpæ
Quod reddet ſolus: nec tanto in nomine quiſq̄
Exiſtet ſyllæ qui ſe uelit eſſe ſecundum.
Ille hirta cui ſubrigitur coma fronte decorum
Et gratum terris magnus caput: ille deum gens
Stelligerum attollens apicem troianus iulo
Cæſar auo: quantas moles cum ſede recluſa
Hac tandem erūpent: terraque marique mouebūt.
Heu miſeri quotiens toto pugnabitur orbe
Nec leuiora lues quā uictus crimina uictor.
Tum iuuenis lachrymās reſtare hæc ordine duro
Lamentor rebus latiis ſed luce remota
Si nulla eſt uenia et merito mors ipſa laborat:
Perfidiæ pœnus quibus aut flegetontis in undis
Exuret ductor ſedus: aut quæ digna renatos
Ales in æternū laniabit morſibus artus?
Ne metue exclamat uates: non uita ſequetur
Inuiolata uirum: patria non oſſa quieſcent.
Nanque ubi fractus opū magnæ certamie pugnæ
Pertulerit uinci turpemque orare ſalutem.
Rurſus bella uolet macetū inſtaurare ſub armis:
Damnatuſque doli deſertis coniuge fida
Et dulci nato linquet carthaginis arces.
Atque una profugus luſtrabit cerula puppe
Hinc cilicis tauri ſaxoſa cacumina uiſet.

Quod r̄ddet ſolus: qm̃ ſilla tādē depoſuit dictaturā dicēs ſe uelle reddeꝛ rationē adminiſtratæ reipu. poterit īqt gloriari ꝙ ipſe ſolus reſtituit imperium: non enim habuit ſecundum cæſar poſt ipſū: uoluit eſſe perpetuus dictator & gladius ciuiū illi dictaturam eripuit. In tanto nomine: dictatoria poteſtate.

Magnus: pōpeius qui a deuicta aphrica magnus cognominatus eſt: tandem uictus a cæſare in theſſalia ægyptū malis auibus contendens ab achila & photino iuſſu ptolemei obtruncatus eſt.

Ille deum gens: iulius cæſar qui originem habebat a iulo ueneris nepote.

Stelligerū apicem: hoc dicit propter cometem qui erat in fronte cæſaris ſtatuæ: apparuit autē cometes in ludis funebribus. C. cæſaris quos celebrabat auguſtus in patris honorem. Quantas moles: bella ciuilia & pluſq̄ ciuilia quæ fuerunt inter cæſarem & pompeium. Hac ſede: inferna. ſ. ideſt cum ibunt ad ſuperos pugnabūt terra marique. Nec leuiora lues: quaſi dicat pōpeius uictus a te cæſar interficietur & tu īterficieris.

Victor: cæſar. Tum iuuenis: ægre ferebat ſcipio futura bella ciuilia. Latiis rebus: romano imperio. Remota luce: poſt mortem. Laborat: dat pœnas ut meruit. Mors ipſa.i. umbra mortuoꝝ ſi ita eſt īquit ut nulla ſceleris uenia ſit apud inferos annibal crudelis ac perfidus quas dabit pœnas. Renatos: renaſcentes ut dixit de umbra tarpeiæ & de titio fingitur. Ne metue: uaticinatur ſibylla annibalis fatum. Magnæ pugnæ: quæ fuit ad zamam cum ſcipiōe.

Rurſus bella: tentauit annibal ſuſcitare bellum pollicens auxilia macedonū ob quā rem exilio mulctatus eſt unica naue ut ſcribit æmylius probus prius cretā deinde in ciliciam peruenit: hinc in ſyriam ꝓfectus hæſit antiocho & bellum contra romanos molitus eſt: quidā uolunt ſtatim a ſcipione uictū conſcendiſſe nauim & nauigaſſe ad antiochū uerior fama tenet factū exulem Plutarchus dicit cum ſatis conſtet eū deſperatis iam rebus ī aſiā profectū exilio mulctatū ad antiochū p̄ueniſſe. Cōiuge: himilce. Nato: aſpare. Cilicis tauri: qm̃ cilicia eſt pars aſiæ minoris ad taurum montē & annibal profectus eſt ad antiochum regem ſyriæ quem hoſtem fecit populo romano.

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Pro q̃to leuius: accuſat annibalē poeta qui dulcedine uitæ potius ſeruire q̃ mori uoluit quod p̃ter decoꝝ tanti imperatoris erat quippe non tãti facere uitã debebat ut ſeruitiũ toleraret. Aſſyrio regi: antiocho. Falſus cupiti: deceptus uoti: nõ. n. res ei ex ſententia ſucceſſerat & uoto ſuccubuit q̃ppe antiochus & annibal repetitus eſt a romanis. Cupiti motus auſoniæ: belli illati romãis ab antiocho annibalis ſuaſu. Petet æquora: nauigabit ad pruſiã regē bithynniæ. Dubio: incerto quo tendat & quē portũ petat. Perſtãtibus: pſeuerãtibus in repoſcēdo annibale romani. T. Quintiũ flaminiũ ad pruſiã regē bithyniæ miſerunt cũ annibal euadere nõ poſſet uenenũ iã ante p̃paratũ popoſcit liberemus ingens diuturna cura populũ romanũ qñ mortē ſenis expectare longũ cenſent: nec magnã nec memorabilē ex inermi proditique flaminius uictoriã feret: deĩde pruſiã execratus uenenũ hauſit. Furtiuo: clam præparato ad tales caſus ne ĩ manus romanoꝝ ueniret.

Proh quanto leuius mortalibus ægra ſubire
Seruitia: atque hyemes: eſtus: fugãque: fretũque:
Atque famē: q̃ poſſe mori? poſt itala bella
Aſſyrio famulus regi: falſuſque cupiti
Auſoniæ motus dubio petet æquora uelo:
Donec pruſiacas delatus ſegniter oras
Altera ſeruitia imbellis patiatur in euo.
Et latebram munus regni: perſtantibus inde
Aeneadis reddique ſibi poſcentibus hoſtem:
Pocula furtiuo rapiet properata ueneno.
Ac tandem terras longa formidine ſoluet.
Hæc uates. herebique cauis ſe rettulit umbris.
Tum lætos ſocios iuuenis portumque reuiſit.

Petri Marſi interpretatio in. xiiii. uolumen Syllii Italici.

PLectite nunc ueſtros: romani cũ bellũ nequaq̃ cõtēpnēdũ ĩ ſicilia orireť: morſque tyrãni duces magis ĩpigros dediſſet ſyracuſanos q̃ cãm aut aĩos mutaſſet. M. marcello ſiciliã decernunt: nã poſt hieronymi tyrãni cædē prĩo tumultuatũ in leõtinis apud milites fuerat uociferatũq; parētandũ regi ſanguine cõiuratoꝝ eē marcellus ĩ ſiciliã ꝓfectus ſyracuſas tãdē expugnauit. poeta ĩ hoc prĩcipio tãgit capita rerũ quas narraturus ē: & deſcribit ſitũ & formã ſiciliæ urbeſque ēt quæ milites ad bellũ miſerũt: repetitoq; uota ꝓpter difficultatē & uariũ martē quē romani tũc exercuerũt ut patebit.
Nuĩa heliconis: muſæ quaꝝ ſedes eſt helicon mons boetiæ. Vir. Pandite nũc helicona deæ cãtuſque mouete. Ortygiæ pelagus: enumerat ea circa q̃ muſæ debēt iã uerſari ut poſſit caneř. ſ. bellũ ſiculũ: appulũ: macedonicũ: ſardouũ: achaicũ: hiſpanũ: & poſtremo libycũ. ortygia eſt pua inſula ante ſyracuſas in q̃ fons eſt arethuſa. Mũeris: officii qm̃ deſcripturus ē bellũ ſiculũ & ſiciliæ urbes & antiquitatē. Daunia regna: bellũ appulũ & italũ quod erat cũ annibale poſt pugnã cannēſem dũ hæc in ſicilia agereť. Domos macetũ: bellũ geſtũ cũ philippo rege macedonũ: miſerũt. n. romani q tũ cũ ætolis erant milites ad tutandã maritimã orã cõtra philippũ ut poſtea narrabit. hæc. n. eſt ꝓpoſitio reꝝ narrandarũ uſque ad calcē operis. Achia rura: bellũ achaicũ & ætolũ.
Regnata mapalia: bellũ libycũ cũ ſcipio in aphricã traiecit. Tyriæ genti: qm̃ tyrii cõdiderũt carthaginē & nõnullas alias urbes in libya mapalia: & magalia lingua punica dicũť uiles domus & paſtorales. Extremũ dieˉ. i. hiſpaniã quæ ē ad ſolē occidentē ubi Scipio ulctus eſt mortē patris & patrui. Metas: finem qm̃ ultra hiſpanias & gades eſt oceanus. Sic poſcit: ſic reqrit ipſum bellũ quod uariis regionibus a romanis geſtũ eſt. Auſoniæ ps magna iacet: deſcribit ſiciliã quæ italiæ quondã iuncta erat inde ui uentoꝝ & terremotus mare ſeparauit: fecitque inſulã a qua diuiſione oppidum rhegiũ nomen accepit ambitus inſulæ ut placuit thucydidi non multo minor eſt nauigatione. viii. dierũ. poſſidonius ait circuitũ eius eſſe. iiii. mili. &. cccc. ſtad. Agrippa terminauit autore Pli. dc. & xviii. milibus paſſuũ: triquetra dicta & trinacria a forma triangulari quã habet cũ tribꝫ ꝓmõtoriis peloro: pachino: & lilibeo: inde ſicania dicta eſt a ſicanis populis poſtea ſicilia: quõdã iq̃t Pli. brutio agro cohærebat mox interfuſo mari auulſa. Noto: uẽto ſæuiēte. Vaſtãtibus: irrũpētibꝫ p mediũ.

FLectite nunc ueſtros heliconis numina cantus
Ortygiæ pelagus ſiculique ad littoris urbes.
Muneris hic ueſtri labor eſt: modo daunia regna
Aeneadum: modo ſicanios accedere portus.
Aut macetum luſtrare domos: et achaica rura.
Aut uaga ſardoo ueſtigia cingere fluctu.
Vel tyriæ quondam regnata mapalia genti.
Extremũque diem et terrarũ inuiſcere metas.
Sic poſcit ſparſis mauors agitatus in oris.
Ergo age qua litui qua ducunt bella: ſequamur
Auſoniæ pars magna iacet trinacria tellus
Vt ſemel expugnante noto et uaſtantibus undis.

Accepit freta ceruleo propulſa tridentē.
Nanque per occultum ceca ui turbinis olim
Impactũ pelagus laceratæ uiſcera terræ
Diſcidit: et medio perrumpens arua profundo
Cum populis pariter conuulſas tranſtulit urbes:
Ex illo ſeruans rapidus diuortia nereus.
Seuo diuiduos coniungi pernegat eſtu.
Sed ſpaciũ quod diſſociat conſortia terræ:
Latratus fama eſt ſic arcta interuenit unda:
Et matutinos uolucrum tranſmittere cantus
Multa ſolo uirtus iam reddere ſemen aratris
Iam montes umbrare olea dare nomina bacho.
Cornipedemque citum lituis generaſſe ferendis
Nectare cecropias hybleo accendere cæras.
Hic et peonios arcano ſulphure fontes
Hic phœbo digna et muſis uenerabile uatum
Ora excellentum: ſacras qui carminæ ſyluas
Quique ſyracuſia reſonant helicona camœna.
Promptæ gens linguæ aſt eadẽ cũ bella cieret
Portus æquoreis ſueta inſignire tropheis
Poſt dirum antiphatæ ſceptrũ et cyclopeia regna
Vomere uerterunt primũ noua rura ſicano
Pyrene miſit populos: qui nomen ab amne
Aſcitum patrio terræ impoſuere uacanti.
Mox ligurum pubes ſiculo ductore nouauit
Poſſeſſis bello mutata uocabula regnis
Nec res dedecori fuit: accola duxerat actos
Mœnibus eteretum non fauſta ad prælia minos

Accepit: ipſa terra ubi nunc eſt fretũ ſiculũ. Propulſa: diuiſa & ſũmota neptuni ſceptro. Semel q̃m poſt illa nõ potuit cõiungi. Ceca ui turbinis: occulto ĩpetu. Impactũ: ĩmiſſũ fretũ quod italiã a ſicilia diuidit. Diſcidit: diuiſit. Medio ꝓfundo: aquis ꝑ mediũ ĩmiſſis. Trãſtulit: ſegregauit. Rapidus nereus: illud fretũ qđ diuidit. nereus eſt numẽ maris quẽ ponit ꝓ ipſo freto quod habet fluxũ & refluxũ & iõ rapidũ nereũ appellat. Diuortia: ſegregationẽ & diuiſionẽ. Diuiduos: populos ſemel diuiſos nõ ſinit cõiũgi. Seuo æſtu: illo freto qđ æſtuat fluitque & refluit. Lucretius ait: Quã fluitans circũ magnis anfractibꝫ æquor. Ioniũ glaucis aſpergit uirus in undis. Italiæ terrarũ oras a finibus eius. Anguſtoque freto rapidũ mare diuidit undis. Fama eſt: adeo inq̃t anguſtũ eſt fretũ ut ex italia latratus canũ cãtuſq; gallorũ exaudiant Multa ſolo uirtus: deſcribit ſiciliæ dotes quas ẽt Strabo celebrat: Lucretius ait li. i. Rebus opima bonis multa munita uirũ ui. Virtus: fertilitas agrorũ. ꝓuẽtus olearũ & copia uini. Bacho: uino Strabo loquẽs đ mamertinis ait cũq; feraciſſimus uini ager ipſe ſit uinũ ipſũ mamertinũ nũcupauit quod cõtra italica cũcta & quidẽ ꝑ ſtãtiſſĩa æmulatiõe certat. Cornipedẽ: equũ. Vir. Arduus inde aggragas oſtentat maxĩa longæ mœnia magnanimũ quõdã generator equorũ. iõ ait Syllius lituis ferẽdis q̃m equi aggrigẽti erãt apti bellis & clãgoribꝫ tubarũ. Hybleo nectare: dulci melle: hybla mons ſiciliæ ĩ quo apes optime mellificant: unde mel hybleũ dr̃ certare cũ melle cecropio. i. hymetto & attico ab hymeto mõte atticæ terræ. Accendere dixit: propter flauũ colorẽ ipſius mellis. Cecropias: atticas a cecrope rege attico. Pœnios fõtes: remedia afferẽtes. i. aquas calidas ſanantes morbos ut fecit peon medicus. Vir. dixit peoniis ꝛuocatus herbis. Strabo ait: calidarũ aquarũ ſcaturigines habet inſula multis in locis e quibus ſelenuntiæ ad hymerã ſalſæ ſunt egeſtanæ uero potabiles. Hic phœbo digna ora: hoc dicit in laudẽ theocriti ſyracuſii q bucolica ſcripſit quẽ Vir. imitatus eſt. unde dixit prima ſyracuſio dignata eſt ludere uerſu: Ora: eloquia uatũ digna phœbo. Helicona. i. ipſam pœticen.

Gens: ſicula eſt ꝓmptæ liguæ ac potens bello nauali. Aequoreis tropheis: uictoriis naualibus. Poſt dirũ ſceptrũ: deſcribit ſiciliæ habitatores: leſtrigões & cyclopes in q̃dã inſulæ pte quæ uergit ad pelopõneſũ habitauerũt & leſtrigonũ rex fuit antiphates crudelis: inde ſicani gẽs hiſpana ſicaniã appellarũt cũ trinacria prius diceret: inde ligures duce ſiculo ſiciliã dixerũt. phœnices ẽt pluria loca ĩcoluerũt: græciq; quorũ primi cretẽſes q minois auſpicia ſequuti ſũt quorũ duce apud cocalũ calidis aquis necato illic ſedes poſuere ſuas. Dirũ imperiũ: crudele q̃m leſtrigones & cyclopes carnibus hũanis ueſcebantur. Pyrenæ: hiſpania q̃ eſt ultra pyreneos mõtes. Ab amne: ſicori fluuio hiſpano. Terræ uacãti: ſiciliæ uacuæ habitatoribꝫ. Ligurũ pubes: philiſtus ſyracuſanus ait. xx. ãnis ante bellũ troianũ traiciſſe ĩ ĩſulã ligures duce ſiculo filio dedali & feciſſe nomẽ ĩſulæ. Dionyſius ait li. i. ſiculi abſũptis facultatibus pagrata ĩferiori italia ꝑ mõtana cũ undique pellerent traiecere in ꝓximã inſulã ſicaniã quẽ ſicani gens hiſpana pulſi a liguribus obtinebãt antea dictã trinacriã a forma: & ſiciliã dixere ſed philiſtũ ſequitur Syllius. Nec res dedecori fuit: hic deſideratur aliquod carmen: nullus quippe in his uerbis eſt ſenſus. Actos mœnibus eteretũ: cretenſiũ. etereres enim fuerunt primi habitatores cretæ minos cum dedalum inſectaretur cretenſes duxit ſecum qui minoe uita functo in ſicilia remanſerunt. Non fauſta: infœlicia quoniã periit minos fraude cocali ſed poeta dicit periiſſe inſidiis cocalidum. Ouidius in ibim: uel tua maturet ſicut minoia fata Per caput infuſæ feruidus humor aquæ

D edaleam repetens pœnã:qui fraude nephanda
P oſtquã perpetuas iudex conceſſit ad umbras
C ocalidum inſidiis feſſo minoia turba
B ellandi ſtudio ſiculis ſubſedit in oris.
M iſcuerunt phrygiam prolẽ troianus aceſtes
T roianuſque helimus ſtructis qui pube ſequuta
I n longum ex ſeſe donarunt nomina muris.
N ec zanclea gerunt obſcuram mœnia famam
D extera quam tribuit poſito ſaturnia telo:
S ed decus enneis haud ullum pulchrius oris:
Q uam quæ ſiſyphio fundauit nomen ab iſthmo
E t multum ante alias ephyreis fulget alumnis.
H ic arethuſa ſuum piſcoſo fonte receptat
A lpheon ſacræ portantem ſigna coronæ.
A t non æquus amat trinacria mulciber antra
N am lipare uaſtis ſubter depaſta caminis
S ulphureum uomit exeſo de uertice fumum.
A ſt etna eructat tremefactis cautibus ignes
I nclusi gemitus pelagique imitata furorem
M urmure per cecos tonat inrequieta fragores
N octe dieque ſimul fonte e phlegetontis ut atro
F lammarũ exundat torrens piceaque procella
S emiambuſta rotat liquefactis ſaxa cauernis
S ed q̃q̃ largo flãmarum exeſtuat intus
T urbine:et aſſidue ſubnaſcens profluit ignis
S ummo cana iugo cohibet mirabile dictu.
V icinam flãmis glaciem æternoque rigore
A rdentes horrent ſcopuli ſtat uertice celſi
C ollis hyems.calidaque niuem tegit atra fauilla:
Q uid referam eolio regnatas nomine terras?
V ẽtorũque domos atque addita clauſtra procellis
H ic uerſi pœnitus pelopeia ad regna pachyni

Aceſtes:capto ilio aceſte ſiue ſegeſto & helymo ducibus plerique troiani in ſiciliã nauigarunt & helymi omnes dicti ſunt quoq; urbes fuerunt eryx & egeſta:iõ dixit poſuiſſe noĩa ſuis muris. Nec zanclea gerunt:meſſanam intelligit:lege Straboné li.vi.zancle cumanoꝝ opicoꝝ opus chalcidenſibus deinde aduenientibus ex eubea duces fuerunt prieres & craſſimenes qui nomẽ loco non mutauerunt qui a falce dictus eſt quã zanclen ſiculi dicebãt prius inquit Strabo zancle uocabat̃ cũ curua eſſent loca anaxilas rheginoꝝ tyrannus eiectis a zancle ſamiis qui cumanos expulerãt & ab antiqua patria ſua meſſenia quæ eſt in pelopon neſo meſſanam appellauit Strabo ait: Meſſenios pelopõneſiacos meſſanæ ſiculæ nomẽ dediſſe ab hac urbe meſſala coruinus traxit cognomẽ cũ eã uiciſſet: ſed prius meſſana inde uulgo pmutãte lr̃as ut ſcribit Seneca ad Paulinũ ꝺ breuitate uitæ meſſala dictus Ouidius ĩ faſtis:Hunc numidæ faciũt illũ meſſana ſuperbũ:inde mamertini natio cãpana meſſanã habitarũt & iõ uinũ meſſeniũ mamertinũ dcimus: lege Strabonem:

Dextra ſaturnia: qm̃ falx dicata eſt ſaturno:unde falcifer deus dr̃. Telo:falce. Sed decus enneis:nũc de ſyracuſis quas ut autor ẽ Strabo archias cõdidit e corintho pfectus quæ ẽ in iſtmo ubi regnauit ſiſyphus corinthus prius dicta ẽ ephyre inde era ephyrea celebrata a poetis ſyracuſæ ut inqt Strabo ad tm̃ culmẽ diuitiaꝝ puenerũt ut iã in puerbio cẽt cũ ꝺ locupletibꝰ ſermo eẽt:uobis ne decia qdẽ ſyracuſanoꝝ adeſt: Enneis: ſiculis ab enna. Ab iſtmo ſiſyphio: a corintho ubi regnauit ſiſyphus:eſt corĩthus in faucibꝰ iſtmi peloponneſiaci.

Ephyreis:corinthiis.arethuſa ut dixi fons ẽ ĩ ortygia inſula ante ſyracuſas ex quo manat alpheus labẽs ex peloponneſo p ſubterraneos meatus ĩ ſiciliã & portat ſigna coronæ qm̃ ppe piſã & elin urbes pelopõneſi labit̃ ubi olympia quinquẽnalia celebrabãt̃ & uictores coronabãt̃ oleaſtro:talibꝰ de rebus ĩqt Strabo cõiecturã faciũt qm̃ poculũ qd̃dã in ludis olympicis in amnẽ ipſũ decidẽs ex arethuſa demũ emerſit. Nõ æquus:nõ ppitius: qm̃ ĩmittit ignẽ ipſe uulcanus quo plurima loca æſtuãt. Lipare: inſula ppe ſiciliã ubi fuit officina uulcani dicta a liparo rege q eolo ſucceſſit mõtẽque habet inſtar etnæ ignes euomẽtẽ etna mons a poetis celebratus maxĩe habet in uertice craterẽ ex quo flãma erũpit & punices in illũ craterẽ ẽpedocles aggrigẽtinus famã anhelãs præcipitẽ ſe dedit. Incluſi gemitus: rẽ naturalẽ tãgit:nã ui uentoꝝ ſeuiẽte ſub etna mõte cauernoſo ac ſulphureo ignis generat̃ & ſonitus. Cecos:ſubterraneos & occultos:qm̃ ignis q̃rẽs maiorẽ locũ exire luctat̃. Vt:ſicut e phlegetõte q habet aq̃s ardẽtes. Picea pcella:nigro fumo egrediẽte cũ ĩpetu. Liq̃factis:calor̃ reſolutis ĩ pũices:ſed q̃q̃ ĩqt etna euomit aſſiduos ignes tñ ĩ cacumĩe habet niues qꝺ mirabile ẽ. Cana.niuibꝰ obducta. Cohibet:dẽſat & cõſtrigit.

Horrẽt:rigeſcũt ppter niues. Eolio noĩe regnatas terras.i.eolias ĩſulas q̃ ſeptẽ ſũt. Clauſtra:carcerẽ quo eolus uẽtos cohercebat. Hic uerſi pœnitus:ꝺſcribit formã ſiciliæ cũ tribꝰ pmõtoriis. Hic in ſicilia. Ad regna pelopeia:ad pelopõneſũ uergit pachynus. peloponneſus dicta eſt a pelope tantali filio qui illic regnauit ducta uxore hippodamia filia enomai. Reſpondent:ſunt e regione ſic Virg.Contra elata mari reſpondet gnoſia tellus.& ſupra dixit:reſpondet imagine flammæ æquor.

Ionio ꝓfundo:mare ionio:quod incipit a tarẽto:& extẽdiť uſque ad peloponneſum & Siciliã: excipitque ſinu adriatico. Hic cõtra:ex alia parte inſulæ:quæ uergit ad africã.ẽ lilybeũ. Chauros:uẽtos occidẽtales.& chaurũ ꝑ aliis ponit. Nobile:ſublime. Deuexas chelas:ſignũ cœleſte. chelæ enĩ ſunt brachia ſcorpii:& faciunt librã: quæ uideť ſuſtinere circulũ eqnoctialẽ reliquũ corpus ſcorpii ſubiacet pedibus ophiulci:quẽ latini appellãt ſerpentariũ. Deuexas:accliues:& quaſi pẽdẽtes:ſiue chelæ oppidũ fuit deuexũ ĩ dorſo lilybei:cuius nõ meminerũt coſmographi:qd' qdẽ legerim.ego intelligo ſignũ cœleſte: cui ſubiacet africa:quã reſpicit lilybeũ.

Pulſata ionio reſpondent ſaxa profundo
Hic contra:libycamque ſitum: chauroſque furẽtes
Cernit deuexas lilybeon nobile chelas.
At qua diuerſi lateris frons tertia terris
Vergit in italiam prolato ad littora dorſo
Celſus harenoſa tollit ſe mole pelorus
His longo mitis placide dominator in æuo
Præfuerat terris hieron:tractare ſereno
Imperrio uulgum pollens:et pectora nullo
Parentum exagitare metu:pactamque per aras
Haud facilis temerare fidem ſocialia iura
Auſoniis multos ſeruarat caſta per annos.
Verum ubi fata uirum fragili ſoluere ſenecta
Primeuo ceſſit ſceptrum exitiale nepoti.
Et placida indomitos accepit regia mores.
Namque bis octonis nõdum rex præditus annis
Caligare alto in ſolio:nec pondera regni
Poſſe pati:et nimium fluxis confidere rebus.
Iamque breui nullum delicta tuentibus armis
Fas notum:ignotumque nephas uiliſſima regi
Cura pudor:tam præcipiti materna furori
Pyrrhus origo dabat ſtimulos: proauique ſupbũ
Eacidæ genus:atque æternus carmine achilles
Ergo ardor ſubitus pœnorum incepta fouendi.
Nec ſceleri mora:iungit noua fœdera pacto
Cederet ut ſiculis uictor ſydonius oris.
Sed ſtabant pœnæ:tumulumque negabat erynnis

At q̃ diuerſi: nũc d̃ſcribit eã partẽ: quæ uergit ad italiã:ubi ẽ pelorus. Terræ:Siciliæ. Prolato dorſo:peloro extẽſo in aquã ſiculi freti. His longo mitis: laudat hieronẽ pacis ſtudioſũ: q ĩ Sicilia regnauit magna comitate ĩ ſubditos. T. Sẽpronio iterũ. Qu. Fabio.iii.conſ. Hieron moriť anno quarto huius ſecũdi belli punici: cui hieronymus nepos ex filio gelone q uiuo hierõe deceſſerat ſucceſſit.xv. annos natus ſub tutoribus:quorũ animus erat oĩa turbare. Lõgo æuo.lxxxx.annis. Sereno:miti & pacifico:ut decebat optimũ principẽ. Parẽtũ:eoꝝ q parebãt ipſius imperio. Pactã per aras:quã iuraſſet ad aras inſedeť amicitia hieronis ſeruata ẽ cũ romanis annis.l.& moriẽs mandauit: ut aĩcitia perſeueraret: ꝙ nequaq̃ factũ ẽ. Auſoniis:romanis. Caſta:inuiolata. Fragili ſenecta:ætate decrepita:qm̃ uixit.lxxxx.ãnos. Nepoti:hieronymo ex gelone filio hieronis. Exitiale:qm̃ ipſe hieronymus cæſus fuit.& ſyracuſæ incẽſæ. Placida: prius.ſ.tp̃e hieronis: q iuſte ac legitime imperabat.hieronymus ãt tyrãnice. Indomitos:feros.& tyrãnidẽ ſapiẽtes. Caligare:caligabat:qm̃ ꝓpter annos nõ habebat prudẽtiã:quæ maxime decet prĩcipẽ:ut ſcribit Ariſtoteles: hic ãt caligie quadã erat obductus:nec qd eẽt agẽdũ optimo prĩcipi cognoſcebat: nullo mõ rerũ põderi ſufficiẽs:non.n. hẽbat oculũ aĩæ impſſum.i.prudẽtiã:qua & ſe & alios regere ſciret. & iõ ĩ regio ſolio caligabat. unde dioclitianus auguſtus dicere ſolebat nil eẽ difficilius q̃ bñ impare & Pla.ut ẽ ĩ qnto de rep. dicebat beatã fore ciuitatem:ſi guberneť a phĩs: aut a regibus:q philoſopheť: &ſi ciuilis potẽtia cũ phĩa cõgruerit:& iõ hieronymus nõ poterat pati põdera regni:cũ regno eẽt ineptus. Fluxis rebus:luxu labẽtibus.gaudebat inqt luxu:& oĩa fiebãt apd' ipm ꝑ nefas:& delicta nõ puniebãť. Tuentibus armis:ſatellitibus armatis:q defenſores ſcelerũ erãt.ita curãtibus tutoribus:quoꝝ uitia regnũ illud ꝑcipitabãt. Viliſſima:minima quæ debuiſſet eẽ prima ĩ illa ætate: q̃ pudor decet:q nĩl aliud ẽ niſi color uirtutis.& ẽ timor iuſtæ rep̃hẽſionis.adoleſcẽte igiť ſine pudore nihil ẽ turpius.Horati.in ſermo.appellat pudicitiã primũ honorẽ uirtutis.Pudicum inquit:q primus uirtutis honor ſeruauit ab omni:nõ ſolũ facto:uerũ obprobrio quoque turpi. Materna origo:hieron ut dixi fuit pater gelonis ex demarata.gelonis ex hermione:quæ habebat originem a regibus epyri filius fuit hieronymus.& ſic maternũ genus hieronymi ab Achille erat & Pyrrho. Eacidæ:Pyrrhi filii Achillis nepotis Eaci. Aeternus carmine:ademptus immortalitatẽ carmine Homeri. Ergo ardor ſubitus:imprudẽtia hieronymi notať:qui ſine aliqua cõſultatione fœdus cũ pœnis percutere feſtinauit. Miſit hieronymus legatos carthaginẽ ad fœdus ꝑcutiẽdũ his cõditionibus:ut pulſis ex Sicilia romanis himera flu.finis eẽt r̃gni ſyracuſani ac punici. Victor ſydonius:carthaginẽſis cederet tota Sicilia:hoc popoſcit hierõymus ĩ ſecũda legatiõe:ut.ſ.oĩs Sicilia eẽt ſua. Stabãt:fixa erãt ſupplicia ip̃ius hierõymi.nã cæſus iacuit inſepultus:nec hũit tumulũ ĩ ſicula terra:quã ſibi totã poſcebat. Erynnis:furia.

Nō cernere sociū:qm̄ ſolus uolebat oēm inſulā.Relata inqt Li.tyrāni fœda ſcelera:fœdioreſque libidines adeo mutauerūt aīos:ut inſepultū iacere corpus pauloan̄ deſiderati regis nō paterēt obtruncatus ē ab illis:q eius inſolētiā pati nō poterāt:duce Indigimene. Duris:crudelitatibus. Coquebat:ſtimulabat:uexabat. Fœmineā cædē:ut delerēt oīs regia ꝓgenies ēt in mulieres ſæuitū ē.Demaratā .ſ.heracliā:& harmodiā.Li.ait:Miſſique a ꝑtoribus demaratā hieronis & harmoniā gelonis filiā cōiuges andrenodori.& Themiſtii interfecerūt.heraclia erat filia hieronis uxor Zoſippi: q cū legatus ab hieronymo miſſus ad ptolæmeū eēt ſpōte exulauit. Iactat iugū:reiicit ſeruitutē. Neutro fœdere:nec romanoꝝ: nec pœnoꝝ. Tertia purpura.Qu.Fa. maximo.iiii.M.Claudio Marcello.iii. cōſu.āno qnto huius ſecūdi belli punici Sicilia marcello decernit̄: cū iā tāti motus ī ea inſula poſt cædē hieronymi pararent̄:aliq.n.romanos:aliq pœnos apperebāt:aliq neutros. Purpura:qm̄ cōſules erāt purpurati. Zācleis oris:ad meſſanā: quæ freto ſiculo incūbit claſſem appulit Marcellus. Ambiguæ:dubiæ quos potiſſimū ſocios aſciſcerent.

Troiugenis: romanis.i.ubi cognouit: q eēnt amici romanis:quos ue iā hn̄ent carthaginēſes. Arethuſa:ſyracuſiæ:ꝑpe quas ē arethuſa. Tumores: ſupbiā & aī elationē cæſo iā tyrāno & parta:qſi libertate. Perſtet:perſeueret nolle aperire portas romanis bis cū Marcello d̄ pace ſyracuſani egere:reſque trāqllæ fore uidebant̄:ut inqt Li.Hyppocrates ſyracuſanus finitima ꝓuinciæ romanæ depopulat̄: ſuccurrit ab Appio & Marcello:cōſul ēt de rupta pace querit̄:aſſerēs nō quieturā inſulā donec hyppocrates & epicides in Sicilia eēnt:q ꝑ id tēpus prætores ſyracuſanoꝝ erāt. Proxima:loca uicina ſyracuſanis. Peſtē:bellū ſyracuſanis peſtiferū. Nō aliter boreas: impetū Marcelli cōparat boreæ ſæuo flatu agitāti marinos fluctus.boreas ſpirat e regione ad thraciā ubi eſt boreas. Decimo:magna reuolutione undarū.decumanus fluctus dr̄ maxius:& oua decumana magna. Pōtū:aquam.

Molē:magnitudinē fluctus. Eiecti:impulſi. Affremit:ſtridet. Leōtinos: Marcellus cū oī exercitu leōtinos inuaſit:& tātus ardor militū fuit : ut primo impetu leōtioꝝ urbs expugnaret̄. Hyppocrates & epicides clam noctu ex arce herbeſſum perfugerūt leōtios naxii indigene cōdiderūt. Diro:efferato:qm̄ leſtrigones ueſcebant̄ ut dictū ē hūanis caribus. Cui tarde uincere: ſenſus:Putabat Marcellus idē eē tarde uīcere imbelles & græcos origine leōtinos: & uīci qm̄ nulla laus ē molles uincere: niſi celeriter uincāt̄. Graias turmas:leontinos:quoniam chalcidenſes.vii.poſt cōditas ſyracuſas anno leontios incoluerunt. Aequore : campo. Vulgum: ipſos leōtinos effœminatos. Placitos cereri: qm̄ agri leōtini tritici copia abūdāt. Fœcūdat:fertiliores facit. Rapidus mauors:repentina incurſio romanoꝝ:qui aſſecuti ſunt leontinos fugientes. Ite gregē:uerba Marcelli ad ſuos milites.

Qua modo pactus erat ſocium non cernere terra
Sæuos:namque pati faſtus:iuuenemque cruento
Flagrantem luxu:et miſcentem turpia duris.
Haud ultra faciles:quos ira:metuſque coquebat
Iurati obtruncant:nec iam modū enſibus addūt
Fœmineam cædem:atque inſontum rapta ſororū
Corpora proſternunt ferro:noua ſæuit in armis
Libertas:iactatque iugum:pars punica caſtra
Pars italos:et nota uolunt:nec turba furentum
Deſit:quæ neutro ſociari fœdere malit.
Tali trinacriæ motu:rebuſque ſicanis
Exitio regis trepidis ſublimis honore
Tertia:nam latios renouarat purpura faſces
Marcellus claſſem zancleis appulit oris.
Atque ubi cuncta uiro: cædeſque expoſta tyranni.
Ambiguæque hominum mētes carthaginis arma
Quos teneant:et quanta locos:quod uulgus amicū
Duret troiugenis quantos arethuſa tumores
Concipiat:perſtetque ſuas non pandere portas
Incumbit bello:ac totam per proxima raptim
Armorum effundit flammato pectore peſtem.
Non aliter boreas rhodopes a uertice præceps
Cum ſeſe immiſit: decimoque uolumine pontum
Expulit in terras ſequitur cum murmure molem
Eiecti maris:et ſtridentibus affremit alis.
Prima leontinos uaſtarunt prœlia cāpos.
Regnatam duro quondam leſtrigone terrā
Inſtabat ductor:cui tarde uincere graias
Par erat:ac uinci turmas:ruit æquore toto
Fœmineum credas maribus concurrere uulgū.
Et cereri placitos fœcundat ſanguine cāpos
Sternuntur paſſim:pedibuſque euadere lætū
Eripuit rapidus mauors:ut cuique ſalutē
Promiſit fuga:præueniens dux occupat enſe
Ite gregem metite imbellem:ac ſuccidite ferro

Clamat cunctantes urgens umbone cateruas
Pigro luctandi ſtudio certamen in umbra
Molle pati docta: et gaudens ſplendeſcere oliuo
Stat mediocre decus uincentum ignaua iuuentus
Hæc laus ſola datur: ſi uiſo uincitis hoſte
Ingruit audito ductore exercitus omnis:
Solaque quod supereſt ſecum certamina norunt.
Quis dextra antiſtet: ſpoliiſque excellat opimis
Euboici non per ſcopulos illiſa caphareo
Eurypi magis unda furit: pontum ue ſonantem
Eiicit anguſto uiolentius ore propontis:
Nec feruet maiore fretum: rapiturque tumultu:
Quod ferit herculeas extremo ſole columnas
Mite tamen dextræ decus inter prœlia tanta
Enituit fama miles tyrrhenus: aſylo
Nomē erat: captus quondam ad traſimena fluenta
Seruitium facile: et dominantis mollia iuſſa
Expertus berræ patrias remeabat ad oras
Sponte fauentis heri: repetitiſque impiger armis
Tum ueteres ſiculo caſus mauorte piabat:
Atque is dum medios inter fera prœlia miſcet
Illatus berre: cui pacta ad regia miſſo
Pœnorum a populis: ſociataque bella gerenti
Erato caſſis munimine clauſerat ora
Inuadit iuuenem ferro: trepideque ferentem
Inſtabiles retro greſſus proſternit harena.
Ac miſer audita uictoris uoce trementem:
Cunctantēque animā ſtygia tunc ſede reducens
Caſſidis a mento malefidæ uincula rupit:
Iungebatque preces: atque addere uerba parabat:
Sed ſubito aſpectu: et noto conterritus ore
Tyrrhenus: ferrumque manu reuocauit: et ultro
Talia cum gemitu lachrymis effudit ab ortis.
Ne quæſo ſupplex lucem: dubiuſque precare
Fas hoſtem ſeruarē mihi: multo optimus ille
Militiæ: cui poſtremum eſt: primumque tueri
Inter bella fidem: tu lætum euadere nobis
Das prior: et ſeruas nondum ſeruatus ab hoſte.
Haud equidem indignum memet: quæ triſtia uidi
Abnuerim: dignumque iterum in peiora reuolui.
Si tibi per medios ignes: medioſque per enſes.
Non dederit mea dextra uiam: ſic fatur et ultro

Vmbone: clypeo. Pigro luctandi ſtudio: deſcribit ſtudia leontinorum: qui cum eſſent imbelles non magnam laudem afferebant uictoribus. Exercebant paleſtram ungentes ſe oleo: ut lubrica eēnt membra. unde Papi. in thebaide appellat unctam palen. Si uiſo hoſte: id ē ſi ſtatim uincitis: aliter nulla ē laus tarde uincere imbelles. Ingruit: irruit.

Antiſtet: præſtātior ſit cæſo hoſtium duce: ut referat opima ſpolia: hoc ſolū reſtabat certamen. Euboici non p ſcopulos: triplici cōparatione impetum ꝓbat romanorum militū. Caphareus eſt ꝓmontoriū eubeæ inſulæ: quam nunc Nigropontum appellamus: & illic eſt eurypus habens fluxum & refluxum inter eubeam & boetiam. Propōtis eſt ultra anguſtias helleſponti: ubi mare dilatatur, inde iterū conſtringitur prope Conſtantinopolim. Eſt igit̄ propōtis inter duas anguſtias: per quas admittit: & eiicit mare magno impetu. Extremo ſole occidente ad fretū gaditanū: p qđ oceanus mediterraneū ingredit̄ mare. & ſic tria poſuit freta. Mite tn̄: q̄uis inquit romani magno furore ruerent in leontinos: tn̄ Aſylus gloriam ademptus eſt: qm̄ fuit ī berram: cui ſeruiuerat mitis. Tyrrhenus: hetruſcus & ad lacum peruſinū captus a pœnis. Mollia: lenia: & facilia. Remeabat: redibat ī hetruriam permittēte berra. Repetitis: reſumptis anteq̄ ex Sicilia diſcederet.

Veteres caſus: ſuam captiuitatē ac ſeruitutē. uolebat expiare bello & ulciſci.

Ad pacta regia: ad fœdera cū hieronymo firmāda miſſo a carthaginēſibus.

Sociata: cōiūcta cum ſyracuſanis & leontinis. Ora: ipſius berræ non cognoſcebant ab Aſylo ꝓpter galeā. Iuuenē: berrā inuaſit Aſylus: & eū ꝓſtratū ac cognitū uita donauit bn̄ficii ſuſcepti memor. A mēto: barba ſiue rictu. Vincula: ligulā caſſidis: quæ eſt ſub mento.

Tyrrhenus: Aſylus hetruſcus. Ne quæſo: uerba Aſyli ad Berram. Lucē: uitam. Poſtremum: ultimum. & primum. ultima cui eſt & prima cura ſeruare fidem. Ego inquit a te ſeruatus: te ſeruo. Haud equidem: ſenſus nō negabo me indignum reuolui iterum in ſeruitutem: ſi tibi non parcerem: q me ſeruaſti nondum a me ſeruatus. In peiora: peiorem ſeruitutem: ac ſortem.

Vita: ſcilicet conceſſa Berræ æquauit munera uitæ acceptæ ab eo: & ſic par pari relatum eſt: cum turpe ſit officio uinci: & non reſpondere illis in amore a quibus fueris prouocatus.

A ttollit uitaque exequat munera uitæ.
A t compos ſicula primum certaminis ora
M arcellus cepti uictricia ſigna quieto
A gmine progrediens ephyrea ad mœnia uertit
I nde ſyracuſias caſtris circundedit arces
S ed ferri languebat amor ſedare monendo
P ectora ceca uirum:atque iras euellere auebat.
N ec renouant ſi forte ſibi:et ſi mitia malle
C redant eſſe metum laxis ſeruatur omiſſa
O bſidio clauſtris:quin contra intentior ipſe
I nuigilat cautis fronte imperterritus armis.
E t ſtruit arcana nec opima pericula cura.
H aud ſecus eridani ſtagnis ripa ue cayſtri
I nnatat albus olor:pronoque imobile corpus
D at fluuio: et pedibus tacitas eremigat undas.
I nterea dum icerta labat ſententia clauſis
E xciti populi:atque urbes ſotia arma ferebant.
I ncumbens meſſana freto minimumque reuulſa:
D iſcreta italia atque oſco memorabilis ortu
T um catine nimium ardenti uicina typheo
E t generaſſe pios quondam celeberrima fratres:
E t cui non licitum fatis camarina moueri
T umque nectareis uocat ad certamen hymeton.
A udax hybla fauis. palmis quoque onuſta ſelynis
E t iuſti quondam portus nunc littore ſolo

At compos ſicula:uictis leontinis Marcellus caſtra ad ſyracuſas mouit:ſed cupiens irã ſyracuſanorũ
monẽdo ſedarẽ legatos miſit qui extra urbem auditi ſunt:& cum romanos non bellum ſed opem ſyra
cuſanis ferre docuiſſent:nec uelle pati inulctam cædem ſociorũ.ferociter ab hippocrate & epicide re
ſponſum eſt.Marcellus igitur his auditis terra:marique oppugnare ſyracuſas cepit. Quieto: quoniã
uolebat experiri ſi poſſet reuocare ſyracuſanos ad officium. Ephyrea mœnia:ſyracuſas conditas a co
rinthiis duce archia ut dictum eſt.& corinthus ephyre dicebatur. Arces:quæ erãt quattuor. Ceca:
improuida. Mitia malle:id eſt ſi puta
rent metus cauſa marcellũ uelle eos mi
tigare potiuſq̃ aggredi armis:ordo eſt.
Nec obſidio omiſſa ſeruatur laxis clau-
ſtris qm̃ terra mari obſidebat ſyracuſa-
nos.ſi forte renuant ea q̇ monebat mar-
cellus.mitius inquit agebat cũ eis: nõ tñ
omittebat obſidionẽ nec relaxabat clau
ſtra quæ occupauerat:ne ſyracuſani ar-
bitrarentur Marcellũ timere cũ mitius
ageret & monendo eos ad fidem. atque
officium reuocare tẽtaret. Quin: imo
inquit inuigilabat Marcellus & omnia
ad bellũ conficiẽdũ neceſſaria parabat.
Arcana cura:ſecreta moliebatur Mar
cellus ea quæ ſyracuſani nõ opinabãtur
ſed clam agebat ut facit cygnus qui pedi
bus remigat cũ corpus nõ uideatur mo
ueri:& ſic ſollers prudentia ducis Mar
celli laudaẽ. Eridani: padi caiſter eſt
fluuius phrygiæ.Mar.Sic niger ĩ ripis er
rat cũ forte caiſtri.Inter lædeo ridetur
coruus olores. Prono: labẽti. Clauſis:
obſeſſis ſyracuſanis:ideſt dũ ſpes pacis
traheretur. Exciti: euocati ad bellũ a
Marcello.deſcribit urbes quæ milites ĩ
caſtra miſerũt:& urbiũ ãtiq̃tatẽ euoluit
Meſſana:urbs ad fretũ ſiculũ iacet ad
orientem flexa.prius zancle dicebatur
locus ut dictum eſt:Ouidius Quique lo
cus curuæ noĩa falcis habet.meſſenii ex
peloponneſo ſuam fecere coloniã. poſt
mamertini natio cãpana ob peſtilentiã
pulſi ita monente oraculo apollinis in
ſiciliam traiecerunt & prius conſedere
in taurominitano agro.Inde ĩplorantibus
Meſſeniis auxilio fuere.& ob id be-
neficium in ciuitatem recepti ſub uno
titulo deinde utraque gens fuit Mamer
tini appellantur:& uinum meſſenium
mamertinum.tantum aut ĩquit Strabo
in meſſana inualuere mamertini ut in
eorum manu ciuitas conſiſteret potiuſque mamertinoſque meſſenios uocãt oẽs.Mamertini appellati
ſunt a marte q lingua oſcorũ mamers dicit̃.Oſci aũt fuerũt campani. Diſcreta:diuiſa qm̃ pagꝫ diſtat
meſſana a columella quæ ẽ ad italiã & rhegiũ diſtantia eſt fere.v.mil. paſſ. Oſco ortu: mamertino:
qm̃ mamertini fuerũt oſci. Catane:urbs edificiũ Naxiorum:cui ĩminet etna.chalcidenſes condide-
runt naxũ naxii in radicibus etnæ montis catinã.eam hieron renouatis colonis etnã appellauit poſt
cuius obitum priſtinũ reſumpſit nomen :autor ẽ Strabo. Thypheo:etnæ ſub qua ſepultus ẽ typheus
gigas euomit ignes & pumices etna p̱ illũ craterẽ ut dictũ eſt. Pios fratres:Amphimon & Anapias :ut
autor ẽ Strabo cũ clades inferret̃ .ſic enim neptuno uiſum erat:parentes humeris ĩcolumes eduxerũt:
& ideo eorum pietas laudata eſt.Queque inquit loquens de catina de filiorum in parentes pietate fa
ma diſſeminat amphimonis:& anapiæ hic geſta ſunt. Camarina:colonia fuit ſyracuſanorũ. Virgilius
Et fatis nunquam conceſſa moueri apparet camarina procul.Syracuſani ducibus daſcone & menecco-
lo camarinam condiderunt:qui ob defectionem paulopoſt deiecti ſunt.Inde hippocrates reſtituit: &
hi ſedibus moti.tertio a gelone colonia deducta eſt. Non licitum moueri:quoniam ſepius ĩſtaurata
fuit.nec fata patiebant̃ ut urbs illa penitus moueret̃. Hybla parua urbs megara dicta a doricſibus q
eã tenuerũt.de melle hybleo atque hymetro dictũ eſt. Audax:pp mellis hyblei præſtantiã. Selynys
urbs iuxta lilybeum a copia palmarum dicta.unde Virgilius Palmoſam ſelinyn appellauit in tertio.

Myle :urbs ſiciliæ littoralis cũ portu:ſed tpe ſyllii ſolo litore dabat infidũ ſubſidiũ maria fugiẽtibus Mylas & himerã zanclei condiderũt. Mylis nomen ẽ a myla fluuio q portũ faciebat: de quo Ouidius ĩ faſtis. Sacratũque mylã paſcua leta boum. Eryx collis ẽ ſiciliæ habitatus ĩ quo ueneris tẽplũ quondã fuit ut autor ẽ Strabo frequentia inſigniũ mulieꝝ undique conuenientiũ illuſtre inde uenus erycina celebratur a poetis. dictus ẽ eryx ab eryce filio ueneris colonia fuit troianoꝝ erycinæ ueneris ſimulacꝝ extra portã collinam cũ templo poſitũ fuit: ĩ quo pulcherrima porticus erat. Centuripæ: ſupra catinã

Subſidium infidum fugientibus equora myle
Necnon altus eryx. nec non euertice celſo
Centuripe. largoque uirens entella lyeo
Entella hectoreo dilectum nomen aceſte.
Non tapſos non etumulis glacialibus acre.
Defuerunt agathyrna manus. geminoque lacone
Tindaris attollens ſeſe affuit altus equorum
Mille rapit turmas atque hinnitibus aera flãmat
Puluereamuoluens agragas ad mœnia nubem.
Ductor groſphus erat cuius celata gerebat
Taurum parma trucem pene monumẽta uetuſte
Ille ubi torreret ſubiectis corpora flammis
Mutabat gemitus mugitibus: actaque ueras
Credere erat ſtabulis armenta effundere uoces
Haud impune quidem: nam dire conditor artis
Ipſe ſuo moriens immugit flebile tauro
Venit ab amne trahens nomen gela uenit et heſa:
Et qui præſenti domitant periura palici
Pectora ſupplicio. troianaque uenit aceſta
Quique per etneos acys petit equora fines:
Et dulci gratam nereida perluit unda
Emulus ille tuo quondam polypheme calori
Dum fugit agreſtem uiolenti pectoris iram.
In tenues liquefactus aquas euaſit: et hoſtem

iacent ignibus etneis ppiquæ: & ſymeto amni q p catinenſem agrũ labitur: Auguſtus centuripas inſtaurauit. Entella: urbs nomen ſortita ẽ ab entello q ceſtibus pugnauit cũ darete hortante aceſte a quo plurimũ diligebatˀ: ut in quinto Virgilius cecinit. Lyeo: uino quod laudatũ habet entella. Hectoreo: troião.

Tapſus: urbs ĩ humili loco ſita: ex qua miſſi coloni ĩ aphricã condidere aliam tapſum clade romana inclytam: de qua ſupra & uberior rutuloꝝ ſãguĩe tapſus. Virgilius tapſum iacentem appellauit.

Acre: oppidũ in mõtibus niuoſis ſitũ. acre conditæ fuerunt a ſyracuſanis ĩ collibus. lxx. anno poſt conditas ſyracuſas. & caſmene. lxxx. in plano. Agathyrnũ oppidum ppe ſoleuntem: a quo manus agathyrna. Tyndaris: oppidũ cõditũ a laconibus denominatũ a tyndaro patre lædæ mr̃is caſtoris & pollucis: ideo tyndaris cenſetur gemino lacone ideſt caſtore & polluce geminis. nam eodẽ ouo ut eſt ĩ fabulis prognati ſunt. Agragas: nunc dicitˀ agrigentum in ædito loco ſitum nobilitatũ empedocle philoſopho & ſeuiſſimo tyrãno phalaride notũ. optimos gingebat equos ad olympica certamina: ut ait pindarus ex agrigentino grege cappadoces emptis admiſſariis equinam prolem repaiauerunt quæ pene defecerat iubente oraculo delphico. geloi poſtq̃ gela a lindiis qui ex rhodo uenerunt condita eſt agragantem incoluerunt: appellaueruntque ab Agragante fluuio autoribus coloniæ Ariſtono & piſcillo. Altus: in edito loco ſitus. unde arduum appellat Virgilius. Puluereã nubem: excitatam ũgulis equoꝝ agrigẽtoꝝ. Ad mœnia ſyracuſana. ſ. quæ obſidebantur. Trucem: crudelẽ. Monumẽta pœne uetuſtæ: pillus faber ſtatuarius ut phalaridis tyrãni ſeuitiæ morẽ gereret in pœnas noxioꝝ æneũ tauꝝ excogitauit: ut ſuppoſito igni q ĩtus erãt mugitũ bouis edere uiderentˀ. primus perillus ĩ illo dedit pœnas: & ipſum tauꝝ pprio ſupplicio ĩbuere coactus a tyrãno ẽ. Corpora: eoꝝ q intus clauſi adurebantˀ. Gela: Antiphemus ex lindo urbe rhodi: & eucynius e creta una cum ſuis condiderũt gelã. ãno. xlv. poſt cõditas ſyracuſas aſcito a uicino fluuio noĩe. Heſa: oppidum fuit ſub ditione catinenſiũ. Palici: ideſt ipſi habitatores palicaꝝ: quæ urbs ẽ poſita ab oraculi palicorum celebritate breui coaluit. breui periit ut Diodorus. li. xi. antiq̃tatũ meminit. Dncetius ſiculoꝝ dux cõdidit. C. Nautio rutilio. L. Minutio carutiano conſ. Templũ palicoꝝ illic fuit uetuſta religiõe: ac miraculis horrendũ in quo piuri ſtatĩ obeſcabantˀ: ideo iuriſiurãdi trutina illic poſita erat: palicoꝝ fabula ſic narratur autore Macrobio. Thalia nympha ioue grauida metu iunonis optauit: ut ſibi terra dehiſceret factum eſt: ſed ubi uenit tempus maturitatis infantium: quos aluo illa geſtauerat recluſa terra eſt: & duo fratres de aluo Thaliæ emiſerunt appellatique ſunt palici: quoniam prius in terrã merſi denuo inde regreſſi ſunt. aliqui dicunt etnam poſt concubitum a ioue commendatam terræ: & illic enixam. Aceſta: urbs ab aceſto troiano denominata. æneas ſenes ac debiles in ſicilia relinquens urbẽ eis condidit: commendauitque aceſte troiano hoſpiti ſuo: & urbem in illius gratiam dixit aceſtam.

Acys: fluuius labitur prope etnam nomen accepit ab Acy puero in ipſum demutato: quem amauit galathea nympha. puer cum urgeretur a Poliphemo in aquam uerſus eſt: & dulci aqua nympham petiit: id eſt ipſam galatheam maris nympham. Gratam nereida: galatheam a ſe amatam. Perluit: lauat. Calori: amori. Agreſtem: duram & immitem iram Poliphemi.

Et hoſtem ipſum poliphenū. Victricē:adeptā id quod cupiebat pluere.ſ.galatheā & illi admiſce
ri. Nec non q potant:deſcribit nūc accolas fluuio℞:ut nactus oportunitatē ſiciliæ flumina celebret:
quæ ſunt ſymetus plemmyrius.gela:helorus:Acys:Alabys:hypſa:Achates:uagedruſa:hyppates:panta/
gya:himera. Perlucentē achatē:alludit ad achatē lapidē pretioſum q in huius fluuii ripis primū re
pertus ab eo nomen accepit. Achates iquit Pli. In magna fuit auctoritate nūc ī nr̄a reperta primū in ſi
cilia iuxta flumen eiuſdē noīs. Simetus:fluuius rapido curſu labens p agrū catinenſem ferť in equor
Ouidius Quaque ſymete tuas accipit æ
quor aquas. Littora therma℞:therme
oppidū ad mare colonia romanorum:
ubi comedia primū repta fuiſſe tradiť
autore ſolino his uerbis. Quicquid ſici
lia gignit ꝓximū eſt his quæ optima iu
dicanť hinc primū inuenta comedia.
Hinc:& cauillatio inimica iſcena ſterit:
& ideo poeta dicit litora therma℞ do/
tata fuiſſe priſca camena:id ē priſca co/
media. Himera:fluuius & oppidū eiuſ
dem noīs urbē zanclei condiderūt du
cibus euclide & ſacone;eo etiam uenere
multi chalcidenſes & exules ſyracuſani
lingua ibi peculiaris fuit mixta ex eubo
ica & dorica:ſed iura chalcidēſia habu/
ere nomen a flumīe ipoſitū eſt quod in
duas ptes diuidiť & ſingulæ pari ferūť
ipetu. hec in ortū:illa in occaſum. Eo
lio:ad occaſum ubi ſunt eoliæ inſulæ.
Diuiduas oras:diuerſas regiones ortū
.ſ.& occaſum. Incita:rapido curſu.
Nebrodes:monticulus ex quo oritur
himera:quæ poſtea geminatur. Nebro/
des ſiluoſus ē & a copia hinulo℞ qui ne
brides dnř nomen accepit autoř ſolio.
Diuortia:diuiſiones. Enna deū lucis
in excelſo loco ac prerupto undique ſi/
ta eſt ī media iſula urbs enna quæ umbi
licus ſiciliæ uocať:poſſidonius dixit au
tore Strabone duas q̈ſi maris arces ſitas
eē ſyracuſas uidelicet & erycem. mediā
uero ennam iminere circūſtantibus cā/
pis. ſedes fuit cereus:& proſerpinæ inſi/
gne naturæ monumentum cuius præci
pue meminit Liuius ī decade belli ma/
cedonici planitiem habet fertilē & uari
etates flo℞ cōſpicuā. adeoque odoribus
fragrantē ut canes illic obtuſas nares ha
bere credanť:ūde a plutone raptā ꝓſer
pinam ſcribūt:campi ennenſes omni tē
pore uerni ſūt. Oui. ī faſtis:Grata domus cereri multas ea poſſidet urbes:In qbus ē culto fertilis enna
ſolo nr̄o tpe dř caſtrū ēnæ:ubi totius iſulæ cōciliū a præſide hř ſpelūca illic erat p quā plutonē aſpor
taſſe proſerpinā fabulanť:quoniam igitur erna ſacra erat cereri & ꝓſerpinæ:iō dicit dextrā ennēſiū
fuiſſe ſacram lucis dearum. Lucus quippe eſt ad uenerationem & alicui dicatus numini. Ardua:ī ar
duo loco ſita. Laxans:aperiens. Cecū:occultū & obſcu℞. Limite:uia obſcura. Nouus hymeneus:
pluto qui rapuit proſerpinam. Ignotas:ſuperas cum ſoleat ipſe latere apud inferos. Rector:pluto.
Diē:ſuperas oras:& ſub ſole. Innania:loca ſup terrā. Ennea:proſerpina ab enna illi ſacra & inde
rapta. Inſtyga:ad iferos. Petrea:urbs ſiciliæ & colonia fuit theſſalorum qui in petreis hītabāt cāpis.
In agro petrenſi ſtagnum eſt ſerpentibus noxium homini ſalubre. callipolis oppidū conditū a naxiis
Eugion:leontini condiderunt. Ouidius libro quinto faſtorum. Hinc camarinan adit. Tapſonque
eugeaque. Tempe agros habet ameniſſimos prope fuit cocali regia:ubi Minos periit a cuius militibus
minoia condita eſt quæ ut Liuius ait heraclea eſt appellata. in ſaxoſo monte ſitum eſt oppidum
ideo dicit ipſum habere artus lapidoſos. hadranum & hergetum oppida fuerunt:unde hadrani &
hergerani apud Plinium. Melite:inſula ſiculi maris eſt uerſus aphricam optimum gignit leuconicū
ideo ſuperbam id eſt nobilem tela dicit;inde etiam catelli ad mulierum delitias afferebantur meli/
tei dicti Ouidius in faſtis fertilis eſt melite ſterili uicina coſiræ Inſula quam libici uerberat unda fre/
ti. Melacte:maritimum oppidum piſcationes habebat. Piſcoſa littus.i.habens littus piſcoſum.

E t tibi uictricem galathea immiſcuit undam
N ec non qui potāt hyſpamque alabynque ſonoros
E t perlucentem ſplendenti gurgite achaten
Q ui fontes uagedruſa tuos et pauperis aluei
H ypaten ac facilem ſuperari gurgite parco
P antagyam. rapidique colunt uada flaua ſimethi
L ittora thermarum priſca dotata camena
A rmauere ſuos qua mergitur hymera ponto
E olio:nam diuiduas ſe ſcindit in oras
N ec minus occaſſus petit incita qua petit ortus
N ebrodes gemini nutrit diuortia fontis
Quo mons ſicania non ſurgit ditior umbra.
E nna deum lucis ſacram dedit ardua dextram.
H ic ſpecus ingentem laxans telluris hyatum
C ecum iter ad manes tenebroſo limite pandit.
Q ua nouus ignotas hymeneus uenit in oras.
H ac ſtyguus quondam ſtimulante cupidine rector
A uſus adire diem:mœſtoque acheronte relicto
I llicitas egit currum per inania terras.
T um rapta preceps ennea uirgine ceſſit.
A ttonitos celi uiſu lucemque pauentes
I n ſtyga rurſus equos et predam condidit umbris.
R omanos petrea duces romana petiuit
F œdera callipolis:lapidoſique eugion artus
H adranum hergentumque ſimul telaque ſuperba
L anigera melite et littus piſcoſa melatte

Ora cephaledias: cephalediũ oppidum ad mare inter lilybeum: & peloꝝ in quo tractu etiã ſunt: haleſa: tyndaris: agathyrna: egeſta: & oĩum nobiliſſima panormus. Procelloſo: tẽpeſtatibus & fluctibus agitato. unde cãpi prope cephaledium aquis marinis obruunt & cete piſces depaſcunt campos. Horreret: timeret tanq̃ rẽ monſtroſam: ſiue in cãpis ceruleis. i. ĩ mari. Verticis: aquæ gurgitis. Taurominitana: Taurominiũ oppidũ inter pelorum & pachinũ iacet ubi & meſſana: in ædito loco ſitũ. Naxũ uetuſtas appellauit Thucydides ait chalcidenſes duce Theocle incoluiſſe naxon & extra urbẽ poſuiſſe aram apollini archigeto cui nauigaturi ſacrificabant. Strabo dicit zãcleos ex hybla condidiſſe taurominiũ. colonia deinde fuit romanoꝝ: ante taurominium inquit Strabo. & Meſſanam charybdis oſtendit profundũ immenſum quo inundationes freti mirũ in modũ nauigia trahunt: magnas per circũductõnes ac uortices precipitata. quibus abſorbtis ac diſſolutis naufragioꝝ fragmenta ad tauriminitanum litus attrahuntur.

Quæque proceſſoſo caphaledias ora profundo
Ceruleis horret campis paſcentia cete.
Et qui correptas ſorbentem uerticis hauſtu:
Atque iterum e fũdo iaculantem ad ſydera puppes.
Taurominitana cernunt de ſede charybdim
Hæc latium manus et laurentia ſigna mouebat·
Cætera elyſeis aderat gens ſicana uotis
Mille agathyrna dedit ꝑflataque ſtrongilos auſtris
Mille thoanteæ ſedes faſcellina diuæ·
Tergemino uenit numero fecunda panormos
Seu ſiluis ſectare feras: ſeu retibus equor
Vertere: ſeu celo libeat traxiſſe uolucrem:
Non herbeſos iners: non naulocha pigra pericli
Sederunt: non frondoſis morguentia campis
Abſtinuit marte infido comitata nemeis
Venit amaſtra uiris: et paruo nomine tiſſe
Et netum et micite pubeſque liquentis acheti
Sidonias drepane: atque unde clamoſus helorus.
Et mox ſeruili uaſtata triochala bello

Hæc manus: hi populi ſupradicti romana ſigna ſequebant: reliqui fauebãt pœnis. Eliſeis: carthaginẽſibus. Strõgylos: inſula ẽ una ex eoliis in qua ut inquit Strabo eoli domicilium fuiſſe memoriæ ꝑditũ eſt. qui fuit rex uentorũ: ideo dicit ſtrongylon perflatã auſtris: quos ponit pro aliis uentis. quos ut fabuloſe loquar illic eolus carcere coercebat.

Sedes faſcellina diue: id monumẽtũ teſtatur adnauigaſſe oreſtẽ cum iphigenia. & pylade in ſiciliam expiatõnis gratia cuius meminit probus ĩ cõmentario bucolicorum. Lucilius. iii. ſatyrarum: & ſæpe quod ãte optaſti freta Meſſanã regina uidebis mœnia tum liparas: faſcelitis templa dianæ. faſcellis dicta ẽ diana quoniam eius ſimulacrum in faſce ẽ taurica regione tranſtulit oreſtes. Vbi iphigenia & thoas rex lemni tẽplo præerant: & ſacris ĩde ad Aricinum lacũ uẽtum eſt: de rege aricino & ritu ſacrorũ dictum ẽ. Thoanteæ: tauricæ dianæ: cuius templo præfuit thoas. Tergemino numero: tribus milibus militum. Fecunda: colonorum copia habundans. unde cum alia oppida dediſſent mille ipſa tria dedit milia: phenices negociandi gratia in ſiciliam nauigauerunt & incoluerunt aliqua oppida interque panormon: quæ deinde fuit grecorum colonia. poſtea romanorum. clara eſt ciuitas etiam noſtro tempore: & piſcatu: uenatu: aucupio: & harundineo melle inſignis: hæc omnia ſyllius tangit & celebrat. Herbeſos: oppidum prope hyblam: non longe etiam eſt naulocha: herboſos inquit non ſedit iners: & naulocha non ſedit pigra pericli: id ẽ nõ diſtulit mittere milites ꝑpter periculum. Morgentia: oppidum conditum a morgetibus gente itala: ſed tempore Strabonis nõ extabat. ſiculi ſicani morgetes ſiciliam incoluerunt. Marte infido: bello pro carthaginenſibus q̃ ſũt infidi. Amanſtra: & Nemeæ grecæ ſunt urbes Achei. & archades poſuerunt. Amaſtra colonia eſt põticæ regionis ubi ẽ amaſtris urbs in peninſula habens portus ex utraque parte. quam cõdidit & cui nomen dedit. Amaſtris oxiartis filia uxor dyoniſii heraclienſis. Nemeæ colonia fuit argiuoꝝ apud quos in peloponneſo eſt Nemeæ ſylua ĩter cleonas. & phliuntẽ. Vbi hercules interemit leonẽ. amaſtra igit erat comitata uiris nemeis. Thiſſe: oppidum fuit conditum a ſiculis: a quo thiſſimenſes apud Pli. Netum: oppidum adhuc retinet nomen mutata una lr̃a. dicitur. n. notum. Mycite: oppidum: a quo micitenſes quorũ meminit Plinius. Acheti: Achetũ oppidum ſub claro celo & ſereno. Liquentis: puri aeris & alludit ad achatem fluuium & lapidem de quibus dictũ eſt. Drepane: ſiue drepanũ. nomen impoſitum uidetur a curuo ſitu. græci ſic appellant curua tela. ſcribunt aliqui inditum nomen cũ ſaturnus celo: patri ãputaſſet uirilia proieciſſe telũ hoc ẽ nouaculã. & cecidiſſe ubi poſtea drepane fuit condita: Imminet deprano mons eryx claꝝ ẽ oppidũ etiam noſtro tempore. Helorus: fluuius labitur e pachyno inter ſaxa: & iõ clamoſus. Triocala: ĩ agro triocalino bellũ ſeruile maxime fuit: quo ſiciliã crudelius attriuit quam punica certamina fugitiui duce ſyro libertatem petebant mox fractis ergaſtulis ad. lx. milia conuenerunt prætoꝝ caſtra expugnata. Manlii piſonis lẽtuli hipſei. M. ꝑperna uicit & obſeſſos ennæ conſumpſit. hinc ouãs urbẽ ingreſſus ẽ. paulo poſt idẽ incendiũ excitatum eſt.

S idonios arabeia ferox et celſus ietas
E t bellare tabas docilis coſyraque parua
N ec maior megara mute concordibus auſis
I uuere: et ſtrato caulum ſpectabile ponto
C um ſonat halcyones cantu nudoſque natantes
I mmota geſtat ſopitis fluctibus unda
I pſa ſyracuſæ patulos urbs inclyta muros
M ilite collecto uariiſque impleuerat armis.
D uctores facilem impelli lætamque tumultus
V aniloquo pubem furiabant inſuper ore
N unq̄ hoſte intratos muros et quattuor arces
E t ſalaminiacis quātā coiſque tropheis
I ngenio portus urbs inuia fecerit umbram
S pectatum proauis ter centum ante ora triremes
V num naufragium merſaſque impune profundo
C lade pharetrigeri ſubnixas regis athenas
F lammabant uulgum geniti carthagine fratres

Themio cylix paſtor.interfecto domino ergaſtula aperuit. prætoriana caſtra ſeruilii & luculli ſuccu/
buere.M.Aquilius exemplo perpernæ bellū cōfecit:& fame maceratos cœpiſſet oīs ni metus ſupplicii
fuiſſet.itaque magna ex p̄te mortē ſibi cōſciuerīt.dux aufugit.Cicero ī.vii.actione in uerrē ait.In trio
calino quē locū fugitiui āte tenuerūt. Arabeia:oppidū ſiciliæ fuit. Ferox:bellicoſa. Ietas:oppidū
in edito loco ſitū cuius meminit Ply. Tabas:oppidū. Coſyra:parua inſula prope melitā. Oui.in fa
ſtis fertilis eſt melite ſterili uicina coſyre.eſt ēt coſyra oppidū in ſicilia:de quo intelligit. Megara:op
pidū inter catinā:& ſyracuſas.Mute no
mē eſt oppidi. Gaulū:inſula. Strato
ponto:tranquillo mari. Cū ſonat hal
cyones cātu:halcyon ut ſcribit Pli. auis
eſt paulo amplior paſſere colorē cyaneo.
alterū eſt halcyonū genus magnitudie
diſtinguit.& cantu minor in harundi/
netis canit.nidificat hyeme mari tran/
quillo.quartodecimo die edit pullos ni
dus inſtar pilæ eſt ore eminet anguſto:
ferro reſiſtit: ictu ualido frāgit. raro ſe
conſpici ſinit dies ab ea halcyonii uocā
tur tranqllitatē nidificantes portēdūt
ſiculo p̄ræſerti mari.halcionii dies inci
piunt.vii.calen.Martii tunc in athlanti
co mari tranqllitas nota eſt.ſi aliquādo
fluctu agitat nidus ſupuolat halcyon &
ſuaui cantu gemere uidet & inclinatur
hæc halcyon.& hæc halcyones. Ipſa ſy
racuſe:anno primo poſtq̄ chalcidenſes
condidere naxum archias corinthius p̄
nepos herculis condidit ſyracuſas. Pa
tulos muros:qm̄ ambitus urbis.xx.mil.
paſſuū finiebat. Ductores:impellebāt
ipſos ſyracuſios iactantia quadā uerbo/
rū & cōmemoratione priſtinæ uictoriæ
q̄ habuerant de athenienſibus bello na
uali dicebātque nunq̄ captas ſyracuſas:
& ſpectatum ab antiquis eſſe.ccc. trire/
mes athenienſium merſas in mari. ut oſtenderent facile poſſe romanos pelli longe ipſis athenienſi/
bus gloria nauali inferiores. Facilem impelli: aptam ut moueatur cum nouitate gaudeat imperita
multitudo: & nullam habeat conſtantiam. Vaniloquo ore: iactabundis uerbis. Nunquam ho/
ſte intratos muros: ſcilicet dicebant ipſi ductores impellentes plebem ad reſiſtendum romanis ma/
iores noſtri dicebant prælio nauali uicerunt athenienſes claros: & ſuperbientes uictoria nauali & præ
lio quo xerxem uicerunt apđ ſalamina duce Themiſtocle. Quattuor arces: quas ſyracuſæ habebāt.
Salaminiacis:athenienſes bis auxilio fuerunt catinenſibus contra ſyracuſanos qui duce gilippo La
cedemoniæ terreſtri prælio uicerunt athenienſes mari tentauere fortunam quæ non minus aduerſa
fuit.c.xxx.naues amiſere in portu ſyracuſano:demoſthenes dedecus uoluntaria morte fugit. Nicias
captus contumelia carceris cladē auxit omnes naues demerſæ ſunt in mari ſuadente gilippo. Salami
niacis tropheis: ipſis athenienſibus ſubnixis clade illata barbaris apud ſalamina. Eois: quoniam
xerxes ab oriente irruit in græciam. ingenio: natura ipſius portus de quo in ultima actione in uer/
rem ſic ſcribit Cicero. Non enim portu illud oppidum clauditur. ſed urbe portus ipſe cingitur ut
non abluantur a mari mœnia extrema: ſed influat in urbis ſinum portus. In hoc portu inquit Ci/
cero athenienſium claſſis ſola poſt hominum memoriā.ccc. nauibus ui: ac multitudine inuaſit:
quæ in eo ipſo portu:loci ipſius: portuſque natura uicta: atque ſuperata eſt. in hoc portu atheni
enſium nobilitatis imperii: gloriæ naufragium factum exiſtimatur. Vrbs inuia: ipſæ ſyra/
cuſæ inuiæ athenienſibus multiplici uictoria claris. Vmbram: quam ſua amplitudine por/
tus effundebat. uicta fuit claſſis athenienſium in portu cuius fauces occupauerant naues hoſtiles &
etiam piſcatoriæ cymbæ pueris complectæ: ut nullo modo athenienſes euadere poſſent ut ſcribit
Plutarchus in Nicia. Proauis: priſcis ſyracuſiis qui ſpectarunt naues illas demergi ita ſuadente
gilippo. Impune: ſine aliquo damno ſyracuſanorum. Athenas ſubnixas clade regis pharetri
geri: id eſt ipſos athenienſes elatos clade quam xerxi intulerant ad ſalaminem. Pharetrigeri:xer
xis quoniam perſe & alii qui ſunt ad orientem arcu utuntur. Geniti carthagine fratres: hippo/
crates & epicides Liuius ait. Acradina quoque primo impetu capitur prætoreſque niſi qui inter tu
multum effugerunt omnes interficiuntur. noxque cedibus finem fecit. poſtero die ſerui ad pilleum
uocati: & carcere uincti emiſſi confuſaque omnis multitudo hippocratem: atque epicidem prætores
creant. Iſti ergo inflammabant uulgum: repetitque poeta horum originem. de quibus ſic ait Liui/
us. Hippocrates & epicides nati carthagine.

Pœni matre genus:ſed quos ſub crimine pulſus
Vrbe ſyracuſia libycis eduxerat oris
Trinacrius genitor geminaque a ſtirpe parentū
Aſtus miſcebant tyrios leuitate ſicana.
Quæ cernens ductor:poſtq̄ immedicabile uiſum
Seditio:atque ultro bellū ſurgebat ab hoſte
Teſtatus diuos ſiculorum amneſque lacuſque
Et fontes arhetuſa tuos:ad bella uocari
Inuitum qui ſponte diu non ſumpſerit hoſtem
Induere arma ſibi:telorum turbine uaſto
Aggreditur muros:atque armis intonat urbi.
Par omnis ſimul ira rapit:certantque ruuntque.
Turris multiplici ſurgens ad ſydera tecto
Exibat:tabulata decem cui creſcere graius
Fecerat:et multas nemorum conſumpſerat umbras.
Armatam hinc igni molem et deuoluere ſaxa
Certabant:calidæque picis diffundere peſtem
Hinc procul ardentem iaculatus lampada cimber
Coniicit:et lateri telum exitiabile figit.
Paſcitur adiuto uulcanus turbine uenti
Gliſcentēque trahens turris per uiſcera labem
Perque altam molem et turris naſcentia tecta:
Scandit ouans:rapidiſque uorat trepidantia flāmis
Robora:et ingenti ſimul exundante uapore
Ad cælum uictor nitentia culmina lambit.
Implentur fumo et nebula caliginis atræ
Nec cuiq̄ euaſiſſe datur:ceu fulminis ictu:
Correptæ rapido in cineres abiere ruinæ
Par contra pelago miſeris fortuna carinis.
Nāque ubi ſe propius tectis urbique tulere:
Qua portus muris pacatas applicat undas:
Improuiſa nouo peſtis conterruit aſtu.
Trabs fabre teres atque eraſis undique nodis.
Nauali ſimilis malo:præfixa gerebat
Vnce tela manus:ea celſo exaggere muri
Bellantes curui rapiebat in aera ferri
Vnguibus:et mediam reuocata ferebat in urbem.
Nec ſolos uis illa uiros quin ſæpe triremem
Belligeræ rapuere trabes cum deſuper actum
Incuterēt puppi chalybem:morſuſque tenaces:
Qui ſimul affixo uicina in robora ferro
Suſtulerant ſublime ratem:miſerabile uiſu

ſed oriundi a ſyracuſis exule auo.pœni ipſi mr̄no gener̄.p hos iūcta fuit aīcitia Annibalis & hieronymi tyranni. nec inuito Annibale apud tyrannū remanſerunt. Sub crimine: qm̄ fuit actus ī exilium. Eduxerat:nutriuerat. Trinacrius:ſiculus. Leuitate ſicana:qm̄ ſiculi leues ſūt.pœni aūt aſtuti. Ductor: Marcellus. Diuos ſiculoꝝ: proſerpinā cererem:mineruā:dianam:palicos: & cætera numía ſicanoꝝ. Turris multiplici: deſcribit turrim conſtructā ingenio archimedis geometria:& ſcīa ſolidoꝝ inclyti.qui tot milibus romanoꝝ arte obſtitit ſua ; terra marique ſimul romani oppugnare ſyracuſas cœperūt.illinc hexapylo hinc acradine:cuius murus fluctu alluitur:& tanto ardore irruerūt ut primo impetu cœpiſſent niſi fuiſſet ingenium archimedis. Multiplici tecto: frequenti contignatiōe. Grauis:archimedes. Multas umbras: arbores ut turrim erigeret. Armatā molē igni:phalaricā de qua dictum ē. Cymber:nomē militis romani. Telum: ardentē lāpada. Labē:incendiū:& ſic turris eſt abſumpta igni. Per contra pelago:ex altera pte urbis qua mari alluit̄. nā Acradinæ murū q mari alluit̄ ex quīqueremibus Marcellus oppugnabat & ſagittarii funditores,& uelites quoꝝ telū inhabile ad remitendū imperitis ē uix quemq̄ ſine uulnere conſiſtere in muris patiebantur:naues:turres contabulatas:machinamētaque alia q̄tiendis muris portabant. Nouo aſtu: qm̄ archimedes illud inſtrumentū inauditū excogitauerat.qd̓ poeta deſcribit.Liuius ait:aduerſus hunc naualē apparatū archimedes uariæ magnitudinis tormenta ī muris diſpoſuit in eas quæ ꝓcul erant naues ſaxa ingenti pondere mittebāt. Fabre: ingenioſe & per artem. Manus:Liuius ait : quæ propius qdem ſubibant naues quo interiores ictibus tormentoꝝ eſſēt in eas tollendas deſuper eminentē murū ferrea manus firmæ cathenæ illigata cum iniecta proræ eſſet grauique libramēto plumbi recederet ad ſolum ſuſpenſa prora nauem in puppim ſtatuebat.deinde ſubito uelut ex muro remiſſa cadentē nauem cum ingenti trepidatione nautarum ita undæ affligebat ut etiā ſi recta recideret aliquantum aquæ acciperet . ita maritima oppugnatio eſt eluſa:omniſque uis eſt uerſa ut totis uiribus terra aggrederentūr. Reuocata: reducta plumbeo libramento. Chalybem : ferream manum ideo ait morſus tenaces, In robora:naues ꝓpiorē muro.

Laxatis:reſolutis:& ſic nauis magno impetu decidebat in mare. Profundo:mari. Mole: impetu
Vnde:aquæ abſumerēt puppim & milites. His ſuper inſidiis:deſcribit nunc quædā foramina ab
ipſo archimede excogitata:nam ut ſui uulnere intacti tela in hoſtē ingererent murū ab imo ad ſum
mū crebris cubitalibus fere cauis ut ait Liuius perforauit per quæ caua pars ſagittis pars ſcorpiōibus
modicis & occultis petebant hoſtē. His ſuper:preter hæc. Confundere:emittere:hæc foramina ſi
unt noſtro etiam tempore in muris oblonga & anguſta in parte exteriori ſed in interiore latiora ut

Per ſubitum rurſus laxatis arte cathenis
Tanta præcipitem reddebant mole profundo
Vt totan haurirent undæ cum milite puppem.
His ſuper inſidiis anguſta foramina murus.
Arte cauata dabat: per quæ confundere tæla
Tutum erat oppoſito mittentibus aggere ualli.
Tum ſine fraude labos arcta ne rurſus eodem
Spicula ab hoſte uia uicibus contorta redirent.
Calliditas graia atque aſtus pollentior armis
Marcellum tantaſque minas terraque marique
Arcebat:ſtabatque ingens ad mœnia bellum.
Vir fuit iſthmiacis decus immortale colonis.
Ingenio facile ante alios telluris alumnos.
Nudus opum:ſed cui cœlū terræque paterent.
Ille nouus pluuias titan ut proderet ortu
Fuſcatis triſtis radiis:ille hæreat:anne

cōmodius tela emittant̄ & hoſtes ꝑpter
os exterius anguſtū nocere non poſſūt.
Oppoſito aggere ualli.i.oppoſito ual
lo romanorū.i. tutū erat ſyracuſis tela
emittere in uallum & propugnacula ro
manoꝝ ꝑ illa foramina. Nec ſine frau
de labos.ſ.erat labor ille archimedis in
quit erat cū fraude q̄m iō talia excogita
uit foramina ne hoſtiū tela per illas an
guſtias remitti poſſent. Vicibus: ꝑ ui-
ces remiſſa. Pollentior: potentior q̄m
archimedes ſolus arte ſua & ingenio ro
manis obſtabat & eos ludificabat̄. Ter
ra:nā ea quoque ꝑs ut ait Liuius: omni
apparatu tormentoꝝ inſtructa erat hie
ronis impenſis curaque ꝑ multos ānos
archimedis unica arte. Vir fuit iſthmi
acis:deſcribit poeta archimedē ſyracu-
ſiū de quo Liuius: romani urbē cœpiſ-
ſent niſi unus hō ſyracuſis ea tēpeſtate
fuiſſet archimedes: is erat unicus ſpe-
ctator cœli ſyderūque mirabilior tn̄ in
uentor ac machinator bellicoꝝ tormē-
toꝝ operūque qui ea quæ hoſtes ingēti
mole agerent ipſe pleui momento ludi
ficaret. Iſthmiacis:ſyracuſiis ab iſth-
mo corinthio unde habuerūt originē ſyracuſæ. Facili ingenio:apto ad oīs diſciplinas & potiſſimū
mathematicas. Nudus opū:nō habebat bona fortūæ ſed aī quæ longe ꝑſtabiliora ſūt & per ſe expe
tendæ cū diuitiæ ob aliud expetant̄. Cœlū terræque paterēt:Mathematica ſcīa habet q̄tuor ꝑtes:
Arithmeticā:Geometriā:Muſicā:& Aſtrologiā:quas poeta dicit caluiſſe archimedē. Arithmetica ē
quæ rōnes:affectus:affinitateſque inter ſe nūeroꝝ docet:ſub q̄ collocat̄ muſica.nā ubi arithmeticus
nūeros abſolute cōſiderat atque ſeiūctos ab oī materia ſenſibili muſicus numerū ut ſonoꝝ ſibi ſub-
iicit:affectuſque eius cōſiderat ſub quo ēt & his q demulcet aures cōcētu muſicus collocat̄. Geome
tria eſt quæ uniuerſā magnitudinū naturā figurarūque explicat:cuius prima fundamenta Pythago
ras iecit:& arithmeticā in artem diſciplināque redegit.Sub geometria collocat̄ perſpectiua quæ con
ſiderat lineas nō abſolute ſed uiſibilitatis ita dicam ratione:nam arithmeticus & geometra puri ma
thematici formas ſenſibiles a materia pœnitus ſeparāt:geometria.n. conſiderat lineas:puncta:ſup-
ficies:ſeu plana corpora ſeparata oīo a materia uiſibili.Aſtrologia uerſatur circa numeros & magni
tudines non oīo abſtractas ut arithmetica & geometria ſed ut accōmodatas ad corpora cœleſtia quæ
ſenſui ſubiiciunt̄:ex q̄bus patet arithmeticā & geometriā puras eſſe mathematicas:reliq̄s uero duas
non puras ſed partim mathematicas partim naturales ut Ariſtoteles in naturalibus uidet̄ aſſerere.
hæc oīa Syllius cōplexus ē: ſed præcipue ualebat archimedes ſcīa ſolidoꝝ & tormētoꝝ conficiēdoꝝ
arte quibus in bello utimur ſed hæc ad geometriā referunt̄ opus quippe eſt menſuris & figuris qui-
bus ipſe geometra utit̄. Cui cœlū:& ſic innuit aſtronomiā aſtrologiāque. Terræ:innuit geome-
triā. Paterent:manifeſta eſſent oīa quæ cœlo continent̄ .callebat inquit per geometriā metiri ter-
ras. Ille nouus titan:cognoſcebat ex ortu ſolis an eſſet futura pluuia & hæc eſt aſtrologia nautica &
pratica:ita dicā ruſtici quadā aſſuetudine aſpicientes qualitatem cœli & ſolis futuras tempeſtates ꝑ
uident ſigna ſolis occidentis orientiſque & etiam lunæ. Virgi.cecinit in georgicis & Plinius non omi
ſit. Proderet.ſignificaret. Triſtis:non lucidus ſed fere pallidus. Hæreat anne: glebus terræ non
pendet:ſed hæret & fixus eſt in medio firmamenti & in loco ſuo cum ipſa terra grauiſſimum ſit ele
mentum.Ignis ob leuitatem ſupremum obtinet locum:duo ſunt media aer & aqua. aer comparatio
ne aquæ leuis eſt & ſic ſupra aquā & infra etherē:& aqua ſubeſt aeri:eſt aūt leuior q̄ ſit terra & iō eſt
ſuper ipſam ſed non totam operit prouidentia diuina ut.ſ.animalia uiuere poſſint.Aliqui dixerūt
terram eſſe ſuſpenſā:ſed ut dixi eſt in loco ſuo nec poteſt naturaliter moueri: aſcēderet.n.ſi moue
retur quod ē abſurdiſſimū niſi fiat motu uiolento cū oīa grauia ſua natura deorſū ferant̄.unde ait
Cicero in prima tuſculana:Tum globū terræ eminentē e mari fixū in medio uniuerſi mūdi loco.

Pendeat inſtabilis tellus:cur fœdere certo
Hunc affuſa globum tethys circũliget undis:
Nouerit atque una pelagi lunæque labores
Et pater oceanus qua lege effunderet æſtus.
Non illum mundi numeraſſe capacis harenas
Vana fides puppes etiam conſtructaque ſaxa
Fœminea traxiſſe ferunt contra ardua dextra:
Hic dũ italum ductorẽ aſtu teucroſque fatigat
Adnabat centum late ſidonia uelis
Claſſis ſubſidio: et ſcindebat cerula roſtris.
Erigitur ſubitas in ſpes arethuſia proles.
Adiungitque ſuas portu progreſſa carinas:
Nec contra auſonius tonſis aptare lacertos
Addubitat.merſiſque celer fodit æquora remis.
Verberibus torſere fretum: ſalis icta frequenti
Albeſcit pulſu facies perque æquora late
Spumat canenti ſulcatus gurgite limes
Inſultant pariter pelago:at neptũnia regna
Tempeſtate noua trepidant:tũ uocibus æquor
Perſonat:et clamat ſcopulis clamoris imago.
Ac iam diffuſus uacua bellator in unda
Cornibus ambierat patulos ad prælia fluctus.
Nauali claudens humentẽ indagine campum
At ſimili curuata ſinu diuerſa ruebat
Claſſis:et arctabat lunato cerula gyro
Nec mora terrificis ſeuæ ſtridoribus æris
Per uacuũ late cantu reſonante profundum
Incubuere tubæ:quis excitus æquore triton
Expauit tortæ certantia murmura conchæ
Vix meminere maris:tam uaſto ad prælia niſu
Incumbunt proni:poſitiſque in margine puppis
Extremæ plantis nutantes ſpicula torquent.
Sternitur effuſis pelagi media area telis
Celſaque anhelatis exurgens ictibus alnus
Cerula nigranti findit ſpumantia ſulco.
Aſt aliæ laceræ atque incuſſi roboris ictu
Detergent remos: aliæ per uiſcera pinus
Tranſmiſſis ipſo retinentur uulnere roſtris

Fœdere certo:lege:nã deus glorioſus opifex uniuerſi circũdedit mari terminũ ſuũ & legẽ poſuit aquis ne tranſirẽt fines ſuos. Affuſa thetis:ipſe oceanus fuſus circum terræ globũ. Pelagi & lunæ labors: qm̃ motus lunæ & affectus ẽ cauſa æſtus ipſius oceani qui creſcit & decreſcit ut dictũ eſt.luna etiá circa ꝓpriũ defectũ laborat inquit Macrobius non accipiendo ſolis lumen cuius beneficio noctẽ colorat:quod ſciens Vir.diſciplinarũ omniũ peritiſſimus ait:Defectus ſolis uarios lunæque labores.

Aeſtus:ipſius maris ebullitionem & incremẽtũ. Pater: ſic Vir.oceanũ patrẽ rerum dixit ex illoꝝ opinione qui putauerũt aquam fuiſſe principiũ generationis.i.ipſam humiditatẽ cũ ex calido & humido omnia ꝓcreent. Nũeraſſe harenas:nũc innuit Ariſmethricá quæ uerſat circa nũeros. Capacis:magni.

Puppes etiá: nunc innuit ſcientiá ſolidoꝝ quæ bellica conficit tormenta & q̃ ingentia pondera artificioſe fœminea manu trahunt ut Archimedes ſaxa cõſtructa & puppes per aduerſa mõtis trahebat nullis pœne uiribus. Ductorem: marcellũ. Teucros:romãos. Fatigat: ludificatur ſua arte archimedes. Sidonia claſſis:deſcribit nũc pugná naualẽ: ſed a liuio diſſentit qui ſic narrat: Sub idem fere tẽpus & naues longæ quĩque & .l.carthaginenſiũ cũ bomilcar claſſis præfecto in magnũ portũ ſyracuſiũ ex alto decurrerũt & romana claſſis .xxx. quĩqueremes legionẽ primá panormii expoſuere & bomilcar ſimul parum fidens nauibus ſuis duplici facile nũero claſſe aduẽtantibus romanis ſimul inutilem moram cernẽs nil aliud ab ſuis q̃ inopia aggrauari ſocios uelis ĩ altum datis in aphricam tranſmiſit Syllius canit acerrimá pugná & romanoꝝ uictoriam prælio nauali. Erigitur:attollit animos. Arethuſia:ſyracuſia proles & iunxit naues ſuas cũ nauibus pœnorũ.

Tempeſtate noua:trepidabant maria nouo impetu nauiũ expedientiũ ſe ad pugná. Imago:ipſa eccho. Cornibus: nam ſtructa erat claſſis eo modo ut extenderetur in gyrum tanq̃ cornua quæ milites noſtri temporis appellát alas.i. acies ambientes exercitũ hoſtilẽ. Indagine: curſu. Simili ſinu:paribus cornibus. Tortæ conchæ:qm̃ triton concha marina perſonat quæ torta eſt. Media area: ſpacium quod erat inter utráque claſſem. Alnus: nauis. Anhelatis: ictu remorum cum labore ac anhelitu remigantium: & ſic naues uidebantur uolare remis impulſæ. Aſt aliæ: deſcribit naues inuicem concurrentes & frangentes remos attritu & colliſione laterum & roſtris ſe mutuo perforantes: ob quod innexæ retinebantur nec poterant diuelli. Incuſſi: adacti in nauem hoſtilem. Detergent: elidunt & frangunt.

Q uo retinent:medias inter ſublimior ibat
T erribilis uiſu puppis qua nulla per omne
E greſſa eſt libycis maior naualibus euum.
S ed quater hæc centum numeroſo remige pontū
P ulſabat tonſis ueloque ſuperba capaci
C um rapidū hauriret boream:et cornibus omnes
C olligeret flatus:lento ſe corpore agebat:
I ntraret fluctus ſolis ſi pulſa lacertus:
P rocurrunt leuitate agili dociſeſque regentis
A udiuiſſe manū latio cū milite puppes
H as ut per leuum uenientes æquor himilco
I n latus obliquas iuſſamque incurrere protam
C onſpexit: propere diuis in uota uocatis
A equoris:intento uolucrem de more ſagittam
A ſſignat neruo:utque oculis librauit in hoſtem
E t calamo monſtrauit iter:diuerſa relaxans.
B rachia deduxit uultu comitante per auras
I n uulnus telum: et reſidentis puppe magiſtri
A ffixit plectro dextrā:nec deinde regenda
P uppe manus ualuit flectenti immortua clauo
D umque ad opē accurrit ceu capta nauita puppe
E cce iterum fatoque pari neruoque ſagitta
I n medium perlapſa globū tranſuerberat ictu
O rba gubernacli ſubeuntē munera taurum.
I rrumpit cumana ratis: quā corbulo ductor
L œtaque complebat ſtabiarum littore pubes
N umen erat celſæ puppis uicina dionæ
S ed ſuper ingeſtis propior quæ ſubdita telis
B ella capeſſebat: media ſubſedit in unda.
D iuiſitque fretum:clamantē ſpumeus ora
N ereus implet aquis:palmæque trahēte profūdo
L uctantum fruſtra ſūmis in fluctibus extant.
H ic audax ira magno per cerula ſaltu
C orbulo tranſgreſſus: nā textā robore turrim
A ppulerant nexæ ferri cōpage triremes.
E uadit tabulata ſuper flāmaque comantem
M ultifida pinū celſo de culmine quaſſat.
I nde atros alacer paſtoſque bitumine torquet
A duentante noto pœnorū apluſtribus ignes.
I ntrat diffuſos peſtis uulcania paſſim

Quo retinēt: naues perforatæ roſtris detinebantur tali uulnere & inuicē hoſtiles & uulnerantes detinebant. Sublimior ibat puppis:deſcribit nauem himilconis quæ ob ſui magnitudinē quadringentos remos habebat. Tonſis: remis. Cornibus.ſ. antemnarū quæ uela ſuſtinēt. Lento robore: tarda mole q̄uis plena eſſent uela propter ſui magnitudinem non plus mouebatur q̄ ſi ſolis remigantiū ictibus impelleretur.

Agili leuitate: quia triremes erant romanæ quæ facile uoluebanẗ ab illo qui clauū regit.irruebant igitur puppes romanæ in naues pœnoꝝ graues. Regētis: magiſtri tenentis clauū.i.temonē.

Incurrere.ſ.in ſuam nauim qua himilco uehebatur:hic numine inuocato ſagitta clauo affixit manū gubernatoris: inde uulnerauit taurum ſubeuntē munus gubernatoris prius uulnerati: qđ cum corbulo uidiſſet impulit ſuam naui & ſuis auxilio fuit. Calamo:ſagitæ. Vir.pariterq; oculos telūque tetendit.

Vultu comitante:qm̄ ꝓſequebaẗ oculis emiſſā ſagittā. Deduxit:imiſit. Magiſtri: regentis clauū. Plectro:clauo & temoni quēa ſimilitudine quia manu teneẗ plectrū appellauit quēamodum plectrū mouet fides citharæ. Immortua:affixa clauo ut munus regēdi obire non poſſet. Orba:priuata ſuo rectore

Littore ſtabiarū:ſtabiæ uetus cāpaniæ oppidū deletū bello ſyllano patria huius corbulonis:& alludit poeta reſpiciens ad tp̄a ſua ad illū corbulonem qui tp̄e neronis armeniæ præfuit. Vicina dionæ: uenus quā uicinā dixit propter templū ueneris quod erat in eryce mōte ſiciliæ. Sed ſup ingeſtis:ſenſus: illa nauis romana quæ ꝓpior erat naui himilconis & magis ſub ictu merſa eſt & uix extarent manus nautarū tūc corbulo aſcēdens ſup̄ma tabulata nauis ignē iaculatus eſt in nauē himilconis dolens uicē ſuoꝝ qui mergebanẗ. Subſedit: merſa eſt. Damnatū:qđ romani tunc dānabant cū nauis mergereẗ. Palmæ luctantū: manus nautaꝝ q luctabātur aquis ſed fruſtra ipſū quippe ꝓfundū eos trahebat. Nereus:ipſum mare:numen pro mari ponitur. Extant:apparent. Hic:tunc cum cerneret caſum ſuorum corbulo. Magno ſaltu:quia inſiluit in turrim nauis quæ ſubſederat & ipſa turris erat connexa alteri cathenis ut non poſſent auelli:hoc etiam fit noſtro tempore. Appulerant:coniunxeran copulauerāt. Nexæ:illigatæ. Cōpage ferri:cathenis. Comātē:accenſā.

Paſtos:nutritos bithumīe qđ ardet ut dictū ē & naſciẗ ī aſphaltite lacu iudeæ. Noto: uēto auxiliante :apluſtria ſunt ornamenta nauiū:fori ſunt tabulata nauiū per quæ propugnatores curſitant.

Atque implet diſperſa foros trepidatur omiſſo
Summis remigio:ſed enim tam rebus inarctis
Fama mali non dum tanti penetrarat ad imos.
At rapidus feruor per pingues unguine tedas
Illapſus flammis uictricibus inſonat alueo
Qua non dum tamen intulerat uim dardana lāpas:
Parcebatque uapor:ſaxorum grandine dirus
Arcebat:fatumque ratis retinebat himilco
Hic miſer igniferam dum uentilat aere pinum
Murali ſaxo per lubrica ſanguine tranſtra
Voluitur in fluctus lichei uulnere cidnus.
Fax nidore graui fœdauit cominus auras.
Ambuſto inſtridens pelago:ferus inde citatum
Miſſile adorata contorquet ſabrata puppe
Ammon numen erat libycæ gentile carinæ.
Cornigeraque ſedens ſpectabat cerula fronte
Fer pater afflictis fer ait garamantice uates
Rebus opem:inque italos da certa effundere tela.
Has inter uoces tremulo uenit agmine cornus:
Et neptunicolæ tranſuerberat ora telonis.
Vrgebat nihilo leuius iam in limine mortis
Quos fuga præcipites partem glomerarat in unam
Puppis adhuc uacuam tedæ:ſed proxima curſu
Fulmineo populatus ineuitabilis ardor
Correptam flammis inuoluit ouantibus alnum
Primus ope equorei funis delapſus in undas
Qua nondum ſtygios glomerabat mulciber eſtus
Ambuſtus ſocium remis aufertur himilco
Proxima nudarunt miſerandi fata bathonis
Deſertam ductore ratem:bonus ille per artem
Crudo luctari pelago:atque exire procellas.
Idem quid boreas quid uellet craſtinus auſter
Anteibat:nec peruigilem tu fallere uultum
Obſcuro quanuis curſu cynoſura ualeres.
Is poſtq̄ aduerſis nullus modus accipe noſtrum
Ammon ſanguinem ait ſpectator cladis iniquæ
Atque acto in pectus gladio dextra deinde cruorē
Excipit:et large ſacra inter cornua fundit.
Hos inter daphnis deductum ab origine nomen

ſummis:ab his q erāt ī prima pte nauis.

Arctis:periculoſis. Ad imos:ad eos q erant ī ima parte. Vnguine:ūctione picis: & bithuminis unguē dicitur ab ungendo. Alueo:carinæ nauis: & iō dixit tepidat̄ a ſummis quia nōdū ignis deſcenderat ad carinā:& illos qui erāt ſub primis tabulatis. Dirus:crudelis urgēte piculo:& horrendus nouitate mali.

Fatū:incendiū & excidiū. Cydnus: immittēs facē ī nauē hoſtilem īterficit̄ a lycheo:& ī mare cadit. Murali: magno. lubrica dicunt̄ loca in quibus non poſſumus firmare pedes:tranſtra ſunt nauiū ſedilia ītranſuerſum locata. Nidore graui:fetore propter picē ac bithumen. Auras:aerē. Sabrata:erat pœnus nomen deductū ab oppido ſupra dixit Sabrata tū tyriū uulgus hic immiſit haſtā qua telonē confecit cū prius iouē hāmonē imploraſſet qui erat depictus in puppi. Gentile numen:qm̄ nauis erat libyca:& ipē hammon libycus:& illic colebat̄ ſub effigie arietis. Sedens:locatus in puppi cornigera imagine. Vates:qm̄ dabat illic reſponſa ut dictū eſt. Certa inferētia ictū. Cornus:haſta ex corno arbore. Neptunicolæ:incolentis mare. nam capreas incolebat:& alludit poeta ad Telonē qui capreis regnauit. Vrgebat:ſenſus & ordo. puppis humilconis flagrās urgebat ipſos nautas iā ppe mortem coactos ī eā ptem:quæ nōdum ardebat. humilco tandē ſemiuſtus per funē euaſit. Nihilo leuius:non minus q̄ āte: q̄uis ille iouē nauis numen imploraſſet

Vacuā tædæ:ſine incēdio. Proxima: uicina illi parti adhuc ītactæ igni. Curſu fulmineo:celeri īſtar fulminis. Ouātibus:uictricibus totā quippe nauim iā occupauerāt. Stygios:peſtiferos. Sociū: ſocioꝝ q eū remis exceperūt. Batonis: qui erat rector nauis quē a peritia gubernandi laudat. Crudo:procelloſo:& cōcitato. Luctari:pugnare p artē nauigādi:& nauticā ſollertiam. Exire:euadere īgenio & induſtria. Anteibat: puidebat. longa nauigandi experiētia edoctus. Peruigilē:diligentē uultū & optimū iudiciū in cognoſcēdis ſtellis: & ſignificationibus. Cynoſura:urſa maior nunc dicitur tramontana. adeo inquit callebat nauigandi artem:ut ī maximis obſcuritatibus cum cœlum & ſydera nō uiderentur nunquam a cynoſura deciperetur. Nullus modus:nullus finis incendii. Impie locutus in iouem hammonem ſe interfecit. Cornua:iouis hammonis:qui erat in effigie arietis. Hos īter daphnis:filius mercurii ex nympha autore Diodoro Thermitanus fuit & educatus ī mōtibus ſiciliæ q̄ erii uixitque īter paſtores nomē accepit a ſylua lauri ī q̄ ē natus. carmē bucolicū īuenit. iō Vir. ī ſuis buco. daphnī ſæpius īculcauit ab apolliē fiſtulā accepit. In agro thermitano ut ſcribit ſolinus locus ē harūdinū ferax; quæ ad fiſtulas optime ſunt ad hunc daphnin poeta alludit:

Marmore:mare:id ē propter mare reliquit ſyluas. Princeps generis:primus ille daphnis filius mercurii inuentor bucolici carminis. Intra paſtorem:inuito paſtorali caſtalius fons parnaſi muſis ſacer. Caſtalia:phebea. Dexter:fauens & propitius. Syren:de ſyrenibus dictum eſt:quæ ſuauiſſime canebant.daphnis tamen eas ſuperabat. In æquore:quoniam habitabant inſulas e regione ad ſurrentum Eodem tempore:quo canebat daphnis. Scylei canes:quoniam ſcylla monſtrum marinum in freto ſiculo tenus inguine habet canes latrantes. Stetit:non abſorbuit aliquid. Atra:obſcura uorago quæ in freto ſiculo dicitur charybdis.cyrce apud Homerum.xii.odyſſe.ſic monent ulyſſem duo ſunt ſcopuli.cacumen mōtes exuperat in quod nemo mortalium aſcēdit unquam.In medio ſcopulo ſpelunca erebi iſtar.habitat illic ſcylla mōſtrum immane:cui præter deum occurreret nemo.aſpectu triſtis.xii.habet pedes:cola prælonga ſex.totidem capita.dentes triplici ſerie pectinatos capita exerens beluas ingentes piſcatur:& paulopoſt.Tremenda charybdis ter nigrantē undam & abſorbet & eructat:cum atrahit aquam caueto.nam ne ipſe quidem Neptunus liberare te poſſet ad ſcyllam impelle nauim.ſex ex tuis tantum deuorabat quos perdere ſatius eſt q̃ oīs charybdis:ut fabulæ uolūt femina uoraciſſima fuit:quæ boues herculis fertur rapuiſſe & ideo a ioue fulmine icta eſt & ī mare deiecta conuerſaque in monſtrū:quod omnia uorat & abſorbet. ſcylla ē uerſus italiam charybdis autem uerſus ſiciliam. Cyclops: polyphemus. Lentus:ocioſus. Iubila:cātilenas:& carmen.

Progeniem:hunc daphnin ab illo antiquo progenitum conſumpſit ignis.

Aequore:aqua quæ non permittebat:ut ſtatim igni abſumeretur. Qualis oilides:ut aiax oileus quem pallas fulmīe perdidit. Medius alui:id eſt trāſſoxus per mediam aluum.loquutio eſt ſyllii.dixit enim in primo uolumine: cōcidit exacti medius per uiſcera teli. Marmarides:libycus. Rigido:duro roſtro nauis. Ductor rheteius:marcellus romanus. Seuis:magnis & ualidis ictibus remorum. Eoliden:pronepotem eoli.

Ephebos:pueros in prima adoleſcētia

Leui:ſiniſtri & aduerſi. Feruida:calentia martis ardore. Nec maturus:nō dum plane aptus armis & bello. Chimera nauis:in qua erat chymera pro inſigni.eſt etiam nauis apud Virgilium.

Rutula:romana. Garamantidæ:libyca naui. Turrigeræ:pceræ ſtaturæ.

Antiqua fuit infœlix cui linquere ſaltus
Et mutare caſas infido marmore uiſum.
At princeps generis quanto maiora parauit
Intra paſtorem ſibi nomina:daphnin amarunt
Sicilides muſæ:dexter donauit auena
Phœbus caſtalia:et iuſſit proiectus in herba
Siquando caneret letos per prata per arua
Ad daphnim properare greges:riuoſque ſilere:
Illeubi ſeptena modulatus harundine carmen
Mulcebat ſiluas:non unquam tempore eodem
Syren aſſuetos effodit in equore cantus.
Scylei tacuere canes ſtetit atra charybdis:
Et letus ſcopulis audiuit iubila cyclops.
Progeniem hauſerunt et nomen amabile flammæ.
Innatat ecce ſuper tranſtris fumantibus aſper
Ornytos:ac longam ſibimet facit equore mortem.
Qualis olides fulmen iaculante minerua
Surgentes domuit fluctus ardentibus ulnis.
Tranſigitur ualida medius dum ſe alleuat alni
Cuſpide marmarides ſcyron pars ſubnatat unda
Membrorum.pars extat aquis:totumque per equor
Portatur rigido miſerandum immortua roſtro.
Accelerant puppes utrinque:atque ora ruentum
Sanguinei feriunt remorum aſpergine rores.
Ipſe adeo ſeuis ductor rheteius ibat
Pulſibus et ualido ſuperabat remige uentos.
Quam rapidis puppem manibus frenare lileus
Dum temptat ſeua truncatur membra bipenni.
At fert herentes trabibus ratis incita palmas.
Sicania eoliden portabant tranſtra podetum
Hic euo quanq̃ nondum exceſſiſſet ephebos:
Seu leui traxere dei:ſeu feruida corda:
Nec ſat maturus laudum bellique cupido
Arma puer niueis aptarat picta lacertis.
Et freta gaudebat celſa turbare chimera:
Iamque ſuper rutula ſuper et garamantide pinu
Ibat ouans melior remo:meliorque ſagitta.
Etiam turrigerum demerſerat equore neſſum.

Heu puero male ſuada rudi noua gloria pugnæ.
Dum criſtam galeæ trucis exuuiaſque precatur
De duce marcello ſuperos temerarius haſta
Excepit raptim uulnus letale remiſſa
Proh qualis ſeu ſplendentem ſub ſydera niſu
Exigeret diſcum:iaculo ſeu nubila ſupra
Surgeret:aligeras ferret ſeu puluere plantas
Vix tacto:uel dimenſi ſpatia improba campi
Tranſiret uelox ſaltu:docuere labores.
Sat prorſus ſat erat decoris diſcrimine tuto
Sat laudis:cur facta puer maiora petebas:
Illum ubi labentem pepulerunt tela ſub undas
Oſſa ſyracuſio fraudatum naufraga buſto
Fleuerunt freta:fleuerunt cyclopeia ſaxa.
Et cyanes et anapus et ortygiæ arethuſa
Parte alia præſes puppem tyberinus agebat
Quaque ferebatur ductor ſydonius io
Concurrunt iniecta ligant hinc uincula ferri
Atque illinc ſteteruntque rates ad prelia nexæ
Nec iaculo:aut longe certatur harundine fuſa.
Cominus:et gladio terreſtria prelia miſcent.
Perrumpunt itali qua cedes prima recluſit:
Monſtrauitque uiam uaſtas et mæla cathenas.
Hortatur ſocios et uincla abrumpere ferri
Ac parat hoſtili reſoluta puppe receptos
Auehere et paribus pelago deducere ab armis.
Aetneo polyphemus erat nutritus in antro.
Atque inde antiquæ nomen feritatis amabat.
Vbera prebuerat paruo lupa.corporis alti
Terribilis moles:mens aſpera:uultus in ira
Semper:et ad cedes cylopeia corde libido.
Iſque relaxatis mēbrorum pondere uinclis
Impulerat puppim:et mergebat gurgite tonſas.
Duxiſſetque ratem:preſſa laronius haſta
Ni propere duro nitentem exurgere uelox
Affixet tranſtro:uix morte incepta remittit.
Nan que manus ſeruat dum ſuetos languida ductus
Ignauum ſumma attraxit ſuper æquora remum:
Percuſſi cuneo pœni dēſentur in unum.
Quod caret hoſte latus:ſubito cum pondere uictus.
Inſiliente mari ſubmergitur alueus undis.
Scuta uirum criſtæque et inerti ſpicula ferro

Male ſuada:quæ male ſuadebat. Rudi:imperito.non enim callebat belladī diſciplinam.appetebat quippe impoſſibilia exuuias.ſ.marcelli.& ideo erat imprudens & nimius in uoto. Trucis:horrendæ. Pro qualis:deſcribit poeta ſtudia huius podeti. Qualis:q̄ pulcher:q̄ nitidus & cōſpicuus cum luderet diſco. diſcus eſt pila ænea rotunda ſiue ex alio metallo quæ in altum iacitur. Splēdētem:politum. Exigeret:emitteret ī altum. Aligeras:ueloces in curſu. Improba:magna. Flatu:uno ſpiritu. Docuere labores:antiqui & maxime cretenſes & ſpartani ex diſciplīa lycurgi & Minois laboribus erudiebant iuuenturem: & ſic romani in campo martio in quo fiebāt etiam exercitatiōes armiferæ quæ arma campeſtria appellantur.Horatius Ludere qui neſcit campeſtribus abſtiet armis. Tuto diſcrimine:exercitationibus uariis:quibus cenſebatur ſine periculo. Fraudatum oſſa:id eſt cuius oſſa erant fraudata ſepulchro.modus eſt loquendi.cyane & anapus fontes ſunt in agro ſyracuſano.Arethuſa ē fons ortygiæ paruæ inſulæ ante ſyracuſas. Præſes:qui naui præerat. Io:eſt interiectio lætantis & bacchātis. Terreſtria:ac ſi in terra eſſent:nauibus inuicem implicitis

Perrumpunt:inſiliunt in nauem hoſtilem. Recluſit:aperuit quoniam cedibus aperuerunt ſibi uiam.Mela nomen proprium illius qui hortabatur ſocios abrumpere uincula:ut receptos romāos in alto remotius obtruncarent.polyphemus uaſtus corpore cum nauim impellere cepiſſet ab laronio interfectus eſt.

Diducere:ſeparare. Lupa:alludit ad illum antiquum polyphemum q fuit a lupa nutritus. Cyclopeia libido:efferatus appetitus cædis. Corde:aīo multū refert quo quis lacte nutriatur.nā quēadmodum uis & natura ſeminis ad fingendas animi:corporiſque ſimilitudīes ualet ſic ad eandem rem ut ait phauorinus lactis quoque īgenia & proprietates ualent quod in beſtiis animaduertitur. non mirum igitur ſi ferinum animum habebat polyphemus ferino lacte altus.

Relaxatis:ſolutis uinculis quibus alligata erat nauis. Tonſas:remos:ideſt remigabat:quod uix morte remiſit. Ductus:motus remorum. Somno:morte nam mors ē perpetuus ſomnus.Ignauū:iuutilē. Cuneo:multitudine:& ſic nauis ea parte in qua erant coacti merſa ē.

Inerti:inutili:quoniam mergebantur nullo uulnere hoſti illato.

T utellæque deum fluitant:hic robore fracto
P ugnat inops chalybis:ſeſeque in prelia rurſus.
A rmat naufragio:remis male feruidus ille
F eſtinat ſpoliare ratem:diſcrimine nullo
N autarum interdum conuulſa ſedilia torquens
N on plectro ratis aut frangendæ in uulnere proræ
P aſcitur:et pelago repetuntur nantia tela.
V ulneribus patulis intrat mare:mox ſua ponto
S ingultante anima propulſa refunditur unda
N ec deſunt qui correptos amplexibus arctis
I mmergant pelago:et iaculis ceſſantibus hoſtem:
M orte ſua perimant:remeantum gurgite mentes
C rudeſcunt:ac pro ferro ſtat fluctibus uti.
H aurit ſanguineus contorta cadauera uertex.
H inc clamor:genitus illinc:morteſque:fugæque.
P erfuſum bello feruet mare:feſſus acerbis
T erga fuga celeri libyæ conuertit ad oras.
E xigua ſeſe furatus himilco carina
C onceſſere mari tandem graiuſque libyſque
E tiam captiuæ uinclis ad littora longo
O rdine ducuntur puppes flagrantibus alto
S tant aliæ tedis ſplendet lucente profundo
M ulciber:et tremula uibratur imagine pontus.
A rdet nota fretis cyane:pinnataque ſiren.
A rdet et europe niuei ſub imagine tauri
V ecta ioue:ac prenſo tramittens equora cornu.
E t quæ fuſa comas curuum per cerula piſcem
N ereis humenti moderatur roſcida freno
V ritur undiuagus phyton:et cornigere ammon.
E t quæ ſidonios uultus portabat eliſæ
B is ternis ratis ordinibus graſſata per undas:
A cuinclis trahitur cognata in littora anapus.
G orgoneaſque ferens ad ſydera pegaſus alas.
D ucitur et libycæ puppis ſignata figuram.
E t triton captiuus et ardua rupibus etnæ
S pirantis rogus enceladi:cadmeaque ſidon.
N ec mora quin trepidos hac clade irrumpere muros
S ignaque ferre deum templis iam iamque fuiſſet
N i ſubito importuna lues:inimicaque peſtis.
I nuidia diuum:pelagique labore parata
P olluto miſeris rapuiſſet gaudia cœlo.

Tutelæ deū:numīa ī quoꝝ tutela erat nauis. Hic:aliquis pugnat fractis remis cū nō habeat ferrū. Torquēs: īmittēs ī hoſtē. Non paſcit̃:nō ſatiatur accipere fragmēta. carinæ ēt accipiebāt tela quæ uaga ferebāt̃ur aquis. Vulneribus:ingrediebat̃ aqua ꝑ uulnera pugnātū īde aqua pellebat̃ ab aīa iā ſingultante. Remeantū:emergentiū ab imo:ad ſummitatē maris. Stat:placet uti aqua cū non poſſent uti ferro. Acerbis:aduerſa fortuna himilco exigua carina ſalutē ſibi cōparauit:ī libyamque trāſmiſit. Grauis:ſyracuſanus oriundus a corintho.

Libyx:carthaginēſis. romani captiuas puppes abduxerūt. illas uero īcēderunt quæ adduci nō poterāt & ignis reſplēdebat in undis. Mulciber:ignis. Cyane nomen ē nauis a fonte. Pēnata: uelox hn̄s ſyrenem pro īſigni. Europe:nauis ī qua erat imago europæ filiæ agenoris uectæ a ioue uerſo ī tauꝝ ex phenicia ī cretā inſulā:& europæ nomen dedit tertiæ orbis parti. Aequora: maria. Nereis:nauis ī qua erat nereis depicta moderās delphinū freno. Curuū:qm̄ delphinus curuū habet dorſum. Phiton nauis ī qua erat depictus phiton ſerpens quē apollo īteremit. Eliſæ:didonis nomina ſunt nauiū ab imaginibus. Graſſata:quæ pugnauerat ſex ordinibus remoꝝ. Anapus:nauis ab anapo fonte ſyracuſani agri. iō ait cognata littora. Pegaſus:nauis a pegaſo alato equo quo uectus dr̃ pſeus cū meduſam gorgonē īteremiſſet. libya a puella noīata eſt:cuius imago nūc erat ī naui. Regus:appoſitio ē ſub etna ſepultus erat enceladus ut fabulæ canūt. Cadmea:qm̄ apud ſydonē regnauit cadmus. Nec mora:captæ inquit fuiſſent ſyracuſæ poſt naualem puguā ni peſtis ꝓhibuiſſet. Iā iam:ſtatim.

Importuna:ꝑniciosa & īpediens romanoꝝ oportunitatē potiūdæ urbis. Lues: peſtis. Labore:ꝑꝑ laborē quē paſſi fuerant ī bello nauali & ipſa cadauera īfecerāt aerē unde lues tanta exarſerat. Inuidia deū:q inuidebant romanis celerē uictoriā. Miſeris:romanis tali peſte afflictis. Polluto cœlo:corrupto aere. Liuius ait accedit & peſtilētia cōe malum quod facile utrorūque aīos auerteret a belli cōſiliis. nā tēpor̃ autūni & locis natura grauibus multomagis extra urbē q̄ ī urbe ītolerāda uis æſtus. ꝑ utraque caſtra oīum fere corpora mouit & primo tpis ac loci uitio & egri erāt & moriebāt̃ poſtea curatio ipſa & cōtactus egrorum uulgabat morbos:& aut neglecti:deſertique q̄ īcidiſſēt morerēt̃. Aut:aſſidētes curāteſque eadē uis morbi repletos ſecū traheret:quotidianaque funera & mors ob oīum oculos eēnt & ūdique dies noctesque ploratus audiret̃. poſtrēo ita aſſuetudine mali efferauerat aīos ut non modo lachrymis.

C tiniger aſtriferis titan feruoribus auras
E t patulam cyanen lateque paluſtribus undis
S tagnantem ſtygio cocyti oppleuit odore.
T emporaque autumni latis florentia donis.
F edauit:rapidoque accendit fulminis igni.
F umabat craſſus nebulis caliginis aer.
S qualebat tellus uitiato feruida dorſo.
N ec uictum dabat:aut ullas languentibus umbras.
A tque ater picea uapor expirabat in ethra
V im primi ſenſere canes:mox nubibus atris
F luxit deficiens penna labente uolucris:
I nde feræ ſiluis ſterni:tum ſerpere labes.
T artarea atque hauſtis populari caſtra maniplis.
A rebat lingua:et gelidus per uiſcera ſudor.
C orpore manabat tremulo:deſcendere fauces.
A bnuerant ſiccæ uiſorum alimenta ciborum.
A ſpera pulmonem tuſſis quattit:et per anhela
I gneus efflatur ſitientum ſpiritus ora.
L umina ferre grauem uix ſufficientia lucem
V nca nare iacent:ſanieſque immixta cruore
E xpuitur:membriſque cutis tegit oſſa pereſis.
H eu dolor inſigis notis bellator in armis
I gnauo rapitur leto:iactantur in ignem
D ona ſuperba uirum multo mauorte parata.
S uccubuit medicina malis:cumulantur aceruo
L abentum et magno cineres ſeſe aggere tollunt.
P aſſim etiam deſerta iacent inhumataque late
C orpora:peſtiferos tetigiſſe timentibus artus.
S erpit paſcendo creſcens acheruſia peſtis.
N ec leuiore quatit trinacria mœnia luctu.
P œnorumque parem caſtris fert atra laborem:
E quato par exitio et communis ubique
I ra deum:atque eadem leti uerſatur imago.
N ulla tamen latios fregit uis dura malorum
I ncolumi ductore uiros:cladeſque rependit
V num inter ſtrages tutum caput:ut grauis ergo
P rimum lætiferos repreſſit ſyrius æſtus:
E t poſuere auidæ mortis contagia peſtes:
C eu ſidente noto cum ſe maria alta reponunt
P ropulſa inuadit piſcator cerula cymba.

iuſtoque cōploratu non ꝓſequerentur mortuos.ſed ne efferrent quidem:aut ſepelirēt iacerētque fracta & exanimata corpora in conſpectu ſimilem quoque mortem expectātium:mortuique egros egri ualidos cū metu cū tabe ac peſtifero odore corporū conficerent:& ut ferro potius morerentur quidam inuadebant ſoli hoſtiū ſtationes multo tamen maior uis peſtis penoꝝ caſtra q̄ romana affecit:& Liuius dicit hāc peſtem fuiſſe poſt captam partem ſyracuſaꝝ. Criniger:habens radios qui ſunt crines ſolis: qui tunc æſtuebat & inficiebat aerem: aquaſque paluſtres odoꝛ ſtygio īplebat.
Patulam:latā.cyane ē fons hn̄s aquam ſtagnantē. Stygio:peſtifero qualis ē in cocyto fluuio inferno. Lætis donis:pomis.Fœdauit:corrupit ipe ſol.poſt utꝝque ſolſtitiū per centū dies corpora magis egrotāt q̄ aliis temporibus ꝓꝑ tpum mutationes:& cruditas pomoꝝ in autūno generat morbos. Vitiato dorſo:maculata eius ſuperficie. Ater uapor:peſtifera exhalatio aſcendebat aerē. Picea ethra:aere iam corrupto:& primi q ceciderūt fuere canes:& hoc fuit ꝓpter odoratū quo canes uallent. Sterni:ſternebantur. Populari:populabatur. Hauſtis:conſumptis militibus. Arebat:deſiccabatꝛ nimio æſtu febris.ſigna mortis ſiccitas & nigredo linguæ atque ſudores frigidi:quoniā præcordia & īternæ partes retrahūt ad ſe calorē iā deficientē:& illæ ſuperfluitates & humores collecti ſub cute calore deſtituti frigidi egrediūtur.unde ait hyppocrates.In ſudore rigor malū. Siccæ:ꝓpter abſentiam humidi iā conſumpti adeo ſiccatæ erāt fauces ut cibū nō admitterēt. Quattit pulmonē:ꝓpter nimiū calorem a corde uſque ad os:& iō ſpiritus id eſt flatus erat igneus. Vnca nare:hyppocrates ait naſus acutus & aduncus.tēpora caua & cutis frontis arida mortale ſignū. Sanies expuitꝛ:& hoc ꝓpter ptiſim & tabem.
Tegit oſſa:ꝓpter diminutionē ſubſtātiæ. Heu dolor:deplorat poeta ignauā mortē.nam peſte abſumpti fortitudinē oſtendere nō poterāt. Succubuit:uicta ē:qm̄ non īueniebatꝛ remediū. Acheruſia:īfernalis & fetida ex feruore. Nec leuiore:peſtis uexabat ēt ſyracuſanos:& pœnos. Eadē imago:ſimile gēus morbi & læthi. Nulla tamē latios:laudat fortitudinē romanoꝝ qui tāta ſtrage afflicti aīos nō demiſerunt.immo ſeſe erri gebāt īcolumi Marcello ductoꝛ:cū quo mortuos rependebant. Vnum caput:ipſius Marcelli.ſyrius eſt ſtella in ligua canis.grauis & peſtifer cum primum ceſſauit peſtis Marcellus iuſſit inferri ſigna & ſyracuſas expugnauit. Ceu ſidente:Marcellum ſedata peſte repetentem oppugnationem ſyracuſarum comparat piſcatori repetenti piſcationem ſedata tempeſtate. Sidente:ponente uento:& cadente.

Luſtratis:recognitis & diſpoſitis in claſſes. Sorte pudenda:ignaua morte. Conuulſis:diruta parte mœnium. Inuia tecta:ſupra dixit. Nuſquā hoſte intratos muros. Tot arces:quattuor enim erant.

Iſthmiacis:ſyracuſanis:peruenerant ſyracuſæ ad maximas opes:ut ſcribit Strabo & deſcribit opera magnifica quibus cenſebantur ſyracuſæ. Suggeſta:ſubnixa. Certantes mari:oppoſitas marinis fluctibus. Rura:uillas domoꝗ magnitudo:& laxitas æquabat uillas. Quid incluſos:nūc gymnaſia dicit ī quibus iuuenes ſe exercebant. Porrecto:in longum ducto. Sacros:conſecratos certamīe. Fulgētia culmina:nunc tangit ſpolia quæ in porticibus templorum ſuſpendebantur olim. Marathonius:athenienſis. marathon campus atticæ regionis:& atheniēſes uicti fuerunt a ſyracuſanis pugna nauali: ut dictū ē. duce gilippo lacedemonio. Subacta libya:uictis bello nauali carthaginenſibus. Hic agatocleis. Agatocles dionyſio tyranno ſucceſſit ex humili & ſordido genere natus. pater enī figulus fuit:& ipſe ſuam pueritiam īpudicitiæ addixit. Inde cum adoleuiſſet gregarius miles fuit ſeditioſus:& ad oīa facinora promptiſſimus manu ualebat & eloquentia. Inde centurio. poſtea tribunus militū factus. In damaſconis ducis mortui locum ſuffectus ē. cuius uxorem adulterio coquinitam duxit uxorē Inde pyrata fuit:ſyracuſas pr̄iam ſuam ex tyrannide inuaſit ſenatoribus trucidatis:& cum ſyracuſæ obſiderētur a carthaginenſibus duce Amilcare giſgonis filio ipſe in aphricam traiecit. ubi hamnonē pœnorum ducem uicit:& prædas īgentes egit multis hoſtium milibus trucidatis aphri ad eum defecerunt. poſtea tradito exercitu filio in ſiciliam ꝓpere tranſmiſit:& omnem ſiciliam in ditionem accepit. In aphricam iterū traiecit. tandem cum carthaginenſibus pacem æquis conditionibus fecit. diuitiis & oī regali inſtrumento reliquos ſuperauit autore trogo. Agatocles igitur uictoriis: & tropheis ſuis inſigniuit ſyracuſas. Miles opes:In pace comparatas:qm̄ hyeron placide uixit:& in amicitia romanorū perſeuerauit. Ephyren:id eſt æra corinthia:quæ in maximo quōdam erāt pretio. corinthium æs inquit Pli. caſus miſcuit corintho cum euerteretur incēſa. mireque circa id multorum affectatio fuit. Radio:radius nauicula ē qua trama immittitur per ſtamen. nūc appellant druam. babylon eſt caput chaldeorum ī aſſyria. Acu facere ueſtes autore Plinio: idei phryges īuenere. Indeque phrygiones appellati ſunt. Aurum intexere ī eadem aſia inuenit. Attalus rex inde nom̄ attalicis. colores diuerſos picturæ ītexer̄ babylon maxime celebrauit. nomēque impoſuit. Celat:componit eſtingit texendo. Memphitidæ tela: lino ægyptio. Memphis eſt caput ægypti. Quis: quibus poculis erant additæ gemmæ.

Sic tandem ereptam morbis graſſantibus armat
Marcellus pubem luſtratis rite maniplis.
Signaque circū ſtant alacres:auidiſque tubarum:
Reſpirant leti clangoribus itur in hoſtem
Et ſi fata ferant:iuuat inter prelia ferro
Poſſe mori ſocium miſeret:qui morte pudenda
In morem pecudum effudere cubilibus atris
Inlaudatam animam:tumulos īhonoraque buſta
Reſpiciunt:et uel nullo iacuiſſe ſepulchro:
Quam debellari morbis placet:ardua primus
Ad muros dux ſigna rapit:tenuata iacendo
Et maciem galeis abſcondunt ora maluſque:
Ne ſit ſpes hoſti uelatur caſſide pallor.
Infundunt rapidum conuulſis mœnibus agmen.
Condenſique ruunt tot bellis inuia tecta
Tot uno introitu capiuntur militis arces.
Totum qua uehitur titan non ulla per orbem
Tum ſeſe iſthmiacis equaſſent oppida tectis
Tot delubra deum totque intra mœnia portus.
Adde fora:et celſis ſuggeſta theatra columnis.
Certanteſque mari molles:adde ordine longo
Innumeras:ſpatioque domos equare ſuperbas
Rura:quid incluſos porrecto limite longis
Porticibus ſacros iuuenum certamine lucos.
Quid tot captiuis fulgentia culmina roſtris
Armaque fixa deis:aut quæ marathonius hoſtis
Perdidit:aut libya quæ ſunt aduecta ſubacta
Hic agathocleis ſedes ornata tropheis.
Hic mitis hieronis opes:hic ſancta uetuſtas
Artificum manibus:non uſquam clarior ullo
Gloria picturæ ſeclo:non æra iuuabant.
Quæ ſcirent ephyren:fuluo certaret ut auro
Veſtis ſpirantis referens ſubtemine uultus.
Quæ radio celat babylon:uel murice picto
Læta tyros:quæque attalicis uariata per artem
Auleis ſcribuntur acu:aut memphitidæ tela.
Iam ſimul argento fulgentia pocula mixta
Quis gemma queſitus honos ſimulachra deorum.

Numen ab arte datum ſeruantia munera rubri
Præterea ponti: depexaque uellera ramis
Fœmineus labor his tectis opibuſque potitus
Auſonius ductor poſtq̄ ſublimis ab alto.
Aggere deſpexit trepidam clangoribus urbem
Inque ſuo poſitum nutu ſtent mœnia regum:
An nullos oriens uideat lux craſtina muros
Ingemuit nimium uiris tantūque licere
Horruit: et propere reuocata militis ira
Iuſſit ſtare domos: īdulgēs tēpla uetuſtis
Incolere atque habitare deis: ſic parcere uictis
Pro præda fuit: et ſeſe contenta nec ullo
Sanguine pollutis plauſit uictoria pennis.
Tu quoque ductoris lachrymas memorande tuliſti
Defenſor patriæ: meditantem ī puluere formas
Nec turbatum animi tanta feriente ruina.
Ignarus miles uulgi tum ſorte peremit.
At reliquum uulgus reſoluta in gaudia mente
Certarunt uicti uictoribus: emulus ipſe
Ingenii ſuperum ſeruando condidit urbem
Ergo extat ſedis: ſtabitque īſigne tropheum
Et dabit antiquos ductorum noſcere mores.
Fœlices populi ſi quondam ut bella ſolebāt:
Nūc quoque ī exhauſtas pax nr̄a liqueret urbes.
At ni cura uiri q̄ nunc dedit ocia mundo:
Effrenum arceret populandi cuncta furorē.
Nudaſſent auidæ terraſque fretūque rapinæ.

Numen datū ab arte: ab artificii p̄ſtantia adeo bene ſimulachra deoꝝ erāt exp̄ſſa: ut ob id uiderētur hr̄e numen & coli. Munera: gēmas: & margaritas aduectas ex mari rubro. Depexa: uellera: ſericum qđ naſcit̄ in arboribus apud ſeres. Vir. Velleraque ut foliis depectāt tenuia ſeres: q̄ ſūt contigui indis uergētibus ad ſeptētrionē apud quos lanigeræ ſūt arbores. Vnde ſericū primū factū ex quo fiebāt ueſtes ſubtiliſſimæ q̄bus mulieres pellucebant. Vnde Seneca uideo inq̄t ſericas ueſtes q̄bus ſūptis mulier paꝝ liq̄do nudā ſe non eē iurabit. Marcellus poſtea ouans romā rediens cum cætera p̄da multa nobilia ſigna ſtatuaſque intulit. q̄bus īter primas græciæ urbes ſyracuſæ ornatæ fuerāt. Intulit & uaſa ex argēto æreque & p̄cioſas ueſtes. Ductor: Marcellus q̄ ut autor ē liui. ſiracuſas īgreſſus ex ſuperioribꝫ locis urbē ferme oīum illa tēpeſtate pulcherrimā ſubiectā oculis uidit illachrymaſſe dicit̄ partim gaudio perpetratæ tātæ rei parti uetuſta gloria urbis: athenienſiū claſſes demerſæ: & duo ingentes exercitus cū duobus clariſſimis ducibus deleti occurrebant: & bella cū carthaginenſibus tāto cū diſcrimine geſta. tot tā opulenti tyrāni regeſque præter cæteros hiero cū recentiſſimæ memoriæ rex beneficiis in populum romanum īſignis. Aggere: muro & loco edito. Clangoribus: ſonitu tubaꝝ: & militum irrūpētiū clamore: ac ſtrepitu. Poſitū ī ſuo nutu: poteſtate atque arbitrio an ſtēt mœnia ſyracuſana & an ardeāt ut ſequēti die nulla domus appareat.

Horruit: horrore quodā affectus ē reputans ſecū tantū licere mortalibus ut ſcilicet ī poteſtate unius ſit tanta urbs. Videbat q̄ppe uolente fortuna poſſe accidere ut roma eēt in poteſtate unius q̄ eā poſſet funditus delere. Ideo angebat̄ Marcellus humani officii & reꝝ humanarū non ignarus tātum hoīni licere: & ſic p̄hibuit incendi domos & tēpla. Indulgens: p̄mittēs. Se plāxit: p̄cuſſit geſtiēs lætitia uictoria alata depigit̄. Tu quoque: archimedē inq̄t Liuius memoriæ p̄ditū eſt ī tāto tumultu q̄tū captæ urbis diſcurſu diripiētium militū cieri poterat intentū formis q̄s in puluere reſcripſerat ab ignaro milite q̄s eſſet interfectū ægre id Marcellū tuliſſe ſepulturæque curā habitā & p̄pinquis ēt īquiſitis honori p̄ſidioque nomen eius & memoriā fuiſſe. At reliquū uulgus gaudebāt & certabāt gaudio ſyracuſii uicti cū romāis uictoribus cū uidiſſēt nō incēdi ſyracuſas: quas uiſus eſt Marcellus denuo condere cum illis parceret. Ipſe: Marcellus. Aemulus: imitator deorū.

Tropheum: ſignum tātæ clementiæ. Antiquos mores: in capiendis & diripiendis urbibus: & ſic t̄pa ſua notat Syllius quibus per fas & nefas imperatores omnia agebant: quondam inquit bella non tantū exhauriebant urbes quantum nunc pax ſæuiente auaritia tyrannorum. Iam uero inquit cor. Tacitus nouis cladibus uel poſt longam ſæculorum ſeriem repertis afflictæ: hauſtæ: aut abruptæ urbes: fecundiſſima campaniæ ora: & urbs incendiis uaſtata conſumptis antiquis delubris: ipſo capitolio ciuium manibus incenſo: pollutæ cerimoniæ: plenum exiliis mare: infecti cædibus ſcopuli. At ni cura uiri: adulatur domitiano Syllius quo imperante floruit: mihi domitianus inquit qui ſua prudentia & clementia dedit otia mundo: urbeſque a rapinis uindicauit prohibuiſſet direptiones prouinciæ urbeſque penitus denudarentur. Fretum: ipſas inſulas adulatur ut dixi: cum domitianus turpis: & crudelis fuerit quem caluum neronem appellat iuuenalis.

# PETRI MARSI INTERPRETATIO IN.XV.VOLVMEN SILII ITALICI.

AT noua romuleum carpebat cura ſenatum.
Quis trepidas gētes martemque ſubiret iberum
Atritis rebus:geminus iacet hoſte ſuperbo
Scipio belligeri mauortia pectora fratres.
Hic metus in tyrias ne iam tarteſia leges
Concedat tellus:propioraque bella paueſcat.
Anxia turba patrum quaſſo medicamina mœſti
Imperio circunſpectant:diuoſque præcantur
Qui laceris auſit ductor ſuccedere caſtris.
Abſterret iuuenē patrios patruique piare
Optantem manes triſti conterrita luctu
Et reputans annos cognato ſanguine turba
Si gentē petat infauſtam inter buſta ſuorum
Decertandum hoſti:qui fregerit arma duorum.
Qui conſulta ducum ac flagret meliore gradiuo
Nec promptum teneris immania bella lacertis
Moliri:regimenque rudi depoſcere in euo
Has lauri reſidens iuuenis uiridante ſub umbra
Edibus extremis uoluebat pectore curas.
Cum ſubito aſſiſtunt dextra leuaque ꝑ auras
Allapſæ haud paulum mortali maior imago:
Hinc uirtus illinc uirtuti inimica uoluptas.
Altera achemenium ſpirabat uertice odorem
Ambroſias diffuſa comas et ueſte refulgens
Oſtrum qua fuluo tyrium ſuffuderat auro.
Fronte decor queſitus acu:laſciuaque crebras
Ancipiti motu iaciebāt lumina flammas.
Alterius diſpar habitus:frons hirta:nec unquam

AT noua romuleū:Gneo Fuluio Centimallo.P.Sulpitio galba conſſ.comitia de mittendo ꝓ conſule ī hiſpaniā habita ſūt.tū Scipio.xxiiii.annos natus ꝓfeſſus eſt ſe iturū ut mortē pr̄is ac patrui ulciſceret̄.itaque ingēti fauore miſſus ē:datuſque ei adiutor fuit. M. Iunius Syllanus propretor cū.xxx.qnqueremibus ab oſtiis tiberinis ī hiſpaniā nauigauit.Vbi monitus ꝑ nocturnā qetē a pr̄e ut Syllius fingit carthaginē nouā expugnauit caſtitatis conſtantiæque romanæ ſeruata uirgine ex ꝑimentū dedit bellū in ætolia macedones ſuſcitarūt.Fabi. Maximus torentū recupat.Marcellus cōſul ī brutiis cadit: & aſdrubal ad metauꝵ cedit̄.caputque ānibali oſtētat Nero. Trepidas: ꝓpter mortem duoꝵ ſcipionū. Martem iberū:bellū hiſpanū. Attritis rebus: mortuis īperatoribus. Geminus Scipio: Publius & Gne. Hoſte ſupbo:aſdrubale. Magone:& alio aſdrubale. ducibus tūc carthaginēſium. Hic metus:timebant romani ne hiſpani deficerēt ad pœnos.

Tarteſſia:hiſpana a tarteſſo oppido.

Propiora:libyca. Circunſpectāt:Liuius ait.At in magiſtratus uerſi circunſpectāt ora pricipū alioꝵque alios intuentium fremuntque adeo ꝑditas res.deſperatūque de re.pu.eē. Laceris: afflictis morte ducū. Abſterret iuuenē:ſenſus.ꝓpinqui Scipionis eū ab hac prouincia deterrebāt.ne.ſ.eo proficiſceret̄ ubi pr̄ & patruus occubuerāt.cū ea prouīcia uideret̄ eē īfauſta Scipionibus. Piare:ulciſci mortē ſuoꝵ. Annos:ætatē Scipionis quaſi nō ſufficientē tanto ponderi.

Buſta:ſepulchra. Flagret: ardeat ꝓpitiore marte. Nec promptū:nec eē facile. Rudi: inexperto. Sub umbra lauri:lauro coronabant̄ triūphantes: & qa Scipio erat ſupaturus hiſpaniā: & tādē de carthagine triūphaturus iō ſub lauro quæ ī remota pte domus erat de bello ineundo cogitabat. Ingenioſa fictio poetæ uirtus hortata ē Scipionē ad labores tolerandos pp gloriā.pollicita triūphū de Annibale.hoc de uirtute & uoluptate primus finxit ꝓdicus chius & repetiit xenophon ut dictū eſt ī cōmentariis officioꝵ cogitāti ergo Scipioni belli euentū apparuerūt uirtus: & uoluptas.

Altera:uoluptas Achemenii dicunt̄ ab achemene ātiquo duce. unde odores:& aromata aduehebant̄ Amonū inqt hippocrates ē frutex:naſcit̄ in ſyria:& armenia ſemē reddēs ſibi cōnexū flore albo ueluti uiolæ folia ſimilis brioniæ bonū hēt odorē:ſomnoſque ſuaues facit. Ambroſias:odoratas. Suffuderat: itexuerat ueſtis erat purpurea intexta auro.Non indignor inqt ſeneca ꝙ poſt uoluptatē ponit̄ uirtus ſed ꝙ oīo cū uoluptate cōferat̄ contēptrix eius & hoſtis & longiſſime ab illa reſiliens.labori: ac dolori familiarior uirilibus incōmodis potius q̄ iſti effœminato bono īſerenda. Acu:calamiſtro inſtrumentū ē ad cōponendos cōcinne crines.hinc dixere oronem nimis faleratā calamiſtratā & qm̄ calamiſtris cinere calefactis criſpant̄ capilli iō illi q tali officio fūgunt̄ ciniflones appellant̄.Hora.ī ſermonibus:cuſtodes:lectica:ciniflones. Ancipiti:uacillāti.uoluptas.n.motu oculorū laſciuit: quos uirtus hēt ſedatos: & ut oportet intuentes ſine aliquo affectu. Alterius:deſcribit nunc imaginem uirtutis. Altum quiddam eſt uirtus inquit Seneca.Excelſum:& regale inuictum:infatigabile:uoluptas humile:ſeruile:imbecillum:caducum:cuius ſtatio:& domicilium fornices:& popinæ ſunt. Virtutem in templo inuenies: In foro in curia: pro muris ſtantem puluerulentam calloſas habentem manus: uoluptatem latentem ſæpius:ac tenebras captantē circa balnea:ac ſudatoria: ac loca edilem metuentia mollem eneruem.

Compoſita mutata coma: ſtans uultus et ore
Inceſſuque uiro propior: letique pudoris.
Celſa humeros niueæ ſurgebat ſtamine pallæ
Occupat inde prior promiſſis fiſa uoluptas:
Quis furor hic non digne puer conſumere bello
Florē æui? cannæ ne tibi grauiorque palude
Meonius ſtigya lacus exceſſere? paduſque?
Quē tandem ad finem bellando fata laceſſes?
Tu ne etiam temptare paras athlantia regna?
Sidoniaſque domos? moneo certare periclis
Deſine: et armiſonæ caput obiectare procellæ
Ni fugis hos ritus: uirtus te ſeua iubebit
Per medias uolitare acies: medioſque per ignes.
Hæc patrē patruumque tuos hæc prodiga paulū
Hæc decios ſtygias herebi detruſit ad undas.
Dum cineri titulum memorandaque nomina buſtis
Prætendit: nec ſenſuræ quid geſſerit umbræ.
At ſi me comitem puer non limite duro
Iam tibi decurret conceſſi temporis ætas
Haud unq̄ trepidos abrumpet buccina ſomnos.
Non glaciē arctoā non experiere furentis
Ardorem cācri: nec mēſas ſæpe cruento
Gramine compoſitas: aberūt ſitis aſpera: et hauſtus.
Sub galea puluis: partique timore labores.
Sed current albuſque dies: horæque ſerenæ.
Et molli dabitur uictu ſperare ſenectam.
Quantas ipſe deus letos generauit in uſus
Res homini plenaque dedit bona gaudia dextra.
Atque idem exemplar lenis mortalibus eui
Imperturbata placidus tenet ocia mente.
Illa ego ſum anchiſe ueneris ſimoētis ad undas.
Quæ iunxi generis uobis unde editus autor.
Illa ego ſum uerti ſuperum quæ ſæpe parentē
Nunc auis in formam: nūc torua in cornua tauri
Huc aduerte aures: currit mortalibus æuum
Nec naſci bis poſſe datur: fugit hora: rapitque
Tartareus torrens ac ſecum ferre ſub umbras
Si qua animo placuere negat: quis luce ſuprema
Demiſiſſe meas ſero non ingemit horas?
Poſtq̄ conticuit: finiſque ē addita dictis:
Tunc uirtus quas nam iuuenē florentibus inquit
Pellicis in fraudes annis: uitæque tenebras?

Niueæ: cādidæ & puræ. hic habitus cō uenit uirtuti q̄ nihil ē candidius: nihil purius. Quis furor: orō uoluptatis ad Scipionē: cui ꝑponit delitias ſi uoluptati uelit inſeruire: & incōmoda. ut magis eū a uirtute deterreat & īcipit a rephenſiōe: q̄ſi Scipio furore quodā ductus ad ꝑicula ruat. & ſpernat uoluptatē quæ uidet eſſe amica naturæ. Nō digne: q nō mereris ut flos tuæ ætatis ī bello conſumat. Cānæ ne tibi: exēplo cladū acceptarū a romanis deterret Scipionē a bello: oblitus ne es inqt quantā calamitatē acceperint romani ad cānas traſimenū. Trebiā atque ticinū. Lacus meonius: traſimenus. Grauior: funeſtior romano noī ipſa palude īferna. Padus: ſtrages ad ticinū. & trebiam qui in padum emittunt. Tu ne ēt: exēplo patris & patrui monet Scipionem ut qeſcat nec ſe bellico furori cōmittat. Athlātica: hiſpana. athlas ē ī finibus mauritaniæ ubi īcipit hiſpania freto gaditano diuiſa ab aphrica. Sidonias: carthaginēſes. Ni fugis: proponit oīa īcommoda quæ uirtus cogit hoīes ſubire. Ritus: bellicos. ſ. Sæua: horrida cruda & hoīem crudelitatibus exponēs. Decios: pr̄em in bello latino. filiū ī bello hetruſco. nepotē ī bello contra pyrrhum. hi ſe pro legionibus deuouerūt. Titulū: gloriā ſepulchro. & in morte. Prætendit: ꝑponit. Nec ſenſuræ. i. animæ quæ nō ſentiūt funera non. n. inqt pertinet ad mortuū ſi inſcribunt eulogia in ſepulchris qppe nihil ſentit. Non limite duro: ideſt uia amœna. & florida: uiā uirtutis: & uoluptatis deſcribit heſiodus. Arctoam: ſeptētrionalen. Furentis cācri: ardores æſtiuos cū ſol aſcendit ad cancrū. Cruento gramīe: herbis ꝑfuſis ſanguine cæſorū. Albus: fœlix & ſignandus albo lapillo quod thraces inſtituerūt. Perſius Hunc macrine diē nūera meliore lapillo. Qui tibi labētes apponit cādidus annos. Serenæ: fœlices & ſine ꝑturbatiōe locus ē ab utili. Molli: dulci ac iocundo. Lenis æui: tranqllæ ac iucūdæ ætatis. Illa ego ſū: inqt quæ effeci ut āchiſes cū uenere coiret. Vnde natus eſt æneas autor romanoꝝ. Simois fluuius troadis. Parentē: iouē qui uerſus in aqlam rapuit ganymedē: & ī forma tauri aſportauit europā. Quis luce ſuprema: ideſt ī morte. Quas nā iuuenē: orō uirtutis inuehētis ī ipſā uoluptatē alliciētē iuuenes ī fraudē. & ſic illius rōnes cōfutat. & oīa oppoſita ſuadet agēda ut gloriā cōſeq̄tur hō ad q̄ natus ē & honeſtatē: quæ ē finis ipſius uirtutis ꝑponitque utilitatē dicēs dabo tibi uictū ānibalem q nūc uiſcera italiæ adurit. Florētibꝫ: iuuenilibus & aptis ad uirtutē ſuſcipiēdā cū laboribꝫ q aīos generoſos nutriūt. Pellicis: allicis & thrais ī fraudē & uitā reprehēſiōe dignā īde pallacē Vlyſſē appellat. Vir. Tenebras: ſine aliq̄ laude ac noīs lumīe.

Ratio:intellectus quo a cæteris diſtamus aĩalibus.& hæc rõ poſtea diſciplinis & artibus efficiť recta
rõ & appellať prudentia:q̃ homo hõi antecellit. Celeſtia ſemina:aĩus pars diuini ſpũs: ut q̃buſdam
philoſophantibus placuit. Empedocles dixit aĩam noſtram eẽ deum. Horatius appellat aĩam:diuinæ
auræ p̃ticulã:deus glorioſus aĩam infũdit. Iſti hoĩes habentes rationẽ:& aĩam diuinã. Minores de-
os:hoĩes. Degeneres:degenerantes a ſua excellẽtia:& oblitos celeſtis ſeminis uoluptatique ĩſeruiũt:
quæ hoĩbus cũ cæteris beluis cõis eſt:& affert exẽpla illoꝝ:q e natura & uirtutis p̃ſcripto uiuentes cæ-
lo dicati ſũt.

C ui ratio et magnæ celeſtia ſemina mẽtis
M unere ſũt conceſſa deum:mortalibus alti
Q uãtum celicolæ tãtundem aĩalibus iſti
P ræcellũt cunctis:tribuit nãque ipſa minores.
H os terris natura deos:ſed federe certo:
D egeneres tenebris aĩas damnauit auernis.
A t q̃s etherii ſeruatur ſeminis ortus
C æli porta patet:referã q̃d cuncta domãtem
A mphitryoniadẽ?q̃d cui poſt feras et indos.
C aptiuo liber cum ſigna referret ab euro
C aucaſeæ currum duxere per oppida tigres?
Q uid ſuſpiratos magno ĩ diſcrimĩe nautis
L edeos referam fratres?ueſtrumque q̃rinum?
N õ ne uides hominum ut celſos ad ſydera uultus
S uſtulerit deus?ac ſublimia finxerit ora.
C ũ pecudes uolucrũque genus formaſque ferarũ
S egnẽ atque obſcenam paſſim ſtrauiſſet ĩ aluum.
A d laudes genitum capiat ſi munera diuum
F œlix ad laudes hoĩum genus:huc age paulum
A ſpice nec lõge repetam modo roma minãti
I mpar fidenæ contẽtaque creſcere aſylo
Q uo ſeſe extulerit dextris:idẽ aſpice late
F lorentes quondam luxus quas uerterit urbes.

priſcos quippe heroes p̃ ge
nere hũano bene meritos poſteri bene-
ficioꝝ memores cælo ſacrarũt: q̃m deũ
imitati ſunt:q oĩum ſaluti p̃ſpicit:& cõ
modo:generoſi aĩ:& magnifici eſt iuua
re:& p̃deſſe:q dant beneficia inquit ſe-
neca deos imitanť:q repetunt fenerato
res. Cuncta domantẽ: herculẽ qui mõ
ſtra domuit & labores quibus cælũ me-
ruit.ex hac noſtrorũ opinione ĩquit Ci
cero Romulus in cælo cũ diis agit æuũ
Indeque plapſus ad nos & uſque ad oce
anũ hercules tantus & tã præſens habeť
deus.hinc liber deus ſemele natus:eadẽ
que famæ celebritate tyndaridæ fratres
nõ modo adiutores in præliis po.ro. ſe-
dent nuntii fuiſſe p̃hibenť. Seras & ĩ-
dos:bacchus domuit orientẽ: & frenata
tygride triũphans rediit. Taurus mons
ut dictũ ẽ mediam ſecat aſiã:& cum ſcy
thiã attigit dť caucaſus. Suſpiratos:im
ploratos a nautis quorũ ſũt numina: &
quibus helena dira nocet. Lædeos fra
tres:caſtorẽ:& pollucẽ filios lædæ Hora
tius in carminibus. Quorũ ſimul alba
nautis ſtella refulſit. Defluit ſaxis agita
tus humor.concidunt uenti:fugiũtque
nubes:& minax ſic dii uoluere põto un
da recũbit. Pli.de horũ ſtellis loquens
ait.geminæ ãt ſalutares & proſperi cur-
ſus p̃nunciæ:quaꝝ aduentu fugari dirã
illam ac minacẽ appellatãque helenam
ferunt:& ob id polluci & caſtori id nu-
men aſſignant.eoſque in mari deos in-
uocant. Quirinum:romulũ q urbis ro
mæ auſpicato fundamẽta iecit. Nõne
uides:nunc arguit a præſtantia formæ ipſius hominis:Cice.li.primo de legibus ait. Artes innumerabi
les repertæ ſunt docente natura quam imitata ratio res ad uitam neceſſarias ſollerter conſequuta eſt.
ipſum autem hominem eadem natura non ſolum celeritate mentis ornauit ſed & ſenſus tãquam ſa-
tellites attribuit figuramque corporis habilem:atque aptam ingenio humano dedit. Nam cum cæte
ras animantes abieciſſet ad paſtum.ſolum hominem erexit ad cælique quaſi cognationis domicilii-
que priſtini conſpectum excitauit.tum ſpeciem ita formauit oris ut in ea penitus reconditos mores ef
fingeret.& Oui.libro primo metamorphoſeos: Pronaque cũ ſpectent animalia cætera terram. Os ho
mini ſublime dedit. Vultus:id eſt ipſa ora:quoniam uultus a uoluntate fingitur : ĩde dicimus irato
mœſtoque uultu Cicero in legibus ait:& is qui appellatur uultus qui nullo in animante eſſe poteſt p̃-
ter hominem indicat mores. Sublimia:erecta ad cælum. Traxiſſet:inclinaſſet ad terram:& uentri
obedientes finxiſſet ipſas pecudes:& cætera id genus. Obſcenam:turpem & plenam fecibus.homo ãt
inquit ad laudes & ad gloriam natus eſt. Munera diuum:ſi recte utetur muneribus naturæ parentis
ratiõe.ſ.& formæ excellentia. Huc age:argumẽtũ ab urbe roma ſumit:quæ ex tenui aucta principio
ardentiſſima uirtute ciuiũ ſuorum orbis regina facta eſt. Inde a contrario docens florẽtiſſimas urbes
luxu euerſas.fidena urbs hetruriæ albanorum colonia fuit trans tyberim:ſtadi.xl. diſtabat ab urbe.
uicta a romulo urbis conditore in coloniã deſcripta eſt idibus aprilis. Aſylo: concurſu hominum
cõfugiẽtiũ ad aſylũ q̃d erat tẽplũ cui ius tale datũ erat neq̃ ſĩde ullo crimine diuelli poſſet romulus
cũ multitudinẽ deſideraret apuit aſylũ. Iuue.& t̃n ut lõge repetas lõgeque ꝛuoluas nom̃ ab ĩfami gẽtẽ
deducis aſylo. Id cadmus dť ĩſtituiſſe ĩ condẽdis thebis. Tẽplũ dianæ epheſiæ id iuris habuit q̃d Ale
xander magnus ad ſtadium p̃duxit:q̃d tandẽ ampliatũ ab Antonio Auguſtus ſuſtulit cũ ſcelerati p̃
poſita tali ĩpunitate augereť. Dextris:roboř ac fortitudĩe ciuiũ. Luxus:uoluptates uirtuti inimicæ.

Quippe nec ira deũm tantum nec tela nec hoſtes
Quantum ſola noces animis illapſa uoluptas.
Ebrietas tibi fida comes: tibi luxus: et atris
Circa te ſemper uolitans infamia pennis.
Mecum honor: et laudes: et leto gloria uultu.
Et decus: et niueis uictoria concolor alis.
Me cunctus lauro perducit ad aſtra triumphus.
Caſta mihi domus: et celſo ſtant colle penates.
Ardua ſaxoſo perducit ſemina cliuo
Aſpera principio: nec enim mihi fallere mos eſt.
Proſequitur labor: ad nitendum intrare uolenti
Nec bona conſcendũt quæ ſors infida dediſſet:
Atque eadẽ rapuiſſe ualet: mox celſus ab alto
Infra te cernes hominum genus: omnia contra
Experienda manent: q̃ ſpondet blanda uoluptas:
Stramine proiectus duro patiere ſub aſtris
Inſomnes noctes: friguſque famẽque domabis.
Idem iuſtitiæ cultor: quæcũque capeſſes
Teſtes factorũ ſtare arbitrabere diuos
Tunc quotiens patriæ rerũque pericula poſcent
Arma feres primus: primus te in mœnia tolles
Hoſtica: nec ferro mentẽ uincere nec auro.
Hinc tibi non tyrio uitiatas murice ueſtes
Nec domum deforme uiro flagrantis amomi:
Sed dabo qui ueſtrum ſeuo nunc marte fatigat
Imperium ſuperare manu: laurũque ſuperbam
In gremio iouis exciſis deponere pœnis.
Quæ poſtq̃ cecinit ſacrato pectore uirtus:
Exemplis letum uultuque audita probantem
Conuertit iuuenem: ſed enim indignata uoluptas
Non tenuit uoces: nil uos iam demoror ultra
Exclamat: uenient uenient mea tẽpora quondã
Cum docilis noſtris magno certamĩe roma
Seruiet ĩperiis: et honor mihi habebitur uni.
Sic quaſſans caput ĩ nubes ſe ſubſtulit atras.
At iuuenis plenus monitis ĩgentia corde.
Molitur: uiſæque calet uirtutis amore
Ardua roſtra petit nullo fera bella uolente:
Et grauia ancipitis depoſcit munera martis
Arrecti cunctorum animi: pars lumina patris
Pars credũt toruos patrui reuiſcere uultus.

Quippe nec ira deũ: ꝓbat ab effectu q̃ ſit ĩpernẽda uoluptas. Atris: nigris: & ſceleratis. Celſo colle: domus uirtutis ut ſcribit heſiodus eſt in ædito loco q̃m uerſat̃ circa difficile: habetque radices amaras ipſa uirtus. fructus aũt ſuauiſſimos. Neque mos fallere: nã uirtutis ꝓpriũ eſt nõ diſſimulare: ſed palã loq & odiſſe atque amare palã. Intrare. ſ. noſtros penates. opus ẽ maximis laboribus parare uirtutem: q̃m delitiis nõ itur ad aſtra. ĩſuauẽ & aſperã inqt diuus hieronymus fecit nobis uiã uirtutis conſuetudo peccandi. Nec bona conſcẽdũt: nõ attingunt inquit domũ meã bona fortunæ: quæ ſunt quæ habent̃ extra aĩum & corpus: ut diuitiæ: honor̃s: magiſtratus: affines: propinqui: & cætera id genus.

Infida: q̃m dat: & aufert cũ uult. ẽ enĩ temeraria & cæca: uirtus coſtans: & ꝑpetua: & nõ põt auferri. loquit̃ poeta ex ſẽtentia ſtoicoꝝ qui dicebant uirtutem ſatis eẽ ad bene: beateque uiuẽdũ. peripathetici & academici addebãt bona corporis: & fortunæ: bias priẽnẽſis direpta patria priena fugiens dixit. oĩa mea bona mecũ porto. Ille hæc ludibria fortunæ ĩquit Cicero ĩ paradoxis. ne ſua quidẽ putauit quæ nos appellamus etiã bona: bonũ eſt ſiquid recte fit. & cũ uirtute. Mox cũ perueneris ad ipſam uirtutẽ tantum ãtecelles cæteris hominibus q uirtute uacãt q̃tum hoĩes beſtiis. Blãda: illecebris plena: quæ quo ẽ maior eo magis mentem a ſua ſede: ac ſtatu dimouet. Domabis: continẽtia. ſ. aĩque robore. Cultor: amator. Ferro nec auro: ideſt non debes uinci aliquo timore aut auaritia & cupiditate: ſed in oĩ actione fortis: & prudentis uiri ſeruare decorũ.

Vitiatas: tinctas purpureo colore: de Amomo dictũ ẽ ſupra. dabo tibi inquit ſupare Annibalẽ: & nobilem de carthagine triumphũ. Triumphãtes lauro coronati uehebant̃ curru ĩ capitoliũ & lauream deponebant in gremio iouis capitolini. Exciſis pœnis: deuictis carthaginenſibus: & ad tributũ redactis. Quõdã: in futuꝝ: & ſic dãpnat tẽpora ſua ſyllius quæ luxu diffluebant. ꝑdebantque optĩa inſtituta maioꝝ. Ardua roſtra: q̃m erant affixa tribunali in foro. Nullo uolente: nemo qppe audebat ĩ hiſpaniam ꝓficiſci: ubi duo clariſſimi ceciderãt ĩperatores: cũ populus autore Liuio fortunam domus horreret Scipio aduocata concione primum de ætate ſua. poſtea de imperio alto aĩmo in roſtris diſſeruit ut ardorem qui reſidebat in aĩs hominum excitaret moueret̃que omnis & certioris impleret ſpei. Ancipitis: periculoſi: & dubii.

Sed quamq̃ tacitus magnis tamen egra periclis
Pectora ſubrepit terror:molẽque pauentes
Expendunt belli:et numerat fauor anxius annos
Dumque ea confuſo percẽſet murmure uulgus
Ecce per obliquum celi ſqualentibus auro
Effulgens maculis ferri inter nubila uiſus
Anguis:et ardenti radiare per aera ſulco.
Quaque ad celiferi tendit plaga littus atlantis:
Perlabi reſonante polo bis terque coruſcum.
Addidit augurio fulmen pater.et uaga late
Per ſubitum moto ſtrepuere tonitrua mundo:
Tum uero capere arma iubent:genibuſque ſalutãt
Submiſſi augurium:atque iret qua ducere diuos:
Perſpicuum:et patrio monſtraret ſemita ſigno.
Certatim comites rerum bellique miniſtri
Agglomerant ſeſe:atque acres ſociare labores
Expoſcunt:laudumque loco eſt iiſdẽ eſſe ſub armis:
Tum noua ceruleum deſcendit claſſis in equor
It comes auſonia:atque in terras tranſit iberas.
Vt cum ſæua fretis immiſit prælia chorus:
Iſthmon curuata ſublime ſuberigit unda
Et ſpumante ruens per ſaxa gementia fluctu.
Ionium egeo miſcet mare:celſus in arma
Emicat ac prima ſtans ſcipio pupe profatur:
Diue tridente potens cuius maria ire per alta
Ordimur:ſi iuſta paro decurrere claſſi
Da pater:et noſtros ne ſperne iuuare labores.
Per pontum pia bella ueho:leuis inde ſecunda
Aſpirans aura propellit carbaſa flatus.
Iamque agiles tyrrhena ſonant qua cerula puppes
Auſonium euaſere latus:ligurumque citatis
Littora tranſmittunt proris.hinc gurgite ab alto
Tellurem procul irrumpentem in ſidera cernunt
Aerias alpes:occurrunt mœnia graio
Condita maſſilæ populis excincta ſuperbis
Barbarus immani cum territat accola ritu.
Antiquæ morem patriæ cultuſque habitumque
Phocais armiſonas inter tenet hoſpita gentes.
Hinc legit auſonius ſinuatos gurgite ductor.

Sed quãquam tacitus ordo:& ſẽſus terror q̃uis tacitus.i.ipſa tacita cogitatio latenter ingrediebat̃ pectora romanorũ egra & mœſta tãtis pĩculis:q belli magnitudinẽ expendũt.i. cõſyderãt & rõnem habẽt ætatis. Fauor anxius.i.hi q fauebant & anxii erãt timẽtes malũ euentũ: numerabãt annos Scipionis:q non uidebant̃ tãto rer̃ põderi ſufficer̃. Ecce per obliquũ:auguriũ d̃ſcribit poeta. Scipio natus erat ex ioue qui cũ põponia in formã ãguis cõcubuit. nã fama ut inqt Li. aſſerebat cõceptum eſſe Scipionẽ ut de Alexandro magno prius diuulgatũ fuerat cõcubitu anguis immanis:& in cubiculo matris eius pſepe uiſam ꝓdigii eius ſpeciẽ iteruentuque hoium æuolutam repẽte atque ex oculis elapſã. Quaque ad celiferi.uidebat̃ anguis tẽder̃ ad athlantẽ montẽ & ſic uia oſtendebat̃ Scipioni: ut ſtella mõſtrauit iter æneæ & filio ad idã montẽ. Celiferi: qm̃ athlas ſuſtinet cælũ: ut fabulæ uolũt. Mundo: cælo. Patrio ſigno:qm̃ iuppiter erat pr̃ Scipionis. Noua claſſis: qnqueremes. xxx.fuerũt:& ad eas copias q̃s ex uetere exercitu hiſpania hẽbat quæque a puteolis cũ.C. Nerone traiactæ erãt aliæ copiæ additæ ſũt inde oſtiis tyberinis ꝓfectus p̃ter oras tuſci maris alpes atque gallicũ ſinũ deĩde pyrenei circũuectus promontoriũ tẽporis copias expoſuit.inde Tarraconẽ profectus ẽ. Auſonia: ipſa pubes itala & milites:q auſpicia Scipõis ſequuti ſũt. Vt cũ ſæua: trãſitũ Scipionis in hiſpaniã celeri nauigatiõe uẽto q mare Ioniũ egeo miſcet cõparat ſic Scipio ex litore italo celeriter litoribus hiſpanis appulſus ẽ. Chorus: uẽtus q flat ab occidẽte Mare ioniũ ĩcipit A tarẽto: & ſe extẽdit uſque ad pelopõneſũ ultra q̃ ẽ mare egeũ.Iſthmus eſt q̃ſi collũ ipſius pelopõneſi.& hic ionio in deo egeo iſeſtat̃. Vnde Oui. Equora bina ſuis oppugnãt fluctibus iſthmon.Et tenuis tellus audit utrunque mare. Curuata unda:quæ illiſa rupibus iſthmiacis reſilit. & curuat̃ ĩ ſinũ. Papinius ĩ thebaide ita taque terræ curua palemonio ſecludit̃ unda lecheo. Diue potẽs:orõ Scipionis ad Neptunũ. Pia:iuſta & ꝓ p̃ria. Tyrrhena cerula:qm̃ nauigauit p mare tyrrhenũ.inde liguſticũ. Auſoniũ:italũ.

Hinc:ex mari liguſtico aſpiciebant alpes:maſſylia cõdita fuit a phocẽſibus iõ ait graio. Excicta:circũdata gallis ſtolidis:& bellicoſis & q̃uis barbari ĩmani ritu ĩſultẽt tñ maſſylia retinet ãtiquũ morẽ p̃riæ. Nã maſſylieſes rem urbanam per optimates regebant:& leges morem ionico ꝓponebant:optimis uiuentes inſtitutis & nobiliſſimi romani maſſyliã ad capeſſẽdas bonar̃ artium diſciplinas proficiſcebantur frugales erant in uictu:& cultu corporis modeſtiſſimi. Immani ritu:quoniam galli placabant numina & maxime tarari hũano ſanguĩe. Phocais hoſpita: ipſa maſſylia condita a phocenſibus:& ipſi phocenſes q in gallia hoſpites fuerũt ex eubea qppe illuc nauigarũt.

Anfractus pelagi nemoroſo uertice celſus
Apparet collis: fugiuntque in nubila ſiluæ.
Pyrenes: tunc emporiæ ueteresque per ortus
Graiorum uulgus tunc hoſpita tarraco baccho
Conſidunt portu: ſecuræ gurgite clauſo
Stant puppes poſituſque labor terrorque profũdi.
Nox ſimiles morti dederat placidiſſima ſomnos
Viſa uiro ſtare effigies ante ora parentis.
Atque hac aſpectu turbatum uoce mouere.
Nate ſalus quondam genitoris: nate parentis
Et poſt fata decus: bellornm dira creatrix
Euaſtanda tibi tellus: et cede ſuperbi
Ductores libyæ cauta uirtute domandi.
Qui ſua nunc trinis deducunt agmina caſtris.
Si conferre manum libeat: coeantque uocate
Hinc atque hinc acies: ualeat quis ferre ruentes:
Tergemina cum mole uiros? abſiſte labori
Ancipiti: ſed nec ſegnis potiora capeſſe.
Vrbs colitur teucro quondam fundata uetuſto
Nomen carthago: tyrius tenet incola muros.
Vt libyæ ſua ſic terris memorabile iberis
Hæc caput eſt: non ulla opibus certauerit auri
Non portu celſo ue ſitu: non dotibus arui.
Vberis: aut agili fabricanda ad tela uigore.
Inuade auerſis nate hanc ductoribus urbem.
Nulla acies famæ tantum predæ ue pararit.
Talia monſtrabat genitor propiuſque monebat.
Cum iuuenem ſopor et dilapſa reliquit imago.
Surgit et infernis habitantia numina lucis.
Ac ſupplex patrios compellat nomine manes.
Eſte duces bello: et monſtratam ducite ad urbem.
Vobis ultor ego et ſarrano murice fulgens
Inferias mittam fuſis inſignis iberis
Et tumulis addam ſacros certamine ludos
Progreditur: celeratque uias: et corripit agmen
Pernici rapidum curſu: campoſque fatigat.
Sic ubi proſiluit piſeo carcere præceps
Ante ſuos it uictor æquus: currumque per auras
Non ſolum ante alios: ſed enim mirabile dictu
Haud ulli durant uiſus equare uolantem.
Iamque hyperionia lux ſeptima lampade ſurgens.
Senſim attollebat propius ſubeuntibus arces
Vrbis: et admoto creſcebant culmina greſſu.

Anfractus: curuos ſinus. nam pyrenei circũuectus ẽ promontorium. Collis: ipſi mõtes pyrenei qui gallias ab hiſpaniis diuidunt emporiæ urbs i pricipio hiſpaniæ prope pyrenos montes. Veteres ortus: quoniam maſſyliẽſes a græcis oriundi condiderunt emporias. tarraco urbs celtiberorũ uino clara. Viro: ſcipioni apparuit imago paterna p nocturnam quietem. Quondam ſalus: nam ſcipio adoleſcens patrem uulneratũ ad Ticinum liberauit: ut dictum eſt. Bellorum creatrix: bellicoſa hiſpania. Superbi: elati ac tumidi cæde noſtra. tres erant libyci ductores ut dixi. Ancipiti: dubio & periculoſo. Vrbs colitur: deſcribit nouam carthaginem. Syrius incola: qm̃ poeni fecerunt illam coloniam & appellauerunt carthaginem: & ut carthago ẽ celebris in libya. & caput ſic iſta in hiſpania. Situ: poſita eſt noua carthago in colle: & ab uno latere mari alluitur. Fabricanda ad tela: opulentiſſima erat carthago: & bellicorum inſtrumentorum plena: qua expugnata a ſcipione captus eſt ingens belli apparatus: lege Liuium. Auerſis: abſentibus inuade inquit carthaginem nunc cũ abſunt ductores. Nulla acies: pugna cũ hoſte.

Propius: uehementius. Patrios: paternos. Sarrano murice: tyria purpura.

Inferiæ: dicuntur uictimæ quæ mactãtur diis inferis. parentabo inquit manibus ueſtris. ſepulchra ẽt patri & patruo extruxit ſcipio: celebrauitque ludos funebres. Sic ubi: celeritatẽ ſcipionis cõparat æquo currenti in ludis piſeis & olympicis. Ante ſuos: cum quibus eſt ligatus ad currum. Iamque hyperionia: Scipio a Tarracone carthaginem ſeptimis caſtris exercitũ perduxit. hyperion ſol dicitur. M. claudio Marcello. M. ualerio leuino conſ. Scipio cum a Tarracone ad exercitum ueniſſet habita concione addidit hoc: ſed quoniam uos inſtructos atque ordiatos cognoſco ad carthaginem nouam oppugnandam totis uiribus & bono animo tranſeamus. cũque omnes una uoce hoc faciundum ſucclamarent eos carthaginem duxit. Arces: ipſius carthaginis quam oppugnaturi petebant. Admoto greſſu: quanto magis appropinquabant urbi tanto magis culmina urbis creſcebant.

Ac pelago uectus:lælius præerat claſſi
& hora tẽporeque conſtituto claſſem il
luc appulit & urbẽ cixit qua mari alluit
Liuius ait:& a nauibus eodẽ tempore ea
quæ mari alluitur pars urbis oppugna/
ri cœpta eſt. Hora:die conſtituto a ſci
pione ut adeſſet. Subigendæ:admouẽ
dæ ad urbẽ. Carthago impenſo:deſcri
bit ſitū carthaginis. Impenſo:magno:
qm̃ eſt ĩ ædito loco ſita ĩ betica regione.

Arctatas fauces:clauſtra deſcribit por/
tum illi ſimilẽ quẽ Virgilius lib.primo
æneidos fixit.Inſula quippe facit portū
claudendo illa clauſtra ut maris ĩpetus
non ingrediatur.hic portus ab oriẽte ẽ.
ab occidente uero ſtagnū in quod æſtus
oceani effunditur.urbs ipſa ĩ dorſo mō
tis porrecta eſt ad ſeptẽtrionem. Iuga
ſera:occaſum ſolis. Pigram planitiem:
ſtagnū iners. Egerit:emittit.reciproca
re eſt fluere:& refluere:& amorẽ mutuū
reciprocum dicimus:ſupra dixit:ſequi/
turque reciproca tethis. Audax ceu pla
no:milites romani non aliter ſcãdebãt
iugum q̃ ſi p plana ĩgrederẽtur. Liuius
ait.Itaque ĩuulnera:& tela ruunt neque
illos muri:neque ſuperſtãtes armati ar/
cere queunt quin ſtatĩ aſcẽdant. Arris:
defendebat arcẽ obſtabatque militibus
romanis aſcendentibus:Liuius ait non
Arrim:ſed Magonem præſidia impoſu
iſſe arci & tumulū firmaſſe militibus.

In arctis:difficultatibus & periculis.

Præcinxerat:ualuerat militū corona.

Excelſa loci:ſūmitatẽ tumuli ut eius
milites natura loci adiuti romanos ſub/
euntes facile deturbarent. Inſtabiles:
cadentes p prona. Verum ubi cum nū
tiatum eſſet ſcipioni æſtum decedeȓ:ac
facilem tranſitū dari militibus ad mug
eo armatos duxit & urbem ingreſſus ẽ.

Reuolubilis:reciprocans. Conceſſit:
abiit æſtus. Impune:tuto. Nereus:de
us maris:quẽ pro mare ponit. Nectẽs:
cogitans. Informidatus:non enĩ time
bant ab illa parte urbis carthaginenſes
propter aquam:& ideo ſcipio ĩformida
tus illac irrupit in urbem. Penus colla
dedit:Liuius ait Mago arcẽ conatus de/
fendere cū oĩa hoſtium plena uideret:
neque ſpem ullam eẽ.ſe.arcẽque & præ
ſidiū dedit.liberoꝝ capitū uirilis ſexus
ad.x.milia capta ſunt. Hanc oriẽs:eo
dem die quo cœpta eſt oppugnari expu
gnata eſt carthago priuſq̃ ſol ĩgredereȓ
oceanū. Vallari:obſideri & oppugna
ri. Ocius:citiuſquam ſol occideret.

Tum merita æquãtur:militū uirtutẽ
collaudauit ſcipio ꝗ difficultate loci n̄
eſſent deterriti ab urbis oppugnatione.

Ac pelago uectus ſeruata lelius hora
Quam dederat ductor ſubigendæ ad mœnia claſſi
A tergo affuſis cingebat tecta carinis.
Carthago impenſo naturæ adiuta fauore
Excelſos tollit pelago circūflua muros.
Arctatas ponti fauces modica inſula claudit.
Qua titan ortu terras aſpergit eoo.
At qua proſpectat phœbi iuga ſera cadentis
Pigram in planiciem ſtagnantes egerit undas.
Quas auget ueniens refluuſque reciprocat æſtus.
Sed gelidas a fronte ſedet ſublimis ad arctos.
Vrbs impoſta iugo:pronumque excurrit in equor:
Et tuta æterno defendit mœnia fluctu.
Audax ceu plano gradiens uictricia campo
Ferret ſigna iugum certabat ſcandere miles.
Arris ductor erat:qui contra amplexus in arctis
Auxiliumque excelſa loci præcinxerat arcem.
Pugnabat natura ſoli paruoque ſuperne.
Bellantum niſu paſſim per prona uoluti
Truncato inſtabiles fundebant corpore uitam.
Verum ubi conceſſit pelagi reuolubilis unda:
Et fluctus rapido fugiebat in equora lapſu:
Quaque modo excelſæ ſulcarant cerula puppes
Hac impune dabat nereus tranſcurrere planta.
Hinc tacite nectens informidatus adire
Ductor dardanius ſubitam trahit equore pubem
Perque undas muris pedes aduolat:inde citati
A tergo accelerant:qua fixus fluctibus arris.
Incuſtoditam ſine milite liquerat urbem.
Tum proſtratus humi miſerandum uicta cathenis.
Penus colla dedit:populumque adduxit inermem.
Hanc oriens uidit titan cum ſurgeret urbem.
Vallari caſtris:captamque aſpexit eandem.
Ocius heſperio quam gurgite ringeret axem.
Aurora ingrediens terris exegerat umbras.
Principio ſtatuunt aras:cadit ardua taurus.
Victima neptuno pariter:pariterque tonanti
Tum merita equantur donis:ac premia uirtus
Sanguine parta capit:falleris hic pectora fulget:
Hic torque aurato circundat bellica colla.

Muralis coronæ. Qu. Therylium & ſex. Digitiú muralibus coronis donauit ꝙ pariter muꝝ aſcende rant: tú reliquos ut ait liuius prout cuiuſque meritú uirtuſque erat donauit. ante omnis. C. læliú præ fectú claſſis & omni genere laudis ſibi æquauit & corona aurea. ac. xx. bubus honeſtauit. Titulo: ho nore ac laude pugnæ naualis. Peni rectoris: arris qui fuerat rector cuius arma ſcipio donauit lælio. Libamina: principia & primitiæ. Captiuæ opes: præda ígés fuit autore liuio. Signa militaria. lxxiiii. argenti & auri magna uis. pateræ aureæ. cc. lxxvi. fere oés pondo libræ. ex argento decem & octo milia

Ille nitet celſus muralis honore coronæ.
Lelius ante omnes: cui dextera clara domuſque
Terdena boue et æquorei certaminis alto
Donatur titulo: pœnique recentibus armis
Rectoris: tunc haſta uiris et martia cuique
Vexilla et meritum: et predæ libamina dantur.
Poſtꝗ̃ perfectæ laudes hominumque deumque
Captiuæ ſpectantur opes: digeſtaque præda
Hoc aurum patribus bello hæc martique talenta
Hoc regi donis diuum: hoc ante omnia templis.
Cætera bellantum dextræ pulchroque labori.
Quin etiam accitus populi regnator iberi
Cui ſponſa et ſponſæ defixus in oſſibus ardor
Hanc notam formæ conceſſit lætus ouanſque
Indelibata gaudenti uirgine donum.
Tum uacui curis uicino littore menſas
Inſtituunt: feſtoque agitant conuiuia ludo.
Lælius affatur: macte: o uenerande pudici
Ductor macte animi cædat tibi gloria lauſque
Magnorum heroum celebrataque carmine uirtus
Mille myceneas qui traxit in æquora proras
Rector: et inachus qui theſſala miſcuit arma
Fœmineo ſocium uiolauit fœdus amore.
Nullaque tum phrygio ſteterant tentoria campo
Captiuis non plena thoris: tibi barbara ſoli
Sanctius iliaca ſeruata eſt phoebade uirgo.
Hæc atque his paria alterno ſermone requirunt:
Donec nox atra circundata corpus amictu
Nigrantes inuexit equos: ſuaſitque quietem.

&. ccc. uaſoꝝ argétoꝝ magnus numerus oía data fuerút. C. Flaminio quæſtori. Scipio duo milia opificú populo roma. aſcripſit. Patribus: ærario populi ro. Bello: ad bellú: hæc íquit ſeruata ſunt ærario cætera præda militibus data eſt. Regi diuum: ioui capitolino. Quin ét accitus: captiua eximiæ formæ ſcipio ni oblata é a militibus quæ oíum oculos in ſe conuertebat quacúque iret: cú ſci pio cognouiſſet deſponſatam eé pricipi celtiberorum cui luceio nomen erat ex templo parentibus. ſponſoque e domo accitis uirginem intactá reſtituit: & cum parétes aurum attuliſſent pro redéptio ne puellæ uocato ad ſe luceio. ſuper do tem inquit quam accepturus a ſocero es hæc tibi dona accedent aurumque tolle re ac ſibi habere iuſſit: quo bñficio adeo ſibi obnoxium reddidit luceium: ut cú mille &. cc. equitibus intra paucos dies ad romanú ducé redierit. Indelibata: intacta. Gaudenti: luceio. Macte o uenerande pudici: uerba lælii í laudem ſcipionis continentia pudicitiaque clari taxatque intemperantiá agamemnonis qui bryſeida abſtulit achilli. cedat iam tibi Lælius inquit uirtus heroum: quos tu omni genere uirtutis facile ſuperas.

Carmine. ſ. homeri: q agamemnona. Menelaum: Achillem. cæteroſque cele brauit heroas: qui tempore belli amori bus detinebantur: & captiuis non abſti nuerunt. Rector: agamemnon qui my cenis regnauit. Inachiis: argiuis & pelo ponneſſiacis. Inachus fuit rex argorum. Theſſala arma: pp achillem theſſalú & alios: & ſic uult ítelligere agaménoné armaſſe totam græciá: ut raptú helenæ ulciſceretur. Socium fœdus: quoniam abſtulit bryſeida achilli: qui capta leſbo diomedeá phorbantis regis filiá abdu xit. Idem capta lirneſſo urbe cylicú Aſty nomen chryſei filiá: deinde expugnata pedaſo hippodamiá filiam briſei unde briſeis patronymicú. Aſtynome agamé noni data eſt: cuius pr̃ ſacerdos ſmithei apollinis fretus relligione cum ſimula chro dei ſupplex uenit in caſtra græcorum. ferens etiam prætiú redemptionis. cum omnis lachrymis mouiſſet ſuis: cenſerentque græci reddendam eſſe filiam ſolus Agamemnon obſtetit. hac tandem re ſtituta briſeida ut ſtomachú achilli faceret uoluit. Captiuis toris: puellis raptis ab hoſtibus. Aiax ha buit Tegmeſſam filiá theatrantis. Barbara: hiſpana. Sanctius: ícorruptius & maiore cótinétia q̃ ſer uauerit agaménon caſſandrá ueſtæ ſacerdoté. Phebade iliaca: caſſandra troiana quæ templo ueſtæ præerat: quæ capta troia data eſt agamemnoni quæ cum eſſet fatidica & ab apolline diuinádi peritia donata phebas appellata eſt: de qua Ouidius. Teque Myceneo phebas amata duci. ethra obtigit demo phonti: clymene achamanti. Andromache neptolemo: hecuba ulyxi: polyxenam manibus paternis pyrrhus inferias dedit. ſanctius inquit tu ſeruaſti barbaram uirginem q̃ alii ſeruent uirginé ueſtalem.

Emathio interea tellus ætola tumultu.
Feruebat macetum ſubitis perculſa carinis.
Proximus huic hoſti dextras iungebat acarnam
Cauſa noui motus penis regique philippo
In bellum auſonium ſotiatæ fœdere uires.
Hic gente egregius ueteriſque ab origine regni
Eacidum ſceptris proauoque tumebat achille.
Ille:et nocturnis conterruit oricon armis.
Quaque per illyricum taulantius incola littus.
Exiguos habitat non ullo nomine muros
Turbidus inceſſit telis ille æquore uectus
Nunc et pheacum teſprotiaque arua laceſcens
Epirum caſſis luſtrabat futilis auſis.
Hinc et anactoria ſigna oſtentauit in ora.
Ambracioſque ſinus pelleaque littora bello
Perfundit rapido:pepulit uada feruida remis
Leucate:et phœbi uidit citus actia templa.
Nec portus ithace laertia regna ſamenque
Liquit inaceſſam:fluctuque ſonantia cano
Saxa cephalenum et ſcopuloſis neriton aruis.
Ille etiam pelopis ſedes et achaia adire
Mœnia gauiſus triſtem calydona dianæ.
Oeneaſque domos:curetica tecta ſubibat.
Promittens contra heſperiam ſua prælia grais
Tum luſtrata ephyre patreque:et regia pleuron.
Parnaſuſque biceps:phœboque loquentia ſaxa.

Emathio īterea:nūc canit bellū geſtū aduerſus Acarnanes & philippū macedoniæ regē hoc ſupra
propoſuerat.& macetū luſtrare domos & achaia rura.M.claudio Marcello.T.Quītio chriſpio conſ.
philippus contra ætolos īplorātibus auxilium acheis bellū gerit.romani miſſo ſulpitio & ſocio Attalo
rege ætolos defendunt & græcos. Emathio:macedonico emathia dicta eſt macedonia ab emathiōe.
Tellus ætola:ætolis intulit bellum philippus rex macedonū.Acarnanes ſunt finitimi ætolis:quoꝝ
fines diuidit achelous. Subitis carinis:miſſis a philippo cui ætoloꝝ defectio ad romanos pellæ hye/
māti nūtiata ē:q ſubitā expeditionē pa
rauit:& cū.c.xx.biremibus apolloniā &
oricon īuaſit. Cauſa noui motus:qm̄ e
rat fœdus īter Annibalē & philippū:ut
magna claſſe ī italiā traiiceret:& mari/
timā orā depopularetur.bellū pro pte
ſua terra marique gereret ubi debellatū
eēt italia oīs & roma carthaginenſiū eēt
prædaque oīs ānibali cederet ꝑdomita
italia nauigarent.ī græciā bellūque cū
quibus regibus placeret gererent:quæ ci
uitates ad macedoniā uergunt philippi
eiuſque regni eēnt.iō philippus & Acar
nanes mouerūt bellū ætolis romanorū
amicis. Auſoniū:romanū & italū. Gē
te egregius:deſcribit originē:& ſemina
philippi. Aeacidum:epyrotaꝝ.æacide
pronepotes Achillis ex epyrro ubi regna
uit pyrrhus achilleides. philippus ma/
ternū genus ab Achille ducebat. Tume
bat:elatus erat & ſupabat īſcribens gene
ri ſuo achillē uiꝝ fortiſſimū. Noctur/
nis armis:philippus apolloniā prius tē/
tauit leuibus biremibus.c.xx.flumīe ad
uerſo ſubuectus.īde ad oricū oppidum
ætoliæ in finibus uerſus macedoniā no
cte admouit exercitū:quā urbē ī plano
ſitā:neque mœnibus neque uiris neque
armis ualidā prio īpetu oppreſſit. Tau
lantius:Taulātii dicti ſunt ut Appianus
ait a Taulantio filio illyri a quo illyrici
nominant̄. Non ullo noīe:ideſt igno/
bilia oppida & nulli noīs inuaſit philip
pus & cœpit. Pheacū:pheaces hītatores
ſunt corcyræ īſulæ claræ hortis alcynoi
Teſproti & chaones ſunt populi epyri.
Caſſis auſis:uanis & fruſtra quippe ni
hil ꝑfecit. Anactoria ora:epyrotica A/
nactoriū urbs maritima opus moloſſoꝝ
eratque tūc ditionis ætoloꝝ. Ambracia
urbs ad mare dicta ab Ambrace rege:a
qua ſinus ambracius. Pellea:macedonica pella oppidū in finibus macedoniæ pr̄ia Alexandri magni.
Leucatæ:leucata ē promontoriū epyri:& actiū in quo erat tēplū apollinis: Virgilius: Et formidatus
nautis aperit̄ apollo.Ithaca inſula pr̄ia laertis patris Vlyxis.ſame inſula eſt prope ithacam.cuius me
minere Homerus & Virgilius. Cephalenum:cephalenia inſula ſaxoſa.quondam melena dicebatur
Neritus ut dicunt coſmographi & Homerus canit in odyſſea mons eſt ithacæ.Neritum pro inſula po/
ſuit Virgilius.Et Neritos ardua ſaxis:quem ſequitur ſyllius.loquitur enim nunc de inſulis. Pelopis
ſedes:peloponneſum ubi regnauit pelops tantali filius.achaia incipit ab iſthmo peloponneſi.calydō
urbs caput ætoliæ īuiſa dianæ:quæ irata calidonibus īmiſit aprum:qui totam prouīciam deuaſtauit.
Virgilius conceſſit in iras ipſe deum antiquam genitor calydona dianæ. Triſtam:inuiſam. Oeneas:
ætolas ab oeneo patre tydei rege ætoliæ. Curetica tecta:curetes ætoliam incoluerunt.puliſque fuere
In acarnaniam ab ætolis duce ætolo.unde ætolia denominata eſt. Heſperiam:italiam. Grais:græ/
cis quos ſollicitabat ad bellum contra romanos. Ephyre:corinthus in capite iſthmi patre urbs in
promontorio peloponneſi ſita ex aduerſo ætoliæ.pleuron urbs ætoliæ regna regum ætolorum.
duplex fuit noua & uetus. Parnaſus: mons eſt phocidis in quo erant delphi oppidum cum
oraculo Apollinis.ideo ait ſaxa ſonantia phœbo.duo habet cacumina parnaſus. Saxa: Trogus
ait libro uigeſimo quarto. Templum Apollinis delphici poſitum eſt in rupe undique pendenti.

Ac ſæpe:quis:inquit philippus reuocaretur ad p̄riam bello laborãtem tñ non ceſſabat uagari p oẽm græciã oſtentando belli umbrã & ſimulachꝝ. Oreſtes ſarmaticus:rex ſarmatarꝝ q macedoniã īfeſtabat priuſq̄ decederet ab achaico bello philippus reliquit ſupra duo milia oīs generis armatorum ſub Menippo & Polyphonte q preſto ſociis eēnt ſi res poſceret cũ ipſe ad Macedoniã ꝓperaret pueniſſetque demetriadem alius uenit nuntius afferens de motu dardanoꝝ qui ſarmatis ꝓpiqui ſunt. Aſpera uis:multitudo crudelis. Exundaſſet:ſeſe effudiſſet. In agros dolopũ:theſſalos.nã dolopes fuerũt in theſſalia:militaruntque ſub pyrrho Achillis filio. Vmbrã:ſimulachꝝ belli:more quippe latronis uagatus fuerat.

A c ſæpe ad patrios bello reuocante penates
C um modo ſarmaticus regna infeſtaret oreſtes:
A ſpera nunc dolopum uis exundaſſet in agros
I ncepto tamen haud facilis deſiſtere uano
B elli per graias umbram circuntulit oras.
D onec nunc pelago nunc terra exutus omiſit
S pem poſitam in tyriis:et ſupplex fœdera ſanxit
D ardana:nec legem regno accepiſſe refugit.
T unc et tyndarii latias fortuna tarenti
A uxit opes:laudemque ſimul:nam perfida tandem.
V rbs fabio deuicta ſeni:poſtremus in armis
D uctoris titulus cauti ſollertia tutum
T um quoque adepta decus captis ſine ſãguīe muris;
N anque ut compertum qui punica ſigna regebat:
F œminea exuri flamma:tacituſque quiete
E xin uirtuti placuit dolus:iræ ſorori.
N am caſtris erat in rutulis germanus amate
C ogitur et magnis muliebria uincere corda
P ollicitis:ſi recluſas tranſmittere portas
C oncedat libycus rector uotique potitus.
E uicto fabius peno circundata telis.
I ncuſtodita penetrauit mœnia nocte.
S ed quis nam auerſos phœbũ tũc iungere ab urbe:
R omuleia dubitaret equos?qui tempore eodem.
M arcellum acciperet letum oppetiiſſe ſub armis?
M oles illa uiri ualidaque habitata gradiuo.
P ectora:et haud ullis unq̄ tremefacta periclis
H eu quantum annibalem clara fractura ruina
P rocubuere:iacet campis carthaginis horror
F orſan ſcipiade confecti nomina belli
R apturus:ſiquis paulum deus adderet euo.

Donec nunc pelago:uictus fuit philippus tandẽ:& cum.M.Valerius claſſem ad oſtium fluminis duceret:ne nauibus rex fugeret.philippus uidens ſe īparem romanis & nauali & terreſtri certamine incenſis nauibus terra macedoniã petiit magna ex parte inermi exercitu ſpoliatoque. Tyriis:carthaginenſibus & Annibale. Sanxit fœdera.p.cor. ſcipione .p.licinio craſſo conſ.p.p.Sem. Tuditanum cũ philippo pax in fine ãni facta ẽ Iam finis quartidecimi anni belli punici erat.& ſtati idem Sempronius &.M. cethegus cõſulatum inuenit. Initiũque anni.xv.erat. Nec refugit:nõ eſt aſꝑnatus acciper̄ legem romanoꝝ. Regno.ſ. ſuo:ideſt nõ refugit conditiones impoſitas ſuo regno. Tunc & tyndarii: nunc narrat poeta quo pacto Fabius tarẽtum recuperauit. Tyndarii: lacedemonii a Tyndaro patre Lædæ reginæ laconiæ.

Latias opes:ingens præda tarẽtina fuit argenti facti.ſignatique auri.lxxxiii. milia pondo.ſigna.tabulæ.prope ut ſyracuſarum ornamenta æquauerũt:ſed & maiore animo generis eius præda abſtinuit Fabius q̄ Marcellus. Fabio ſeni ad differentiam filii.Qu.Fabio Maxĩo .V.Qu.Fuluio Flacco.iii.cõſ. tarẽtum receptum fuit. Sollertia:ſumma diligẽtia. Tunc quoque: q̄admodum prius fregerat Annibalem aſtu. Nanque ut compertum:ſine cæde ſuoꝝ & tarẽtinorum Fabius uoti compos fuit. præſidiũ britiorum ab Annibale relictũ tarenti erat.eius præfectus mulierem ardebat: cuius frater ſub Fabio militabat. Is certior factus a ſorore conſuli Fabio rẽ narrauit:qui iuſſit ut trãſfugam ſimularet: & ſic per ſororem præfecto conciliatus eum muliebribus illecebris ad proditionem loci cui præerat allexit.Inde ad cõſulem noctu rediens acta retulit.Fabius noctu ſtalas admoueri iuſſit ad eam partem in qua brutii erant quibus adiuuantibus in urbem tranſcẽſum eſt: Autores proditionis cæſi ſunt:& cartalo dux punici præſidii obtruncatus.& multi brutii per errorem. Virtuti:ipſius Fabii.

Rutilis:romanis. Sed quis nam auerſos:nũc deſcribit mortem Marcelli: qs inquit dubitaret intelligens eodem tẽpore cecidiſſe Marcellum fraude punica ſolem auertiſſe ſuos radios & equos ab urbe roma: quaſi dicat.Nemo dubitaret.nam ipſa numina romanis aduerſa erant cum paſſa ſint tantum ducem tali tẽpore ruere. Calido gradiuo:feruẽti marte.Laus marcelli a fortitudĩe īſubeũdis laboribus & ꝑiculis:

Collis agenoreum: inter caſtra romana & punica collis erat ſyluestris a neutris primo occupatus in hunc collē Annibal inſidias locauit Marcellus & chriſpinus collega cum ad loca exploranda proficiſcerentur, uolebant enim tumulum occupare: ne tanq̄ in ceruicibus hoſtem haberent: cum in inſidias incidiſſent Marcellus haſta tráſfixus cecidit. collega duobus iaculis ictus cum adoleſcēte filio Marcelli etiam ſautio euaſit. Agenoreum uallum: caſtra punica a romanis. Mauors: bellum. Marcellus: & Chriſpinus conſules in apuliam ſe contulerunt. Annibal ex brutiis apuliam petiit: & ſic omnis belli moles erat in apulia. Geſtit mens: apud Liuium ſic loquitur Marcellus quī imus ipſi cum paucis equitibus exploratum ſubiecta res oculis noſtris certius dabit conſilium. Luſtrare: explorare. Sedere: placuere. Iā dudum: ſtatim. Præmaturus: ante legitimum tempus bellicis laboribus aptus.

Vrbe ſicana: ſyracuſis. nam ibi militauit ſub patre. Meo uultu: ferocia & ardore meo ſimili. Sāguineos rores: hoc fuit prodigium infauſti itineris. nam Marcellum non proſpere litaſſe aruſpices dixerunt. Lethiferi: in quo Marcellus cecidit. Annibal aliquot Numidarū turmas in medio ſaltu condiderat: quorum interdiu nemo a ſtatione mouebatur ne aut arma. aut ipſi procul aſpicerētur. Quod debeat ſuperis: quoniam erat prope mortem. in uita debemus ſuperis: poſt mortem minime: ut poetice loquar. Virgilius de pallante mortuo ait: Nos iuuenem exanimum: & nil iam cæleſtibus ullis Debentem uano mœſti comittemur honore. Latias leges: iura romanorum & imperium. Columē ſalus: & fulchrum romani imperii.

C ollis agenoreum dirimebat ab aggere uallum
A uſonio: dauni mauors conſederat aruis.
C urarum comes et ſummi chriſpinus honoris
M arcello ſotius communia bella ciebat
A d quem marcellus geſtit luſtrare propinquas
M ens ſiluas medio uiros imponere monti:
N e libys occultis tumulum prior occupet auſis:
S i cordi eſt te participem chriſpine laboris
E ſſe uelim nunq̄ deſunt conſulta duobus.
H æc ubi ſedere: ardentes attollere ſeſe.
I am dudum certant ī equos: marcellus ut arma
A ptantem natum aſpexit: letumque tumultu:
V incis ait noſtros mirando ardore uigores
S ic præmaturus fœlix labor: urbe ſicana
Q ualem te uidi. non dum permitteret ætas:
C um tibi bella meo tractantē prælia uultu.
H uc decus huc noſtrum lateri te iunge paterno:
E t me diſce nouū martem temptare magiſtro.
T um pueri colla amplectens ſic pauca profatur:
S umme deum libyco ſaxis de præſide uictor.
H is humeris tibi opima feram: nec plura ſereno
S anguineos fudit cum iuppiter æthere rores
A tque atris arma aſperſit non proſpera guttis.
V is dum finitis intrarant uocibus arctas.
L etiferi collis fauces: cum turba uolucres
I nuadunt nomades iaculis: nīboque feruntur
E therio ſimiles ceca fundente latebra
A rmatos in bella globos: circūdata poſtquam
N il reſtare uidet uirtus: quod debeat ultra
I am ſuperis: magnum ſecū portare ſub umbras
N omen mortis auet tortæ nunc eminus haſtæ
A ltius inſurgit: nunc ſeuit cominus enſe.
F orſitan et euaſſet rapidi freta ſeua pericli
N i telum aduerſos nati eueniſſet in artus.
T um patriæ tremuere manus: laxataque luctu.
F luxerunt rigidis arma īfelicia palmis.
O buia nudatum tranſmittit lancea pectus.
L abenſque īpreſſo ſignauit gramina mento.
A t poſtq̄ tyrius ſeua iter prælia ductor
I nfixum aduerſo uidit ſub pectore telum:
I mmane exclamat: latias carthago timere
D eſine iam leges: iacet exitiabile nomen
A uſonii columem regni: ſed dextera noſtræ

Magnanima uirtus caret iuidia: qm̃ magnanimus & prudens nõ inuidit: iuidemus qppe maioribus at uir magnus hẽt inſe omnẽ pfectionẽ: & ideo honorẽ alicui inuidere non debet. Supbæ: inclytæ & magnæ. Alterius cõſulis: chriſpini q euaſit uulneratus: & paulo poſt deceſſit. Signa: caſtra romana annibal reliquias Marcelli ĩ argẽteo uaſe filio remiſit. Iberis: nũc tranſit ad hiſpanias ubi Scipio fulminabat. Orſũ: ĩcepiſſe pugnam magnis auſpiciis ſtatim expugnata carthagie. Patria fulmina: qm̃ habebaẽ iouis filius. Conſũpto ãno: hoc dicitur ad laudem Scipionis, nã octauo menſe ſagunthum expugnauerat maiora igiẽ erant auſpicia Scipionis q uno die carthaginẽ expugnauit munitiorem ſaguntho uiris: & opibus. Proximus applicito: Scipio totam hyemem reconciliandis barbarorũ aĩs conſumpſit primo uere aſdrubal cũ hoſtiũ res tantis incrementis augeri cerneret ſuas uero imminui ac fore ut niſi audendo aliquid moueret ut omnes ruerẽt, dimicare q̃primum ſtatuit. Saxoſis ſyluis: proxime inquit Liuius carthaginenſium exercitus aſdrubalis prope urbẽ betuliam erat pro caſtris equitum ſtatõẽs habebat. romãi caſtra poſuerũt prope aſdrubal nocte in tumulũ copias recepit plano campo ĩ ſummo patentẽ.

Applicito: adiuncto aggere caſtrorum ſyluis. Tendebat: tentoria explicabat & locabat caſtra. Vir. hic ſeuus tẽdebat achilles. Spirans: referens annibalem uidebatur alter annibal ſupra dixit: & fratrem ſpirat in armis. Hinc robur: deſcribit milites aſdrubalis. Rebellibus: fedifragis. Volucri: ueloci ad curſum, de aſturibus & cantabris: & mauris dictum ẽ. Tantaque: ſenſus, tanta erat maieſtas aſdrubalis in hiſpania: quanta in italia annibalis. Forte dies priſcũ: aſdrubal cum carthaginis natalem celebraret a Scipione turbatus eſt: ſic romani natalem urbis, x, calen. maias lauro tota urbe redimita celebrabrãt. Tyrii ſolẽnis: tyriæ celebritatis: & natalis carthaginis quæ erat libyæ caput, ſolemnia ſacra dicuntur: quæ certis temporibus anniſque fieri ſolent. Orſi: incipientes iecere fundamenta carthaginis. Mapalibus: domibꝰ. Altæ: claræ & multi nominis: erat enim æmula romani ĩperii.

Signis: uexillis & militibus: ſic apd̓ romanos coronabãtur omnes lauro ad qd̓ alludit poeta. Pacificãs: ſacrificans: & placãs deos p̃rios ſacrificando. Lena: ueſtis q̃ ãnibali donauerat hieronymus ſyracuſanus d̓ quo ſupra. Federis: qd̓ pcuſſit cũ ãnibale: & carthaginenſibus.

Rex: hieronymus poſt mortẽ hieronis.

Tam ſimilis non obſcuras mittatur ad umbras
Magnanima inuidia uirtus caret: alta ſepulchri
Protinus extruitur: cæloque educitur ara.
Conuectant ſiluis ingentia robora credas.
Sidonium cecidiſſe ducem: tum thura dapeſque
Et faſces clypeuſque uiri pompa ultima fertur.
Ipſa facem ſubdens laus inquit parta peremnis.
Marcellum abſtulimus latio: deponere forſan
Gens italum tandem arma uelit: uos ite ſuperbæ
Exequias animæ: et cinerem donate ſupremi
Muneris officio: nunq̃ hoc tibi roma negabo
Alterius par: atque eadem fortuna laborum
Conſulis exanimum ſonipes ad ſigna reuexit.
Talia in auſonia: ſed non eſt talis iberis.
Armorum euentus campis: carthaginis omnes
Per ſubitum rapte pernix uictoria late
Petruerat gentes: ducibus ſpes una ſalutis
Si ſocias iungant uires: ingentibus orſum
Auſpiciis iuuenem: patriæ ceu geſtet in armis
Fulmina: ſublimi uallatam uertice montis
Ex oculis urbem cumulatam ſtrage uirorum:
Non toto rapuiſſe die: qua martius ille
Annibal interea conſumpto uerterit anno.
Nec pube equandam nec opum ubertate ſagunthũ.
Proximus applicito ſaxoſis agere ſiluis
Tendebat fratris ſperans ingentia facta
Aſdrubal: hinc robur mixtuſque rebellibus afris
Cantaber: hinc uolucri mauro pernitior aſtur.
Tantaque maieſtas terra rectoris ibera:
Annibalis quantus laurenti terror in ora.
Forte dies priſcum tyriis ſollemnis honorem
Retulerat quo primum orſi carthaginis altæ
Fundamenta nouam cepere mapalibus urbem.
Et letus repetens gentis primordia ductor
Feſta coronatis agitabat laurea ſignis.
Pacificans diuos: fraternum lena nitebat.
Demiſſa ex humeris donum: quam fœderis arcti
Trinacrius libyco rex inter munera pignus

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Eoliis tyrannis:ſiculis.nā prope ſiciliā ſunt eoliæ inſulæ:in hac ueſte regali erat raptus ganymedis: & antrum polyphemi q ſocios Vlyſſis deuorauit ut canit Homerus ī odyſſea. Acus:inſtrumētū quo aurum intexitur. Corpora:duos ex Vlyſſis ſociis polyphemus ita terræ alliſit ut cerebro paſſim hu-mum ſpargeret.Inde membratim diſcerptos cænam parauit. Laertia pocula:uinū quod Vlyſſes p pinauit:q proficiſcens ad antrum polyphemi ut canit Homerus in nono odiſſeæ utrē uini ſuauiſſimi ſecum tulit: quod maro iſmari accola ſacerdos apollinis dederat:cum polyphemus duas in cæna ca-pras deuoraſſet ei poculum uini ulyſſes blandis uerbis obtulit: quo guſtato.ter iuſſit ad ſe deferri & exhilaratus de no mine quæſiuit callidus ulyſſes neminē ſe uocari reſpōdit:neminē inquit poly-phemus ultimum comedam. Tyrius: aſdrubal conſpicuus lena auro intexta.

Siculi ſubtegminis:ueſtis ſiculæ: ſubte men proprie dicit quod ſubit ſtamini ī tela. Quadrupedante: currenti inter ſacra nunciatū ē aſdrubali hoſtem ad uentare. peni clauſerunt ſe uallo ſequē ti die prodiere ad pugnā. Audax ſabu ra:hic irruens in Scipionē tranſfixus ab eo fuit haſta cornea. Prima hoſtia:ex-clamatio ſcipionis ad manes paternos: qbus iam mactauerat ſaburam.ide hor tatur ſuos ad pugnā: & decorum roma-ni noīs ſeruandum. Spirantibus duci-bus uiuis Scipionibus p̄re:ac patruo ſub quibus militaſtis:& aīos militū emeret & captat:cū dicit eos ducibus operā na-uaſſe ſuis. Incūbunt: ruunt in pugnā: lenas erat ex romanis Maro: catilina:& Vaſidius. Inceſtū thalamo germanæ: qui ſororem inceſtu polluerat. Regna tor:qui regnabat in libya. Te quoque: laudat lelium poeta ab eloquentia:& p-ſtantia rei militaris:atque uehementia in perſuadēdo:ſed alludit poeta:ad.C. Lælium huius nepotem:& amicū aphri cani minoris:de quibus ſic ait Cicero in Bruto:ſed &. C. Lælius &. P. Aphrica-nus imprimis eloquentes fuerūt:quorū extant orōnes ex quibus æſtimari de in geniis oratorū poteſt. de maiore aphri-cano ait: ipſum Scipionē accepimus nō īfantem fuiſſe. Dardaniæ:romæ. Py liæ ſenectæ:neſtoreæ. Neſtor nelei fili-us ſuauiter loquebatur nam ex eius ore ut canit Home. dulcior melle fluebat horatio. Suſpēſi:dubii. Ducebat cor da:mouebat eos ad quēcūque uolebat effectum: erat enim uehemens orator: ſed ad alium ut dixi ſapientem: & elo-quentē Lælium alludit. Cantu: ſuaui tate cantus. Perſtrinxerat:tetigerat au res clangor tubarum.i.cū erat pugnan-dū. Liqueret:cōſtaret oībus:& pateret.

Miſerat:eoliis geſtatum īſigne tyrannis
Aurata puerum rapiebat ī ethera penna
Per nubes aqla:ītexto uibrata uolatu.
Antrum īgens iuxta quod acus ſimulauit ī oſtro.
Cyclopum domus:hic recubans manātia tabo
Corpora letifero ſorbet polyphemus hiatu.
Circa fracta iacent:excuſſaque morſibus oſſa.
Ipſe manu extenta laertia pocula poſcit.
Permiſcetque mero ructatos ore cruores.
Conſpicuus ſiculi tyrius ſubteminis atte
Gramineas pacem ſuperum poſcebat ad aras.
Ecce īter medios hoſtilia nuntius arma
Quadrupedante īuectus equo aduentare ferebar.
Turbatæ mentes:īperfractuſque deorum
Ceſſit honos:ruptis līquunt altaria ſacris:
Clauduntur uallo:tenuemque ut roſcida miſit.
Lucem aurora polo rapiunt certamina martis
Audax ſcipiade ſtridentem ſabura cornum
Excepit:geminæque acies uelut omine motæ.
Exclamat latius ductor:prima hoſtia uobis.
Sacrati manes campo iacet:en age miles
In pugnam et cedes qualis ſpirantibus ire.
Aſſueras ducibus:talis rue:dumque ea fatur
Incunbunt myconum lenas:cirtāque latinus.
Et thyſdrum maro:et inceſtum catilina nealcem
Germanæ thalamo obtruncat:cadit obuius acri
Cartalo uaſidio libycæ regnator arenæ.
Te quoque cyrenes uidit conterrita tellus
Permixtum penis:et uix credenda furentem
Magnum dardaniæ leli decus:omnia fœlix
Cui natura dedit.nullo renuente deorum.
Ille foro auditus cum dulcia ſolueret ora:
Equabat pyliæ neleia uerba ſenectæ
Ille ubi ſuſpenſi patres et curia uocem
Poſceret:ut cantu ducebat corda ſenatus.
Idem cum ſubitum campo perſtrinxerat aures
Murmur triſte tubæ:tanto feruore ruebat
In pugnam:atque acies ut natum ad ſola liqueret.

Sine laude:qm̄ & in toga:& ī caſtris officio fungebat':& actiones ſtudioſas nunq̄ omiſit: ſiue togatus ſiue armatus. E furtiua luce:uita q̄ furto quodā habuerat.nam cū debuiſſet mactari ad aras punicas de more alium mater ſuppoſuit. Vnde uita ipſius erat furtiua:ſed numen hanc fraudē diu non perpectauit rapta pecunia ut ſcribit Liuius. Frondoſi collis:cæſa fuerūt ī hac acie ad octo milia hominum aſdrubal aleam pugnæ non expectauit rapta pecunia ut ſcribit Liuius p̄miſit elephātos quāplurimos potuit:tagoque ſuperato ad pyreneum contēdit.Scipio caſtris hoſtiū potitus eſt.præter libera corpora omnē p̄dam militibus conceſſit: hiſpanos ſine p̄tio dimiſit: pœnos quæſtorē uendere iuſſit. Nepotē Maſiniſſæ captiuū liberauit: & ueſte:& equo donatū auunculo remiſit.deinde reliquū æſtatis conſūpſit ī recipiendis in fidem hiſpaniæ populis.nomenque regium r̄cuſauit cū rex ab hiſpanis appellaretur dicens ſibi maximū nomen imperatoris eē quo ſe ſui milites appellaſſēt.regiū nomen alibi magnum romæ intolerabile eē. Collis:prope quem pugna fuerat.Inde ad pyreneum contendit.

Dimiſſa in colles pugna: hoc erat edictum ut dimiſſa pugna omnes aſcenderent colles & pyrenea iuga. Exuto honore armoꝝ:depoſitis armis propriis & ſumpta parma hiſpani militis abiit ad pyrenē. Celatus:incognitus propter arma mutata uidebatur quippe hiſpanus miles. Palantia:paſſim diffuſa. Non urbe recepta:tāta præda fuit in caſtris q̄ta non fuiſſet ī aliqua urbe:& præda retinuit iras militum a cæde.non enim īſequuti ſunt hoſtes fugientes.& ita futurum p̦uiderat aſdrubal & de induſtria opulēta caſtra reliquit ut ipſe cum ſuis euaderet ut facit fiber q cū uidet ſe peti a uenatoribꝫ teſtes deponit dētibus.ob quos petit'.Vnde Iuue.imitatus caſtora q ſe eunuchū ipſe facit.cupiēs euadere dāno teſticulorū.Adeo medicatum ītelligit inguē. Cauſa pericli:qm̄ gnarus ē ſe ob inguina peti. Auius:fugiēs. Vmbris:nemoribus & ſyluis. Maiora petunt': Scipio nō eſt inſequutus hoſtē fugientē:ſed retro uertit iter: ut hiſpanos pœnoſque domaret: erexitque trophe-um in pyreneo iugo cum titulo quem ī clypeo ſcripſerat Scipio dicat marti ſpolium aſdrubalis. Vir.de ænea: & rem carine ſigno.æneas hæc de danais uictoribus arma. Certior:q̄ aſdrubal qui fugiebat & ſyluarum auxilio ſe tutabatur.

Interea:dum Scipio flexit iter retro aſdrubal pecuniis animos gallorū ad bella ſollicitauit. Bebricia aula: pyrenea. Bebryx fuit pater pyrenes ut dictum eſt & tenuit illos montes. Largus:non parcens pecuniis in emēdis militibus. Prodigere:effundere. Præmiſſa: nā præmiſerat pecuniæ magnā uim: & elephātos aſdrubal. Aīos:audaciā aſdrubalis.

B ella:nihil uitæ peragi ſine laude placebat.
T unc e furtiua tractantem prælia luce
D eiecit galam:ſacris carthaginis illum
S uppoſito mater partu ſubduxerat olim.
S ed ſtant nulla diu deceptis gaudia diuis
T unc alabim murrū atque dracē demiſit ad ūbras.
F œmineo clamore dracē extrema rogantem
H uius ceruicem gladio inter uerba præceſque
A mputat: abſciſo durabant murmura collo.
A t non ductori libyco par ardor in armis
F rondoſi collis latebras ac ſaxa capeſſit
A uia nec cedes extrema ue damna mouebant
A gminis italiam profugus ſpectabat et alpes
P ræmia magna fugæ:tacitum dat teſſera ſignum
D imiſſa in colles pugna ſiluaſque ferantur.
D iſperſi:et ſummam quicunque euaſerit arcem
P yrenes culmenque petat:tum primus honore
A rmorum exuto et parma celatus ibera
I n montes abit: atque uolans palantia linq̄t
A gmina:deſertis latius uictricia ſigna
I mmittit miles caſtris non urbe recepta
P lus ulla partum predæ tenuitque moratas
A cede ut libycus ductor prouiderat iras.
F luminei ueluti deprenſus gurgitis undis
A uulſa parte īguinibus cauſaque pericli
E natat intento predæ fiber auius hoſte.
I mpigere occultis penus poſtq̄ additur umbris
S axoſæ fidens ſiluæ:maiora petuntur
R urſus bella retro:et ſuperari certior hoſtis
P yrenes tumulo clypeum cum carmīe figunt
A ſdrubalis ſpolium gradiuo ſcipio uictor:
T errore iterea poſito tranſardua montis
B ebricia populos armabat penus ī aula
M ercandi dextra largus:belloque pata:
P rodigere ī bellum facilis præmiſſa feroces
A ugebant aīmos argenti pondera et auri.

Metalliferis:hiſpania aurifera :de metallis hiſpanis dictú eſt. Longo diſcrimine:bello. Hinc:propter hanc pecuniæ uim. Venales:qm̃ pecunia alliciebanť & facti ſunt aſdrubalis ſtipẽdiarii.

Pigerrimus undæ:quoniá leniter fluit arar.ſupradixit:auget opes ſtãti ſimilis de rhodano:& arari loquens. Affecta: finita & iam ineunte uere,affecta ꝑprie ut ſcribit gellius dicebanť ea quæ nõ ad finem ipſũ ſed ꝓxima fini progreſſa deducta ue erant. Quos roma inqt : uerba aſdrubalis mirantis romam non eſſe iam ſuperatam ab annibale qui alpium tantam molem tranſcẽderat: præcatur que ut annibal ſit incolumis tãta uirtute præditus. Læuus: iniquus nobis & ſiniſter. Vſque ad ſydera.i.ſuperaſſe alpes ad cælum erectas. Primordia belli:aduentum ipſius annibalis. Italo ſãguine:qm̃ cæſi fuerant Scipiones in hiſpania ſuperatique exercitus : & in italia magnas clades ediderat annibal. M. Liuio Salinatore.C.Appio Claudio Nerone conſſ.aſdrubal in italiam irrupit,

Ad mœnia:romana.ſ.ut fecerat annibal. Spicula:miſſa ab annibale & ſuis: cum fuit ad portam collinam. Eliſeis: punicis. His ſup. ultra querelas:& trepidatiõem romanorum ipſa italia quæſta eſt ſe a pœnis lacerari:& queritur de ſuperis:quos ait eſſe ingratos cum ipſa gremio ſuo ſaturnum profugum exceperit regnumque dederit . Aenotria: itala. Iuuenis:ãnibal. Extremo:hiſpano:& occiduo. Bacis:fructibus:qm̃ cæſæ erant arbores. Villarum : domorũ quæ ſunt in agris:& ruunt. Vaſtis oris: depopulatæ : deſolatæque italiæ . Vagus:inſtabilis ; & hoc propter numidas oĩa inqr ſupradicta mihi accedent niſi ego uno ſepulchro cõdidero oĩs pœnos q nũc arma in italiam moliuntur: & ſic portendit cladẽ aſdrubalis & ſuorum.

P arta metalliferis longõ diſcrimie terris
H ic noua complerunt haud tardo milite caſtra
V enales animæ rhodani q gurgite gaudent
Q uorum ſerpit arar per rura pigerrimus unde
I amque hyeme affecta miteſcere ceperat annus.
I nde iter igrediens rapidum per celtica rura
M iratur domitas alpes: ac peruia montis
A rdua: et herculeæ quærit ueſtigia plantæ:
G ermanique uias diuinis comparat auſis
V t uero uentum in culmen caſtriſque reſedit
A nnibalis:quos roma inquit quos altius oro
A ttolit muros?q poſt hæc mœnia fratri
V icta meo ſtent icolumes?ſit gloria dextræ
F œlix tanta precor neue uſque ad ſidera adiſſe
I nuideat leuus nobis deus:agmine celſo
I nde alacer qua munitum decliuis ab alto
A gger monſtrat iter properatis deuolat armis
N on tanto ſtrepuere metu primordia belli.
N unc geminum annibalem:nunc iactant bina coire
H inc atque hĩc caſtra :et paſtos per proſpera bella
S anguine ductores italo coniungere martem
E t duplicare acies:uenturum ad mœnia curſu
H oſtem præcipiti et uiſurum hærentia portæ
S picula eliſeis nuper contorta lacertis.
H is ſuper infrendens ſic ſecum enotria tellus
T anto ne heu ſuperi ſpernor contẽpta furore
S idoniæ gentis:quæ quondã ſeptra timentem
N ati ſaturnum noſtris conſidere ĩ oris
E t regnare dedi:decima iam hæc uertitur eſtas:
E x quo proterimur:iuuenis cui ſola ſuperſunt
I n ſuperos bella:extremo de littore rapta
I ntulit arma mihi:temeratiſque alpibus ardens
I n noſtros deſcendit agros:quot corpora texi
C eſorum ſtratis totiens deformis alumnis?
N ulla mihi floret bacis felicibus arbor.
I mmatura ſeges rapido ſucciditur enſe.
C ulmina uillarum noſtrum delapſa feruntur
I n gremium: fœdantque ſuis mea regna ruinis.
N unc ẽt uaſtis qui nunc ſeſe intulit oris.
P erpetiar miſeras querentem exurere belli
R eliqas: tum me ſcidat uagus afer aratro:
E t libys auſoniis commendet ſemina ſulcis.
N i cuncta exultant quæ latis agmina campis.

Vno condideri tumulo: dum talia uerſat
Et thalamos clauſit nox atra hoīumque deumque
Tendit amyclei præceps ad caſtra nepotis.
Is tum lucanis cohibentem finibus arma
Penū: uicini ſeruabat ceſpite ualli
Hic iuuenem aggreditur latiæ telluris imago
Clauſorum decus: atque erepto maxīa romæ
Spes nero marcello rumpe: atque expelle qetem
Magnum aliqd tibi: ſi patriæ uis addere fatis
Audedū eſt: quod depulſo quoque mœnibus hoſte
Victores feciſſe tremant: fulgentibus armis
Penus īundauit campos: qua ſena relictum
Gallorum a populis ſeruat per ſecula nomen
Ni propere alipedes rapis ad certamina turmas
Serus deletæ poſt auxiliabere romæ
Surge age fer greſſus: patulos regione metauri
Damnaui tumulis penorum atque oſſibus agros.
His dictis abit: atque abſcedens uiſa pauentem
Attrahere: et factis turmas propellere portis.
Rumpit flammato turbatus corde ſoporem:
Ac ſupplex gemmas tendens ad ſydera palmas
Tellurem noctemque et cælo ſparſa precatur
Aſtra: ducemque uiæ tacito ſub lumine phœbē.
Inde legit dignas tanta ad conamina dextras.
Quaque iacet ſuperi larinas accola ponti
Qua duri bello gens marrucina: fidemque
Exuere indocilis ſociis frentanus ī armis
Tum qua uitiferos domitat prætutia pubes
Leta laboris agros et penna et fulmīe et undis
Hybernis: et achemenio uelocior arcu
Euolat: hortator ſibi qſque: age: perge: ſalutem
Auſoniæ ancipites ſuperi et ſtet roma cadat ne
In pedibus poſuere tuis: clamantque ruuntque
Hortandi genus acer habet præcedere ductor.
Illum augent curſus adniſi equare ſequendo.
Atque idefeſſi noctemque diemque feruntur
Ac roma aduerſi tantum mala gliſcere belli
Accipiens trepidare metu: nimiumque neronem
Sperauiſſe quæri: atque uno ſibi uulnere poſſe

Verſat: loquit̃ ſecum italia. Thalamos: qm̄ quieſcunt aīata noctu: adiuit imago italiæ claudiū Neronē conſulē dormientē q iā bis uicerat annibalē: & ī apuliā inſequutus erat: ille metapontū aufugit: & hic ueſtigia p̄mebat ſequēdo. Amyclei nepotis: claudii neronis q originē a clauſo ſabino de quo dictū ē habebat amyclei dicit qm̄ lacedemonii mixti fuerūt cū ſabinis. Amicle oppidū ꝓpe ſpartē ī laconia. Clauſorum decus: oro imaginis italiæ ad claudium Neronem: clauſii prius inde claudii dicti ſſ̃. Erepto: cæſo. Si uis adder̃ fatis p̄riæ: ſi uis ut patria ſit incolumis: & libera. Quod depulſo: ſenſus ē: audendū id tibi ē quod poſtea uictor miraberis aīo uoluptās tantæ rei euentum ſi res ad uotum nō ſucceſſiſſet. Fulgētibus armis: narrat ad aſdrubalis aduentū in italiā. Inde docet qd ſit agendum ſuadens ab utili. Inundauit: impleuit. Sena: oppidū ī agro piceno nūc dicit̃ ſenogallia nomen habuit a gallis ſenonibus. Ni ꝓpere ꝓponit periculū: & ſimul oſtendit ab utili non eſſe cūctandū. ne p̄ria ruat quæ cæteris rebus bono ciui debet eē antiquior. Metauri: fluuii de quo dictū ē ad metaurū cecidit aſdrubal. Tumulis: ſepulchris carthaginenſium. Pauētem: Neronem timentē iuſſa: & educer̃ milites e caſtris ut ꝓperaret ī galliam ciſalpinam timebat. n. ne ānibal caſtra inuaderet: aliq codices habent uiſa: ut ſit uiſa eſt ipſa imago attrahere pauentem Neronem: & ꝓpellere turmas ex apertis caſtris. Phebē: lunā. Tacito lumine: Vir. Tacitæ ꝑ amica ſilentia lunæ. Inde legit: Nero ex oī exercitu ciuiū ſociorūque quod roboris erat delegit. vi. milia peditū & mille eqtes: ꝓnunciatque ſe uelle occupare ī lucanis proximā urbem ut ad iter p̄ſto parati eſſent: relicto Qu. Caſſio ad cuſtodiam caſtroꝝ ꝓfectus noctu flexit ī picenū p̄miſſis qui ꝑ agrū larinatē. marrucinū frentanū & ꝑtutianū neceſſaria pararent. Marrucini erant duri bello frentani cōſtātes. Prætutia uero uitifera. Supi pōti: maris adriaci. Achemenio: ꝑthico de achemeniis dictum eſt. Ancipites: dubii poſitū ē inquit o milites in ueſtra celeritate an roma ſtet īcolumis an pereat. Acer ductor: cōcitatus Nero utebat̃ hoc genere exhortationis præcedere: ſcilicet currēdo & milites ducem ſequebantur. Augent: erigunt in ſpem: & dāt illi animos cum eum ſtudioſe ſequerentur. At roma aduerſi: deſcribit trepidationem romanorum de profectione claudii neronis cuius audacia habitura erat famam ex euentu: romæ multum fuit terroris ac tumultus cum allatum eſt neronem relictis caſtris contendiſſe in galliam. terrebat etiam romanos ꝙ ſine auſpiciis tantam rem inchoaſſet. Vno uulnere: morte claudii neronis & ſi annibal caſtra oppugnaret abſente conſule: nam exercitu amiſſo nulla erat ſpes ſalutis exhauſta roma & deficientibus ſociis.

Iam rurſus: poſtq̃ annibal dicebant cognouerit diſceſſũ neronis: ueniet rurſus ad portas urbis. Deuia: remota: & longinqua a ſuo uallo. i. caſtris. Supbo fratri: ãnibali dicebãt ueniſſe aſdrubalé in italiá ut certaret cũ fratre cui nã d̃beret gloria romæ deletæ. Fremit: cũ fremitu & timore dicit. Amẽs: territus. Sub uno corde: una ſnia. omnes quippe idé ſentiebant: erigebant tamé contra aduerſa ut romanos decebat: & cõſultabãt q̃ rõne fortunæ urgentis tela declinarent. Seruitio: ſeruituti quæ uidebat imminere. Iniquos: ſiniſtros. Noctis opacæ: noctu caſtra Liuii Nero ingreſſus é ne aſdrubal ſentiret: & teſſera data eſt a Liuio p caſtra ut tribunus tribunũ: centurio centurioné: æques æqté: pedes pedité acciperet: caſtra Liuii ſalinatoris a caſtris aſdrubalis qngentis paſſibus diſtabãt. Belligeris quondã: deſcribit mores & ſtudia Liuii ſalinatoris q multis annis ante ex cõſulatu populi romani iudicio dãnatus fuerat: qd̃ adeo egre tulit ut & rus migraret & p multos annos: & oi cetu careret hoium octauo poſt dãnationé anno .M. Claudius Marcellus: &. M. Valerius leuinus cõſules reuocarũt ipſũ in urbé: ſed erat ueſte obſoleta capilloque: & barba ꝓlixa: præ ſe ferens in uultu habituque íſigné memoriá ignominiæ acceptæ. L. Veturius &. P. Licinius cenſores eũ tondere: ac ſqualoré deponere: & in ſenatũ uenire fungique aliis publicis muneribus coegerũt. Scitus: peritus in re militari. Donauerat irá pr̃iæ. depoſuerat irá ꝓpter utilitaté pr̃iæ: cui ſuccẽſere bono ciui nõ licet. At non aſdrubalem: aſdrubal autore Liuio ꝓuectus ãte ſigna cũ paucis eqtibus ſcuta hoſtiũ notauit quæ añ nõ uiderat: & ſtrigoſiores equos. multitudo quoque maior ſolita uiſa é ſuſpicatus id qd̃ erat receptui cecinit. Inde fugere tẽtauit. & uia eluſus pugnãdo cecidit. Aſtus: ipſius Nẽronis noctu igrediẽtis caſtra collegæ. Subſtricti corpus. i. ipſi eq ſtrigoſi. i. ꝑ laboré anhelãtes. & ſtricta habẽtes ilia. Strigoſus inqt nonius apud ueteres morbus dicebat iumentoꝝ qui corpora aſtringat: aut fame: aut alia uitii cã quaſi ſtringoſus: monebãt ergo aſdrubalem ueſtigia pulueris uiſa í clypeis & equi ſubſtricti corpus: quod erat ſignũ ad curſus ꝓpeř oſtendebant equi ſtrigoſi & uiri curſũ quo illuc contenderant. milites quippe ſalinatoris erãt in caſtris. aliũde ueniſſe putauit equos ſtrigoſiores ſolito. Bis: qm̃ utriuſque cõſulis tuba audita é: & iõ creuiſſe exercitũ ſuſpicatus é. Prodebãt: indicabãt. Præterea: ultra ſigna equoꝝ & hoium quos labor attriuerat ipſa tuba ídicauit. Regi. i. gubnari caſtra. Gemío magiſtro: duobus rectoribus & conſulibus retulere exploratores inquit Liuius duplex ſignum in conſularibus caſtris ceciniſſe: quod ſignum erat duos eſſe conſules. Verum fratri: dicebat aſdrubal ſi uiuit frater ãnibal quo nam modo alter conſul ab eo diſceſſit. Qui. i. quomodo licuit conſulibus ſeſe coniungere unde cunctandum eé dicebat donec ueritas pateret. Nec cõſulta fuge: his anxius curis aſdrubal inquit Liuius extinctis ignibus uigilia prima dato ſigno ut taciti uaſa colligerent ſigna efferri iuſſit & per tortuoſi amnis ſinus flexuſque cum errore ſe reuoluens non multum proceſſit: eum Claudius Nero aſſequutus eſt: & Cato qui erat prætor in caſtris cum leui armatura.

A uferri reſtanté animam: non arma nec aurum
N ec pubem: nec quem fundant. ſupereſſe cruoré.
S cilicet aſdrubalé inuadant: ad prælia ſoli
A nnibali ſatis eẽ nequit. iam rurſus ubi arma
A uertiſſe ſuo cognorit deuia uallo:
H eſurum portis penum: ueniſſe ſuperbo
Q ui fratri certet: cui maxima gloria cedat
V rbis deletæ: fremit amens corde ſub imo
O rdo patrũ: ac magno interea meditatur amore
S eruandi decoris quonam ſe fine minanti
S eruitio eripiat: diuoſque euadat iniquos.
H os inter gemitus obſcuro noctis opacæ
S uccedit caſtris nero quæ coniuncta feroci
L iuius aſdrubali uallo cuſtode tenebat.
B elliger is quondam ſcituſque accendere marté
F loruerat primo clarus pugnator in euo
M ox falſo leſus non eq crimine uulgi
S ecretus ruri triſtes abſconderat annos
S ed poſtq̃ grauior moles terrorque periclo
P oſcebat propiore uirum reuocatus ad arma
T ot ceſis ducibus patriæ deuouerat iram.
A t non aſdrubalem fraudes latuere recentum
A rmorum: quamq̃ tenebris nox texerat aſtus
P ulueris in clipeis ueſtigia uiſa monebant.
E t propere ſignum ad curſus ſonipeſque uirique
S ubſtricti corpus: bis clarum buccina ſignum:
P ræterea gemino prodebant iuncta magiſtro
C aſtra regi: uerum fratri ſi uita ſuperſit:
Q ui tandem licitum ſocias coniungere uires
C õſulibus: ſed enim ſolum dum uera pateſcunt
C unctandi reſtare dolum: martẽque trahendi
N ec conſulta fugæ ſegni formidine differt.
N ox ſomni genitrix mortalia pectora curis
P urgarat: tenebræque horrenda ſilentia alebant.

E rupit ſuſpenſa ferẽs ueſtigia caſtris:
E t muta elabi tacito iubet agmina paſſu:
I n lumen nacti per rura tacẽtia noctem:
A ccelerant:uitant ſocios:ſed ꝑcita falli
S ub tanto motu tellus nequit ĩplicat actas
C æco errore uias:umbriſque ferẽtibus arcto
C ircumagit ſpatio:ſua ꝑ ueſtigia ductos.
N am qua curuatas ſinuatis flexibus amnis
O bliquat ripas:refluoque per aſpera lapſu
I n ſeſe redit ac caſſo ducente labore
E xiguũ inuoluunt fruſtratis greſſibus orbem:
I nque errore uiæ tenebrarũ munus ademptũ.
L ux urget:panditque fugam:ruit acer apertis
T urbo equitũ portis:atque oĩs ferrea late
T empeſtas operit campos:nondũ arma manuſque
P ermixtæ:iã tela bibunt premiſſa cruorẽ.
H inc iuſſæ penũ fugientem ſiſtere pennæ
D ictææ uolitant:hinc lancea turbine nigro
F ert lœtum cuicũque uiro quẽ prendidit ictus:
D eponũt abitus curã.trepidiſque coactas
C onſiſtunt acies:et ſpes ad prælia uertũt.
I pſe inter medios nã rerũ dura uidebat.
S idonius ductor tergo ſublimis ab alto
Q uadrupedantis equi tendẽs uoceſque manuſque.
P er decora extremo uobis queſita ſub axe.
P er fratris laudes oro ueniſſe probemus
G ermanũ annibalis:latio fortuna laborat
A duerſis documenta dare:atque oſtẽdere quantus.
V erterit ĩ rutulos domitor telluris iberæ
S uetus ad herculeas miles bellare columnas.
F orſitan et pugnas ueniet germanus ĩ ipſas.
D igna uiro digna obteſtor ſpectacula pleno
C orporibus properate ſolo quicũque timeri
D ux bello poterat fratri:iacet unica nunc ſpes:
E t pene e latebris ĩfracto liuius euo
D amnatũ offertur uobis caput:ite agite oro
S ternite ductorẽ.cũ quo concurrere fratri
S it pudor et turpis finem donate ſenectæ.
A t contra nero:quid ceſſas cluſiſſe labores
I ngentis belli?pedibus tibi gloria miles.
P arta ingens:nũc accumula cepta ardua dextra.
H eu temere abducto rupiſti robore caſtra:

Erupit:aſdrubal e caſtris. Suſpenſa
ueſtigia:exprimit habitũ clam fugiẽtis
ueſtigia quippe ſuſpendunt ne ſtrepitũ
faciãt. Muta:ſine clamore:ut diſceſſũ
nõ intelligerent hoſtes. Elabi:egredi ci
to paſſu. Illumen:obſcurã ſine lumĩe.
illumis nox obſcura:cũ luna non lucet.
Vitãt ſocios:Agmen inquit Liuius pœ
noꝝ prĩo ꝑ agros palaſ:feſſique aliquot
ſomno ac uigiliis ſternũt corpora paſſĩ.
atque ĩfrequentia relinquũt ſigna. Per
cita:ꝑcuſſa fugientiũ ictibus. Nequit
falli:nõ põt decipi à pœnis:ĩmo ipſa tel
lus & fluminis anfractus eos deluſerũt.
Implicat actas: docet quomõ aſdrubal
ꝑ noctẽ uia eluſus reuertebatur ũde di/
ſceſſerat. Implicat:ĩuoluit. Actas:quas
iã perfecerant curſu iteꝝ repetebãt.erra
bant enim noctu:& eodẽ reuertebantur
Cæco:nocturno. Circũagit:ducit cir
cũ:& ĩplicat errore uiæ. Ferentĩbus:du
centibus eos ꝑ tortuoſas ripas fluminis.
Arcto:anguſto qm̃ nõ elongabanſ:ſed
reuertebantur eodẽ. Amnis:metaurus.
Exiguũ orbẽ:breue ſpatium:qm̃ parũ
procedebãt ſequentes flexus ripæ. Tur
bo:agmen ĩſtar turbinis. Portis: caſtro
rum.ſ. Tempeſtas:ipſi milites tanquã
tempeſtas. Pennæ dicteæ:ſagittæ cretẽ
ſes. Curã abitus:aſdrubal poſtq̃ pugnã
dum uidit depoſita omni cura fugiẽdi
aciem ĩſtruxit. Rerum dura:periculũ
& difficultatem. Per decora extremo:
orõ aſdrubalis ad ſuos milites quos hor
tatur ad operã nauandã cũ tot uictoriis
in hiſpania claruerunt:obteſtaſ que eos
per laudem Annibalis:ut eius fratrẽ in
italiam factis ueniſſe oſtendant q alpes
tranſcendens oppoſitum agmen roma/
norum profligauit. Decora:gloriam.
Extremo axe:hiſpania quæ ẽ ad occa/
ſum ſolis:ubi uicerant duo fulmina bel
li ſcipiones. Laborat:nititur oſtendere
romanis quales illi ſint qui alpes trãſcẽ
dunt. Aduerſis: calamitatibus totiens
acceptis. Verterit:uenerit. Iberæ:hiſ
panæ. Pleno ſole: ſtrato cadaueribus
romanoꝝ. Iacet frĩ:ceſus ẽ a fratre anni
bale:& ſic trahit romanos ĩ contemptũ.
Infracto æuo: ualde debili ſenecta.
Damnatũ caput:ipſe Liuius ſalinator
quem prius romani dãnauerãt ob male
rẽ geſtam in conſulatu. Sit pudor: pro
puderet Claudius Nero ex alia pte ſuos
hortabatur ſic clamat apud Liuium.
Quid ergo præcipiti curſu tam longũ
iter emenſi ſumus o milites. Cluſiſſe:
finiſſe.locus eſt ab utili: inde proponit
gloriam quam ex uictoria conſequutu/
ri ſunt. Pedibus:celeri curſu ex apu/
lia.unde huc contendimus. Dextra:ui
ribus & pugna. Temere:ĩprudenter: &
locus eſt ab honeſto. Adducto robore:
delectis militibus ex omni numero.

&

Factum:noſtram profectionem ex caſtris & iter properatum. Huc iuuenes: uerba Liuii hortantis ſuo exemplo iuuenes ad operam patriæ nauandam. Præcludite:claudite alpes cadaueribus hoſtium qui nimium in italiam graſſā tur. Patulas:apertas. Fulmen carthaginis:quo utitur carthago tanquam fulmine. Quis deus:ſi ueniet Annibal inquit etiam deus non poſſet nos a morte liberarē:locus ē ab utili. Sancit:firmat.

Obtectus:habens tectam canitiem galea. Rhodani iuuentus:comati galli. Nabis erat ſacerdos iouis Ammonis. Securus fati: non timēs mortem. Vano: mendaci. Cerula:uiridis & cerulei coloris. Ardebat:radiabat. Gemma garamantide:de hac gemma loquitur ſolinus dicens illic & lapis legitur Ammonis uocant cornu.nam ita tortuoſus eſt & inflexus:ut effigiem reddat cornu arietis fulgore aureo.ideo dicit poeta ardebat:hoc ideo fixit quoniam Nabis erat Ammonis ſacerdos:qui etiam ī caſſide habebat effigiem iouis cornigeri. Infula dependens:in humeris.ſ. ut nunc ſunt mithræ epiſcoporum habentes ſtolas ex humero pendentes. Incocta ceraſtis: infecta ueneno ceraſtæ ſerpētis.

Conti ſarmatici:telum ſarmaticū longum erat inſtar conti oblongo ferro.

Prædam:ſabellum quem nabis aſportabat. Triſtis ruinæ:mortis illius ſacerdotis. Gemmiferi cultus:ueſtis gemmatæ. Rigentes : aſperas propter aurum intextum. Ad oſſa:ipſius atabi. Tepidos:recenter cæſos. Aurea fila: infulá.

N i factum abſoluit uictoria:præripe laudem.
A duentu cecidiſſe tuo memorabitur hotis.
P arte alia īſignis nudatis caſſide canis
L iuius huc iuuenes huc me ſpectate ruentem
I n pugnas:quantumque meus patefecerit enſis:
T antum ītrate loci:et tandem præcludite ferro.
I am nimium patulas penis graſſantibus alpes
Q uod ni ueloci proſternimus agmina marte:
E t fulmen ſubitum carthaginis annibal adſit:
Q uis deus infernis quéquā noſtrū eximat umbris?
H inc galea capite accepta:dicta horrida ferro
S ancit:et obtectus ſeniū fera prælia miſcet.
I llum p cuneos et p denſiſſima campi
C orpora tot dantē leto quot ſpicula torſit
T urbati fugere mace.fugere feroces
A utololes:rhodanique comas intonſa iuuentus
F atidicis nabis ueniens ammonis harenis
I mproba miſcebat ſecurus prælia fati.
C eu tutante deo:ac patriis ſpolia īproba terris
F ixurum uano tumidus promiſerat ore.
A rdebat gemma garamātidæ cerula ueſtis.
V t cum ſparſa micant ſtellarū lumina cœlo.
E t gemmis galeam clypeūque accenderat auro.
C aſſide cornigera depédens īfula ſacros
P ræ ſe terrores:diuūque ferebat honorē
A rcus erat pharetræque uiro atque īcocta ceraſtis
S picula:et armatus peragebat bella ueneno.
N ecnon cornipedis tergo de more repoſtus
S ubſtentata genu p campum pondera conti
S armatici prona aduerſos urgebat in hoſtes.
T anto transfixum telo p membra p arma
C onſulis ante oculos magno clamore ſabellum
A ſportabat ouans et ouans ammona canebat
N on tulit hanc iram tātoſque ī corde tumores
B arbarico ſenior:telūque intorſit et una
P rædam animāque ſimul uictori uictor ademit
A ſtitit audito triſtis clamore ruinæ
H aſdrubal:et ceptantē atabum raptare perempto
G emmiferi ſpolium cultus auroque rigentes
E xuuias iaculum a tergo perlibrat ad oſſa.
I am correpta miſer geminis uelamina palmis
C arpebat propere:et trepidos nudauerat artus
C oncidit et ſacras ueſtes:atque aurea fila

SLUB Wir führen Wiſſen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Reddidit ex aīo ſpoliatū lapſus ī hoſtem.
Ateanthus rutulum obtrūcat:cui mille ſub altis
Lanigeræ balant ſtabulis ipſe ocia molli
Exercens cura gelido nūc flumine ſoles
Frangebat nimios pecori:nūc lœtus in umbra
Tondebat niueæ ſplēdentia uellera lanæ.
Aut pecus e paſtu cū ſeſe ad tecta referret:
Noſcentes matres ſpectabat ouilibus agnos.
Occubuit clypei trāſfixo proditus ære.
Et ſero ingemuit ſtabulis exiſſe paternis.
Acrius hoc italum pubes incurrit:et urget.
Vt torrens: ut tempeſtas: ut flamma corruſci
Fulminis:ut boreā pontus fugit:ut caua currūt
Nubila:cum pelago cœlum permiſcuit æurus.
Procere ſtabant celtarum ſigna cohortes
Prima acies:hos impulſu cuneoque feroci
Laxat ui ſubita et feſſos errore uiarum
Nec ſoli faciles longique laboris anhelos.
Auertit patrius gentem pauor:addere tergo
Haſtas auſonius:teloque inſtare ſequaci.
Nec donare fugam:cadit uno uulnere tyrrus
Non uno rhodanus:profligatūque ſagittæ
Lancea deturbat morinū:et iam iāque cadentem
Cedentēque urget totas largitus habenas
Liuius acer æquo:et turmis abeūtibus īfert
Cornipedem:tunc auerſi turgentia colla
Dicidit enſe moſæ:diſcuſſit pondere terram
Cum galea ex alto lapſum caput:ac reſidentem
Turbatus rapuit ſonipes ī prælia truncum.
Hic cato nam medio uibrabat et ipſe tumultu
Si primas īquit bello cum amiſimus alpes
Hic iuueni oppoſitus:tyrio foret:hei mihi quanta
Ceſſauit latio dextra:et quot funera pœnis
Donarunt parui ſuffragia triſtia campi.
Iamque inclinabant acies cunctiſque pauorem.
Gallorum induerat pauor:et fortuna ruebat
Sidonia ad rutulos uictoria uerterat alas
Celſus ceu prima refloreſcente iuuenta
Ibat conſul ouans maior:maiorque uideri.
Ecce trahens ſecum canentem puluere turmam
Ductor agenoreus ſubit:intorquenſque lacertis.
Tela ſonat:cohibete fugam:cui cedimus hoſti?
Nonne pudet conuerſa ſenex marcentibus armis

Lapſus:cadens ſuper nabim a ſe ſpoliatum. Inuicti phileni:aræ philenorum erant in maiore ſyrti appellatæ a philenis fratribus:quem locum finem imperii uerſus ægyptum habuere carthaginēſes. Inuicti:fortes quoniam pro patria mori uoluerunt.illic enim ubi poſtea illorum honori aræ fuerunt erectæ uiui obruti ſunt.cum carthaginenſes:& cyrenaici de finibus agrorꝫ certarēt. Aere: clypeo. Proceræ:altæ ſtaturæ gallos oppoſuerat Aſdrubal Claudio Neroni.nō tantum eis fidens ut inquit Liuius quā-tum ab hoſte timeri eos credebat.galli primo impetu feroces ſunt inde pauent ubi ad hos gallos cædes peruenit minimum certaminis fuit pars magna ab ſignis aberat qui errauerant feſſi itinere: ac uigiliis. Laxat:aperit diſſipat. Nec ſoli faciles:non idonei ad tolerādos ſolis calores.nam :ut ſcribit.L.Florus cedunt ſolaribus radiis& reſoluuntur ut glacies. Addere:addebat. Hic: tunc. Cato prætor laudauit Liuium conſulē dicens ſi hic oppoſitus fuiſſet Annibali deſcendenti ex alpibus non eſſent cæſi tot imperatores& milites. Iuueni: Annibali, Parui campi:martii in quo erāt comitia & hoc potiſſimū dicit propter Varronem:qui cauſa fuit cladis cānenſis.hei mihi inquit quot dextras amiſimus propter malam electionē conſulū.

Ceſſauit:mortua ē. Induerat:pauor gallorum fugiētium incuſſerat cæteris pauorem. Ruebat:fauebat iam romanis. Alas:pennas ſuas ad romanos.uictoria ſemper alata fingitur. Cohibete fugam:uerba Aſdrubalis ad ſuos: quibus deprimit Liuii ſenectam.

Principium:origo de bello dictum eſt ſupra. Gētes:hiſpanæ quas uici æq̄nt me Annibali. Parce petitum: id eſt haſta Aſdrubalis parum nocuit Liuio conſuli. Perſtrinxit:uulnerauit. Vana: quoniam uulnus non alte inſederat.

Rutuli:romani turbati ſunt conſulis uulnere. Conſul:Liuius increpabat futiles uires Aſdrubalis. Vana cornua: uanas acies hoſtiles.punicum uulnus inquit fœmineum eſt:& ideo hoſti oſtendite quale uulnus romanæ inferant manus. Ripas: metauri repleti cadaueribus. Vt cum uenatu: ſtragem æditam ad metaurum comparat feris a diana uenatu cæſſis. Dictynna:diana. Mrī: latonæ pindus eſt mons theſſaliæ. Menalus arcadiæ. Coryti: ut dictum eſt tegmina arcuum ſunt ex corio:& ꝑ pharetris etiam uſurpantur:ut in hoc loco.

Muſco:lanugine illa uiridi quæ naſcitur in locis humidis. Ceu belua pōti: Neronis auiditatem comparat balenæ uorantis in mari piſces laxo hiatu. Male ſatia:fame laborans.

A gmina agit?nunc queſo mihi nūc dextera ī armis
D egenerat noſtrique piget?mihi belus auorum
P rincipium:mihi cognatum ſidonia dido
N omen:et ante omnes bello numerādus hamilcar
E ſt genitor mihi cui cedunt mōteſque lacuſque
E t campi atque amnes frater:me magna ſecūdum:
C arthago putat hānibali:me betis ī oris
E quāt germano paſſæ mea prælia gētes.
T alia dum memorat medios ablatus ī hoſtes
V t noua cōſpecti fulſerunt coſulis arma
H aſtam præpropero niſu iacit illa ꝑ oras
E rati clypei et loricæ tegmine ſummo
I ncidit haud fœlix humero:parceque petitum
P erſtrixit corpus:nec multo tincta cruore
V ana ſed optāti promiſit gaudia peno.
T urbati rutuli cōfuſaque pectora uiſu
T errifico tum increpitans conamina conſul
F œmineis leſum uana īter cornua corpus
V nguibus aut palmis credas puerilibus ictum
I te docete uiri romanæ uulnera fuerint
Q uanta afferre manus:tū uero effunditur īgens
T elorum uis:et denſa ſol uicitur umbra.
I amque ꝑ extentos alterna ſtrage uirorum
C orpora fuſa iacent campos diuerſaque ī undā
I unxerūt cumulos creſcente cadauera ripas
V t cum uenatu ſaltus exercet opacos
D ictynna et lete præbet ſpectacula matri:
A ut pindi nemora excutiens aut menala luſtrās
O mnis naiadum plenis comitata faretris
T urba ruit:ſtridunt ſagitiferique coriti
T um ꝑ ſaxa feræ ꝑque ipſa cubilia fuſæ
P er ualles fluuioſque atque antra uirentia muſco
M ulta ſtrage iacent:exultat uertice montis
E t latam luſtrans oculis latonia prædam.
A udito ante alios ſenioris uulnere rumpit
P er medios nero ſæuus iter uiſaque uirorum
E quali pugna:quid enim quid deide relictum eſt
I taliæ fatis?hunc ſi non uincitis hoſtem.
H annibalem uīcetis ait?ruit ocius amens
I n medios:tyriumque ducem īter prima frementem
A gmina ut aſpexit:rabidi ceu belua ponti
P er longum ſterili ad paſtus iactata profundo
C um procul in fluctu piſcem male ſaucia uidit.

Aeſtuat:et luſtrans nantē ſub gūrgite prædam
Abſorbet late pmixtum piſcibus æquor.
Non telo mora nō dictis haud amplius īquit
Elabere mihi:nō hic nemora auia fallent
Pyrenes:nec promiſſis fruſtrabere uanis.
Vt quondam terra fallax deprenſus ibera
Euaſti:noſtram mentito fœdere dextram.
Hæc nero:et ītorquet iaculū:nec futilis ictus:
Nam latere extremo cuſpis uibrata reſedit
Inuadit ſtricto ſup hæc īterritus enſe.
Collapſique premēs umbonē tremētia membra
Si qua ſub extremo caſu mādata referri
Germano uis forte tuo portabimus inquit.
Contra ſidonius leto nō terreor ullo
Vtere marte tuo:dum noſtris manibus adſit
Actutum uindex:mea ſi ſuprema referre
Fratri uerba paras:mādo capitolia uictor
Exurat:cinerique iouis permiſceat oſſa
Et cineres noſtros:cupientem adnectare plura
Feruentēque ira martis trāſuerberat enſe.
Et rapit infidum uictor caput:agmina fuſo
Sternūtur duce nō ultra fidentia marti.
Iamque diem ſoliſque uices nox abſtulit atra
Cum uires parco uictu:ſomnoque reducunt.
Ac nondū remeante die uictricia ſigna
Qua uentum referunt clauſis formidine caſtris.
Tum nero procera ſublimia cuſpide portans
Ora ducis ceſi:cannas penſauimus inquit
Annibal et trebiā et traſimeni littora tecū
Fraterno capite.i.duplica nūc perfida bella
Et geminas arceſſe acies:hæc premia reſtant.
Qui tua tranſmiſſis optarint alpibus arma.
Compreſſit lachrymas penus:minuitque ferēdo
Conſtanter mala:et inferias in tēpore dignas
Miſſurum fratri clauſo cōmurmurat ore.
Tum caſtris procul amotis aduerſa quiete
Diſſimulans dubia excluſit certamina martis.

Aeſtuat:furit. Haud amplius inquit: uerba Neronis ad aſdrubalem non euades inquit nunc ut euaſiſti in hiſpania uictus a Scipione ad pyreneos montes: aut cum uictus a romanis fœdere ſimulato euaſiſti. Nec futilis:non fuit uāus ictus Neronis. Si qua ſub extremo:uerba Neronis inſultantis aſdrubali pſtrato. Manibus:umbris. Actutum:cito Liuius ait.poſtremo cum aut dubie fortuna hoſtium eſſet ne ſupereſſet tanto exercitui ſuum nomen concitato equo ſe in cohortem romanam immiſit.ibi ut patre Amilcare & Annibalis fratre dignum erat pugnans cecidit. nunquam eo bello una acie tantum hoſtium interfectum eſt.redditaque equa cānenſi clades uel ducis uel exercitus uidebatur.

Clauſis caſtris ſuis:quæ in lucania reliquerat. Nero ut ad caſtra rediit caput Aſdrubalis proiici ante hoſtium ſtationes iuſſit & uictos aphros captiuos oſtēdi:& duos ſolutos ire ad Annibalem:q acta narrarent.Annibal tanto publico: priuatoque ictus luctu agnoſcere ſe fortunam carthaginis dixit.caſtriſque idemotis in angulum italiæ abiit. Minuit ferendo: laus Annibalis a fortitudine. nam conſtans fuit in tanto dolore nec ē aliqua egritudine conflictatus ut tantū imperatorem decebat. Vicitque fortunam:quæ homines uincit niſi tota uicatur. Ferendo:patiendo forti animo.au ferebat uim præſentibus malis annibal robore animi ſubnixus:cum ſciret frangi aduerſis non eſſe clari imperatoris explorant quippe aduerſa uiros:ut ſupra cecinit poeta & in aduerſis uirtus cognoſcit. Inferias:uictimas & exeqas. Aduerſa:calamitatē & dolorē ex morte fratris. Quiete:id eſt quieſcendo:& non apperendo pugnam. Dubia certamīa: dubiam fortunam & belli euentum.

Excluſit:remouit quoniam in brutios abiit.

Petri Marſi interpretatio in.xvi.uolumen Syllii italici.

BRutia mœrētem:poſt cædē aſdrubalis Annibal in brutios profectus bello abſtinebat:nec eū quieſcentē mœſtū & ſuſpirantē ſe ob inuidiā aduerſæ factionis uici ꝓuocauere romani tantā in eo uim eē cenſebant q̄uis aduerſa fortuna laboraſſet:q & ſi exercitū habebat coactū ex colluuione tot gentiū & tam diſpari cultu ritu & lingua. tñ tāta erat uiri maieſtas ut ſeditio ī caſtris laborātibus interdum cōmeatus iopia minime oriretur:dū hæc ī italia agerent̃ ſcipio ī hiſpania ſecundo marte pugnauit. pœnus tādē tota hiſpania ceſſit: Maſiniſſa romanoꝝ amicitiā īuit ſcipio & aſdrubal apud ſyphacē ſuſcepti amicitiam regis certatī petunt .rediit Scipio in hiſpaniā:& aput carthaginem pr̄i.patruoque funebres ludos celebrauit.īde romā reuerſus cōſul cū craſſo pōtifice maximo creatus ē.deque ī aphricā traiiciēdo exercitu agit. Suoſque & mortem fratris.

Septus:munitis caſtris ad ſecuritatē.

Coquebat:meditabat̃ aīo. Abditus:ut Annibalē ulctionē parātē cōparat tauro qui cedit grege ac ſtabulis & īſolitudine pugnā cōtra uictorē meditat̃. Auia:remota. Hauſturus:conſumpturus italiā ſi a carthaginēſibus ſupplemtū hūiſſet. & ſi nō obſtitiſſet alterius factionis inuidia. Obtrectante:recuſante & ꝓhibēte mitti ſubſidia. Senio reꝝ:iā præliis ſeneſcentibus & militia.q̄ſcebat enim in brutiis Annibal. Tñ:q̄uis uigor ille torpeſceret. Manu: præteritis uictoriis.

Caput:ipſius Annibalis:cuius nomen ſat erat pro oībus auxiliis:& ſua maieſtate milites ī officio cōtinuit. Gradu: in ordine ſine aliqua ſeditione aut īter ipſos:aut aduerſus ducē. Retuſis:fractis: & aduerſante fortuna. Nec uero:nunc ad hiſpanias trāſgreditur poeta: ñ ſolū īquit ī italia mars fauebat romanis: ſed ēt in hiſpania. Phenix: carthaginenſis oriundus a phenicia. Auriferis:hiſpāis ubi auꝝ fodit̃. Iam mago:Anno nouus Impator cū nouo exercitu magoni ſe cōiunxerat quos ſcipio acie ſuperauit:duo aut amplius milia peditū equitatuſque oīs uis inito prælio cū magōe effugerūt. Anno alter iperator uiuus captus ē.Mago ad gades ꝓfectus aſdrubali giſgonis filio ſe cōiūxit.poeta canit magonē illico tranſmiſiſſe ī libyam. Ecce aliud decus:ſeparat poeta pugnā Scipionis cum annone:ſed Liuius coniungit. Decus: uictoriā. Duci:Scipioni. Cetris:clypeis:& ſcutis. Liuius ait.Iā ferme oībus ſcutatis celtiberorum interfectis. Crepitantibus:ſonantibus:ſupra dixit. Ad numerum reſonas gaudentē plaudeř cetras. Indigenas:illic genitos. Non ars aut aſtus:laudat annonē ut maior laus uictori ſcipioni accedat. Vt phebe ſtellas:cōpatōe magnitudinē ſcipionis ꝓbat. Cerula:maria mediterranea: q̄bus p̄eſt Neptunus.oceanus aūt ābit totā terrā. Vallātē:Scipio aggreſſus ē ānonē migrantem caſtra:

BRuttia mœrentem caſus
patriæque ſuoſque
Annibalē accepit tellus:hic aggere ſeptus
In tēpus poſita ad renouādū bella coquebat.
Abditus ut ſilua ſtabulis cū ceſſit ademptis
Amiſſo taurus regno gregis auia clauſo
Molitur ſaltu certamina iamque feroci
Mugitu nemora exterret:perque ardua curſu
Saxa ruit:ſternit ſiluas:rupeſque laceſſit
Irato rapidus cornu:tremit omnis ab alto
Proſpectans ſcopulo paſtor noua bella parantē.
Sed uigor hauſurus latium:ſi cætera martis
Adiumenta forent:praua obtrectāte ſuorum
Inuidia reuocare animos:agitare negata
Cogebatur ope:et ſenio torpeſcere rerum
Parta tamen formido manu et tot cedibus olim
Queſitus terror uelut inuiolabile telis
Seruabant:ſacrūque caput proque oībus armis
Et caſtrorum opibus:dextriſque recentibus unum
Annibalis ſat nomen erat.tot diſſona lingua
Agmina barbarico tot diſcordantia ritu
Corda uirum manſere gradu:rebuſque retuſis
Fidas ductoris tenuit reuerentia mentes.
Nec uero auſonia tantum ſe letus agebat
Dardanidis mauors iam terra cedit ibera
Auriferis tandem phœnix depulſus ab aruis
Iam mago exutus caſtris agitante pauore
In libyam propero tranſmiſit cerula uelo.
Ecce aliud decus haud primo contenta fauore
Nutribat fortuna duci:nam concitus anno
Aduentabat agens trepidantibus agmina cetris
Barbara:et indigenas ſerus raptabat iberos
Non ars aut aſtus belli:uel dextera deerat
Si non ſcipiade concurreret agmina ductor
Magna adeo auſonius maiori mole præmebat
Vt phœbe ſtellas ut fratris lumina phœben
Exuperant:monteſque athlas:ut flumina nilus:
Vt pater oceanus neptunia cerula uincit:
Vallantem caſtra obſcuro iam ueſper olympo.

Fundere non æquam trepidanti cœperat umbram
Aggreditur latius rector ſubitoque tumultu.
Ceduntur paſſim cepti munimina ualli.
Iperfecta:ſuper contexere herbida lapſos
Pondera:et intumuli conceſſit ceſpes honorem
Vix uni mens digna uiro nouiſſe minores.
Quam deceat præciumque operis ſit tradere famæ
Cantaber ingenio mēbrorum et mole timeri.
Vel nudus telis poterat larus:hic fera gentis.
More ſecurigera miſcebat prælia dextra
Et quamquā fundi ſe circum pulſa uideret.
Agmina:deleta gentilis pube cateruæ
Cæſorum īplebat ſolus loca:ſeu foret hoſtis
Cominus:expleri gaudebat uulnere frontis.
Aduerſæ:ſeu leua acies in bella uocaret
Obliquo telum reflexum marte rotabat.
At cum pone ferox auerſi in terga ueniret
Victor nil trepidans retro iactare bipennē.
Callebat:nulla belli non parte timēdus
Huic ducis iuicti germanus turbine uaſto
Scipio contorquens haſtam cudone comantes
Diſiecit crines nāque altius acta cucurrit.
Cuſpis:et elata procul eſt eiecta ſecuri.
At iuuenis cui telum ingēs acceſſerit ira
Barbaricam aſſiliens magno clamore bipennem
Incutit intremuere acies ſonuitque per auras.
Condere belligero pulſati tegminis umbo.
Haud impune qdem remeans:nam dextera ab ictu
Deciſa eſt gladio:ac dilecto immortua telo.
Qui poſtq̄ murus miſeris ruit:agmina concors
Auertit fuga confeſtim diſperſa per agros
Nec pugnæ ſpecies:ſed pene triſtis imago
Illa erat:hinc tantum cedētū:atque inde ruētum
Per medios annon palmas poſt terga reuinctus
Ecce trahebatur:lucēque heu dulcia cæli.
Lumina captiuus lucem inter uincla petebat:
Tum rector latius tanta en qui regna repoſcant?
Quis cedat toga et armiferi gens ſacra quirini?
Seruitio ſi tam faciles cur bella refertis.
Hæc inter celerare gradum coniungat ut arma
Aſdrubalē ignarum cladis prænuntius affert
Explorator eques raptat dux obuia ſigna

Non æquam:noxiam qm̄ nō uidit hoſtes aduentare aſdrubal. Herbida pōdera:ipſi ceſpites quos ad uallum muniendum portauerant contexere ipſos milites:& p̄buerūt eis uicem ſepulchri. Lapſos:milites proſtratos qui pondera herbida portabāt. Vix uni mēs digna uiro: uix inter tot celtiberos fuit unus quē deceat minores.i.poſteros nouiſſe: ſcilicet ex carmine & hiſtoria.i.uix fuit unus memoria dignus. Mens digna uiro:robur aī q̄le decet uirū habere. Sit p̄tiū operis.i.ſit operepretiū:& utile poſteris dare famæ: qm̄ minores p̄clara facta imitant̄:& iō ē operepretiū illa l̄ris mandare. Vnde dicit liuius in proemio ſuæ hiſtoriæ ad octauiū auguſtū. unde tibi tuæque rei pu.quod imitter̄ capias.

Cantaber larus:hic ē ille unus memoria dignus. Ingenio:arte bellandi:& uiribus corporis:geſtabat ſecurim de more cantabrorꝶ. Gentilis:ex eadē gēte.

Seu foret hoſtis: dexteritatem lari in p̄lio deſcribit poeta:q āte retro: leua ſiniſtra: & omni denique ex pte pugnans timēdus erat. Obliquo marte:leua pugna. Pone:poſt. Auerſi:lari. Germanus ducis.L.Scipio qui poſtea dictus eſt aſiaticus ab aſia deuicta. Cudone:galea ex cudone ſeu codone.i.pelle cruda ſupra dixi.caput his codone ferino ſtat cautū. Acta:impulſa ab ipſo laro; q ſecuri haſtā Scipionis in altū egit. Telū īgens:qm̄ ira ē magnū incitamētū ad res agēdas. Vnde dicit Home. uires iniecit ira.Ira inqt ariſtoteles neceſſaria ē nec qcq̄ ſine illa expugnari pōt niſi illa īpleat aīum & ſpiritū accendat. Vtendū āt eſt illa non ut duce:ſed ut milite. Vmbo:Scipiōis q lauro manū abſcidit. Telo:ſecuri. Qui murus:larus tanq̄ murus & tutela ſuorꝶ. Per medios ānon:uituperat̄ ānon a poeta:q ut uiueret hanc ignominiam captiuitatis paſſus eſt potius debuit pugnando mori ut fecerat aſdrubal:& ut fortes: & magnanimi faciunt imperatores.Scipio eū deriſit dicēs ſi eſtis ita faciles ad ſeruitutē cur pugnatis:romanorū ē pugnare q ſeruire neſciunt. Lucē:uitam. Heu dulcia lumīa cæli:dānat poeta tantā uitæ cupiditatē: ꝓ q̄ turpitudo ſubit̄ interdū: cū magis hominem deceat ꝓ decoro ſeruādo mori q̄ uiuere. Qui regna:imperiū orbis.

Toga:romani togati: & a romulo habentes originē. Quis:qbus. Quirim:romuli bellicoſi. Seruitio:ſeruituti.

Refertis:retractaris. Hæc īter: Scipio .L.Scipionē romā miſit cū ānone & cæteris captiuis:cū audiuiſſet aduētare aſdrubalem ut ſe ānoni cōiungeret ad pugnam ſe expediuit.Immo ad certam uictoriam uidēs hoſtes ad mortem ruere.

Nil amplius inq̄t: uerba ſcipionis ad ſuperos: ſatis inquit mihi dediſtis offerendo hoſtes. Victoria eſt in manu nr̄a nil aliud optabam niſi poſſe congredi: compos uoti: ut ad uictoriam conſequēdam adiuuetis nō poſco. Profugus: hoſtis qui fugiebat. Furentes: umbræ inquit patris & patrui uocant hoſtes furētes ad mortem pro inferiis. Modus: finis belli hiſpani. Luſtra: ſyluas & cubilia ferarum. Ad tarteſſiacos portus: aſdrubal nauibus acceptis nec procul īde aberat mare noctu relicto exercitu gades perfugit. Proximus in pugna: iam de maſiniſſa loquit̄: ſed a Liuio diſſentit: qui ſic ait. poſt fugam aſdrubalis ſcipio. x. milia peditum mille equites reliquit ſyllano ad caſtrorum obſidionem ipſe tarraconem rediit poſt profectionē eius maſiniſſa cum ſyllano clam cōgreſſus ut ad noua conſilia gentem quoque ſuam obedientē haberet cum paucis popularibus in aphricam traiecit. Inde rediens cum ſcipione congreſſus amicitiā innuit: data fide: poeta canit maſiniſſæ reuerſo ex acie noctu arſiſſe capillos qd̄ prodigium mater interpretata ſuaſit filio ut amicus populi ro. eſſet & ſic duraret eius capiti lumen & decus. nā conſtātiſſime ad ultimam ſenectā fidē ſeruauit. Ductori: aſdrubali. Nomadum: maſiniſſa rex numidarum. Superbū: nobile ſeruata fide populo romano.

Mitis: n̄ adurēs. Serpētes: diſcurrētes.

At poſtq̄ optatam letus contingere pugnam
Vidit. et ad lætum magno uenientia curſu
Agmina: ſuſpiciens cælum nihil amplius inquit
Vos hodie poſco ſuperi protractus ad arma
Quod profugus ſatis eſt: i dextera cætera nobis
Vota uiri rapite ite precor: uocat ecce furentes.
Hinc pater hic patruus gemina o mihi numīa belli
Ducite: adeſte: ſequor dignas ſpectabitis haud me
Præſcia mens fallit ueſtro iam nomine cedes.
Nam quis erit tandem campis telluris iberæ
Bellandi modus: en unquam lucebit in orbe
Ille dies: quo te armorum carthago meorum
Aſpiciam ſonitus admotaque bella trementem
Dixerat: et raucus ſtridenti murmure clangor
Increpuit: tonuere feris clamoribus aſtra
Concurrunt: quantūque rapit uiolentia ponti
Et notus et boreas: et inexorabilis auſter.
Cum mergunt plenas tumefacta ſub equora claſſes
Aut cum letiferos accendens ſyrius ignes.
Torret anhelantem ſeuis ardoribus orbem
Tantum acies hominūque ferox diſcordia ferro
Demetit haud ullus terrarum equarit hiatus
Pugnarum damna: aut ſtrages per inhoſpita luſtra
Vnquam tot dederit rabies horrenda ferarum
Iam campi ualleſque madent hebetataque tela
Et libys occubuere: et amantes martis iberi
Stat tamen una loco perfoſſis debilis armis.
Luctaturque acies qua concutit aſdrubal haſtā
Nec finem daret ille dies animoſaque uirtus
Ni perlapſa foret loricæ tegmine harundo:
Et parco ſummum uiolaſſet pondere corpus:
Suaſiſſetque fugam: rapido certamina linquit
In latebras euectus equo noctiſque per umbram
Ad tartheſſiacos tendit per littora portus
Proximus in pugna ductori marte manuque
Regnator nomadum fuerat: mox fœdere longo
Cultuque æneadum nomen maſiniſſa ſuperbum
Huic feſſo quos dura fuga et nox ſuaſerat atra
Carpenti ſomnos ſubitus rutilante coruſcum
Vertice fulſit apex: criſpamque inuoluere uiſa eſt
Mitis flamma comam: atque hirta ſe ſpargere frōte
Concurrunt famuli: et ſerpentes pectora circum
Feſtinant gelidis reſtinguere fontibus ignes.

At grandeuā deum prænoſcens omina mater
Sic ſit celicolæ portentaque ueſtra ſecundi.
Condite ait:duret capiti per ſecula lumen
Ne uero ne nate deum tu leta paueſce.
Prodigia:aut ſacras metue inter tempora flammas.
Hic tibi dardaniæ promittit fœdera gentis:
Hic tibi regna dabit regnis maiora paternis
Ignis:et adiunget latiis tua nomina fatis
Sic uates:iuueniſque animum tam clara mouebant
Mōſtra.nec a pœnis ulli uirtutis honores:
Annibal ipſe etiam iam iamque modeſtior armis
Aurora obſcuri tergebat nubila cæli
Vixque athlantiadum rubefecerat ora ſororum
Tendit in auſonios:et adhuc hoſtilia caſtra.
Atque ubi ſe uallo intulerat ductorque benigno
Accepit latius uultu:rex talibus infit
Celeſtum monita et ſacræ reſponſa parentis.
Diiſque tua o rutulum rector gratiſſima uirtus
Auulſum tyriis huc me duxere uolentem.
Si tibi non ſegnes tua contra fulmina ſæpe
Viſi ſtare ſumus dignam te nate tonantis
Afferimus dextram:nec nos aut uana ſubegit
Incertæ mentis leuitas:et mobile pectus
Aut ſpes et leti ſectamur præmia martis
Perfidiam fugio:et periuram ab origine gentem
Et quando herculeis finiſti prælia metis
Hunc ipſam belli nobiſcum inuade parentem:
Ille tibi qui iam gemino laurentia luſtro
Poſcedit regna:et ſcalas ad mœnia romæ
Admouet in libyam flammis ferroque trahendus:
Sic nomadum ductor:tunc dextera ſcipio dextrā
Amplexus ſi pulchra tibi mauorte uidetur.
Pulchrior eſt gens noſtra fide:dimitte bilingues
Ex animo ſocios magna hinc te præmia claræ
Virtutis maſiniſſa manent citiuſque uel armis
Quam gratæ ſtudio uincetur ſcipio mentis.
Cætera quæ libyam portare incendia ſuades
Expediet tempus:nec enim ſunt talia rerum
Non meditata mihi:et mentem carthago fatigat
Hinc iuueni dona inſignem uelamine picto
Dat clamydem:ſtratumque oſtro quem ceperat ipſe
Deiecto uictor magone animumque probarat.
Cornipedem:cum qua diuum libabat ad aras.

Omina:prodigia. Sic ſic: uerba fatidicæ matris maſiniſſæ. Regna maiora: nam ſublato ſyphace regnum eius conceſſum ē a ſenatu maſiniſſæ. Latiis fatis:fortunæ romani īperii : qm̄ appellatus ē maſiniſſa ſocius & aīcus populi ro.
Iuueniſque aīum : hæc tria mouerūt animum maſiniſſæ ad ineundam cum romanis amicitiā clara prodigia: īde ꝙ ſibi a carthaginenſibus meriti honores habiti non fuerant.denique ꝙ iam ānibal non uidebatur amplius felici marte uti.Immo imminui in dies famā eius & uires. Modeſtior: minoris famæ ac nominis in re militari.modeſtus a modico dicit̄. Sororū : uergiliarum quæ dicuntur athlantiades filiæ athlātis & .vii.fuerunt.dicūturque pleiades a matre:& a fratre hiades: illuceſcēte inquit aurora:& uix ſole irradiante cacumina montis athlantis q propter ſuam altitudinem ab indigenis columna celi appellatur.profectus eſt maſiniſſa ad ſcipionem heſperides ēt quæ tres fuerūt filiæ athlantis habitæ ſūt: quæ illic habebāt hortos. Celeſtū monita:orō maſiniſſæ ad ſcipionem. Tua fulmina: ferociam bellicam:& ingentem uirtutem: & fulmen dixit qm̄ ſcipio habebatur filius iouis tonantis. Dextrā:noſtram dignam te o Scipio:qm̄ non erat degener ī bello maſiniſſa:aut indecorus Scipioni. Perfidiam.ſ.carthaginēſium. Metis.i.cū perueneris ad finem hiſpaniæ. columnaſque herculis una mecū īuade carthaginem:quæ ē parens:& origo huius belli. Quādo:qm̄ uiciſti omnē hiſpaniā.
Ille:ānibal. Si pulchra tibi:uerba ſcipionis ad maſiniſſā.ſi inqt uidemur tibi clari ꝓſtantia rei militaris: clariores tamen ſumus fide. Bilingues: fallaces ꝑfidos. Citiuſque uel armis: citius inqt ſupabor bello q̄ officio.i.nō ero īgratus. Iuueni:maſiniſſæ:natus erat maſiniſſa ānis.xxiii. Cornipedē ſtratū:ornatū purpura. Aīum:audaciā īpius eq

Maſſylis regnator erat: ſcipio potitus omni hiſpania conciliandis regibus animū applicat. C. Lælium ad ſyphacē miſit autore Liuio maſſeſſylis imperantē quæ gens finitia mauris cōtra hiſpaniā ubi ē noua carthago ſita: q̄uis cū carthaginēſibus fœdus haberet acceptis donis a. C. Lælio amicitiam romanoꝝ non recuſauit: ſed cū duce colloq uelle dixit. fide accepta Lælius ad ſcipionē rediit. L. Martio Tarracōe. M. Syllano carthagine relictis cū duabus quīqueremibus comitæ Lælio ad ſyphacem tranſmiſit ſcipio: & eodē tempore aſdrubal aduenit. & ābo a ſyphace accepti benigne ſt̄.

Tethis. i. hi qui habitant ad oceanum magnum inquit Liuius ī omnia momētum ſyphax affectanti res aphricæ erat opulētiſſimus eius terræ bello iā expertus ipſos carthaginenſes. finibus etiā regni apte ad hiſpaniam poſitis quo freto exiguo dirimuntur. Belua: elephanti.

Getulis ahenis: purpura quæ apud getulos tingebatr̄. Fucaret: tigeret. Ahenis: caldariis. Capeſcit: meditatr̄. Fugiens: qm̄ pulſus erat ex hiſpania a ſcipione. Tota mole: oī conatu. Tanto honore: ꝙ duo clariſſimi duces ad ſe uenerit. Quā te dardanidæ: uerba ſyphacis ad ſcipionē. Serena: læta & iucunda.

Scipiadæ: ſcipionis pr̄is tui. Reuocat: refert patrem ſcipionem. Erythrea littora: gaditana. nā gades erythræ ē̄t dicebantur. licet aliqui dicant erythram eē inſulā poſt gades. Aeſtibus: motu oceani de quo dictum eſt. Vicina: qm̄ betis erūpit in fretum gaditanū. Frena: qm̄ prius numidæ non utebantr̄ frenis: ſed uirgula regebant equos ut dictum eſt. Magiſtros ueteris militiæ. M. Fabio. C. Sempronio conſſ. Numidiæ rex ſyphax cum res proſperæ ſcipionum ī hiſpania eſſent amicus romanoꝝ fit. tres ad eum miſſi centuriones legati: Vnum apud ſe orat remanerē ut diſciplinā rei militaris romanoꝝ rudibus numidis oſtenderet fide accepta. Qu. ſtatorius apud eum remanſit: q morem romanum in inſtruēdis peditibus primus barbaras illas gentes docuit Numidæ quippe tātum equitatu ualebant. carthagineſes cum galla fœdus percuſſerunt q filium maſiniſſā dedit. natum annos. xvii. qui militauit in hiſpania: uſque ad uictoriam ſcipionis cum quo fœdus percuſſit: & amicus romanorum factus eſt. Dentis: eboris ex dentibus elephantorum. Sectilis: diſtinctæ ac elaboratæ niueo ebore.

Aſdrubal ex auro pāterām galeāque comantem
Exin firmato ſociali fœdere regis.
Vertendas agitat iam nunc carthaginis arces
Maſſylis regnator erat ditiſſimus oris.
Nec nudus uirtute ſyphax quo iura petebant
Innumeræ gentes extremaque littore thetys
Multa uiro terra ac ſonipes et belua terror
Bellorum nec non marti delecta iuuentus.
Nec foret aut ebore: aut ſolido qui uinceret auro
Getulis ue magis fucaret uellus ahenis.
Has adiungere opes reputans auiduſque laborē
Siuertat rex ad penos dare uela per altum
Imperat: atque animo iam tū affrica bella capeſſit.
Verum ubi peruentum: et portus tenuere carinæ
Iam trepida fugiens per proxima littora puppe
Aſdrubal afflictis aderat noua fœdera querens.
Rebus: et ad tyrios maſſylia ſigna trahebat
Audito pariter populorum in regna duorum
Adueniſſe duces qui tota mole laborent
Diſceptentque armis terrarum uter imperet orbi:
Celſus mente ſyphax acciri intecta benigne
Imperat: et tanto regni ſe tollit honore
Tum letoſuoluens oculos aduerſa per ora:
Sic latium affatur iuuenem: ac prius incipit ultro
Quam te dardanide pulcherrime mente ſerena
Accipio: intueorque libens quamque ora recordor:
Letus ſcipiadæ reuocat tua forma parentem
Nam repeto herculeas erythrea ad littora gades
Cum ſtudio pelagi: et ſpectandis eſtibus unde
Veniſſem magnos uicina ad flumina betis.
Ductores miro quondam me cernere amore;
Tum mihi dona uiri præda delecta tulere
Arma ſimul regnoque meo tum cognita primū
Cornipedū frena atque arcus: quis cædere noſtra
Non norunt iacula: et ueteris tribuere magiſtros
Militiæ qui diſperſas ſine lege cateruas
Veſtro formarent ritu ad certamina martis.
Atque ego cum noſtra in noſtris quæ copia regnis
Nunc auri ferrem: niuei nunc munera dentis.
Nil ualui præcibus ſolos ſibi cepit uterque
Quos cohibebat ebur uaginæ ſectilis enſes
Quare age lætus habe noſtros intrare penates.

A c mea quādo habuit libycū fortuna per undas
D uctorem facili quæ dicam ut percipe mente
E tuos qui tyriæ regitis carthaginis arces
A ſdrubal huc aures huc queſo aduertite ſenſus.
Q uanta per auſonios populos torrentibus armis:
T empeſtas ruat:et latio ſuprema minetur:
V tque bibant tyrium bis quinos ſeua per annos
S icana nunc tellus:nunc littora ibera cruorem
C ui neſcire licet:quin ergo triſtia tandem
C onſidunt bella et depoſitis arma uolentes
T u libya tu te auſonia cohibere memento.
H aud deformis erit uobis ad fœdera uerſis:
P acator mediuſque ſyphax:ſubiungere plura
N on paſſus gentis morem arbitriumque ſenatus
S cipio demonſtrat:nāque illum abſiſtere cepti
S pe iubet.et patres docet hæc expendere ſolos
S uadendi modus hic:quodque eſt de parte diei
E xacti ſuper:ad menſas et pocula uertunt.
A tque epulis poſtq̄ finis dant corpora ſomno:
E t dura in noctem curarum uincula ſoluunt.
I amque nounm terris pariebat limine primo
E grediens aurora diem.ſtabuliſque ſubibant
A d iuga ſolis equi:nec dum ipſe aſcenderat axem
S ed pro rupturis rutilabant equora flammis.
E xigit e ſtratis corpus uultuque ſereno
S cipio contendit maſſyli ad lumina regis
I lli mos patrius fœtus nutriſſe leonum
E t catulis rabiem:atque iras expellere alendó
T um quoque fulua manu mulcebat colla:iubaſque
E t fera tractabat ludentum interritus ora
D ardanium poſtq̄ ductorem accepit adeſſe.
I nduitur clamydem regnique inſigne uetuſti.
G eſtat leua decus cinguntur tempora uita
A lbente:ac lateri de more aſtringitur enſis.
H ic in tecta uocat:ſecretiſque ædibus hoſpes
S eptrigero cum rege pari ſub honore reſidunt
T um prior his infit terræ pacator iberæ
P rima mihi domitis pyrenes gentibus ire
A d tua regna fuit properantem et maxima cura
O ſceptri uenerāde ſyphax:nec me equore ſeuus
T ardauit medio pontus non ardua regnis
Q æſumus aut īhonora tuis:coniunge latinis.
V nanimum pectus ſociuſque accede ſecundis.

Libycum ductorē:aſdrubalē. Quanta per auſonios:commemorat calamitates in gener:quas per tot annos paſſi fuerant:& patiebantur romani:atque carthaginenſes:ut ab utili ambobus ducibus pacem ſuadeat.ſeque medium pollicetur: ſed Scipio id in ſe non eſſe ſitū dixit:ſed in poteſtate ſenatus. Vtque bibant:hæc eſt calamitas carthaginenſium. Sicana tellus:qm̄ uicti fuerunt carthaginenſes in ſicilia. Ibera:hiſpana ꝓpter uictoriam Scipionis: & alia prælia quæ illic fuerant. Tādem:poſt tot cædes. Morem gentis: cōſuetudinem romanorum. Spe:fœderis percutiēdi ut uolebat ſyphax. Expendere: examinare iudicare ſolos ſenatores romanos.

Modus:finis hic fuit ſuaſionis non ulterius progreſſus eſt ſyphax audito ſcipione:& quod ſupererat diei uerterunt ad epulas inde quieuerūt. Exacti:iam prope finiti. Ipſe:ſol deſcribit aurorā.

Pacator:ſcipio qui pacauit hiſpanias. Pría mihi:exprimit ſcipio ſyphaci cauſam ſui aduentus & ab utili ſuadet: ut fœdus cū romanis ꝑcutiat. Pría:maxima. Quæſumus.i.ñ oramus res difficiles tuo regno. Vnaíum:cōcors & fidū.

Non tibi maſſyle: non tm̃ honoris affert tibi tuũ regnum: & proauita potentia quantũ afferent romani: pro quibus dii pugnãt cũ nullus alicui deorũ acceptus ſit qui arma læſerit romana. Cũ ſubito: cum uictima fugiebat malũ erat ſignum ut poeta innueret perfidiam ſyphacis: & fedus nõ duraturum dicit taurum mactandum ad aras fugiſſe: qm̃ ſyphax uiolato federe ad pœnos ſe uertit & filiã aſdrubalis duxit uxorem. Decoramen: ornamentum ſuorum maiorũ: & per hoc oſtendebatur caſuram eẽ gloriam ſeruatæ fidei ex capite ſyphacis: & eum depoſiturum eſſe coronam regni quod ſui maiores tenuerant. fuit enĩ poſtea captus ſyphax: & uiuus ad Scipionẽ perductus. Caſuro: qđ paulo poſt cadere debebat. Omina: ſigna & ꝓdigia futuræ calamitatis. Fractum: uictũ a Scipione ſyphacem. Solio: proprio regno. Repetit portum: ſcipio fœdere iecto cum ſyphace ꝓfectus ex aphrica die .iiii. portum carthaginis ingreſſus eſt.

Notis terris: hiſpaniæ. Sũmum honorem: appellando. ſ. regem. Munera: nomen regis. Auſonio: romano: qm̃ romani oderant maxime nomen regium. iõ dixit Scipio: regium nomen alibi magnum romæ autẽ ĩtolerabile eſſe. Patrios: romanos peroſos regiam dignitatem. Quãdo ita cælicolum: oratio ſcipionis ad milites. Orbe extremo: hiſpania quæ eſt ad occidentem. Vmbris: manibus patris & patrui.

N on tibi maſſylæ gentes extentaque tellus
S yrtibus et latis proauita potentia campis
A mplius attulerint decoris: q̃ romula uirtus
C erta inuicta fide: et populi laurentis honores
C ætera quid referam? non ullus ſcilicet ulli
A equus celicolum qui dardana læſerit arma.
A udiuit læto maſſylus et annuit ore
C omplexuſque uirum: firmemus proſpera dixit
O mina: nec uotis ſuperi concordibus abſint.
C ornigerũque iouem tarpeumque ore uocemus
E t ſimul extructis ceſpes ſurrexerat aris.
V ictimaque admotæ ſtabat ſubiecta bipenui
C um ſubito abruptis fugiens altaria taurus
E xiliit uinclis mugituque excita late
I mpleuit tecta: et fremitu ſuſpiria rauco
C ongeminat: trepida terrorem ſparſit in aula
V itaque maiorum decoramen fronte ſiue ullo
D elapſa attactu nudauit tempora regis
T alia celicolæ caſuro triſtia regno.
S igna dabant ſeuique aderant grauia omina fati:
H inc fractum bello regem ſolioque reuulſum
T empus erit cum ducet agens ad templa tonãtis.
Q ui tunc orabat ſocialia fœdera ſupplex
H is actis repperit portum: pupemque ſecundo
D at uento: et notis reddit ſe ſcipio terris.
C oncurrunt auidæ gentes: uarioſque ſubacta
P yrene miſit populos: en omnibus una
C oncordes regem appellant: regemque ſalutant
S cilicet hunc ſummum norunt uirtutis honorẽ:
S ed poſtq̃ miti reiecit munera uultu
A uſonio non digna uiro patrioſque uiciſſim
E docuit ritus et romam nomina regum
M onſtrauit neſcire pati conuerſus in unã
Q uæ reſtat curam nullo ſuper hoſte relicto
E t latium ſimul et uulgum betiſque tagique
C onuocat: ac medio in cetu ſic deinde profatur
Q uando ita cælicolũ nobis propenſa uoluntas
A nnuit: extremo libys ut deiectus ab orbe
A ut his occideret campis aut axe relicto
H eſperio: patrias exul luſtraret harenas
I am ueſtra tumulos terra celebrare meorum
E ſt animus: pacẽque dare expoſcentibus umbris.
M ente fauete pari: atque aures aduertite ueſtras

S eptima cūm ſolis renouabitur orbita cœlo:
Q uique armis ferroque ualent quique arte regendi
Q uadriugos pollent currus:quis uincere planta
S pes eſt:et ſtudium iaculis impellere uentos
A dſint:et pulchre certent de laude coronæ.
P ræmia digna dabo:et tyria ſpolia inclyta præda
N ec quiſq̃ noſtri diſcedet muneris expers
S ic donis uulgum laudūque cupidine flammat:
I amque dies prædicta aderat cetuque ſonabat
I nnumero campus ſimulataſque ordine iuſto
E xequias rector lachrymis ducebat obortis
O mnis iber: omnis latio ſub nomine miles
D ona ferunt:tumuliſque ſuper flagrantibus addūt.
I pſe tenens nunc lacte ſacro:nunc plena lyeo
P ocula:odoriferis aſpergit floribus aras:
T um manes uocat excitos:laudeſque uirorum
C um fletu cantat:ueneratur facta iacentum.
I nde refert ſeſe circo:et certamina prima
I nchoat:et rapidos curſus proponit equorum
F luctuat equoreo fremitu rabieque fauentum
C arceribus nondum reſeratis mobile uulgus
A tque fores oculis et limina ſeruat equorum.
I amque ubi prolato ſonuere repagula ſigno:
E t toto prima emicuit uix ungula cornu:
T ollitur in cœlum furiali turbine clamor.
P ronique ac ſimiles certantibus ore ſequuntur
Q uiſque ſuos currus:magnaque uolantibus idem
V oce loquuntur equis:quatitur certamine circus
C ertantum:ac nulli mentem non abſtulit ardor
I nſtant præceptis:et equos clamore gubernant.
F uluus harenoſa ſurgens tellure ſub undas
E rigitur globus:atque operit caligine denſa
C ornipedumque uias:aurigarumque labores.
H ic ſtudio furit acris equi:furit ille magiſtri.
H os patriæ fauor:hos accendit nobile nomen
A ntiqui ſtabuli:ſunt quos ſpes grata fatiget
E t noua ferre iugum ceruix:ſunt cruda ſenectus
Quos iuuet:et longo ſonipes ſpectatus in euo.
E uolat ante omnis rapidoque per aera curſu
C allaicus lampon fugit:atque ingentia tranat
E xultans ſpatia:et uentos poſt terga relinquit.
C onclamant:plauſuque fremunt:uotique per actā
M aiorem credunt præcepto limite partem.

Orbita:curſus ſolis Liuius ait. Scipio carthaginem ad uota ſoluenda diis munuſque gladiatorum quod mortis cauſa patris patruique parauerat edendū rediit. Simulatas exequias:fictam pōpam exequiarum cum imaginibus ac ſi cadauera ſuorum illic comburenda fuiſſent. ludi funebres inquit Liuius additi ſunt ſpectaculo gladiatorum pro copia & prouinciali caſtrenſi apparatu.

Tumulis:rogis ardentibus. Manes:patris:& patrui euocat. Laudes uirorū: habuit orationem funebrem ĩ illorum honorem:quod primus apud romanos inſtituit Valerius publicola ĩ funere.L. Bruti. Circo:in quo erant celebrādi ludi. Mobile uulgus:inconſtans multitudo ſpectatorum. Fores:exitus carcerū ex quibus equi emittuntur ad curſum repagula ut Sex.Pompeius ait ſuntque pateiaciendi gratia ita figuntur ut e cōtrario oppugnentur repagula dicimus obſtacula quæ ꝑ carceribus ſūt. Signo: ſono tubæ:id eſt poſtquā emiſſi fuerūt equi e carceribus. Toto cornu: uix eq extulerant totum pedem e carceribus a motis repagulis. Ore:uerbis & fauore.

Proni:exprimit habitum eorum q fauebant currentibus & eos oculis ꝓſequebantur. Idem:qui ſequuntur ore curſus magna uoce alloquunt ipſos equos: hortanturque ad curſum ut fit. Nulli non:ideſt ardor & ſtudium reddidit oīs pene inſanos. Præceptis:ideſt monent ipſos currentes. Antiqui ſtabuli: generoſitatis ipſorum equorum. Noua:prima ad curſū. Cruda:uiuida:& adhuc habilis ad curſum. Lampon callaicus: equus adductus a callaicis populis. Præcepto limite:occupato primo ſtadii loco arbitrabantur iam partam eſſe uictoriā qa tenebat primū locū ĩ curſu:ſed hi q hanc artem callebant aliter putabant.

Damnare:damnabant illum primũ ĩ
petum:& effuſas eſſe omnes uires quæ
ſunt moderandæ. Cirne:cirnus erat
auriga melampodis equi:pãchates erat
ſecundus equus:& regebatur ab ibero.
Ciniphio peloro:equo nutrito apud
ciniphios de quibus dictum ẽ. Rector:
ipſe durius.duo erant equi pelorus:&
camphaſus durius regebat pelorũ:athlas
camphaſum. Clauſum ferrum:frenũ
ideſt non mãdebat frena ore ſanguineo
pelorus autem erat patiens freni. Ideo
unquã:ideſt nunq̃ ipe pelorus deuius ſi
nuabat effuſum ideſt laxius uagantem
currum:quoniã cũ pareret frenis adhe-
rebat metæ quam luſtrabat.& ſic minus
ſpatium occupans facile ſuperabat.cur
rebant quippe circum metam.ũde Ho
ratius:Metaque feruidis euitata rotis.
Stringebat:quaſi tangebat metam.
Tramite leuo:ſiniſtro curſu. Inte-
rior:adhærens metæ:quod cum fit in le
uam eſt reuolutio. Multa:longa. Plu
rimus iubæ:habens longam iubam de-
miſſam per collum. Ludentis:diſcur-
rentis. Vectonum:populorũ hiſpaniæ.
aput quos equæ aperto ore in Zephyrũ
uerſæ concipiunt. Eductum:nutritũ.
Harpe:equa mater ipſius pelori. No
bilis durius:alludit ad durium amnem
qui habet ramẽta auri ſupra dixit. Hic
certãt pactolæ tibi duriuſque taguſque.
Antiquo:iam ſeni & aurigandi perito.
Vago:erranti.errauit enim Diomedes
poſt euerſum ilium & condidit ĩ hiſpa-
nia tyden denominatam a nomine prĩs
ut dictum ẽ. Aeneæ:Diomedes pugna
uit cum æneа.& illi equos aſtulit a qui-
bus hoc genus equorum in hiſpania ꝓ-
pagatum fuerat apud tyden maxime cõ
ditam a Diomede lege Homerũ. Ma-
gnis auſis:quoniam cõgreſſus fuerat cũ
ænea:& uenerem uulnerauit: ut canit
Homerus. In ſpatia addebãt: currebãt
per ſparia circi.Virgilius. Addunt ſe in
ſpatia.nec audit currus habenas. Cur
rum præcedentem.ſ.quem trahebat lã-
pon callaicus. Vngula prima:pria ps
ungulæ id ẽ iam pede percutiebat pedẽ
equi præcedẽtis. Nõ ibat ſegnior:pares
erãt hi duo ĩ curſu cãphaſus & pelorus.

At quis interior cũra et prudentia circi
Altior effuſas primo certamine uoces.
Damnare:et caſſis longe increpitare querelis
Indiſpenſato laſſantem corpora niſu.
Quo nimius:quo cirne ruis?nam cirnus agebat.
Verbera dimitte:et reuoca:moderatus habenas:
Heu ſurdas aures:fertur ſecurus equorum.
Nec meminit quantum campi decurrere reſtet.
Proximus a primo diſtans quantum equore currus
Occupat ipſe loci tantum:ſed proximus ibat
Aſtur panchates:patruum frons alba nitebat
Inſigne:et patrio pes omnis concolor albo.
Ingentes animi:membra aut procera:decuſque
Corporis exiguum:ſed tum ſibi fecerat alas
Concitus:atque ibat campo indignatus habenas.
Creſcere ſublimen:atque augeri membra putares.
Cinyphio rector radiabat fronte peloro
Camphaſus:ipſe aſper:nec qui ceruicis amaret
Adplauſe blandos ſonitus:clauſumque cruento
Spumeus admorſu gauderet mandere ferrum.
At docilis freni et melior parere pelorus.
Non unquam effuſum ſinuabat deuius axem.
Sed leuo interior ſtringebat tramite metam.
Inſignis multa ceruice:et plurimus idem
Ludentis per colla iubæ:mirabile dictu.
Nullus erat pater zephyri noua flamina campis
Vectonum eductum genetrix effuderat harpe
Nobilis hunc durius ſtimulabat in equore currum.
Caucaſus antiquo fidebat athlante magiſtro
Ipſum etola uago diomedi condita tyde
Miſerat exceptum troiana ab origine equorum.
Credebant:quos æneæ ſimoentis ad undas
Victor tydides magnis abduxerat auſis.
Iamque fere medium euecti certamine campum.
In ſpatia addebant:niſuſque apprehendere primos
Panchates animoſus equos:ſuper altior ire
Et præcedentem iam iamque aſcendere currum.
Pone uidebatur:curuatiſque ungula prima
Calliacum quatiens pulſabat calcibus axem.
At poſtremus atlas:ſed non et ſegnior ibat.
Poſtremo durio pacis de more putares.
Equata fronte et concordi currere freno.
Senſit ut exhauſtas qui proximus ibat iberus.

Callaicas cernit uires:nec ut ante ſalire
Præcipitem currū:et fumantes uerbere cogi
Aſſiduo uiolenter equos:ceu monte procella
Cum ſubita ex alto ruit:uſque ad colla repente
Cornipedum protentus:et in capita ardua pendens
Concitat ardentē quod ferret lora ſecundus.
Panchaten:uoceſque addit cū uerbere mixtas.
Te ne aſtur certante feret quiſquā equore palmam.
Erepto?conſurge:uola perlabere campum.
Aſſuetis uelox pennis decreſcit anhelo
Pectore conſumptus lampon:nec reſtat hianti
Quem ferat ad metas iam ſpiritus:hæc ubi dicta:
Tollit ſe ſonipes:ceu tunc e carcere primo
Corriperet ſpatium:et nitentem opponere leuos
Aut equare gradus cyrnum poſt terga relinquit.
Conſremit et cœlum:et ꝑcuſſus uocibus altis.
Spectantum circus:fertur ſublime ꝑ auras
Altius attollens ceruicem uictor ouantem
Panchates:ſocioſque trahit prior ipſe iugales.
At poſtremus athlas durius poſtremus in orbem
Exercent artes:leuos nunc appetit ille.
Conatus:nunc ille præmit:certatque ſubire
Dexter:et alterni nequiquam fallere temptant.
Donec confiſus primeuæ flore iuuentæ.
Obliquum durius conuerſis pronus habenis
Oppoſuit currum:atque euerſum propulit axem.
Athlantis ſenio inualidi ſed iuſta querentis.
Quo ruis?aut qui nam hic rabidi certaminis ē mos:
Et nobis et equis læthum cōmune laboras.
Dumque ea proclamat perfracto uoluitur axe.
Cernuus:ac pariter fuſi miſerabile campo
Diſcordes ſternuntur equi:quatit equore aperto
Lora ſuis uictor:mediaque pelorus harena
Surgere nitentem fugiens athlanta reliquit.
Nec longum cyrni defeſſos prendere currus.
Hunc quoque cunctātē:et ſero moderamia equorū
Diſcentem rapido præter uolat incitus axe.
Impellit currum clamor uoceſque fauentum
Iamque etiā dorſo atque humeris trepidātis iberi.
Ora ſuperpoſuit ſonipes:flatuſque uapore
Terga præmi:et ſpumis auriga caleſcere ſentit:
Incubuit campo durus:miſitque citatos
Verbere quadrupedes:nec fruſtra equare uidetur.

Callaicas uires:lampōis equi callaici. Protentus:extēdens ſe ſup colla equorum. Pendens:incūbens ſuper capita equorum ut fit:quoniam eſſet ſecūdus in curſu. Te ne:uerba iberi ad panchatem equū:q uenerat ex aſturia. Aequore:ſpatio ī ipſo curſu. Conſurge:erige te ī curſu. Anhelo:defatigato. Socios iugales:trahebat alios equos qui ſecum erant ligati ad eundē currum.iō eos appellat iugales. In orbem:in gyrum nūc uoluebant ſe in dextram:nunc ad ſiniſtram:ut alter alterum impediret. tādē durius per tranſuerſum obiecit currum athlanti ſeni:& ſic ꝓſtratus ē. Dexter:a parte dextra. Propulit:deiecit currū athlantis. Cernuus:præceps. Nec lōgum.ſ. erat:ideſt parum aberat a cyrno cuius equi erant iam defeſſi. Sonipes:pelorus iam ponebat os ſuper dorſum panchatis. Auriga:iberus.

Genitore pelore:uerba durii ad pelorum equum zephyri flatu conceptum. Pecudum:animalium & equorum. Diuini ſeminis:quoniam ex uento cõceptus erat pelorus. Patri: zephyro. Nimio ſucceſſu:gaudio & etiã pauore qui ex lætitia oriebatur excidit flagellum durio:& ſic palmam amiſit. Corona:pría gloria uictoriæ. Subducto uerbere:amiſſo flagello equi non parebant aurigæ. Lora inania:non inferẽtia dolorem. Arduus effuſas:deſcribit pãchatem uictoria geſtientem. Mollia: flexibilia. Superbi:tumidi & uictoria elati. attollebat greſſus præ lætitia:& altius ſolo ĩgrediebatur cum gaudio crura reponens. Par donum:bipennis data eſt omnibus indifferenter:ſed primus iberus habuit equum quem ſyphax ſcipiõi muneri dederat. Quæ multa iacet: quoniam ĩgens præda erat in caſtris romanoꝝ uictoriis parta. Gentilis:hiſpani.nam athlas erat hiſpanus ex uectonibus populis. His actis:nũc de curſu hominum. Enſem:quem ſcipio pater Scipionis ademerat hyempſæ a ſe occiſo. Gentile metallum:hiſpanum. Fulgẽtes pueri:deſcribit pueros qui ſeſe ad pugnam expediebant. Fulgentes ora:formoſi alludit ad heſperiũ ſtellã. Tyria domo:quoniam gades ut dictum eſt tyrii condiderunt corduba eſt in betica regione Hiſpaniæ.

A ut étiam æquauit iuga præcedentia dexter.
A ttonitus tum ſpe tanta genitore pelore
T e zephyro eductum nunc nunc oſtẽdere tempus.
D iſcant qui pecudum ducunt ab origine nomen.
Q uantum diuini præcellit ſeminis ortus.
V ictor dona dabis:ſtatueſque altaria patri.
E t ni ſucceſſu nimio lætoque pauore.
P roditus elapſo foret inter uerba flagello:
F orſan ſacraſſet zephyro quas uouerat aras.
T um uero infelix ueluti delapſa corona
V ictoris capiti foret:in ſe uerſus ab ira
A uratam medio diſcindit pectore ueſtem.
A c lachrymæ ſimul et queſtus ad ſydera fuſi.
N ec iam ſubducto parebat uerbere currus.
P ro ſtimulis dorſo patiuntur inania lora.
I nterea metis certus iam laudis agebat
S e ſe panchates:et præmia prima petebat.
A rduus effuſas lenis per colla per armos.
V entilat aura iubas:tum mollia crura ſuperbi
A ttollens greſſus magno clamore triumphat.
P ar donum ſolido argento celata bipennis.
O mnibus:ac uario diſtantia cætera honore.
P rimus equum uolucrem maſſyli munera regis
H aud ſpernenda tulit:tulit hinc uirtute ſecundus.
E t tyriaque multa iacet duo pocula præda.
A urifero perfuſa tago uilloſa leonis
T erga feri:et criſtis horrens ſidonia caſſis.
T ertius inde honor eſt:et poſtremo munere athlãtis
Q uamuis perfracto ſenio ſubſederat axe:
A ttritum donat uictor miſeratus et euum:
E t ſortem caſus:famulus florente iuuenta.
H uic datur adiuncto gentilis honore galeri.
H is actis ductor leta ad certamina plantæ
I nuitat:poſitiſque accendit pectora donis
H anc primus galeam hac acies terrebat iberas
H aſdrubal hunc enſem cui proxima gloria curſu
A ccipiet:ceſo pater hunc detraxit hyempſe.
T ertius extremam tauro ſolabere palmam.
C ætera contenti diſcedent turba duobus
Q uiſque ferox iaculis:quæ dat gentile metallum:
F ulgentes pueri tartheſſos et heſperos ora
O ſtendere ſimul uulgi clamore ſecundo.
H os tyria miſere domo patria inclyta gades.

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Beticus:hoc dederat puero cognomen ab amne
Corduba:et haud parco certamine læta fouebat.
Inde comam rutilus:ſed cum fulgore niuali
Corporis impleuit caueam clamoribus omné.
Eurytus:excelſo nutritum colle crearat
Setabis:atque aderant trepidi pietate parẽtes.
Tum lamus et ſicoris proles bellacis ilerde
Et theron potator aquæ ſub nomine lœthes.
Quæ fluit immemori perſtringens gurgite ripas.
Qui poſtq̃ arrecti plantis:et corpora proni
Pulſanteſque æſtu laudum exultantia corda
Accepere tuba ſpatium exiluere per auras.
Ocius effuſis neruo exturbante ſagittis.
Diuerſa et ſtudia et clamor:pendentque fauentes.
Vnguibus atque ſuos:ut cuique eſt gratia anheli
Nomine quẽque cient:grex inclytus equore fertur.
Nullaque tranſmiſſa ueſtigia ſignat harena
Omnes primæui flauentiaque ora decori.
Omnes ire leues:atque omnes uincere digni.
Extulit incumbens medio iam limite greſſum
Eurytus:et primus breuibus ſed primus abibat
Præcedens ſpatiis:inſtat non ſegnius acer
Heſperos:et prima ſtringit ueſtigia planta
Progreſſæ calcis:ſatis eſt huic eſſe priori.
Huic ſperare ſat eſt fieri ſe poſſe priorem.
Acrius hoc tendunt græſſus:animique uigore
Corpora agunt:auget pueris labor ipſe decorem
Ecce leni niſu poſtremoque agmine curſus
Poſtquam ſat uiſum ſibi concepiſſe uigoris:
Celſus in exhauſtas effundit turbine uires.
Non expectato ſubituſque erumpit ad auras
Præuehitur theron:credas cyllenida planta
Ethereo nexis curſu talaribus ire
Iamque hos.iamque illos populo mirante reliquit.
Et modo poſtremus nunc ordine tertia palma
Heſperon infeſtat ſua per ueſtigia preſſum.
Nec iam quem ſequitur tantum:ſed prima coronæ.
Spes trepidat tantis uenientibus eurytus alis.
Quartus ſorte loci:ſed ſi tres ordine ſeruent
Inceptos curſus:nequiquam uana laborans
Tartheſſos fratrem medio therone præmebat.
Nec patiens ultra tollit ſeſe equore theron
Igneus:et plenum præteruolat heſperon ire.

Haud parco certamine:nam miſit iuuenes qui honori eſſent Scipiõi celebrãti ludos cum lætitia. Læta:res lætas:id eſt ipſos ludos & ſpectacula. Rutilus comam:habẽs comam aurei coloris & corpus candidũ .unde propter pulchritudinem clamores omnium excitauit ſetabis oppidum hiſpaniæ de quo ſupra.

Sycoris:eſt fluuius prope ileidã a quo denominat̃ hic iuuenis. Bellacis:hoc dicit poeta reſpiciens ad bellum ciuile ſupra dixit.nec quæ dardanios poſt uidit ileida furores. Potator aquæ:id eſt accola lethes fluuii hiſpãi đ quo ſupra.

Immemori gurgite:aqua quæ obliuionem inducit. Aeſtu:cupiditate laudũ.

Spatium:campum ad ſonum tubæ.

Exiluere:emicuere ad curſum uelocius ſagittis emiſſis ab arcu. Exturbante corda:impellẽte. Ire leues:agiles ad curſum. Stringit ueſtigia:ſuo pede premebat pedes euryti præcedentis. Prima planta:prima parte pedis. Cyllenida plantam:pedes Mercurii habentis talaria. Sua per ueſtigia: quoniam aſſequebatur eum pedibus. Tantis alis:tãta uelocitate teronis. Quartus:ipẽ tarteſſus.

Ne quiquam:fruſtra laborabat inquit in caſſum tarteſſus:ſi tres primi tenuiſſent ſuum curſum. Tres:eurytus heſperus & Teron. Fratrem:heſperũ teron erat medius inter tarteſſum & heſpeꝝ.

Plenũ iræ:iratũ ꝗ a Terone ſuparet̃.



SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Vnus erat ſup:iã ſuperat unus eurytus & uicinitas metæ ĩcẽdebat ĩpos currẽtes grauioribus ſtimulis. Aegros:timentes ſupari:& ſuſpẽſos aĩo. Labor:& pauor ademerãt uires.tñ id robur qđ uterque hẽbat ad uictoriã:& ultimũ conatũ aduocabat:ſed heſperus teronem coma retardauit:& ſic eurytus ad palmã emicuit. Breuia conamĩa:qm̃ paꝝ iã diſtabãt a meta. Vterque:eurytus & theron. Euadit:præterit. Patrio:hiſpano. Hic grauiora uiꝝ:nunc de gladiorio munere:de quo Liuius gladiatoꝝ ſpectaculũ fuit nõ ex eo genere hoĩum ex quo laniſtis cõparare mos ẽ ſeruorũ deletu ac liberoꝝ q hñt ſanguinẽ uẽalẽ. uolũtaria oĩs & gratuita opa pugnãtiũ fuit.nã alii miſſi a regulis ſunt ad ſpecimen inſitæ uirtutis oſtendẽdũ.alii ĩpi ꝓfeſſi ſe pugnaturos ĩ grãm ducis alios æmulatio & certamen:ut ꝓuocarẽt ꝓuocatiue ut nõ abnuerẽt traxit. Creuere:pugnauere ĩ de cernẽ & decernẽ ferro apud Virg. ideſt pugnare. Martigena e uulgo: bellicoſo hiſpano. Sueti laboris:qm̃ hiſpãi ſunt aſſueti dimicationibus & bellis.

Hos ĩter gemini:Liuius ait: qdã quas diſceptãdo cõtrouerſias finiẽ nequerãt: aut noluerãt.pacti ĩter ſe: ut uictorẽ res ſequereẽ ferro decreuerũt.neque obſcuri generis hoĩes:ſed clari:illuſtreſque & corbis & orſua patrueles frẽs:q̃ ciuitatis prĩcipatu ãbigẽtes ferro ſe certaturos ꝓfeſſi ſunt.Iras:Scipio ſedare uoluit: illi martẽ iudicẽ uolebãt. cũ a tãta rabie dirimi neqrẽt ĩſigne ſpectaculũ exercitui ꝑbuere:documẽtũque q̃tũ cupiditas ĩpii malũ inter mortales eſſet.maior corbis uſu armoꝝ & aſtu facile ſtolidas uirẽs orſuæ ſupauit. Quid non auſum:q.d.reges ut ĩperare poſſint oĩa audẽt:ũde Cæſar ſæpius uſurpabat ſi uiolandũ eſt ius grã regnãdi uiolãdũ eſt:ĩ oĩbus aliis pietatẽ colas. Gemini:erãt enĩ patrueles.

Circo ĩnumero :frequẽtibus ſpectatoribus:imo exercitu. Cauea:id ẽ ĩpis ſpectatoribus dãnãtibus talẽ furorẽ. cauea appellaẽ cõcauitas ĩpius theatri.ſic ẽt circi & poniẽ ꝓ ĩpis ſpectatoribus. Pro ſceptro:prĩcipatu unius ciuitatis. Mos durus:mos fuit ĩ hiſpania finiri certamen armis eoꝝ q uolebãt regnaẽ. Solium regnũ:cũ diſcrimĩe uitæ. Orbati:ſine prẽ orſuæ prẽ ut ait Liuius prĩceps ꝓxĩe fuerat a frẽ maiore poſt mortẽ eius prĩcipatu accepto. Pari niſu:mutuis uulneribus ceciderũt a Liuio diſſentit poeta:q dicit orſuam natu minorem cecidiſſe.

Dirus:crudelis,morientes hi duo ſe inuicem conuiciis inceſſebant. Manes: animæ ſeruarunt etiam ĩ morte diſcordiam:ut de ætheocle ac polynice canit Papinius. Turba:gladiatorum ſcilicet:

Mauruſia præda : punica.

Vnus erat ſuper:et metæ propioribus egros.
Vrebat finis ſtimulis quaſcũque reliquit
Hinc labor hinc penetrans pauor ĩ præcordia uires:
Dum ſperare licet:breuia ad conamina uterque
Aduocat:æquatur curſus:pariterque ruebant
Et forſan gemina meruiſſent premia palma
Peruecti ſimul ad metas ni terga ſequutus
Theronis fuſam late ꝑ lactea colla
Heſperos ingenti tenuiſſet ſeuus ab ira
Traxiſſetque comam:tardato letus ouanſque
Eurytus euadit iuuene:atque prælia uictor
Emicat:et galeæ fert donum inſigne coruſcæ.
Cætera promiſſo donata eſt munere pubes:
Intonſaſque comas uiridi redimita corona
Bina tulit patrio quatiens haſtilia ferro.
Hinc grauiora uirum certamina:cominus enſis
Deſtrictus:bellique feri ſimulacra cientur
Nec quos culpa tulit:quos crimina noxia uitæ
Sed uirtus animuſque ferox ad laudis amorem
Decreuere pares ferro:ſpectacula digna
Martigena uulgo:ſuetique laboris imago.
Hos inter gemini:quidam nõ regibus auſum?
Aut quod iam regni reſtat ſcelus?impia circo
In numero fratres cauea damnante furorem:
Pro ſceptro armatis inierunt prœlia dextris.
Is genti mos dirus erat:patriumque petebant
Orbati ſolium lucis diſcrimine fratres.
Concurrere animis quantis cõfligere par eſt
Quos regni furor exagitat:multoque cruore
Exatiata ſimul portantes corda ſub umbras
Occubuere:pari:niſu ꝑ pectora adactus
Intima deſcendit mucro:ſuper addita ſeuis
Vltima uulneribus uerba:et conuitia uoluens
Dirus in ĩuitas effugit ſpiritus auras.
Nec manes pacem paſſi:nam corpora iunctus
Vna cum raperet flamma rogus impius ignis
Diſſiluit:cinereſque ſimul iacuiſſe negarunt.
Cætera diſtincto donata eſt munere turba:
Vt uirtus et dextra fuit:duxere iuuencos
Impreſſis dociles terram proſcindere aratris.
Duxere aſſuetos luſtra exagitare ferarum
Venatu iuuenes:quos dat maruſia præda.
Nec non argenti nec non inſignia ueſtis.

Libyſſe:libycæ. Tunc iaculo:nunc de iaculatoribus q ultima ſpectacula fuerũt. Vincere: ſupare iaculis metam & ſignũ poſitũ. Burnus:erat primus iaculator:habebatque claros natales: & erat tagi accola aureas habẽtis harenas. Auis:maiorꝝ ſtemmate clarus. Pallet: ꝑpter colorem auri. Inſignis: clarus:& peritus. Lacerto:iaculo lacertis ĩpulſo. Acontheus:tãto ĩpetu emittebat haſtilia ut cerni ñ poſſẽt. Fugiſſe:euolaſſe ꝑ aerẽ pp fugã rapidã. Indibiliſque:hic regulus fuit ſueſſanorꝝ & ilergetũ ĩ hiſpania q diu cũ romanis pugnauit.nã cõtra.P.Scipionẽ huius ſcipionis pr̃em.vii.& qngenta ſueſſa

Captiuæ precia et ſonipes:et criſta nitenti
Inſurgens cono:ſpolia exuuiæque libyſſæ.
Tum iaculo petiere decus ſpectacula circi.
Poſtrema:et mete certarunt uincere finem
Qua tagus auriferis pallet turbatus harenis.
Et glagus inſignis uentos ante ire lacerto:
Et cuius nunq̃ fugiſſe haſtilia cerui
Præ rapida potuere fuga uenator aconteus.
Indibiliſque diu letus bellare latinis.
Iam ſocius:uolucreſque uagas deprendere nube
Aſſuetus iaculis idem et bellator ilerdes
Cui ludus nullam curſu non tollere damam
Tertia palma habuit geminos inſignis aconteus
Nec timidos agitare canes latratibus aprum.
Quos poſtq̃ clamor plauſuſque probauit honores
Germanus ducis atque effulgens lelius oſtro
Nomina magna uocant leti maneſque iacentum
Atque haſtas ſimul effundunt:celebrare iuuabat
Sacratos cineres:atque hoc decus addere ludis.
Ipſe etiam mentis teſtatus gaudia uultu
Ductor ut equauit meritis pia pectora donis:
Et frater thoraca tulit multiplicis auri:
Lelius aſturica rapidos de gente iugales
Contorquet magnis uictricem uiribus haſtam
Conſurgens:umbriſque dari teſtatus honorem
Haſta uolans mirum dictu medio incita campo
Subſtitit ante oculos:et terræ infixa coheſit.
Tum ſubitæ frondes celſoque cacumine rami
Et latam ſpargens quercus dum naſcitur umbrã
Ad maiora iubent præſagi tendere uates.
Id monſtrare deos:atque hoc portendere ſignis
Quo ſuper augurio pulſis de littore cunctis
Heſperio pœnis cultor patriæque domuſque.
Auſoniam repetit fama ducente triumphum.
Nec latium curis ardet flagrantius ullis
Quam iuueni libyam et ſummos permittere faſces.
Sed frigens animis nec bello proſpera turba
Ancipiti ſenior temeraria cœpta uetabant.

norꝝ in aciẽ eduxit. Iã ſocius:tpe.ſ.ſcipionis ludos celebrãtis indibilis & mandonius frẽs cũ omni populorꝝ manu relicto aſdrubale ſcipioni occurrerunt: & in amicitiã ſocietatẽque recepti ſunt:& fœdere ab his accepta fides ſed poſt diſceſſum ſcipiõis iterũ excitarũt bellũ. Victique ſũt ab ĩperatoribus.L.Lẽtulo &.L.Manlio in pugna indibilis cecidit cũ.xiii.milibus hoĩum.Mandonius dũ ꝑ legatos deditionẽ tentat ĩ conciliũ uenit ibi captus cũ cæteris principibus pœnas dedit. Latinis.i. pugnare cũ romanis. Deprendere:uulnerare. Burni: ſerua noĩe damũ burno data eſt tingendis lanis docta. Murice:purpura getulica. At quẽ ꝓxima honorãt pmia: hoc eſt ſecundũ pmiũ.Ilerdes accepit puerꝝ q curſu ſupabat damas. Vicinã mete: burrus metã tetigerat.Ilerdes adegit haſtam mete uicinã:& ideo ſecunda pmia ipſum ornarũt. Tollere:uĩcere:& perimere. Nullã non:affirmate.i.uincere omnis damas.tertia uictoria habuit canes. Germanus ducis.L.Scipio. Iacẽtũ:ſcipionũ. Tulit:habuit a ſcipione.

Multiplicis auri: multiplicatis lamis aureis ex qbus torax conficit̃. Iugales: equos aſtures. Vmbris:manibus patris & patrui. Subitæ frõdes: hoc tractũ ẽ ab hiſtoria romuli q haſtã ex palatio in auẽtinũ cõtorſit quæ creuit ĩ magnã arborẽ cornũ. hæc haſta ſcipionis creuit ĩ quercũ qm̃ ſcipio liberaturus erat romã & omnẽ italiã reuocato ãnibale ĩ aphricã & ſupato:ciuiũ liberatores querna corona donabant̃ quæ ciuica dicebatur.

Preſagi:futura ꝓuidẽtes. Portẽdere: ſignificar̃. Repetit auſoniã: Scipio pulſis ex hiſpania carthaginẽſibus.L.Lẽtulo &.L.Manlio ꝓuĩcia tradita cũ.x.nauibus romã rediit. Ducẽte triũphũ:fama ſcipionis triũphãte.ipſe.n.non triũphauit qm̃ ſine magiſtratu rẽ geſſerat.

Nec latium curis:comitiis cõſularibus oẽs cẽturiæ ĩgẽti fauore.P. Scipionẽ cõſulẽ dixerũt cũ.P.Licinio craſſo põtifice maxĩo. oẽs fere ſcipiõi ꝓinde ac ĩ italia debellatũ eẽt ꝓuĩciã aphricã deſtinarũt:qđ ſcipio uel maxime cupiebat:ſed Fabi. obſtitit cũ ſenioribus. Latiũ: ip̃a roma caput latii. Faſces:cõſulatũ. Iuueni:ſcipioni. Nec bello ꝓſpa turba:ip̃i ſenes pp lõgã rerꝝ expientiam timẽtes.

Nec ꝓſpa:nõ fauẽs. Ancipiti:piculoſo bello:& dubio & ſic patrũ prudẽtia laudatur: q nil temere agendum putabãt.

Cepta: talem in aphricam profectionem cũ uideretur latiis rebus piculoſa.

Magnoſque horrebant cauta formidine caſus.
Ergo ubi delato conſul ſublimis honore
Ad patres conſulta refert: deturque poteſtas
Orat delendæ carthaginis altius orſus:
Hoc grandeua modo fabius pater ora reſoluit
Haud equidem metuiſſe queam ſaciatus et eui.
Et decoris: cui tam ſupereſt et gloria et ætas
Ne credat nos inuidiæ certamine conſul
Laudibus obtrectare ſuis: ſatis inclyta nomen.
Geſtat fama meum: nec egent tam proſpera laude
Facta noua: uerũ et patriæ dum uita manebit:
Deeſſe nephas animũque nephas ſcelerare ſilendo.
Bella noua in libyæ moliris ducere terras.
Hoſtis enim deeſt auſonia: nec uincere nobis
Eſt ſatis annibalem? petitur quæ gloria maior.
Littore eliſeo? ſtimuli ſi laudis agunt nos.
Hanc ſegetem mete: compoſuit propioribus auſis
Dignum te fortuna parem: uult itala tellus
Ductoris ſeui uult tandem haurire cruorem.
Quo martẽ aut quo ſigna trahis? reſtiguere primũ ẽ
Ardentem italiam: tu feſſos obuius hoſtes
Deſeris: ac ſeptem denudas proditor arces.
An cum tu ſyrtin ac ſteriles uaſtabis harenas
Non dira illa lues notis iam mœnibus urbis
Aſſiliet? uacuumque iouem ſine pube ſine armis
Inuadet? quanti eſt ut cedas: romãque relinquas.
Emerito: ac tanti perculſi fulmine belli:
Siccine te ut nuper capua eſt accitus ab alta
Fuluius equoreis libyæ reuocabimus oris?
Vince domi: et trinis mœrentem funera luſtris
Auſoniam purga bello: tum tende remotos
In garamantas iter: naſamoniacoſque triumphos
Molire: anguſtæ prohibent nunc talia cepta
Res italæ: pater ille tuus qui nomina ueſtræ.
Addidit haud ſegnis genti: cum conſul iberi
Tenderet ad ripas reuocato milite primus
Deſcendẽti auide ſupatis alpibus ultro
Oppoſuit ſeſe annibali: tu conſul abire
A uictore paras. hoſte: atque auelleĩ nobis
Scilicet hoc aſtu penum: ſi deinde ſedebit
Impauidus: nec te in libyã tuaque arma ſequetur:
Capta dãnabis conſulta improuida roma.

Haud equidẽ metuiſſe queã: oro Fabiĩ qua ſcipionis deſiderio aduerſatur: & ĩcipit a cõfutatione ne audientes putarẽt Fabiũ inuidia ductũ talia diſſuadere. Inde expurgata ſuſpitione liuoris ad ſcipionẽ uerba cõuertit ſuadendo ab utili tutandam potius italiã: q̃ ſe ancipiti fortunæ cõmittere. Nõ poſſum inqt iam timere ne ſcipio conſul credat me loquuturũ propter inuidiã: & obtrectationẽ laudũ ipſius. nã ſolemus inuidere aliis id quod nobis deeſt: at mihi ſuperſunt honores. Vnde ueriſimile ẽ me nõ liuore duci: ſed uſu rei pu. cui ſemp pro uirili pte proſpexi. Eui. i. plenus annoꝝ & dignitatũ. fuerat enĩ dictator: & .V. conſul. Supereſt: ſuphabũdat gloria uſque ad faſtidium. Obtrectare: repugnare & detrahere. Proſpera: præclara acta mea. Scelerare: maculare: quippe boni ciuis & ſenatoris eſt nihil diſſimulare quod p̃riæ conducat. Silẽdo: tacẽdo ea quæ ex uſu p̃riæ ſint: & ſic pietas fabii erga patriã laudatᷣ. Bella noua: narratio eſt. Hoſtis enĩ: ironice loquiᷣ quaſi dicat ſi tuus aĩus ardet gloria bellica congredere cũ ãnibale tibi æquali: & eſt in hac pte confutatio. Eliſeo: carthaginenſi. Mete: tolle ãnibalem e medio. Cõpoſuit: oppoſuit te fortuna annibali: nõ eſt opus traiicere in aphricã ꝑpiores ſũt hoſtes cõtra quos potes audere. Auſis: uiribus & audaciæ tuæ. Parem: annibalẽ cũ quo poteris cõgredi & decorum ſeruare tuũ: cum ſit ĩperator tanti noĩs: & inſerit ſemper cõfutatiões: reſpondẽs tacitis obiectionibus. Tandẽ: poſt tot annos: & clades. Quo martem: ab utili ſuadẽdo imperũ ſcipionis latenter accuſat. Septẽ arces: romam quæ ſuis mitris. vii. colles cõplectiᷣ. Dira lues: ipſe ãnibal peſtis tabifica. Aſſiliet: iſultabit. Iã notis: qm̃ prius fuerat ad portã collinã. Vacuũ iouẽ: ipſũ capitoliũ. Quãti ẽ: ſenſus hoc qđ tu optas annibal ſi poſſet magno ꝓtio emeret ut. ſ. italiã relinq̃s ſic. Vir. hoc ithacus uelit: & magno mercenᷣ atridæ. Emerito: ãnibali iã emerito & q̃ſi ſeni in italia. Aſt tãto: nos inqt ꝑcuſſi pœnoꝝ ĩpetu ꝛuocabimus ne te ex libya ut paulo nõ fuluiũ ex obſidione capuæ: apud li uium ait. qđ ſi qđ oẽs dii omẽ auertãt & dicere reformidat aĩus: ſed quæ acciderũt accidere poſſũt: & uictor ãnibal ire ad urbẽ ꝑgat tũ đmũ te cõſulẽ ex aphrica ſicut. Qu. Fuluium e capua arceſſemus. Trinis luſtris. xv. ãnis. Molire: para meditare. Anguſtæ res: calamitas italiæ ꝓhibet tuã ꝓfectionẽ. P̃r ille tuus: exẽplo ſcipionis p̃ris monet non eſſe italiam relinquendam: quippe ſcipio ille rediens e maſſylia quo tranſmiſerat ut patriæ adeſſet annibali ex alpibus deſcendenti ad ticinum occurrit. Nomina: gloriam: quippe dicti ſunt illi fratres duo fulmina belli. Ad ripas iberi: cum nauigaret in hiſpaniam. Auellere: remouere a nobis annibalẽ hoc aſtu tranſmittendo. ſ. ĩ aphricã

Sed fac turbatum conuertere ſigna:tuæque
Claſſis uela ſequi:nempe idem erit annibal idem.
Cuius tu uallum uidiſti e mœnibus urbis
Hæc fabius ſeniorque manus paria ore fremebāt.
Tum contra conſul:ceſis ductoribus olim
Magnanimus lætho gemino cui tota ſubiſſet
Sidonium poſſeſſa iugum tartheſia tellus.
Non fabio non quis eadem eſt ſentētia cordi.
Quoquā ad opem uerſo fateor primoribus annis
Excepi nubem belli:ſoluſque ruenti.
Obieci telo caput:atque in me omnia uerti.
Tum grandeua manus puero male credita bella
Atque idem hic uates temeraria cepta canebat.
Dis grates laudēque fero:ſub nomine quorum
Gens troiana ſumus:puer ille et futilis ætas
Imbelleſque anni nec dum maturus ad arma
Scipio reſtituit terras illeſus iberas
Troiugenis pepulit pœnos:ſoliſque ſequutus
Extremas ad athlanta uias:exegit ab orbe
Heſperio nomen libyæ:nec rettulit auri.
Signa:priuſq̄ fumantes circa equora uidit
Romano phœbum ſoluentem littore currus.
Adſciuit reges idem nunc ultimus actis
Reſtat carthago noſtris labor hoc ſator cui
Iuppiter eterni monet:annibalem ecce ſenectus
Intremit:aut egros ſimulat mētita timores.
Ne finem longis tandem peperiſſe ruinis
Sit noſter titulus.certe iam dextera nobis
Experta:et robur florentibus auximus annis.
Ne uero fabricate moras.ſed currere ſortem
Hanc ſinite ad ueterum delenda opprobria cladum
Quam mihi ſeruauere dei:ſat gloria cauto
Non uinci pulchra ē fabio peperitque ſedendo
Omnia cunctator nobis:nec mago:nec hanno:
Nec giſgone ſatus:nec amilcare terga dediſſent
Si ſegnes clauſo traheremus prælia uallo.
Sidonius ne puer uix pubeſcente iuuenta
Laurentis potuit populos et troia adire
Mœnia:flauentēque ſacro cum gurgite tybrim.

Sed fac turbatū: eſto inqt q̄ ānibal te ſequať nō ne idem erit quem tu uidiſti inſultantē mœnibus nr̄is. Turbatū: egre ferentē te pr̄iam uexare ſuā. Cōuerteř ſigna:redire ī aphricam. Paria: ſimilia.ſeniores Fabio aſſentiebantur.

Ceſis ductoribus:cōcio ſcipionis:q̄ ſeniorum tarditatē accuſat cū ipſe ſua celeritate hiſpanias uicerit. Vbi ceciderāt duo fulmina belli ſcipiones: apud Liuium ait.Vnde hæc repēte de me cura exorta cū pater:patruuſque meus interfecti cū amiſſæ hiſpaniæ cū quattuor exercitus pœnoꝝ: quattuor duces omnia metu armiſque tenerent cū queſitus ad id bellum īperator nemo ſe oſtenderet p̄ter me nemo profiteri auſus eēt:cū mihi quattuor &.xx.annos nato detuliſſet imperium populus ro.tū nemo ætatem meam uim hoſtium difficultatem belli pr̄is:patruique recentem cladē commemorauit. Letho gemino:morte duoꝝ ſcipionum. Sidonium iugū: imperiū punicum.i.cū oīs hiſpania pareret carthaginenſibus. Ad opem: auxiliū ferēdum.nemo.n.illuc proficiſci audebat.

Primoribus:iuuenilibus natus erat ſcipio.xxiiii.annos. Nubem: turbinē & īpetum belli. Grādeua manus: tum inqt ſeniores & potiſſimū Fabius dicebāt mea incepta eē temeraria & ſic Fabium eludit:quem ironice uatem appellat: & ex ſtomacho. Puer ille: ego ſcipio quē dicebatis eē puerum. Futilis ætas: iutilis ut uidebatur uobis: & īepta ad tantā belli molem:reſtituit romanis hiſpanias. Illeſus:nil mali paſſus in tāta rerū mole. Troiugenis:romanis. Pepulit: fugauit ex hiſpania oīs carthaginēſes.

Exegit:fugauit & expulit: p̄fectus uſque ad athlantē:& ſolis occaſū. Signa auri:nec prius rediit romā cū p̄da ingēti q̄ uiderit oēm ſubactam hiſpaniam.

Romano litore: romanis iā ſubdito.i. donec uidit hiſpaniā ī ditionē romanorū uſque ad oceanum ubi ſol occidit.

Aſciuit:ſocios:& amicos fecit maſiniſſam:& ſyphacem ſolum inquit mihi ſupereſt ut carthaginē expugnem: quod iuppiter pollicetur. Senectus: fabius & alii ſenes. Intremit:timet annibalem: aut ſimulat timorem, ne accedat mihi titulus euerſæ carthaginis. Egros:ab effectu:quoniam timor facit homines egros. Lōgis ruinis: calamitatibus quas per tot annos paſſi ſumus. Ne fabricate:nolite inquit impediř meum iter ad carthaginē ut ulciſcar clades acceptas.

Cauto:Fabio cūctatori:q cū ſibi pauerit magnā gloriā cūctādo.ſinat me nūc tēdere quo fata uocant. Nō uinci:ab ānibale.ſ. Peperit oīa: rē romanā labantē reſtituit & accuſās Fabii cūctationē ait.nec ego uiciſſem annonem Magonem & aſdrubalem ſi fuiſſem cunctator. Nec amilcare ſatus:aſdrubal quem uicit prope pyreneos montes alter fuit aſdrubal uictus ab eo in hiſpania giſgonis filius. Sidonius puer: non ne inquit annibal q̄ſi puer ī italiā uenit:& illā cōſilio armiſque terribilē tanto belli turbine uexauit. Troiana:romana.

Longo bello:iā.xv.annis. Tyrias:carthaginenſes. Litora:punica.ſ. Illum ego reuocabo inqt āni‑balē in libyā quem uos cunctādo ī italia fouiſtis:& trahit fabiū in inuidiā. Tertia luſtra.xv.ānis. Ve‑ſtigia:ſigna.i.haſtas affixas portæ urbis manu hoſtili. Turres:quæ erāt ad portā collinam.prius inqt q̄ annibal ueniat iterum ad urbem audiet exuri mœnia carthaginis apud liuium ait. hic modo nihil more ſit.una & traiecisſe me audietis:& ardere bello aphricā:& amolientem hinc annibalem: & obſi‑deri carthaginem. Rutulis:romanis. Fato:diſpoſitione fatorum ita uolente.p̄res annuerunt uerbis ſcipionis. Fauſtumque precati:antiqui oībus rebus agēdis quod bonum fauſtū fœlix:fortunatumque eſſet p̄fabantur. Dederunt:conceſſerūt ſcipioni ut bel lum in aphricā trāſferret bonis auibus: eſt ſic ſcipio ex ſicilia ſoluens bono ſy‑dere in libyam tranſmiſit.

Petri Marſi interpretatio in ultimum uolumen Syllii italici.

Hoſtis ut auſoniis: ciuitatē in‑quit Liuius eo tēpore recēs re ligio inuaſerat īuento carmie ī libris ſibyllinis:qđ tale erat. Quandoque hoſtis alienigena bellum italiæ ītuliſſet eum pelli italia uīcique poſſe ſi matris deū peſſinunte numē ro mam aduectū foret. Itaque ſcipione & .P.Craſſo conſſ.legati ad Attalum miſ ſi ſūt.M.Valerius Leuinus.M.Cecilius Metellus.P.Sulp.Galba.& Tremellius Flaccus.M.Valerius falco:quos Attalus comiter acceptos deduxit ī phrygiā: & ſacrū lapidē quē matrē deū eſſe incolæ dicebant tradidit:ac deportari romam iuſſit.Scipio ī aphricā traiecit:ſyphace: aſdrubaleque uictis carthaginenſes ī pa triam reuocauerūt Annibalē: q nō ſine īdignatōe ac dolore reſpectās italia ceſ ſit:quem ſcipio ad zamam magno p̄lio uicit:carthaginē tributariā reddidit: & romam ad triūphū reuerſus ē. Hoſtis aduena: alienigena ſic dicebat carmen ſybillinum. Phrygia ſede: ex peſſinū te urbe phrygiæ. Laomedonteæ urbis: romæ. Qui lectus:electus a ſenatori‑bus uir optimus: q hoſpes eēt numinis idei.M.Cor.cethego.P.Semp.Tuditāo conſſ.cybeles ſimulachrum romam ad uectum eſt.Scipio Natica adoleſcēs nō dum queſtor uir optimus a ſenatu iudi catus eſt.Is uectus naue ī mare a ſacerdo tibus deam accepit:& in terram extulit primoribuſque matronarum dedit iter quas claudia ſuæ caſtitatis teſtimoniū dedit. Matronæ ī ædem uictoriæ quæ erat ī palatio tulerunt pridie idus apri‑lis. Iſque dies feſtus fuit. populus fre‑quēs dona cōgeſſit:lectiſternium:& lu di fuere īſtituti:quos megalleſia appel‑larunt. Heu nomen:hoc nomen iquit poeta optimi uiri erat clarius ac melius omni triumpho. Properabat:cum no bilibus matronis:ſcilicet ad excipiendā cybelē. Sacris:cum cerimoniis.P.Cor nelius cum omnibus matronis oſtiam ire iuſſus obuiam deæ inquit Liuius ut eam de naui acciperet:& in terram delatā traderet inferendam matronis. Patruo:erat filius Gnei Scipionis patrui maioris aphricani qui tūc ad bellū libycum deſtinabať. Vnde cognomē reportauit.

E t potuit latium longo depoſcere bello:
N os libyæ terris tranſmittere ſigna pigebit:
E t tiryas agitare domos?ſecura pericli
L ittora lata patent:et opima pace quieta
S tat tellus:timeat tandem carthago timeri
A ſſueta:et nobis quāuis enotria nondum
A nnibale arua uacent:ſupereſſe intelligat arma.
I llum ego quem uoſmet cauti conſultaque ueſtra.
I n latio fecere ſenem:cui tertia large
F undenti noſtrum ducuntur luſtra cruorem
I llum ego ad incenſas trepidātem et ſeua pauentē
A duertam patriæ ſedes:an roma uidebit
T urpia agenoreæ muris ueſtigia dextræ?
C arthago immunis noſtros ſecura labores
A udeat interea:et portis bellabit apertis?
T um uero noſtras iterum pulſet improbus hoſtis
A riete ſidonio turres:ſi templa ſuorum
N on ante audierit rutulis crepitantia flammis.
T alibus accenſi patres:fatoque uocante
C onſulis annuerant dictis:fauſtumque precati
V t foret auſoniæ:tranſmittere bella dederunt.

Hoſtis ut auſoniis diſcederet
aduena terris.
Fatidicæ fuerant oracula
priſca ſibyllæ.
C elicolum phrygia genitricem ſede petitam:
L aomedonteæ ſacrandam mœnibus urbis
A duectum exciperet numen qui lectus ab omni.
C oncilio patrum præſentis degeret eui.
O ptimus heu nomen melius maiuſque triumphis:
I amque petita aderat latia portante cybelē.
P uppe atque omnis magno cedente ſenatu:
O buius accitis properabat ſcipio ſacris.
Q ui genitus patruo ductoris ad africa bella:

Tunc lecti multa fulgebat imagine auorum.
Iſque ubi longinquo uenientia numina ponto
Accepit ſupplex palmis thuſcique ſonora
Tybridis adducit ſublimis ad oſtia puppim.
Fœmineæ tum deinde manus ſubiere per amnẽ
Quæ traherent celſam religatis funibus alnum.
Circum arguta cauis tinnitibus æra ſimulque
Certabant rauco reſonantia tympana pulſu.
Semiuirique chori gemino qui dindyma monte:
Caſta colunt:q dicteo bacchantur in antro
Quique idea iuga et lucos nouere ſilentes.
Hos inter fremitus ac leto uota tumultu:
Subſtitit adductis renuens procedere uinclis
Sacra ratis ſubitiſque uadis immobilis hæſit.
Tum puppe e media magno clamore ſacerdos
Parcite pollutis contingere uincula palmis.
Et procul hic moneo procul hic quæcũque profanæ
Ferte gradus:nec uos caſto miſcete labori.
Dum ſatis eſt monuiſſe deæ.quod ſiqua pudica
Mente ualet:ſiqua illeſi ſibi corporis aſtat
Conſcia uel ſola ſubeat pia munera dextra.
Hic priſca ducens clauſorum ab origine nomen
Claudia non equa populi male credita fama
In puppim uerſis palmiſque oculiſque profatur:
Celicolum genetrix numen quod numina nobis
Cuncta creas:cuius proles terramque fretumque
Syderaque et manes regnorum ſorte gubernat:
Si noſtrum nullo uiolatum eſt crimine corpus.
Teſtis diua ueni.et facili me abſolue carina.
Tum ſecura capit funem fremituſque leonum
Audiri uiſus ſubito:et grauiora per auras
Nulla pulſa manu ſonuerunt tympana diuæ.
Fertur prona ratis:uentos impellere credas
Contraque aduerſas ducentem præuenit undas.
Ex templo maior cunctis ſpes pectora mulcet
Finem armis tandem:finemque uenire periclis
Ipſe alacer ſicula diſcedens ſcipio terra.
Abſcondit late propulſis puppibus equor
Cui numen pelagi placauerat hoſtia taurus.
Iactaque ceruleis innabant fluctibus exta.
Tunc a ſede deum purũque per ethera lapſe.

Imagiẽ:nobilitate gẽtis corneliæ. Femineæ: qm̃ ſcipio tradit nobilibus matronis numẽ urbi inferendũ. Alnũ:nauim ex alno arbore. Aera:uaſa ærea ſonantia qm̃ in ſacris cybelis erãt æra:tympana:& tibiæ ſacerdotes erãt galli ſemiuiri dicti a gallo fluuio phrygiæ. Semiuiri chori:ipſi galli ſacerdotes caſtrati.
Gemino:duo cacumina habẽte dindimus mõs phrygiæ ubi cybele colebatur.
Caſta:ꝓpter ipſos ſacerdotes caſtos.
Dicteo antro:cretenſi.dicte ẽ urbs cretæ ubi curetes:& choribãtes iouẽ educauerũt obſtrepẽtes circa ne uagitus exaudiretur æris tinnitu. Bacchanť:furore incitanť. Ideo:ida eſt ſylua cretæ. Silentes: ĩ qbus educatus fuit iuppiter ne audiretur a ſaturno. Fremitus:æris & tympanoꝝ. Subitis:currentibus ſubſtitit nauis ut eẽt teſtis pudicitiæ claudiæ ueſtalis. Sacerdos:primus ſacerdos cybelis. Pollutis:ĩpudicis nolite inqt tangere funẽ pollutis manibus. Profanæ: ſceleratæ. Labori:trahẽdæ naui. Dũ ſatis ẽ monuiſſe deæ.i.diſcedite priuſq̃ dea uos puniat: cui hactenus fuit ſatis monuiſſe ſe.ſ.nolle trahi manu ꝓfana: ſed ſiqua ẽ hic pudica capiat ſola funẽ: & ratis ſequeť tunc claudia acceſſit quæ ĩpudica falſo putabať & ꝑcata deam ut ſuæ pudicitiæ teſtis eẽt facili manu nauem traxit. Pia munera: officia nauis trahendæ:ac piũ miniſteriũ. Vel:etiã ſola dextra ñ erit opus inniti humeris.
Non æqua iniqua fama. Pli. ait li.vii. pudiciſſima fœmina relligionis experimẽto iudicata ẽ claudia ĩducta ab ea romã deoꝝ matre.huius hiſtorie plena ſť oĩa.nã meminit Valerius.Oui.in faſtis de q̃ etiã ſuetonius ĩ tyberio. claudia ex gente claudia fuit quæ nauim cũ ſacris m̃ris deum coherentem tyberino uado extraxit ꝑcata propalã ut ita demum ſequereť ſi ſibi pudicitia cõſtaret. Celicolũ genetrix:oõ claudiæ ad cybelem.
Cuncta numĩa:qm̃ cybele diciť m̃r deorum. Fretũ:hic ẽ neptunus. Sydera: iuppiter. Manes:pluto. Secura:cũ eẽt cõſcia ſuæ pudicitiæ. Fremitus leonũ: hoc fingit poeta:quoniam leones trahebant currũ cybeles. Aduerſas: contrarias. Ducentẽ:claudiam ꝑueniebat ipſa nauis claudiã q̃uis ũdæ obſtarent. Ipſe alacer ſicula.M. Cornelio cethego.P. Sempro.Tubitano conſſ.Scipio ꝓcõſul e ſicilia in aphricã traiecit.priuſq̃ mare cõſcenderet pulcherrimã habuit orõnẽ quæ apud liuiũ ẽ maximũ ĩiecit carthaginẽſibus timorem ſcipio cũ litoribus aphricæ naues appuliſſet. Numẽ pelagi:neptunum:cui taurum pro felici nauigatione mactauerat. Exta: poſt orationem: & cæſam uictimam ſcipio cruda exta uti mos erat in mare ꝓiecit tubaque ſignum dedit proficiſcendi. A ſede deum: a lacteo circulo fingit poeta aquilas mõſtraſſe uiã nauigãti ſcipioni:q iouis filius putabať cui aqla ſacra ẽ.ſic æneas habuit colũbas duces.

Armigeræ: qm̄ aquilæ miniſtrant ioui fulmina. Clangor: quē edebāt aliſ ipſæ aqlæ. Sequuti: romani nauigātes ſequuti ſunt oculis uolatus auiū eatenus quatenus oculi ſpeculari poſſunt. Liquida: puro aere. Nec ſegnis tāta: aſdrubal giſgonis filius timēs aduentū Scipionis in libyam: Syphacem generum ſibi fecit & carthaginenſiū amicū. erat enim aſdrubali nubilis uirgo q̄ ſyphax duxit uxorem amore flagrans: qm̄ numidæ ad libidinē propenſi ſūt. Procella: īpetu belli. Terribilē molem: maximum auxiliū: & hoſtibus timēdū. Sub magno nomine: ſyphacis. ſ. regis ea tēpeſtate in aphrica potētiſſimi. Regis opes: appoſitio ē. parauerat molē opes. ſ. i. potentiā ſyphacis: q maſſylis īperabat. Laurentibus: romanis. Replerat cāpos: ſyphax cū qnq̄ginta: milibus peditū: & decē eqtum in auxiliū carthaginēſiū uenit. Nullo tapete: ſine aliquo ornamēto aut ephippio. nā nudis bellabāt eqs numidæ. Dēſæ nubes: multitudo iaculoꝝ inſtar nubis. Dextræ datæ: Scipioni cū quo fœdus percuſſerat ſyphax. Prauo: ab effectu qm̄ traxit ſyphacem ad prauitatē & ſcelus. Regni mercede: pauit ſibi uxorē hac mercede ut eoſdē aīcos inimicoſque hērent & regnū ſuū ſyphax paratū habebat ī pœnoꝝ fauorē: & ſic effrena libido ſyphacis taxaſ q ut uxorē hēret regnū ꝑ mercede dedit. Virgo erat: ſophoniſba uocabaſ hæc puella quæ mentem ſyphacis alienauit penitus a romanis. Gener: ſyphax gener aſdrubalis.

Arma dotalia: ut promiſerat tāquā ꝑ dote ſe. ſ. allaturū opē pœnis. ideo dixit regni mercede ſyphacē paraſſe ſibi thoros. Sed non auſonio: hæc quæ poeta canit Liuius narrat fuiſſe ante profectionē ſcipionis e ſicilia. prima cura fuit ſcipioni monere ſyphacem ut ī amicitia. fideque pſeueraret. Stet regno: maneat in regno ſuo: nec adhæreat carthaginēſibus & meminerit eē deos teſtes uiolati ab eo fœderis. Pacta hoſpita: iura hoſpicii quæ erāt inter ſcipioné ac ſyphacē. Longe coniugia: monet eū ab utili ne deſerat romanos. ſi pſeuerabis: inquit in tua perfidia: & tecum pugnabimus nihil proderunt tibi carthaginēſes: & aſdrubal ſocer. & ſanguie proprio lues obſequia uxoris tuæ. Si renuat: ꝑſtare. ſ. in fœdere. Statura. i. conſtabūt tibi magno ꝑtio obſequia tua erga uxorem. Obſtruxerat: clauſerat. Ergo aſper: ſcipio cum nihil monitis proficeret ſyphacem adortus eſt bello. Teſtatus: cum appellaſſet deos uiolati fœderis. inuocauerant quippe in iaciendis fœderibus iouem capitolinum & cornigerum.

Varia arte: quoniam noctu caſtra: & hybernacula hoſtium incēdit quæ erāt ex harundinibus: & materie agreſti.

Qualia mapalia: q̄les caſas paſtoritias.

Armigeræ iouis ante oculos cepere uolucres
Equoreas monſtrare uias ac ducere claſſem.
Augurium clangor letum dabat: inde ſequuti
Tantum progreſſos liquida ſub nube uolatus
Quantum non fruſtra ſpeculantum lumina ſeruāt:
Littora agenoreæ tenuerunt perfida terræ.
Nec ſegnis tanta ī ſemet ueniēte procella.
Africa terribilem magno ſub nomine molem
Regis opes contra: et maſſyla parauerat arma.
Speſque ſyphax libycis una: et laurentibus unus:
Terror erat: campos pariter ualleſque refuſas.
Littoraque implerat: nullo decorare tapete.
Cornipedem nomas aſſuetus: denſæque per auras
Condebant iaculis ſtridentibus æthera nubes.
Immemor is dextræque datæ: iunctique per aras
Fœderis: et menſas teſtis atque hoſpita iura:
Faſque fidemque ſimul prauo mutatus amore
Ruperat: atque thoros regni mercede pararat.
Virgo erat eximia ſpecie: claroque parente.
Aſdrubalis proles: thalamis quam cepit ut altis.
Ceu face ſuccenſis prima tedaque iugali
Vertit opes gener ad pœnos: latiæque ſoluto
Fœdere amicitiæ dotalia tranſtulit arma.
Sed non auſonio curarum extrema ſyphacem
Ductori monuiſſe fuit: miſſique minentur
Stet regno: reputet ſuperos: facta hoſpita ſeruet
Longe coniugia ac longe tyrios hymeneos
Inter dardanias acies fore ſanguine quippe.
Si renuat blando nimium facilique marito:
Statura obſequia: et thalami flagrantis amores.
Sic latius permixta minis et caſſa mouebat.
Ductor: nam ſurdas coniunx obſtruxerat aures
Ergo aſper monitis fruſtra nitentibus enſes
Aduocat: et caſtas polluti fœderis aras
Teſtatus uaria martem mouet impiger arte
Caſtra leui calamo cannaque intorta paluſtri
Qualia maurus amat diſperſa mapalia paſtor:
Aggreditur furtim armorum tutantibus umbris.

Ac tacita ſpargit celata incendia nocte:
Inde ubi collecti rapidam diffundere peſtem
Cœperunt ignes: et ſe per pinguia magno
Pabula ferre ſono claræ expatiantur in auras
Et frenos uolucri propellunt lumine flammæ
It totis inimica lues cum turbine caſtris.
Atque alimenta uorat ſtrepitu uulcanus anhelo
Arida:et ex omni manant incendia tecto.
Sentitur pleriſque priuſq̄ cernitur ignis
Excitis ſomno:multorumque ora uocantum
Auxilium inuadunt flammæ:fluit undique uictor
Mulciber:et rapidis amplexibus arma uiroſque
Corripit:exundat peſtis ſemiuſtaque caſtra
Ardenti uolitant per nubila ſumma fauilla.
Ipſius ingenti regis tentoria ſaltu
Lugubre increpitans late circumuolat ardor.
Hauſiſſetque uirum:trepidus in clade ſatelles
Eſomno.ac ſtratis rapuiſſet multa precantem.
Verum ubi mox iuncto ſociarant aggere uires.
Maſſylus tyriuſque duces accitaque regno
Lenierat pubes infauſtæ uulnera noctis:
Ira pudorque dabant et coniunx tertius ignis
Immanes animos afflataque barbarus ora
Caſtrorum flammis et ſe uelamine nullo
Vix inter trepidas ereptum ex hoſte cateruas
Frendebat minitans:ſed enim non luce ſyphacem
Nec claro potuiſſe die nec ſole tuente
Aquoq̄ uinci:iactarat talia uecors
Sed iam claudebat flatus nec plura ſinebat
Atropos et tumidæ properantur ſtamina linguæ.
Nanque ubi proſiluit caſtris ceu turbidus amnis
Qui ſyluas ac ſaxa trahens per deuia præceps
Voluitur:et ripas ſpumanti gurgite laxat:
Ante omnes præuectus equo:trahit agmina uoce
Contra ſana manus rutuli celſuſque ruebat
Viſo rege procul raptis exercitus armis.
Ac ſibi quiſque uides ne uides ait agmine primus
Maſſylus uolitat depoſcens prælia rector
Fac noſtrum hoc mea dextra decus uiolauit et aras
Cœlicolum et caſti ductoris fœdera rupit.
Sit ſatis hunc caſtris ſemel effugiſſe crematis
Sic ſecum taciti:et certatim ſpicula fundunt
Prima in cornipedis ſedit ſpirantibus ignem

Tacita nocte: Scipio partem copiarū lælio dedit cum maſiniſſa ac numidis edixitque ut ignē in caſtra ſyphacis conijceret ipſe ad caſtra aſdrubalis ꝓfectus eſt quæ inuaſit cum primū caſtra ſyphacis accenſa uidiſſet ita bina caſtra deleta ſunt nonnullis incēndio abſumptis.

Pinguia pabula: materiam aptam ad incendiū nutriendū: ꝓximis caſtris hæſit ignis inquit Liuius:ex templo proxima queque & deinceps cōtigua āplexus totis ſe paſſim diſſipauit caſtris. Propellunt.i. extendunt ſe ad auras effuſis habenis tranſlatio ab equis indomitis & non parētibus lupatis. Lues:incendiū.

Turbine:impetu. Omni tecto:tabernaculo. Sentit:q̄m cōburebantur dormiendo.multos in ipſis cubiculis ſemiſomnes īquit Liuius hauſit flāma:multi præcipiti fuga ruentes ſuper alios alii in anguſtiis portarū obruti ſunt. Albēti:cineritia. Virum:ſyphacem conſūpſiſſet ignis. Satelles:cuſtos regii cubiculi. Multa præcantē: facientē uota ꝓ ſalute. Iuncto aggere:iunctis caſtris cū aſdrubale. Accita pubes regno: milites euocati a ſyphace in ſubſidium a ſuo regno. Coniunx: uxor inquit Liuius iā non blanditiis ſed plena lachrymarum obteſtata eſt ſyphacem ne patrē ſuū patriāque proderet:hiſdemque flāmis carthaginem quibus caſtra cōflauiſſent abſumi ſineret. Afflata ora:ſemiuſta nocturno incendio. Sed enim non luce: hæc omnia iactabat ſyphax ſe.ſ. nō potuiſſe uinci niſi illa fraude:apud Liuiū ſic loquitur ſcire incendio non prælio cladem acceptam eū bello inferiorem eſſe qui armis uincatur. Vecors: inſanus. Flatus: ſpiritū & animi elationē.

Atropos:fatum ipſum. Tumidæ:inſolentis iactabūdæ ac uentoſæ. Stamina:fatum ipſum & finem. Nāque ubi proſiluit: deſcribit temeritatē ſyphacis irruētis in aciem ueluti amnis turbidus contra cuius uanitatē rutuli ſe ſe erexerunt. Sana manus:ipſi rutuli prudētes & ſanæ mentis pugnantes arte non autē temere ut ſyphax. Prima ī cornipedis: in ipſa pugna cū maſſeſſyli non modo primū impetum ſed ne conſpectū quidem armoꝝ pati poſſent terrore ſuperioris calamitatis ſyphax hoſtium turmis obequitabat ſi pudorē ſi periculo ſuo fugam ſuorū ſiſtere poſſet equo grauiter icto effuſus opprimitur & uiuus capitur a romanis ut lœtum ſpectaculum maſiniſſæ præberet.

SLUB Wir führen Wiſſen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Erexit:effecit ut ipſe equus erigeretur & excuteret ſyphacem inſeſſorem. Feſſos artus: adnitebatur ſyphax attollere membra & ſic ligatus ad ducem perductus fuit. Lœtis:proſpere fortunæ quæ mutabilis neminē inquit Seneca cōminuit aduerſa fortuna niſi quem ſecūda decepit. Sceptriferas:regias. Metūt: cædūtur milites hoſtiles. Inuiſus marti:infœlix iam in ipſa pugna. Notus fugarū: qui prius in hiſpania uictus a ſcipione fugerat. Damnatis auſis:omiſſo prælio iam damnabant ſe prodiiſſe in acié aduerſus ſcipionē tam fauſti martis ducem. Truncatis membris:ſuperatis exercitibꝫ:profligatis ducibus: capto ſyphace. Vni nixa uiro: ſperās in ſolo annibale cuius nomen retinebat carthaginem ruentem. Molem ruentem:carthaginem ipſam labantē. Id reliquū: ipſum annibalem qui erat ſolum & reliquū ſubſidium patriæ labantis. Rerū extrema: ultimæ neceſſitates. Feſſos opis: carthaginenſes iam omni ope ac auxilio deſtitutos: poteſt etiam eē talis ordo ciere id reliquū opis auxiliique.

Huc:ad annibalem. Nec mora:miſerunt carthaginenſes legatos ad annibalem qui ſecūdo uento nauigātes quarto die ad ipſum uenerunt in apulia habētem caſtra. Fera:crudelia mali ominis uidebat per quietē annibal romanos duces qui in prælio ceciderant ſtrictis in ſe mucronibus ruere. Tenderet:impelleret in ipſum mare. Aegrū:mœſtum.

Naribus haſta uolans:erexitque ore cruento
Quadrupedem elatis pulſantem calcibus auras
Corruit aſper equus:cōfixaque cuſpide membra
Huc illuc iactans rectorem prodidit hoſti.
Inuadunt uanāque fugam atque attollere feſſos:
Adnitentem artus euocato a uulnere telo
Corripiunt:tum uincla uiro maniceque pudenda
Addita et exemplum non unꝗ̄ fidere lœtis
Sceptriferas arcta palmas uinxere cathena
Ducitur ex alto deiectus culmine regni
Qui modo ſub pedibus terras et ſceptra patenſque
Littora ad oceani ſub nutu uiderat æquor.
Proſtratis opibus regni phœniſſa metuntur
Agmina: et inuiſus marti notuſque fugarum
Vertit terga citus damnatis aſdrubal auſis
Stabat carthago truncatis undique membris
Vni nixa uiro: tantoque fragore ruentem
Annibal abſenti retinebat nomine molem.
Id reliquum feſſos opis auxiliique ciere.
Rerum extrema iubent:huc confugere pauentes.
Poſtꝗ̄ ſe ſuperum deſertos nomine cernunt.
Nec mora propulſa ſulcant uada ſalſa carina
Quæ reuocēt patriæque ferant mandata monentes
Ne lentus nullas uideat carthaginis arces.
Quarta aurora ratem dauni deuexerat oras.
Et fera ductoris turbabant ſomnia mentem.
Nanque grauis curis carpit dum nocte quietem
Cernere flaminium gracchūque et cernere paulum
Viſus erat ſimul aduerſos mucronibus in ſe
Diſtrictis ruere atque itala depellere terra
Omniſque a cannis thraſimenique omnis ab undis
In pontum impellens umbrarum exercitus ibat.
Ipſe fugam cupiens notas euadere ad alpes
Querebat terræque ulnis amplexus utriſque
Hærebat latiæ:donec uis ſeua profundo
Truderet:et rapidum daret aſportare procellis.
His ægrum uiſis adeunt mandata ferentes
Legati patriæque extrema pericula pandunt.
Maſſyla ut ruerint arma:ut ceruice cathenas
Regnator tulerit libyæ lœthoque negato
Seruetur noua pompa ioui:carthago laboret.
Vt trepidi aſdrubalis qui rerum agitabat habenas
Non una concuſſa fuga ſe triſte profatur

Negato lætho: morte qm̄ ſeruabaſ uiuus ad triumphū & iouē capitolinū. Præ rapidū iuuenē: Scipionē dicebant ī arma furentē: & fauſto marte pugnantē dixiſſe carthaginē ſe ſolo æquaturꝝ dū Annibal in brutiis tēpus terit ne habeat domū in quā ſe italia pulſus recipiat. Detracturꝝ: conſumpturꝝ incendio. Inclyta facta: clara geſta ī italia. inde mouerūt affectus ipſi legati. Toruo obtutu: truci aſpectu Liuius ait frendēs fremens: gemēſque ac uix lachrymis tēperans dicitur legatorꝝ uerba audiuiſſe. Expendit: cōſiderat. An tanti. ſ. eēt carthago ut dimitteret italia. & pfecto tanti erat patria. cui nō ſolū bona externa. uerꝝ etiā uitam debemus. unde uitupandi ſunt illi q ne aliquam famæ iacturā faciāt patriam ſinūt pire. & maxime culpādi ſunt ſi patriæ poſcēti nolūt adeſſe. In hoc igit laudat pietas Annibalis erga patriā cui ſe reuocanti & laborāti calamitate fauer ac ſuccurrere debebat q̄uis dimittere italiā p tot ānos poſſeſſam uideret indecorū: qm̄ patriæ ſalutē ppriæ gloriæ pponere æquū erat & decebat. O dirū exitiū mortalibus: deteſtat Annibal īuidiā annonis qui cā fuerat ut Annibali ſupplementū cætera que ad bellū fouendū idonea minime mitterent. ē inuidia magnū exitiū ipſis mortalibus qppe nō patitur res: laudeſque creſcere. Seruitū: ad ſeruiendum. quæ nūc imperat. Gentē: romanam. ſ. & italā. Feſſos: ſecundis uictoriis: & eſt pars cōfutationis. Tyrone: nouis militibus: nō petebā īquit auxilia q̄ paterer calamitates ſed erā uictoriis defatigatus ut oēm culpā reiiciat ī Annonem. Submiſſo: miſſo ī ſubſidiū. Terere: defatigare cōſumere. Victu: alimento. Rheteia: romana. Agenoreas: carthaginenſes. Nunc pr̄iæ decus: obiicit ingratitudinē & īprudentiā tacite ipſis carthaginenſibus: q prius nullā pene Annibalis rationē habuerāt. nūc pmentibus malis dicebāt ipm eē decus & unicū pr̄iæ ſubſidiū. Vertent ſigna: ibimus īquit ut ſenatores cenſuerūt. Et te ſeruabimus an non ex ſtomacho loqtur qm̄ āno nō merebaſ ab annibale cuius gloriæ īuidebat ſalutē. Detonuit: alta uoce inclamauit ſeruat decorꝝ Annibalis irati q tonabat nō loquebat. Celſas puppes: Annibal iam hoc ipſum præſagiens aīo præparauerat naues. itaque quod robur ī exercitu erat ī aphricā tranſuexit. Multū gemens: raro quenq̄ aliū inquit Liuius patriā exilii cā relinquentē magis mœſtū abiiſſe ferunt q̄ Annibalē hoſtiū terrā excedentē receſſiſſe ſæpe italiæ littora: & deos homineſque accuſantem ſe quoque ac ſui ipſius caput excreatum q̄ nō cruentū ab cannenſi uictoria militē romanū duxiſſet. Non terga: nemo auſus eſt inuadere diſcedentem Annibalem. Immo romani uentos optabant qui ſtatim ipſum a conſpectu italiæ auferrēt.

Cuncti ſuperi: putabant romani ſuperos hoc beneficium conferre q̄ Annibal ſponte ſua excedat: & liberet italiam tot cladibus attritam. Ceu flamina: romanos non querentes de Annibale uictoriam: ſed contentos illum abire illeſum comparat nautæ qui auſtro quo fuerat iactatus ponente non requirit auram leuem & ferentem.

Fera flamina: horrendos flatus. Reddit mare: ipſis nauigantibus quod abſtulerat. Parco uoto: moderata optanti. Amicas: ad nauigandum aptas.

Vidiſſe arderent cum bina in nocte ſilenti
Caſtra: et luceret ſceleratis africa flammis.
Prærapidum iuuenem minitari: brutia ſeruet
Littora dum penus detracturū ignibus atris
In quā ſe referat patriā ſuaque iclyta facta
Hæc poſtq̄ dicta: et caſus patuere metuſque
Effundūt lachrymas dextrāque ut numen adorant
Audiuit toruo ob tutu defixus et ægra
Expendit tacito cura ſecū ipſe uolutans
An tanti carthago foret: ſic deide profatur
O dirum exitium mortalibus o nihil unquam
Creſcere nec magnas patiēs exurgere laudes
Inuidia: euerſam iā pridē excidere romā
Atque equaſſe ſolo potui traducere captā
Seruitū gentē: latioque iponere leges
Dum ſumptus: dūque arma duci feſſoſque ſecūdis
Summiſſo tyrone negāt recreare maniplos
Dumque etiā terere. et uictu fraudaſſe cohortes
Hannoni placet. īduitur tota africa flammis.
Pulſat agenoreas rheteia lācea portas.
Nunc patriæ decus et patriæ nūc annibal unus
Subſidiū nūc ī noſtra ſpes ultima dextra
Vertētur ſigna: ut patres ſtatuere ſimulque
Et patriæ muros: et te ſeruabimus hannon.
Hæc ubi detonuit celſas e littore puppes
Propellit: multūque gemēs mouet æquore claſſem.
Non terga ē auſus cedentum īuadere quiſq̄
Non reuocare uirū: cūcti præſtare uidētur
Quod ſponte abſcedat ſuperi: tandemque reſoluat
Auſoniam uentos optāt: et littora ab hoſte
Nuda uidere ſat ē: ceu flamina comprimit auſter
Cum fera et abſcedens reddit mare nauita parco
Interea uoto non auras poſcit amicas

Salis:maris. Omnis in altum :milites annibalis aſpiciebant mare:ipſe uero reſpectabat italiam. Triſtes oras:loca exiliis damnata:& afferētia exulibus triſtitiam. Subſidere:abſcondi montes ut nauigantibus accidit cū in mare prouehuntur. Mentis ne ego cōpos:uerba annibalis turbati animo:quibus dementiā accuſat ſuam ꝙ italiam dimiſerit quā per tot annos lacerauerat & ꝙ poſt pugnam cannenſem non eſt profectus ad urbem. Mentis ne:hæ interrogationes irato conueniunt. Hoc reditu:turpi.ſ. ſine triumpho de italia: querit ergo an ſit indignus hoc reditu.q.d.inſanus ſū ꝙ dimiſi italiam etiā ſi carthago romanorū incendio deflagraſſet. A cannis: poſt pugnā cannenſem. Solio:ſede ſua capitolina ſeruat decorum uiri impii.

Vacuos bello:ſine præſidio qm̄ ceciderant romani ad cannas:& ideo colles urbis erant uacui propter bellum:& ſic annibal ſe execrat̃ & deos qui tunc illi mētem eripuerunt. Iliacum exitiū:quale habuerunt troiani a grecis qui iliū incēderunt. Proauorū:troianorū a quibus romani originem habent. Cur porro hæc angant? cur hæc me angūt inquit? ibo iterum ad portas urbis quis prohibet? Nunc nūc:exprimit affectū ipſius annibalis. Monumenta:ſigna. Auertite:ex lybia ad italiam uertite. Faxo: efficiam ut obſeſſa a me roma ſcipio ex aphrica reuocet̃. fingit poeta neptunū timentē romanis concitaſſe tempeſtatē ut pœnos redire in italiam cogitātes obrueret: qui tandem uenere ita cupiente in aphricam cōpulſi ſunt. Eruit:concitat. Eolias ꝓcellas: uentos quibus p̄eſt eolus in ſuo antro & rupe. Condit:abſcondit. Molitus: cum concitaſſet ſuo tridenti mare ab imis ſedibus. Tethyn: mare. Illiſu: impulſu omnis ſcopulus quatiebat̃ fluctibus uento illiſis. Naſamonū ſedibus:qm̄ auſter flat a meridie & uidetur habere domiciliū apud naſamones qui habitant arenoſam aphricā.

Nudauit:aperuit. Virgi.Et uaſtas aperit ſyrtes. Abruptum latus ponti:ingētem aquæ cumulum. Diſcordi flatu: quoniā eurus flat ab oriente. Poli:duo axes. Rupti:aperti fiebat chaſma & uidebatur aperiri cœlum. Reboare:reſonabant. Implacabile cœlum:ipſa cœli ruina.

Contentus caruiſſe noto:pacemque quietam
Pro facili curſu reputat ſalis:omnis in altum
Sidonius uiſu conuerterat undique miles.
Ductor defixos itala tellure tenebat
Intentus uultus:mananteſque ora rigabant
Per tacitum lachrymæ et ſuſpiria crebra ciebat.
Haud ſecus ut patriam pulſus dulciſque penates
Linqueret:et triſtes exul traheretur in oras.
Vt uero affuſis puppes procedere uentis
Et ſenſim cœpere procul ſubſidere montes.
Nullaque iam heſperia:et nuſq̄ iā daunia tellus
Hæc ſecū infrendēs mentiſne ego cōpos et hoc nūc
Indignus reditu:qui memet finibus unquam
Amorim auſoniæ flagraſſet ſubdita tedis
Carthago:et potius cecidiſſet nomen eliſæ.
Quid tunc ſat compos: qui non ardentia tela
A cannis in templa tuli tarpeia? iouemque
Detraxi ſolio? ſparſiſſem incendia montes
Per ſeptem bello uacuos:gentique ſuperbæ.
Iliacum exitium:et proauorum fata dediſſem.
Cur porro hæc angant:nunc nunc inuadere ferro
Quis prohibet?rurſumque ad mœnia tēdere greſſū
Ibo:et caſtrorum relegens monumenta meorum
Qua uia nota mihi eſt remeabo anienis ad undas.
Flectite in italiam proras:auertite claſſem
Faxo ut uallata reuocetur ſcipio roma.
Talibus ardentem furiis neptunus ut alto
Proſpexit:uertique ratem ad littora uidit
Quaſſans ceruleū genitor caput:æquora fundo
Eruit: et tumidum mouet ultra littora pontum.
Ex templo uentos hymbreſque e rupe procellas
Concitat eolias:ac hymbribus æthera condit.
Tum pœnitus telo molitus regna tridenti
Intima:ab occaſu tethyn impellit et ortu.
Ac totum occeani turbat caput: æquora ſurgunt
Spumea et illiſu ſcopulis tremit omnis aquarum.
Primus ſe attollens naſamonū ſedibus auſter
Nudauit ſyrtim correpta nubilus unda.
Inſequitur ſublime ferens nigrantibus alis
Abruptum boreas ponti latus intonat ater
Diſcordi flatu:et partem rapit æquoris eurus
Hinc rupti treboare poli atque hinc crebra micare
Fulmina:et in claſſem ruere implacabile cœlum.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Conceſſere ignes:nimbique:et fluctus et ira
Ventorū: noctemque freto impoſuere tenebræ.
Ecce intorta noto ueniensque a rupe procella
Antemne immugit:ſtridorque immite rudentum
Sibilat:ac ſimilem monti nigrante profundo
Ductoris frangit ſuper ora trementia fluctum
Exclamat uoluens oculos celoque fretoque
Fœlix o frater diuiſque æquata cadendo
Haſdrubal.egregiū fortis cui dextera in armis
Pugnanti peperit lœthū et cui fata dedere
Auſoniam extremo tellurem apprendere morſu.
At mihi cannarū campis ubi paulus et ille
Egregiæ occubere animæ.dimittere uitam
Non licitū uel cū ferrem in capitolia flāmas
Tarpeii iouis ad manes deſcendere tælo.
Talia dum meret diuerſis flatibus acta
In geminū ruit unda latus: puppimque ſub atris
Aequoris aggeribus tenuit: ceu turbine merſam
Mox nigris altæ pulſa exundantis harenæ
Verticibus ratis æthereas remeauit ad auras.
Et fluctus ſupra uento librante pependit.
At geminas notus in ſcopulos atque horrida ſaxa
Dura ſorte rapit miſerandū et triſte biremes.
Increpuere ictu prore tum murice acuto
Diſſiliens ſonuit rupta compage carina.
Hic uaria ante oculos facies natat æquore toto
Arma inter galeaſque uirum criſtaſque rubentes
Florentis capuæ gaza et ſepoſta triumpho
Laurens preda ducis tripodes menſæque deorum.
Cultaque nequiq̄ miſeris ſimulacra latinis.
Cum uenus emoti facie conterrita ponti
Talibus alloquitur regem maris:hoc ſatis iræ
Interea genitor ſatis ad maiora minatum
Cætera parce precor pelago. ne tollat acerba
Hoc carthago decus nullo ſuperabile bello
Progenuiſſe caput:noſtroſque in funera pœni
Aeneades undis totoque eguiſſe profundo.
Sic uenus:et tumidi conſidunt gurgite fluctus
Obuiaque aduerſis propellunt agmina caſtris.
Dux uetus armorū ſcituſque accendere corda
Laudibus ignifero mentes furiabat in iram
Hortatu:decoriſque urebat pectora flammis.

Conceſſere:ſimul uenerunt. Ignes: coruſcationes & fulgura. Rupe: ſcopulo. Antemnæ:cui alligatur uelū. Rudētum:funiū. Fœlix o frater:exclamatio annibalis dolētis ſe aqua extingui & morte ignaua laudatque mortē aſdrubalis fratris q pugnādo cecidit. Aeq̄te: par diuis in morte. at mihi inquit nō licuit deponere uitam ad cannas ubi cecidit paulus totque uiri egregii. Egregiū lœthū:decoram mortem. Telo:fulmine. Dū meret.i.mœſtus talia iactaret.

Geminū:utrūque latus ipſius nauis q̄ annibal uehebatur. Atris aggeribus:nigris cumulis aquarum & harenarum.

Mox:paulo poſt ipſa nauis emerſit ab harenis. Nigris uerticibus:cumulo harenæ exundātis.i.æſtu furentis. Pulſa: ipſa ratis ab imo remeauit in altū. Librante:ſuſtinente ipſam nauim. Murice acuto:prominēti ſaxo. Facies: apparentia & aſpectus. Sepoſta:reſeruata in diē triumphi ab annibale quā acceperat potiſſimū ex templo feroniæ in latio ut ſupra habuimus:ideo ait tripodes menſæque deorū. Culta:adorata. Neq̄q̄: fruſtra. Cum uenus:fingit poeta uenerem oraſſe neptunū ne annibalē undis perderet qm̄ uolebat illum uinci a ſcipione ne poſſet gloriari carthago annibalem non potuiſſe ſuperari niſi a deo.

Hoc ſatis iræ: oratio ueneris ad neptunū. Genitor:neptune qm̄ uenus nata ē e ſpuma maris. Cætera: in cæteris & per cætera noli ſeuire ulterius ne annibal hic moriat̃. Pœni:annibalis. Cōſidunt:quieſcūt. Obuiaque aduerſis: annibal primū ad leptim claſſem appulit atque ibi copias expoſuit:Initiū inde fuit anni.xvii.M.ſeruilio,T.claudio cōſulibus hinc hadrumentū peruenit ubi ad reficiendos milites paucos dies conſumpſit excitus pauidis nunciis omnia circa carthaginē armis romāis obtineri magnis itineribus zamā contendit & caſtra prope ſtatiua ſcipionis poſuit a quo per nunciū colloquia petiit:colloquuti inuicem ſunt cū ſingulis interpretibus clariſſimi ea tēpeſtate duces: pauliſper mutua admiratione prope actoniti cōticuerunt annibal prior locutus eſt & de conditionibus pacis multum diſſeruit: finis tandem fuit armis certandum eſſe & habendam eam fortunam quā dii dediſſent. Dux: annibal qui ab ineunte ætate in armis uerſatus fuerat. Scitus: peritus mouere milites ad affectum laudando eos a rebus geſtis. Ignifero:ardēti & concitato. Flammis:ardore ac cupiditate. Decoris: laudis & gloriæ decorique ſeruandi.

Tu mihi flaminii:oro Annibalis hortã tis milites ad operam patriæ nauandã: ne poſt tot uictorias in ultimo actu per- dant decorum:& partam gloriam. Mihi:ad meam gloriam o miles inquit qui flaminium interfeciſti adſis in pria acie ut referas ſpolia Scipionis. Appi:uertit ſermonem ad Appium :qui ad capuam cecidit cum muros aſcenderet deiectus ab hoſte. Chriſpinus:collega marcelli Lætiſſimus iræ:qui adeptus es lætitiã propter iram quia interfeciſti Seruiliũ. Pœnum:pœnorꝫ. Tribunum.L.Fuluium qui cecidit ad Trebiã. Scipiade patris:ad Ticinum fuit uulneratus Scipio:ut dictum eſt. Nati:huius Scipiõis illius filii. Certãtia cœlo:erecta uſque ad cœlum. Cum uideam:Horreſcam ne inquit cum uideam uos qui omnem apuliã ferro ignique uaſtaſtis.argirippa oppidum apuliæ cõditum a Diomede. Capaces:ampli patentes. Nec docilis concedere noſtræ laudi:id ẽ qui me laudibus æquas.nec ſcis cedere noſtræ gloriæ. Fulmina contra:hoc dicit propter tempeſtatem quam paſſi fuerãt ad portas urbis. Ante ducem:me qui erã dux. Primordia belli:primum bellum ſagũthinum. Natum:aſparem. Cõiugis:himilces. Confiſus uobis:fretus fortitudine ueſtra o milites huc redii ut patriæ laborãti adeſſem. Certatus nobis: hodie ĩquit orbis terrarꝫ ꝑ quo certauimus dñm accipiet:& orbis erit præmiũ certaminis.

Tu mihi flamminii portas rorantia ceſi:
Ora ducis:noſco dextram: tu primus in ictus
Ingentis pauli ruis:ac defigis in oſſa
Mucronem:tibi pugnacis geſtantur opima
Marcelli:grachuſque cadens tibi proluit enſem:
Ecce manus que te pulſantem belliger appi
Mœnia ſublimis capuæ de culmine muri
Excelſo fuſa moribundũ pertulit haſta:
Ecce aliud fulmen dextræ:quo nobile nomen.
Fuluius excepit non unũ pectore uulnus.
Huc prima te ſiſte acie:cui conſul in armis.
Criſpinus cecidit metu comitante per hoſtes.
Qui uobis memini ad cannas lœtiſſimus ire
Seruili fers ora ducis ſuffixa ueruto.
Cerno flagrantes oculos:uultumque timendum
Non ipſo minus enſe tuum fortiſſime pœnum
O iuuenis qualem uidi cum flumine ſeuo
Inſignis trebiæ complexũ ingentibus ulnis
Merſiſti fundo luctantem uana tribunum.
At tu qui gelidas ticini primus ad undas
Scipiade patris tinxiſti ſanguine ferrum
Incepta exequere: et nati mihi redde cruorem.
Horreſcam ne ipſos ueniant ad prelia diuos:
Cum ſtetis turmæ:uidi certantia cœlo
Cum iuga calcaſtis ſummas uolitare per alpes.
Cum uideam quorum ferro manibuſque capaces.
Arſere argyripe campi num ſegnior ibis
Nunc mihi qui primus torques in mœnia telum
Dardana nec noſtræ facilis concedere laudi
Te uero te extimulem:qui fulmina contra
Et nimbos tonitruſque ac ſummi nominis iras
Cum ſtarem perferre ferox ac uana iubebas
Nubila?et ante ducem capitolia celſa petebas.
Quid uos quis claro deletũ eſt marte ſagunthum
Exhorter quos nobilitant primordia belli?
Vt meque et uobis dignum defendite quæſo
Præteritas dextræ laudes diuum ipſe fauore
Vincendoque ſenex patriam poſt trina labantem
Luſtra: et non uiſos tam longa ætate penates
Ac natum et fide iam pridem coniugis ora
Confiſus uobis repeto:non altera reſtat
Iam libyæ:nec dardaniis pugna altera reſtat.
Certatus nobis hodie dominũ accipit orbis.

Annibal hæc:ſed non patiens remorantia uerba
Auſonius miles quatiens dux cœperat ora
Soluere ad effatus ſignum pugnamque petebat.
Hæc procul aeria ſpectantem nube ſororem
Etuidit diuum genitor: mœſtoſque ſub acri
Obtutu uultus:ſic ore effatus amico eſt.
Qui te mentis edunt morſus? da noſcere coniunx:
Num pœni caſus ducis et carthaginis angit
Cura tuæ? ſed enim reputa tecum ipſa furores
Sidonios:gentem contra et fatalia regna
Teucrorum:quis erit quæſo germana rebelli
Fractis fœderibus populo modus?ipſa malorum
Non plus carthago tulit exhauſitque laboris
Quam pro cadmea tu exercita gente tuliſti
Turbaſti maria:ac terras:iuuenemque ferocem
Immiſti latio:tremuerunt mœnia romæ.
Perque bis octonos primus fuit annibal annos
Humani generis: tempus componere gentem.
Ad finem uentum:et claudenda eſt ianua belli.
Tum ſupplex iuno:neque ego mutare laborans
Quis eſt fixa dies pendenti nube reſedi.
Nec reuocare acies bellūque extendere quæro.
Quæ donare potes quoniā mihi gratia languet:
Et cecidit iam primus amor:nil fila ſororum
Aduerſus poſco:uertat terga annibal hoſti.
Et placet et cineres troiæ carthagine regnent.
Illud te gemini per mutua pignora amoris
Et ſoror et coniunx oro tranare pericla
Magnanimū patiare ducem:uitamque remittas.
Ne ue ſinas captum auſonias perferre cathenas.
Stent etiam contuſa malis mea mœnia:fracto
Nomine ſidoniæ.et noſtro ſeruentur honori.
Sic iuno:et breuiter contra ſic iuppiter orſus.
Do ſpacium muris:ut uis carthaginis altæ
Stēt lachrymis precibuſque tuis: ſed præcipe cōiūx
Quatenus indulſiſſe uacet:non longa ſuperſunt
Fata urbi:ueniet que pari ſub nomine ductor
Qui nunc ſeruatas euertat funditus arces.
Aetherias quoque uti poſcis trahat annibal auras
Ereptus pugnæ:miſcere hic ſydera ponto
Et terras implere uolet redeuntibus armis.
Noui fœta uiri belli præcordia:ſed lex
Muneris hæc eſto noſtri:ſaturnia regna

Ad effatus: ad prima uerba ducis petebant ſignū pugnæ. Qui te mētis edūt morſus:uerba iouis ad iunonē. Morſus:curæ quæ cor mordēt & urūt: inde curæ dictæ. Fatalia regna: romana q̄ fatis ita uolentibus imperare debent.

Quis modus:quis finis & mēſura uoti cuius ut fiat compos omne ius faſque uiolat. Cadmea:carthaginēſi. Iuuenē: annibalē. Immiſti:immiſiſti. Cōponere gentē:redigere ad modū atque mediocritatem ipſos pœnos omnia conturbantes. Ianua belli:alludit ad templū iani quod in pace clauſum erat.piſo in annalibus tradidit ædificatū fuiſſe templū a Numa pompilio inter forū romanū & boariū iano gemino & ab eodem conſtitutū ut eius porta clauſa ſignificaret pacē: apta bellū: clauſa fuit ſuo tpe & primo bello punico finito luctatio cōſule: inde finitis bellis ciuilibus ſub auguſto appellabat᷑ hæc porta ianualis cū ſigno iani qui appellabat᷑ ianus q̄rinus quia eſſet belloꝝ potens. Trāquillus in auguſto ait: Ianū quirinū ſemel atque iterū a condita urbe ante memoriā ſuā clauſum in multo breuiore tēporis ſpacio terra marique pace parta clauſit.

Gratia languet:qm̄ non eſt mihi inq̄t ea gratia apud te quæ quondam eſſe ſolebat & cecidit iam primus amor. Languet:fit minor. Fila ſoroꝝ.i.cōtra fata

Cineres troiæ: ex ſtomacho loquit᷑.i. ipſi romani oriundi a troianis reliquiis græcoꝝ & incendio abſumptis imponāt leges carthagini. Remittas: dones ei uitā nec ſinas eum capi a romanis. Stent etiā:petit ne carthago euertat᷑. Cōtuſa malis:tot calamitatibus afflicta & uexata. Fracto nomine ſidonio: amiſſa fama quā de orbis īperio quærebant. Noſtro honori: qm̄ Iuno illic imprimis colebat᷑ placabaturque hūano ſanguine.

Do ſpacium muris:uaticinat᷑ iuppiter quicquid futuꝝ eſt de carthagie quam ſcipio æmylianus in tertio bello punico euertit atque incēdit:ideo ait do ſpaciū muris. Quatenus:q̄diu & quouſque fatis placet indulgere carthagini. Sub pari nomine: ſcipio nepos per adoptionē huius ſcipionis qui uicto annibale carthaginē ad tributum redegit. Miſcere hic ſydera:conabitur annibal liberatus hoc prœlio miſcere cœlū mari.i.cōturbare omnia:& hoc dicit ꝓpter antiochū quē fecit hoſtē populo romāo. Redeūtibus:renouatis. Saturnia regna:italiā.

Romulei iuuenis: ſcipionis. Statuit: conſtituit fata carthagini & annibali.

Alta merces: magna. erat enĩ premiũ uictoriæ ipſe orbis. De magno nomĩe: fama nomẽ ipſius annibalis erat terror.

Bene cognitus: quẽ romani fuerant in italia experti. Cocco: paludamẽto coccineo ut moris erat romanoꝝ ducũ: coccum nunc appellamus granã & roſatũ.

Spirantes: præ ſe ferẽtes prælia. fuerãt enim duo fulmina belli & erant ſcipiõi numinũ inſtar. Frons alta: ipſius ſcipionis uidebatur radiare: Liuius ait: adeo celſus hæc corpore uultuque ita lœto ut uiciſſe iam crederes dicebat. Subigit: cogit credere atque ĩgredit̃ mẽtes ipſoꝝ militum. Vt pleꝝque. ſ. fit ut fauor & mœtus cogant homines diuerſa ſentire credereque: & ꝑ hoc oſtendit̃ præſtãtia ipſoꝝ ducũ. Nepotes agenoreos. i. imperiũ orbis ꝓuenturum ad carthaginenſes. Ditione itala. i. totum orbem in poteſtate romanoꝝ. Nubem: quam fecit multitudo haſtarum. Gentilẽ: ipſorũ aphroꝝ. Macetũ turbas: milites quos philippus macedonũ rex miſerat in auxiliũ annibalis cum quo iũctus erat fœdere ut dictum eſt. Cerulus aut aliter: maſiniſſam acies hoſtiles uaſtantem cõparat illis qui falcato curru denſa circũferant agmina. Cerulus: maris cerulei incola thyle eſt inſula oceani britannici ultima inſulaꝝ quæ orcades dicuntur.

Falcigero: habẽti falces quæ obuios ſecant & ad latus accedentes. Couinno: plauſtro ſiue curru: eſt enim couinnus uehiculi genus. Phalanx: proprie loquutus eſt cum phalanx uocabulũ macedonicũ ſit. Patrio more: macedonico ritu: nam phalanx multitudine militum denſa erat & qui erant in phalange utebantur umbone. unde Iuuenalis: Sed illos defendit numerus iunctæque umbone phalanges. & Syllius dicit phalangem nullis haſtis fuiſſe penetrabilẽ.

Immemor pacti: quod prius habuerat cum romanis. Has: cateruas. Poſt fœdus: quod cum annibale philippus ꝑcuſſerat. Vrbem: carthaginem conditam ab agenoreis.

Ne poſt hac uideat. repetat neue amplius unq̃
Auſoniam nunc inſtanti raptum auehe lœtho.
Ne ſi miſcebit latis fera prælia campis
Romulei nequeas iuuenis ſubducere dextræ.
Dum ſtatuit fata omnipotens urbique ducique
Inuadunt acies pugnam: et clamore laceſſunt.
Sydera non alio grauiores tempore uidit
Aut populos tellus: aut qui paria arma mouerent
Maiores certare duces: diſcrimis alta
In medio merces: quicquid tegit undique cœlum
Ibat agenoreus præfulgens ductor in oſtro
Excelſumque caput penna nutante leuabat
Criſta rubens: ſeuus magno de nomine terror
Præcedit: latioque micat bene cognitus enſis.
At contra ardenti radiabat ſcipio cocco
Terribilem oſtentans clypeum quo patris et una
Cœlarat patrui ſpirantes prælia dira
Effigies flammam ingentẽ frons alta uomebat.
Sub tanta cunctis ui telorumque uirorumque
In ducibus ſtabat ſpes et uictoria ſolis.
Quin etiam ſubigit fauor ut plerũque metuſue
Scipio ſi libycis eſſet generatus in oris
Sceptra ad agenoreos eſſent uentura nepotes.
Annibal auſonia genitus ſi ſede fuiſſet
Haud dubitant terras itala in ditione futuras.
Contremuere auræ rapido uibrantibus haſtis.
Turbine et horrificam traxere per æthera nubem.
Inde enſis propiorque acies et cominus ora
Admota ac dira flagrantia lumina flamma
Sternitur in mediũ contemptrix turba pericli.
Que primis ſe præcipitem tulit obuia telis.
Gentilemque bibit tellus inuiſa cruorem.
Feruidus ingenii maſiniſſa et feruidus eui
In primas macetum turmas immania membra
Infert: et iaculo circunuolat alite campum.
Cerulus haud aliter cum dimicat incola thyles.
Agmina falcifero circumuenit arcta couinno
Graia phalans patrio denſarat more cateruas.
Innixiſque aſtat nulli penetrabilis haſtis.
Immemor has facti poſt fœdus in arma philippus
Miſerat: et quaſſam refouebat agenoris urbem.
Rareſcit multo laxatus uulnere miles.
Atque aperit patulas proſtrato corpore late

Inter tela uias:irrumpit mole ruinæ.
Ausonius globus:et periuria graia reſignat.
Archemorũ rutilus teuerum norbanus:et ambos
Mantua labenti genitrix dimiſerat æuo.
Obtrũcat ſamiũ bellacis dextra caleni.
At clytium ſelius:pelleum et uana tumentem
Ad nomen patriæ clytium:ſed gloria pelle.
Haud ualuit miſero defendere daunia tela
Seuior his latios uaſtabat bruttia ſigna.
Lælius increpitans adeo ne enotria tellus.
Deteſtanda fuit:quam per maria aſpera perque
Inſanos tyrio fugeretis remige fluctus?
Sed fugiſſe ſatis fuerit:latio ne cruore.
Inſuper externas petitis perfundere terras?
Hæc dicens ſilarum meditantem in prælia telo
Præuenit haſta uolans imo ſub gutture ſedit.
Et uitæ uociſque uias ſimul incita clauſit.
Virgilio caudinus:acerbo ſaris amano
Sternitur:accendunt iras:uultuſque uirorum
Armorũque habitus noti:et uox conſona linguæ.
Quos ubi nutantes conſpexit amilcare cretus
Terga fuge ſtate ac noſtram ne prodite gentem
Vociferans ſubit:et conuertit prælia dextra.
Qualis in æſtiferis garamantum fœta ueneno
Attollit campis feruenti paſtus harena.
Colla parethonius ſerpens: lateque per auras.
Vndantem torquet perfundens nubila tabem
Continuo infeſta portantem cuſpide uulnus.
Impedit anteuolans herium cui nobile nomen
Marrucina domus clarumque theate ferebat.
Atque illi magnum nitenti et laudibus hoſtis
Arrecto capuli ad finem manus incita fodit.
Quærebatque miſer morienti lumine fratrem.
Cum iuuenis ſubit et letho ſtimulatus acerbo
Pleminius ſeuum mucronem ante ora coruſcat.
Hac fratrem magno minitans clamore repoſcit.
Huic proles barcæ:germanum reddere uero
Si placet:haud renuo:maneãt modo fœdera noſtra
Aſdrubalem reuocare umbris:ego ne aſpera ponã.
Vnq̃ in romanos odia?aut manſueſcere corda
Noſtra ſinam?parcamque uiro:quem terra crearit
Itala?dum manes inimica ſede repellat
Eterna:ſocioque abigat me frater auerno

Periuria graia:ipſos macedones periuros:qm̃ ruperant fœdera. Reſignat: aperit & laxat ipſam phalangem denſã: & quaſi ſignatam & clauſam. Labenti æuo:in ſenecta. Pelleum:ex pella urbe macedoniæ pria magni alexandri.
Latios: ipſos bruttios qui annibalem ſequuti fuerant. Sylagæ: nomen deductum a fluuio ſylaro lucaniæ. Caudinus:nomen acceptum a caudinis furcis quæ ſunt in ſamnio:caudinus: & ſarris erãt ex bruttiis. Vir.& amanus ex romanis. Noti habitus:quia cognoſcebãt illos eſſe italos propter habitus:& uocem ergo habitus accendebant iras romanorum. Qualis in æſtiferis:ãnibalem furentem & pugnam inſtaurantem comparat ſerpenti qui uirus effundit. Colla feta:plena ueneno ſic ãnibal attollẽs caput uociferabať. Aeſtiferis: torridis qm̃ ĩhabitabilis eſt illa regio propter ſolis ardores & ſerpentes. Paretonius:libycus ab oppido paretonio ſiue loco de quo dictum ẽ. Continuo: annibal ſtatim interemit herium Marrucinum cogitantem illum cõficere theate oppidũ & caput marrucinorum de quo dictum eſt. Clarum theate:qm̃ erat caput gentis & dicatum celicolum matri ut ſupra cecinit. Nitẽti magnum: qui magnam rem moliebatur infeſta qppe haſta ibat in annibalem. Arrecto:intento: & qui erigebatur ad laudem creſi ducis. Proles barcæ: annibal cuius pater barca cognominabatur. Vmbris: inferna ſede. Abigat: pellat a ſe q romanis pepercerim poſt ſuam cædem.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Libys: annibal ruens in prælıū uergit per lōgum ſpatium hoſtes in fugā adeo erat terribilis incutiebatque terrorē hoſti:ut tonitrua omni generi aīantium.

Labat:ruit ipſum cælū. Oborta lux: coruſcationes. Viritim:ſingulis uiris.

Perculſis:ipſis mortalibus aīo conſternatis audito fulmine uiſiſque coruſcationibus. Proiecit in ora:coegit eos fugere & ſic poſt terga uulnus accipientes cadebant in faciem quod turpiſſimum eſt. Horū:aliquorum fortitudo:& uera uirtus dedit pectora. Gradiuo.i.pugnæ & enſi:ut uiros fortes decebat q̄ aduerſo pectore uulnera excipiunt. Ductor rheteius:romanus ſcipio quē marti compat ſyllius. Hebrū:fluuiū thratiæ.getæ etiam ut dictum eſt mixti fuerunt thracibus. Nefādi:ſuſcepti ab annibale cōtra fœdus. Phaetōtia ſtagna: padum propter pugnam ad ticinum & trebiam qui in padum emittunt. Tāta fiducia:ut auderent tendere ad urbē ut deiicerent iouem capitolinum e ſede tarpeia. Secreta deum : uiolata deorū ſacra qm̄ ſpoliauerunt templū feroniæ & iunonis laciniæ ī bruttiis quod ad eū diē inuiolatū fuerat. Ruebat:fugiebat dabatque terga ſcipioni ut uulgus fugit incēdium. Erūpit:euolat ex domibus.

Sic ait:et clypei propulſū pondere toto
Lubrica qua tellus lapſantis ſanguine fratris
Fallebat niſus proſternit:et occupat enſe.
Extendit labens palmas heriumque iacentem
Amplexus iuncta leniuit morte dolorem.
Tum libys inuadit mixtæ certamina turbæ:
Conuertitque ruens per longum hoſtilia terga.
Vt cum fulminibus permixta tonitrua mundum
Terrificant?ſūmique labat domus alta parentis:
Omne hoīum terris trepidat genus: ipſaque oborta
Lux atrox micat:et præſens aſtare uiritim:
Creditur intento perculſis iuppiter igne.
Parte alia ceu ſola forent diſcrimina campo
Qua miſcebat agens truculentus ſcipio martē
Aſpera pugna nouas uaria ſub imagine leti
Dat formas:hic enſe iacet proſtratus adacto
Hic ſaxo perfracta gemit lacrimabilis oſſa
Atque hos turpe pauor fuſos proiecit in ora.
Horum aduerſa dedit gradiuo pectora uirtus:
Ipſe ſuper ſtrages ductor rheteius inſtat.
Qualis apud gelidum currus quatit altior ebrum
Et geticas ſoluit feruenti ſanguine mauors
Letus cede niues:glaciēque aquilonibus auctā
Perrumpit ſtridens ſub pondere belliger axis.
Iāque ardore truci luſtrans fortiſſima queque
Nomina obit ferro:claris ſpectata per orbē
Stragibus occūbit late inter tela iuuentus.
Qui muros rapuere tuos miſeraſque nephandi
Principium belli fecere ſagunte ruinas.
Qui ſacros thraſimene lacus:phaetontia quique
Polluerant tabo ſtagna ac fiducia tanta
Quos tulit:ut ſuperum regi ſoliūque domoſque
Irent direptum:mactantur cominus uno
Exitio:redduntque animas:temerata ferebant
Qui ſecreta deum:et primo reſeraſſe negatas
Greſſibus humanis alpes:formidinis huius.
Plena acies propere retro exanimata ruebat.
Haud ſecus ac tectis urbis uulcania peſtis
Cum ſeſe infudit:rapiduſque incendia flatus
Ventilat:et uolucres ſpargit per nubila flāmas.
Attonitum erūpit ſubita formidine uulgus:
Lataque ut capta paſſim trepidatur in urbe.
Verum ubi cūtari tedet diſperſa uirorum

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

P rælia ſectantem et leuiori marte teneri:
O mnes in cauſam belli autoremque malorum
V ertere iam uires tandē placet: annibal unus.
D um reſtet: non ſi muris carthaginis ignis
S ubdatur: ceſique cadant exercitus omnes
P rofectum latio: contra ſi concidat unus
N equiquam fore agenoreis cuncta arma: uiroſque.
I llum igitur luſtrans circunfert lumina campo.
R imaturque ducem iuuat in certamina ſumma
F erre gradum: cuperetque uiro concurrere tota
S pectante auſonia: celſus clamore feroci
P rouocat increpitans hoſtem et noua prælia poſcit
Q uas poſtq̄ audiuit uoces conterrita iuno
N e libyci ducis impauidas ferrentur ad aures
E ffigiem informat latiam: propereque coruſcis
A ttolit criſtis: addit clypeumque iubaſque
R omulei ducis: atque humeris imponit honorem
F ulgentis ſaguli. dat greſſus habituſque cientis
P rælia: et audaces addit ſine corpore motus.
T um par effigies fallacis imagine uana
C ornipedis moderanda cito per deuia paſſu.
B elligeræ datur: ad ſpeciem certaminis umbræ.
S ic pœni ducis ante oculos exultat: et ultro
S cipio iunoni ſimulatus tela coruſcat.
A c uiſo letus rectore ante ora latino
E t tandem propius ſperans ingentia pœnus.
Q uadrupedi citus imponit uelocia membra.
E t iacit aduerſam properati turbinis haſtam:
D at terga: et campo fugiens uolat ales imago.
T ranſmittitque acies: tum uero ut uictor et alti
I am compos uoti ferrata calce cruentat
C ornipedem: et largas pœnus quatit aſper habenas
Q uo fugis oblitus noſtris te cedere regnis?
N ulla tibi libyca latebra eſt o ſcipio terra.
H æc ait: et ſtricto ſequitur mucrone uolantem
D onec longinquo fruſtratum duxit in arua
D iuerſa ſpatio procul a certamine pugnæ
T um fallax ſubito ſimulacrum in nubila ceſſit.
F ulmineus ductor qs nam ſe lumine ceco
C ompoſuit nobis inquit deus? aut latet idem
C ur monſtro? tantum ne obſtat mea gloria diuis?
S ed non auelles unquam qcunque ſecundus
C ælicolum ſtas auſoniæ: non artibus hoſtem

Teneri: occupari ſtrage uulgarium militum. Iam ſcipio appetebat annibalem qui tāti erat ut ēt ſi carthago cecidiſſet: & omnis exercitus nil actum eſſet a romanis ſi is uiueret. Profectum. i. nullā utilitatem eſſe italiæ. Effigiem latiā: formam ſcipionis: imitatio eſt Virgilii. Attolit: erigit quēadmodum habebat Scipio. Honorem: paludamētum coccineum. Fulgentis: rubei. Sine corpore: qm̄ umbra erat: & fātaſma. Simulatus iunoni: imago ſcipionis ſimulata a iunone. Ales: uelox imago ſcipionis. Cæco: non uiſo mihi. Cur latet monſtro: ſub falſa ſcipionis imagine. Secundus: propitius italiæ non eripies mihi ſcipionem inquit ulla arte.

Auſpicium:principium & ſignũ ut pugnarent. Ingloria fata: inhonorã mortem & quæ potius timidi eſt q̃ hominis fortis. Compendia grata:breue iter ad locũ ubi pugnatur. Patres:ſenatores.

Celata:ipſa iuno ſub forma paſtoris.

Interea cadmea manus:ipi milites carthaginenſes abſente annibale ut poeta fabulaẽ. Siniſtris:aduerſis. Verſos.ſ. infugam pſequabatur ſcipio. Tarteſſiacas:oras hiſpaniæ ad oceanum ubi eſt tarteſſus. Domos batti: cyrenaicam regionem. Flumina lagi:nilũ a lago pſæ ptolemei. Sic ubi ui cæca: famã huius cladis ſparſam latius compatione probat:queadmodũ inqt ſeres populi oriẽtis habentes arbores lanigeras uidentes cineres in ſuis arboribus intelligunt arſiſſe ueſbium montem campaniæ q̃uis ab ipſis longa terræ mariſque intercapedine diſtet. ſic remotæ gentes:& natiões intelligebant cladem pœnorũ illis narrantibus qui timore perculſi fugiebãt.

Vi cæca :occulta potentia qm accenditur ignis ĩ uiſceribus montis uento agẽte in uenas ſulphureas. Tandem: poſt magnum conflictum ipſorum uentorũ in uenis terræ. Paſtos per ſæcula:nutritos in uiſceribus montis per multos annos. Monſtrum : rem miram uidetur quippe monſtroſum eſſe ꝙ arbores orientis caneſcant cinere auſonio.

Eripies uerũ nobis:frena inde citatis
Conuertit furibundus equis:campũque petebat:
Cum ſubita occulto peſtis collapſa tremore.
Cornipedis moles ruit:atque efflauit anhelo
Pectore iunonis curis in nubila uitam.
Tum uero impatiens ueſtra eſt hæc altera ueſtra:
Fraus inquit ſuperi:non fallitis æquore merſum
Texiſſent ſcopuli:pelaguſque hauſiſſet et undæ.
Ann e huic ſeruabar læto:mea ſigna ſequuti
Quis pugnæ auſpicum dedimus:ceduntur et abſens
Accipio gemitus:uoceſque et uerba uocantum
Annibalem:quis noſtra ſatis delicta piabit
Tartareus torrens?ſimul hæc fundebat:et una
Spectabat dextram:ac læthi feruebat amore.
Tum iuno miſerata uirũ:paſtoris in ora
Vertitur:ac ſiluis ſubito procedit opacis.
Atque his alloquitur uerſantem ingloria fata.
Quæ nam te ſiluis accedere cauſa ſubegit
Armatum noſtris?num dura ad prælia tendis
Magnus ubi auſoniæ reliquos domat ãnibal armis?
Si uelox gaudes ire:et compendia grata
Sũt tibi:uicino in medios te tramite ducam.
Annuit atque onerat promiſſis pectora largis
Paſtoris:patreſque docet carthaginis altæ.
Magna repenſuros:nec ſe leuiora daturum.
Præcipitem et uaſto ſuperantem proxima ſaltu
Circũagit iuno:et fallens regione uiarum.
Non gratam inuito ſeruat celata ſalutem.
Interea cadmea manus deſerta pauenſque
Non ullũ annibalem nuſq̃ certamina cernit.
Seu i nota ducis:pars ferro occũbere credunt.
Pars damnaſſe aciẽ et ſupis ceſſiſſe ſiniſtris.
Ingruit auſonius:uerſoſque agit æquore toto
Rector:iamque ipſæ trepidant carthaginis arces.
Impletur terrore uago cũcta aphrica pulſis.
Agminibus:uolucrique fuga ſine marte ruentes
Tendũt attonitos extrema ad littora curſus.
Ac tartheſſiacas profugi ſparguntur in oras.
Pars batti petiere domos:pars flumina lagi.
Sic ubi ui cæca tandem deuictus ad aſtra
Euomuit paſtos per æcula ueſbius ignes:
Et pellago et terris fuſa eſt uulcania peſtis.
Videre eoi monſtrum admirabile ſeres.

Caneſcere:albeſcere. Gargani:hoc dicit pp pugnā cannenſem: Vada: trāſimenū. Amnē phae/tontis:padū. Proſtratis:cæſis militibus punicis. Cānas:gloriā meam cæſis romanis ī pugna canēſi.
Decedes regnis:prius amittes tu cælū o iuppiter q̄ ego nomen regꝝ a me geſtaꝝ:hæc īpietas conuenit ānibali pfido:& irato. Patriæ.ſ.meæ ero ſupſtes ad ſpes armoꝝ ut.ſ.cōtra te bellū inſtaureſ. Tibi reſident hoſtes:o roma inqt tibi hoſtes cedūt.nā pcellis hac pugna & uictrix es:ſed mihi ſatis erit quo ad uixero terrori eē italiæ:nec ero in pria ne cōditionibus pacis aſtringar:& aufugit carthaginēſiū ſo/

Lanigeros cinere auſonio caneſcere lucos:
Quem feſſum tumulo tandem regina propinquo
Siſtit iuno ducem:facies unde omnis et atræ
Apparent admota oculis ueſtigia pugnæ.
Qualem gargani campum trebiæque paludem
Et tyrrhena uada:et phaetontis uiderat amnem
Strage uirum undantem:talis miſerabile uiſu
Proſtratis facies aperitur dira maniplis.
Tum ſuperas iuno ſedes turbata reuiſit.
Iamque propiquabāt hoſtes: tumuloque ſubibāt:
Cum ſecum penus:celum licet omne ſoluta
In caput hoc compage ruat:terræque dehiſcant
Non ullo cannas abolebis iuppiter euo.
Decedeſque prius regnis:q̄ nomina gentes
Aut facta annibalis ſileant:nec deinde relinquo
Securam te roma mei patriæque ſuperſtes.
Ad ſpes armorum uiuam tibi:nam modo pugna
Præcellis:reſident hoſtes mihi ſatque ſuperque
Vt me dardaniæ matres:atque itala tellus
Dum uiuam expectent:nec pacem pectore norint.
Sic rapitur paucis fugientū mixtus:et altos
Inde petit retro montes:tutaſque latebras.
Hic finis bello reſerantur protinus arces
Auſonio iam ſponte duci:iura improba adempta:
Armaque et inciſæ leges:opibuſque ſuperbis
Vis fracta:et poſuit geſtatas bellua turres.
Excelſæ tum ſeua rates ſpectacula penis
Flammiferam accepere facem:ſubitaque procella
Arſerunt maria:atque expauit lumina nereus.
Manſuri compos decoris p ſecula rector.
Deuictæ referens primus cognomina terræ
Securus ſceptri repetit per cerula romam.
Et patria inuehitur ſublimi tecta triumpho.

ciorūque inqt Li.cæſa ſūt eo die ſupra milia.xx.par ferme numerus captus eſt cū ſignis militaribus.c.xxxiiii.uictores ad.x.mil.cecidere.Annibal cum paucis eqtibus elapſus īter tumultū adrumentum pfugit.oīa & in prælio:& ante aciē priuſq̄ excederet pugna exptus:& con/feſſione ēt ſcipionis oīumque pitoꝝ militiæ illā laudem adeptus ſingulari arte aciem eo die īſtruxiſſe. Annibal poſtea carthaginē accitus.vi.&.xxx.āno poſtq̄ puer ide pfectus erat faſſus in curia eſt nō p̄lio modo ſe eē:ſed bello uictū nec ſpē ſalutis alibi q̄ ī pace ponendam eē. Annibale igiť autoř legati ad pacem petendā miſſi ſunt.Lælius romā a ſcipiōe mittiť uictoriæ nuntius īterea ſupatur uermina filius ſyphacis q cum exercitu auxilio pœnis ueniebat. Reſeranť protinus arces:cū ſcipio caſtra hēret ad tu/neta.xxx.legati carthaginēſiū ad eum uenerūt:quibus ſcipio cū dixiſſet ut tot cladibus edocti tādem deos:& iuſiurandum eē crederēt conditiōes pacis dictæ ſunt ut carthaginēſes liberi ſuis legibus uiuerēt:quas urbes:quoſque agros:qui/buſque finibus āte bellū tenuiſſent.po/pulādique finē eo die romanus faceret:pfugas fugitiuoſque & captiuos omnis redderent romanis.naues incenderent bellū in iuſſu populi ro. non gererent. Maſiniſſæ res redderēt fœduſque cum eo facerēt.x.mil.talenta deſcripta pēſionibus æqs ī ānos.L. ſoluerent obſideſ/que centum ſcipionis arbitratu darent:nec mīores.xiiii.ānis nec.xxx. maiores.
Belua:elephātus. Excelſæ rates:naues carthaginēſiū inqt Liui. puectas ī altū incēdi iuſſit.qngentas fuiſſe oīs generis quæ remis agereť quidā tradūt:quarū cōſpectū repēte incēdiū tā lugubre fuiſſe pœnis q̄ ſi tū ipſa carthago arderet:bellū hoc punicū ſecundū auſpiciū habuit poſt primū ānis tribꝫ &.xx.P. Cornelio ſcipione.T.Sēpr. Graccho cōſſ.finitū ē.xvii.āno.Gn.Cornelio. Lētulo:&.P.Helio peto conſſ. Nereus:ipſe deus maris. Cōpos:ſcipio adeptus gloriā īmortalē romā rediit. Primus: Liuius ait aphricanū cognomē militaris prius fauor:an popularis aura celebrauerit:an ſicuti fœlicis ſyllæ. Magnique Pōpei patrū memoria ceptū ab aſſētatōe familiari ſit parū cōpertū habeo.primus certe hic īperator noīe uitæ a ſe gētis ē nobilitatus.exēplo deīde huius nequaq̄ uictoria pares īſignes imaginū titulos claraque cognomīa familiæ fecerūt. Securus ſceptri:uictoriæ a ſe ptæ.
Sublimi:āpliſſimo clariſſimoque oīum triūphoꝝ q āte id tpis fuerāt.pace terra::marique porta.P. Scipio regi maſiniſſæ auitū r̄gnū reddidit additis urbibꝫ quæcūque ī poteſtatē po.ro.ex regno ſyphacisueniſſēt: exercitu ī naues īpoſito ī ſiciliā traiecit.iter p italiā facīēti obuiā magna frequentia itū ē. & clariſſimo triumpho urbem inuectus. Argenti tulit in ærarium pondo.c.milia &. xxiii.militibus

quadragenos æris diuiſit. Syphax morte ſubtractus ſpectaculo magiſq̃ gloriæ paulo añ apud tibur deceſſerat: quo ab alba traductus fuerat. publico illic funere elatus fuit. polybius tradit in triũpho ductum. Qu. Terentius culleo pileatus triũphantẽ ſcipionẽ ſequutus eſt forma triũphi talis fuit coronati milites ꝑcinentibus tibiis fercula p̄ferebant ſpoliis hoſtium cincta. ligneæ turres ad imaginẽ captarum urbiũ prælatæ ſunt. aurũ deinde: & argentũ rude: atque ſignatũ: coronæ deinde bellica uirtute ptæ candidi boues cũ auratis cornibus & elephãti ſequebant̃. poſt primores carthaginenſiũ: & numidarũ captiui. Ipſum imperatorem lictores ſericis ornati ueſtibus p̄ibãt: citharedorum ac tibicinũ deinde turba inſtar hetruſcæ pompæ aureis coronis redimiti ꝑcinentes. Inter quos ridiculus ſenex armillis: & auro amictus captis illudebat currũ odores: ac thura aflabant. Scipio ipſe caput habebat redimitũ aurea corona lapillis ꝑcioſis: & margaritis ornata: & de more patrio geſtabat purpuream ueſtẽ intexto auro ſub effigie ſtellarũ altera manu eburneũ ſceptrum ferẽs altera laurum aderãt & pueri uirgineſque: habenis equoꝝ hærebãt cognati iuuenes: ſequebant̃ currum liberati ciues raſo capite: & pileati õẽs. poſt hos ſcribæ ſcriptoreſque: & miniſtri poſtremo exercitus in turmas diuiſus lauro redimitus. hac inſigni pompa cũ ad templum capitolini iouis uẽtũ eſt lauream in p̄ris ſui iouis gremio poſuit: epulum amicis ut moris erat ĩ ipſo tẽplo p̄buit.

Ante ſyphax feretro reſidens captiua præmebat
Lumina: et auratæ ſeruabant colla cathenæ.
Hic hanno clarique genus pheniſſa iuuenta
Et macetum primi atque incocti corpora mauri.
Tum nomades: notuſque ſacro cũ luſtrat harenas.
Ammoni garamas: et ſemper naufraga ſyrtis.
Mox uictas tendens carthago ad ſydera palmas
Ibat: et effigies oræ iam letus iberæ
Terrarum finis gades ac laudibus olim
Terminus herculeis calpe: betiſque lauare
Solis equos dulci conſuetus fluminis unda.
Frondoſumque apicem ſubigens ad ſydera mater
Bellorum fera pyrene nec mitis iberus.
Cum ſimul illidit ponto quos attulit amnes.
Sed non ulla magis mẽteſque oculoſque tenebat
Quam uiſa annibalis campis fugientis imago.
Ipſe aſtans curru: atque auro decoratus et oſtro
Martia præbebat ſpectanda quiritibus ora.
Qualis odoratis deſcendens liber ab indis
Egit pampineos frenata tigride currus.
Aut cum phlegreis confecta mole gigantum
Inceſſit campis tangens tirynthius aſtra.
Salue inuicte parens non conceſſure quirino
Laudibus: ac meritis non conceſſure camillo.
Nec uero cum te memorat de ſtirpe deorum:
Prolem tarpeii mentitur roma tonantis.

Ante ſyphax: aut poeta ſequit̃ polybiũ qui ſcribit ductum fuiſſe in triumphũ ſyphacẽ aut intelligit de imagine ſyphacis: quæ feretro ferebat̃ ut imago carthaginis & & annibalis. de feretro ac ferculo dictũ eſt ſupra. Anno: q fuerat captus in hiſpania. Pheniſſa iuuenta: iuuenes carthaginenſes capti: habẽtes claros natales. Primi macetũ: quos philippus miſerat ex macedonia. Incocti corpora: nigri & aduſti ſolis ardoribus.

Carthago: imago carthaginis. Effigies oræ iberæ: hiſpanæ quam ſcipio in ditionem romanorum redegerat. Iam lenis: quoniam erãt contuſi hiſpani a ſcipione. Solis equos: occidentem ſolem.

Mater bellorum: quoniam illic habitãtes bellicoſiſſimi erant: & ſic poeta p loca quæ tangit omnem hiſpaniam ſub actam intelligit: & omnia ſub uno aſpectu ad laudẽm ſcipionis ponit. Amnes: quoniam iberus octo fluuios in mare defert. Tenebat: oblectabat mentes & oculos romanorum. Ipſe: ſcipio. Martia ora: bellicoſum aſpectum. Quiritibus: romanis. Qualis odoratis: talem dicit fuiſſe triumphãtem ſcipionem: qualis bacchus fuit cum de indis triumphauit cuius currum tygrides trahebãt: aut qualis hercules uictis: gigantibus in phlegra ualle. Odoratis: unguentis: & aromatibus perfuſis: & a quibus odores: & aromata afferunt̃. Pãpineos: pampinis redimitos. Confecta uicta mole gigãtea. phlegra erat uallis theſſaliæ ubi fuit bellũ giganteum cum diis: eſt etiam campus phlegreus ut dictum eſt ĩ campania ubi hercules deleuit gigantes. Tangens aſtra: propter heroicam uirtutem quam habebat ut tranſcenderet naturam humanam. Salue inuicte parens: adorat poeta ſcipionem autorem pacis libertatiſque: ac patriæ ſuæ alterum conditorem. Vnde nõ cedebat romulo qui magnis fatis felicique auſpicio urbis romæ. xi. calen. maias fundamenta iecit. Nec cedebat camillo qui urbem a gallis occupatam aſſeruit. ſic ſcipio patriam e manibus barbarorum extorſit: cõcludens igitur poeta dicit: o ſcipio: cum roma iactat te eſſe filium iouis capitolini profecto non mentitur. Immenſa uirtus tua id oſtẽdit: & cõprobat. Parens. ſ. urbis. nam pater patriæ merito poterat appellari. Quirino: romulo urbis conditori. Meritis: q̃ſi dicat: nõ minora ſũt tua merita q̃ fuerĩt camilli: nec minores laudes q̃ fuerĩt romuli.

Commentariorum Petri Marſi in ſyllium italicũ finis.

## OPERIS CONCLVSIO.

Auſpiciis tuis inuictiſſime princeps uirgini huic operi bellicoſo extrema manus impoſita eſt: in quo de duobus clariſſimis ī toto orbe imperatoribus. Scipione: atque annibale agitur: qui adeo rebus præclare geſtis claruerunt: bellicamque uirtutem: & gloriam conſequuti ſunt ut iam nequidem ſibi ipſis comparari poſſent. Iccirco uictus annibal tot uictoriis aduerſus populum romanū conſilio armiſque terribilem ſuperbiens quantum gloriæ ſcipioni fuerit: & cognomē uictæ a ſe ferociſſimæ gentis inclytum & quanto præconio reſtitutor publicæ libertatis & amator ardenti uirtute decorus Scipio dignus ſit omnibus compertum eſt: & exploratum: quem in armis; omnique officio te referre qs neſcit? quod cum ita ſit ardentiſſima uirtus tua incorruptis litterarum monumentis celebrari meretur & debet: aliumque furorem poeticum ac ſonoram tubam expoſcit. Interea hæc commentariola excellētiæ tuæ dicata auſpiciis tuis legantur. Tuoque ſplendore: ac tanti nominis celebritate protegantur & quieſcant: quæ iterum atque iterum excellentiæ commendo tuæ: cuius: honori: communique utilitati ad quam tuendam nati ſumus hoc opus magna ſedulitate: cura: & lucubrationibus aggreſſus ſum: & ad calcem fœlici ſucceſſu decurſum eſt.

Venetiis per Baptiſtam de tortis
M.cccc.Lxxxiii. die vi maii.

## REGISTRVM.

Prima alba
ſyllius
a tertio die
ordior arma

Radii quaſi
prodiga gens
b armenta ad
librari

Miſſus eſt
petri marſi
c rheteius
hic medius

Clamor ad
ſic igitur
d agitantem
ceu prodita

En age ſiquid
nepotis
e nimis hoſpita
aclide

Turbo tempeſtas
auſtruit
f huc egere
ſulpitio gallo

Non mihi meoniæ
nititur ad
g abſorbet deſicat
numeroſa

Vmbonem
atque atram
h primos montes
it globus

Longius auectas
haud ſecus xantippum
i egredientem
regulus exangui

Ad ultima
honorem ueſtæ
k ſic melius
cornibus &

Arte paterna
l iam dudum
quis ægram

Vt faciat
m galbam alludit
occupabātur

Nouus miles
n quippe nefas
buxentia

Hæc fata
o ira genis
& quo ſæuius

Hic finis
p iam latius
extremo

Mithræ lege
q romam uictor
iamque aderat

Et damnata
r arma reponenda
pro membris

Addunt ſpem
ſ hiſpida inculta
haud ſecus annibalis

Neſcire ac
t annibalem ac
fuluius eſſe

Inane uacuum
u condenſæ foliis
cladibus

Ionio profundo
x clamat cunctantes
myle urbs

Atque implet
y heu puero
criniger

Anfractus
z muralis coronæ
ac ſæpe

Erupit ſuſpenſa
& reddidit ex
æſtuat &

Septima cum
ɔ callaicas
beticus

Tacita nocte
ꝶ negato læto
conceſſere ignes
annibal hæc

FINIS.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski



KONSER. Z. ROMASZKO 2018 FOK H PKZS

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUWr

..unſtancia vel ryczheri..

..hinnos paſſui et ..

..cio dicz apud ..

..mod et perversi..

q / fast frui..

..tti nyczherano / al..

Bylluck lib

in Vratislavia

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

13

Zabarella cardinalis cū
cōmēto petri ancharan ·

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski



SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

188.

Ct.

188

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski



SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski



SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski



SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski




SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski



SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

[illegible]

N on diros templi ritus aſperſaque tabo
L imina [illegible]
O [illegible]
A ttollitque [illegible]
G [illegible]
F ederibus n[illegible]
D edecu[illegible]
H [illegible]
L atura [illegible]
I [illegible]
T e ſur[illegible]
H is acu[illegible]
R o[illegible]
F erro [illegible]
N [illegible]
N [illegible]
H anc m[illegible]
P er ma[illegible]
H oſtia ma[illegible]

tēpori ad luctatiū miſit legatos q de federe agerent. Conditi[illegible]
omni ſicilia cederent neque deinceps hyeroni bellum inferre[illegible]
[illegible] Romani [illegible]
terea conditionibus addiderunt ut nō ſolum ſicilia ſed ēt omn[illegible]
italiam mediæ ſunt carthaginenſes cederent; amilcar igitur q[illegible]
ſpiritus & prudentia ac fortitudine nemini ſecundus angeba[illegible]
tuendam pellendumque dedecus accendebat. Premit: urge[illegible]
[illegible] animo iam incipias cogitare de bello futuro cum romanis. [illegible]
[illegible] Pubes tyrrhena iuuentus romana & itala. Tyrrhenos [illegible]
[illegible] a tyrrheno atys filio qui ex lydia colonos in hanc regionem [illegible]
[illegible] ſuo nomine tyrrheniam uocauit. Subicit: ſubiungit [illegible]
[illegible]

[illegible]

P [illegible]
N [illegible]
I [illegible]
E [illegible]
E [illegible]
A [illegible]
S [illegible]
V [illegible]
E [illegible]
H [illegible]
Q [illegible]
I [illegible]
N [illegible]
N [illegible]
H [illegible]
V [illegible]
C [illegible]
V [illegible]
P [illegible]
S [illegible]
Q [illegible]
N [illegible]
I [illegible]
I [illegible]
C [illegible]
I [illegible]
E [illegible]

[illegible] fluuium cum una cum turdulis sociis co conuenissent seditio [illegible] um traiecere, sed post seditionem amisso duce palantes, ac dissipati [illegible] liorum obli [illegible] obliuionis [illegible] læthea quoniã iducũt somnũ & per consequẽs obliuionem [illegible] pallas. Vnde Vir. oleæque minerua iuetrix. Tyranno: [illegible] ciliabat sibi hoies astu paterno. Armis: ui uertebat decreta [illegible] ti sæpe militari sagulo optũ humi iacẽtẽ iter custodias statio [illegible] tũ erat militare. Ci. i epistolis: pridie nonas februarias cũ ad [illegible] rogatus cũ reliq consulares sagati uellẽt descẽdere. Turbæ [illegible]

[illegible]

L ibrari [illegible]
H orrendum [illegible]
P yrenes [illegible]
V ix mi [illegible]
V [illegible]
F lumi [illegible]
I no [illegible]
Q ualis [illegible]
A [illegible]
H [illegible]
A [illegible]
H [illegible]
D um [illegible]
A [illegible]
T andem [illegible]
S [illegible]
P [illegible]
T [illegible]
H [illegible]
M ugitum [illegible]
A [illegible]
H [illegible] monte
S [illegible] agger
O [illegible] miserent.
H ic [illegible]
E [illegible]
I [illegible] sanguine [illegible]
M atre [illegible]
D [illegible]
H ic magnos [illegible]
Q [illegible]

[illegible] gna uiroru multitudine repulsus; hisdeque simul rursus [illegible] fronte [illegible] ferro [illegible] aut muro [illegible] ictus fortiter [illegible] Liuius quantumque inter eas muri erat; cu fragore ingenti [illegible] diderat [illegible] Herculeus labor; murus a dimcatus ab Hercule. [illegible] [illegible] molis ac rupes. [illegible] tus surgebat iteru cumulatis sup eu militibus certatibus. [illegible] uelut [illegible] capo [illegible] ruinas muri; tectaque urbis modico [illegible] pperet: qui [illegible] Rutulo sanguine [illegible] saguthu; ut dictu e murrus erat saguthius; cuius mr erat græca; & pr rutulus.i.ex ardea. Dulichi os.græcos a dulichio insula; [illegible] condidert saguthu. Naidu; nomé e mi

[illegible] aspectu tibi mea dextera donet

Haec inter cernens subeuntem cominus hostem

[illegible] tempus [illegible] ingens

Aggere conuulso saxum: et nitens in ora

Deuoluit: pronoque ſilex ruit incitus ictu

[illegible]

Hinc caſſis galea: hinc clypeus ſonat æreus haſtis

Inceſſunt ſudibus: librataque pondera plumbi

[illegible]

[illegible] agitur largus per membra [illegible] ſudor

[illegible] horrentia tela